George Wilson,
November 4th 1860.

# NOVI TESTAMENTI

## LIBRI HISTORICI

## GRÆCE.

TEXTUI RECEPTO

APPOSITÆ SUNT

LECTIONES GRIESBACHIANÆ.

CUM

## COMMENTARIIS

D. CHRISTIANI THEOPHILI KUINOEL,

MAGNO DUCI HASSIÆ A CONSILIIS ECCLESIÆ INTIMIS, ET

THEOL. PROF. ORD. IN ACAD. GISENSI.

---

TOMUS I.

CONTINENS

EVANGELIA MATTHÆI ET MARCI.

---

LONDINI:

APUD JOS. BOOKER, 61, NEW BOND STREET.

MDCCCXXXV.

# PROLEGOMENA.

## §. 1. *De origine Evangeliorum Matthæi, Marci, et Lucæ.*

IN commentariis Matthæi, Marci et Lucæ, de vita, fatis et factis Jesu Christi, magna deprehenditur convenientia unius Evangelistæ cum altero, in rebus, et formulis, et verbis singulis; æque vero magna etiam in plurimis locis deprehenditur inter hæc ἀπομνημονεύματα diversitas, quod attinet ordinem, quo narrationes sese excipiunt, et narrationes ipsas. Hinc variæ excogitatæ sunt, varioque modo exornatæ, ab interpretibus recentioribus in primis, conjecturæ, quibus hunc Evangelistarum consensum atque dissensum sibi explicarent; quas omnes enumerare, et accuratius examinare, non hujus loci esse putamus. Conf. omnino *Halfeld* Commentat. de origine quatuor Evangelior. et de eorum canonica auctoritate. Götting. 1794. 4. *Vogel über die Entstehung der drey ersten Evangelien*, in *Gabler's Journal für auserlesene Theolog. Literatur*, B. 1. St. 1. p. 1. *Eckermann Theolog. Beyträge*, B. 5. St. 2. (coll. *Gabler Neuestes Theolog. Journal*, B. 9. p. 300 sqq. et *Flatt Magazin für Christl. Moral und Dogmatik*, St. 6. p. 95 sqq. Tubingen 1800.). (*Münscher*) *Bemerkungen* in *Stäudlin's Beyträgen zur Philos. und Geschichte der Religion u. Sittenlehre*, B. 5. p. 152. *Ravius* de præcipuis caussis varietatis et inconstantiæ, quæ, si modum narrandi spectemus, in Evangeliis Matthæi, Marci et Lucæ reperitur. Erlang. 1805. *Harlesii* Introductio in Hist. L. Gr. T. ii. P. 2. p. 121 sqq. ed. 2. *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. iv. p. 757 sqq. ed *Harles*. *Schmidt Einleitung in das N. T.* Th. i. p. 51 sqq. *Eichhorn Einleit.* Th. i. p. 148. ed. 1. p. 161 sqq. ed. sec. *Hug. Einleit.* Th. ii. p. 51 sqq. ed. 1. p. 66. ed. sec. *Hänlein Einleit.* Th. iii. p. 19 sqq. ed. 2. *Bertholdt Einleit.* T. iii. p. 1098 sqq. *Gieseler historisch-kritischer Versuch über die Entstehung und die frühesten Schicksale der schriftlichen Evangelien*, Lips. 1818. p. 31 sqq.

Haud pauci interpretes contenderunt, alterius Evangelistæ commentarium lectum et adhibitum fuisse ab altero, particulatimque exscriptum. Marcum evangelio Lucæ usum esse, et Matthæum e Marco atque Luca hausisse, ostendere studuit *Vogel* l. c. Marcum fuisse epitomatorem Matthæi, post Augustinum, qui eum lib. 1. de consensu Evangelistarum c. 4. *pedissequum et breviatorem Matthæi* vocat, statuerunt *Grotius*, *Millius*, *Wetstenius*, *Wolfius*, alii; negavit hoc *Koppius* in diss. Marcus non epitomator Matthæi, in Sylloge Commentatt. Theologg. a *Pottio* et *Rupertio* edita Vol. i. p. 55 sqq. Marcum, Evangelium a Matthæo in usum Judæorum Palæstinensium Græce conscriptum, recensuisse, et Lucam Matthæi atque Marci Evangeliis usum esse defendit *Hug.* in *Einleit.* Th. ii. p. 39 ss. ed. 1. p. 114. ed. 2. p. 80 ss. ed. 1. p. 170 ss. ed. 2. Marcum Græce interpretatum esse, nonnullisque augmentis locupletasse Matthæi Evangelium Syrochaldaicum, hoc vero ipsum Evangelium Syrochaldaicum a Matthæo, vel aliis viris fide dignis, pluribus in locis auctum, Matthæum ipsum, aut alium quendam postea Græce reddidisse, interpretemque Græcum Marci Evangelium adhibuisse, affirmavit *Seilerus* in diss. duabus, de tempore et ordine, quibus tria Evangelia priora canonica scripta sunt Erlang. 1805. 1806. 4. *Marci Evangelium totum e Matthæi et Lucæ com-*

*mentariis decerptum esse*, Marcum e Matthæi et Lucæ Evangeliis selegisse ea, quæ iis quibus scriberet hominibus utilissima essent, probare studuit *Griesbachius* in Commentatt. Theologg. a me, *Velthusenio* et *Rupertio* editis Vol. i. p. 303 sqq. Eandem sententiam defendit quoque *Ammonius* in diss. de Luca emendatore Matthæi. Erlang. 1805. 4. Marcum fuisse fontem Matthæi et Lucæ evincere conatus est *Storrius* in diss. de fonte Evangeliorum Matthæi et Lucæ in Commentatt. Theologg. Vol. iii. p. 140 sqq. Lucam usum esse Græca versione Evangelii Matthæi, illudque multis in locis emendasse et auxisse, contendit *Ammonius* l. l. E Luca Matthæum et Marcum hausisse, indicavit *Büsching Harmonie der Evangelisten*, Hamb. 1766. p. 99, 108, 118 ss.

Alii contenderunt, communem Evangelistarum fontem fuisse archetypum Aramæum sive Syrochaldaicum. Hanc sententiam a *Clerico* (hist. eccles. II. prim. secul. Amstel. 1716.) *Semlero* (ad *Townson Abhandlungen über die vier Evangelien* Th. i. p. 221, 290.) et *Lessingio* (*Theolog. Nachlass* p. 45 ss. 1784. *Vermischte Schriften*, B. 6. p. 50.) indigitatam, a *Niemeyero* (Conjecturæ ad illustrandum plurimorum N. T. scriptorum silentium de primordiis vitæ J. C. Halæ 1790. 4.) *Halfeldio* l. l. et *Paulo* (Introductio in N. T. capita selectiora, quibus in originem, scopum et argumentum Evangeliorum et Actuum App. inquiritur. Jenæ 1799.) accuratius expositam, nuper egregie, sed vario modo exornarunt *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. der Bibl. Literatur* B. 5. p. 761. et *Einleitung in das N. T.* Th. i. ed. sec. 1820. *Marsh Anmerkk. u. Zusätze zu Michaëlis Einleit. in das N. T., a. d. Engl. übers. von Rosenmüller*, Th. ii. Götting. 1803. *Ziegler Ideen über den Ursprung der drey ersten Evangel. in Gabler's Neuestem Theolog. Journal.* B. 4. p. 417. *Gratz Neuer Versuch, die Entstehung der drey ersten Evangelien zu erklären.* Tübing. 1812. 8. *Bertholdt Einleit.* Th. iii. p. 1249 ss. add. *Weber Neue Untersuchung über das Alter u. Ansehen des Evangel. d. Hebräer nach Eichhorns Einleit. in das N. T.* Tübing. 1806. 8. qui *Lessingium, Niemeyerum, Paulum, Thiessium*, aliosque secutus, statuit, archetypum illum Hebraice scriptum, neque diversum fuisse ab Evangelio, quod dicitur ad Hebræos, cujus apud scriptores veteres mentio fit. Alii contra opinati sunt, istud ipsum Evangelium καθ' Ἑβραίους fuisse Evangelium Matthæi Hebraicum s. Syrochaldaicum, fabulis et fictionibus refertum, varioque modo interpolatum ac depravatum; vid. *Zieglerus* l. c. *Fabricii* Bibl. Gr. l. c. *Bertholdt Einleit.* Th. iii. p. 1196 ss.

Alii commentarios Evangelistarum derivandos censuerunt, non ex Evangelio literis consignato, sed ore propagato, h. e. ex narrationibus Apostolorum, aliorumque Christi discipulorum, de rebus ad historiam magistri ipsorum pertinentibus; vid. *Herder sämmtliche Werke*, Th. xii. p. 13. *Eckermann Erklärung aller dunkeln Stellen des Matth., Marc. und Lucas. Vorrede* p. xi. *Kaiserus* in *Bibl. Theologie* Th. i. p. 284. *Gieselerus* l. l. p. 85 ss. *Sartorius drey Abhandl. über wichtige Gegenstände der exeget. u. systemat. Theologie*, Götting. 1820. N. 1. *über die Entstehung der drey ersten Evangelien* p. 68 ss. *Paulus Theolog. exeget. Conservatorium* etc. St. 1. *über die Entstehungsart der drey ersten und mehrerer apocryphischen Evangelien*, Heidelberg 1822. p. 165 ss. Sed conf. quæ contra monuerunt *Bertholdtus* l. l. p. 1205 ss. *Fritsche* in *Prüfung der Gründe, mit welchen neuerlich die Æchtheit der Bücher Mosis bestritten worden ist. Nebst einem Anhange über das Urevangelium*, Leipsig 1814. 8. et *Eichhornius* in *Einleitung* Th. i. p. 425 sqq. 436 ed. sec.

Evangelistas in conscribendis suis commentariis usos esse libellis variis

de rebus Jesu conscriptis, qui illa ætate circumferebantur, *Schleiermacherus* statuit in libro: *über die Schriften des Lucas, ein kritischer Versuch.* Berolini 1817. et de Lucæ quidem Evangelio contendit, illud compositum esse e narrationibus de vita, factis et dictis Jesu a variis hominibus literis consignatis, quas Lucas descripserit, ordinaverit et in unum quasi corpus redegerit. Cui tamen sententiæ præter alia, Lucæ scribendi ratio obstat, quæ luculenter docet, eum fontibus suis liberius h.e. ita usum esse, ut suam narrandi rationem teneret, vid. *Gersdorfii Beyträge zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller des N. T.* p. 1816. add. *Küchleri* Commentat. *de simplicitate scriptorum sacrorum in commentariis de vita J.C.* Lipsiæ 1821. 8. p. 28.

In hac opinionum sententiarumque de fontibus Evangelistarum diversitate, etiamnunc nobis cum maxime arridet eorum interpretum sententia, qui Evangelium quoddam Syrochaldaicum, deperditum, communem fontem Evangelistarum fuisse censent, in eaque nunc breviter strictimque explicanda, *Marshium* in primis, atque *Eichhornium* duces sequemur. Scilicet jam primis temporibus, antequam Evangelistæ ipsi ad scribendum animum appellerent, præter plures libellos fragmenta vitæ Jesu continentes, extitit prolixius quoddam Evangelium deperditum, Hebraico s. Syrochaldaico sermone in usum Christianorum ex Hebræis conscriptum, in quo tamen singula facta non erant serie historica enarrata. Satis mature hoc Evangelium Hebraicum in usum Hellenistarum, sæpius in linguam Græcam transferebatur. Illud autem primitivum Evangelium Hebraicum, cum sæpius quoque describeretur, brevi varias immutationes subibat. Hic ordinem, quo narrationes sese excipiebant, hac vel illa de caussa mutabat, addebat etiam nonnulla sibi aliunde cognita, quæ prætermissa videbat; ille rursus omittebat, quæ ipsi falsa aut levia viderentur. Tribus ejusmodi exemplaribus diversis archetypi Evangelistæ in conscribendis suis commentariis utebantur. Matthæus Hebraice sive Syrochaldaice scribebat. Marcus et Lucas archetypum in linguam Græcam transferebant, et quo sibi laborem levarent, adhibebant simul versiones archetypi Græcas ab aliis factas. Præter hunc antiquiorem fontem, e quo Evangelistæ plurimas narrationum suarum derivarunt, præsto erant Matthæo et Lucæ duo diversa Gnomologiæ exempla, et Evangelii infantiæ Jesu fragmenta, cf. Matth. i. 2. Luc. i. 2. At neque in hac sententiarum, similitudinum, sermonumque a Christo data occasione prolatorum collectione, ordo temporis servatus, breviter tamen notatum erat, qua opportunitate Jesus usus, hanc vel illam vocem emiserat. Præterea Evangelistæ, commentarios suos conscribentes, plura etiam ipsi adjiciebant, quæ literis nondum consignata erant. Matthæus, perpetuus Jesu comes, dictorum factorumque ipsius auditor et spectator fuerat. Marcus, Petri discipulus et comes; Lucas, Pauli fuerat; vid. 1 Petr. v. 13. Commentar. nostr. in N. T. Vol. ii. Proleg. in Evang. Lucæ p. 214 sq. Matthæum, cujus lingua patria Syrochaldaica erat, quique Evangelium suum in Palæstina scribebat, et Palæstinæ incolis destinarat, Syrochaldaice scripsisse, ex antiquitatis testimoniis, et ipsa forma textus Græci probatur, quippe qui tantum cum Syrochaldaico idiomate comparatus, variis in locis recte explicari possit; vid. *Fabricius* l. c. p. 759 ss. *Michaëlis Einleit.* Th. ii. §. 132 ss. *Elsneri* Disp. Matthæum Hebraico sermone conscripsisse suum Evangelium. Francof. ad Viadr. 1791. 4. *Wahl Magazin für alte, besonders morgenländ. u. Bibl. Literatur* St. 2. p. 57. *Storr über den Zweck der Evangel. Geschichte und Briefe Johannis* p. 361. (*Corrodi*) *Beleuchtung der Geschichte des Bibelkanons* Th. ii. p. 152. *Schmidt* in *Henke Magaz.*

B. 4. p. 576. et *Einleitung in das N.T.* p. 30 ss. *Bolten Bericht des Matthæus. Vorrede* p. x. sq. *Hänlein Einleitung* Th. iii. p. 85 ss. ed. 2. *Eichhorn Einleitung* Th. i. p. 461 sqq. ed. 1. p. 502 ss. ed. 2. *Bertholdt Einleitung* Th. iii. p. 1257.* Satis cæteroquin antiqua est versio Evangelii Matthæi Syrochaldaico sermone conscripti, temporisque injuria deleti, neque tamen Matthæum ipsum interpretationis auctorem fuisse, ut suspicatus est *Seilerus* in libello supra laudato, et judicavit *Eckermanus* in libro: *Erklärung aller dunkeln Stellen des Matth., Marc. u. Luc. Vorrede* p. x. plures loci male ac perperam expressi satis perspicue docent v. ii. 6. v. 32. vii. 6. x. 42. al. *Boltenius* l. l. et *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. der Bibl. Literat.* B. 5. p. 978 ss. *Einleitung* B. 1. p. 477 ss. ed. 1. p. 517. ed. 2. Cæterum Græcus Matthæi interpres, quo accuratius atque diligentius versionem suam conficeret, iis in locis, quos Matthæus cum Marco habebat communes, Marci, utpote Petri, apostoli, discipuli atque comitis perpetui, Evangelium adhibebat; cum vero eum Marcus deserebat, ad Lucam confugiebat. Hæc vero cum fuerit, ut perquam probabile est, Evangeliorum Matthæi, Marci, et Lucæ origo, quam facile inde eorum consensio atque dissensio explicari possit, quis est qui non intelligat?

Evangeliis conscribendis Matthæo, Marco et Lucæ occasionem præbebant illa varii generis excerpta ex narrationibus et annotationibus Apostolorum, aliorumque Christi discipulorum, quæ primi Christiani inter se

* Matthæum Græca lingua commentarios suos conscripsisse, statuerunt *Erasmus, Beza, Lardnerus, Wetstenius, Clericus,* in dissert. in quatuor Evangelia §. 1. *Maius* in examine historiæ criticæ textus N. T. c. 5, 6. *Schræderus* de lingua Matthæi authentica. Viteb. 1701. *Masch* von der Grundsprache des Evang. Matth. Halæ 1755. 8. *Hug. Einleit.* Th. ii. p. 54. ed. sec. ac nuperrime evincere conatus est *Frid. Guil. Schubertus* in diss. critico-exeget. qua in sermonem, quo Evangelium Matthæi conscriptum fuerit, inquiritur, Gryphiswald. 1810. 4. Scilicet Græce Matthæum scripsisse, imo scribere debuisse, exinde apparere contendit, quod Evangelium suum destinaverit, non tantum Judæis Palæstinensibus, sed etiam Hellenistis. Scripsisse autem Matthæum etiam in usum Judæorum extra Palæstinam viventium, *Schubertus* argumentis internis comprobare studuit his: 1) "Matthæus c. xxii. 23. Sadducæorum dogmata, non omnibus *Judæis Hellenisticis* cognita esse persuasus, primarium eorum, cujus notitia ad sequentem historiam recte intelligendam necessaria erat, luculentissime, etsi brevissime, exposuit, οἱ λέγοντες, inquiens, μὴ εἶναι ἀνάστασιν. Hoc innuere voluit, Sadducæos eo consilio, ut doctrinam de mortuorum resurrectione absurditatis convincerent, vel ut vitam futuram accuratius cognoscerent, Jesum adiisse." Sed hæc verba insitiva et adventitia sunt, vid. not. ad Matth. l. c. quodsi vero etiam genuina essent, ut *Schubertus* statuit, neque tamen ad ejus sententiam stabiliendam valerent. Responderi enim cum *Hugio Einleit.* p. 6. posset, hanc annotationem a Matthæo, in gratiam Judæorum Palæstinensium scribente, propterea esse adjectam, quod sectæ Sadducæorum placita probarentur quidem hominibus opulentia et auctoritate, et dignitate conspicuis, verum plebi, auctore Josepho, parum cognita essent. 2) "Matth. xxvii. 15. mos Procuratoris Romani, festo quoque paschali captivum, a populo electum, libertate donare ad gratificandum Judæis, describitur. Non tamen cuncti, saltem non maxima Hellenistarum pars, hujus περιστάσεως notitia imbuti cogitandi sunt. Partim enim non omnes Hellenistæ festis temporibus Hierosolyma adierunt, partim non idem festum, sed festi Paschalis loco, Pentecostale, vel aliud, Hierosolymis celebrarunt, cum Judæi peregrini non omnes dies festos celebratum Hierosolymam advenire cogerentur. Mos igitur ille multis innotescere nequiit. Ex hoc ergo etiam loco, Matthæum in Hellenistarum quoque extra Palæstinam viventium commodum Evangelium suum composuisse, recte concludimus." Huic argumento opponi posset, morem illum, cum Matthæus Evangelium suum literis consignaret, abrogatum fuisse, vel ea, quæ v. 15. leguntur, additamentum esse Evangelii Matthæi interpretis Græci v. *Bertholdtus* in *Einleit.* Th. iii. p. 1264. Verum his conjecturis non opus est. Ipsa narrationis series postulabat, ut Matthæus, quamvis Judæis Palæstinensibus scriberet, hujus moris mentionem faceret: cf. etiam *Eichhornius* in *Einl.* Th. i. p. 508.

communicabant. Cum enim viderent, commentariolos istos, qui circumferebantur, nimia brevitate laborare, etiam falsa veris mixta continere, neque ipsum archetypum eo cum judicio, cura et fide esse conscriptum, ut publice privatimque utilis esset, e re Christiana esse putabant, accuratiores congerere narrationes. Nolebant autem Evangelistæ, quorum scripta, utpote hominum illiteratorum, non possunt comparari cum scriptis historicorum Græcorum Romanorumque, vitam Jesu omnem, ita, ut ubique ordinem temporis diligenter sequerentur, exponere; seligebat potius eorum quisque, e magna rerum memorabilium a Jesu gestarum multitudine, sermonumque ab eo habitorum copia, ea, quæ iis quibus scribebat hominibus utilissima essent, et ita enarrabat, uti talibus lectoribus enarrari debebant; quin et ipsi profitentur, se multas in libris suis, ne modus eorum nimis cresceret, prætermisisse res gestas et orationes Christi, ex iis vero quas attulissent, satis luculenter apparere, Jesum esse Messiam. Cum ergo Evangelistæ non historiam scripserint, sed ἀπομνημονεύματα tantum literis consignarint, et delectum rerum memorabilium fecerint, nec ordinem temporis diligenter servarint (conf. v. c. Luc. iii. 20, 21. Matth. xi. 2. c. 14. add. notata ad Matth. c. 5. *Less Auferstehungsgeschichte Jesu* p. 2 sqq. *Ravius* in diss. *de præcipuis caussis varietatis et inconstantiæ, quæ, si modum narrandi spectemus, in Evangg. Matth., Marci et Luc. reperitur* p. 1. Prolegg. nostr. in Evang. Joh. p. 37 sqq.): satis evidenter etiam apparere arbitror, ex Evangelistarum libris harmonicam narrationem, veritati satis consentaneam et firmis fundamentis superstructam, nullo pacto posse componi. Cæterum nullum horum Evangelistarum, cum se ad scribendum accingeret, alterius commentarium ad manum habuisse, eoque inter scribendum usum esse, præter alia plura (v. *Marsh.* l. c. p. 245 ss.) vel narrationum discrepantiæ satis luculenter docent.

Jam quod attinet tempus, quo Evangelistæ commentarios suos de dictis, factis et fatis Christi conscripserint, omnium primus Lucas scripsisse videtur, ut vel ex initio Evangelii ipsius satis probabiliter colligi potest. Ibi enim refert, plures jam ante ipsum libros de rebus Christi conscripsisse, sed neque Matthæum, neque Marcum, diserte commemorat, neque illorum qui ante eum scripserunt, conatus magnopere laudat, imo, cum profiteatur, sibi, qui inde ab initio usque ad finem omnia diligenter examinasset, eandem historiam contexere visum esse; eo ipso innuere videtur, manca esse atque sublestæ fidei Evangelia hactenus scripta. Quodsi vero illo tempore jam extitissent Matthæi et Marci commentarii, non adeo ambigue de Evangeliis sibi cognitis scripsisset, imo potius commentariorum Matthæi apostoli, et Marci, Petri discipuli, honorificam mentionem fecisset. Neque si illo tempore edita Matthæi et Marci Evangelia fuissent, hoc Lucam latere potuisset, cum Hierosolymis familiariter usus esset apostolis, eosque ipse de vita et fatis Christi consuluerit v. 1, 2. *Zieglerus* l. c. p. 423 sqq. Scripsit autem Lucas Evangelium suum Græcum haud dubie in Palæstina, cum Paulus Cæsareæ in vinculis teneretur A. C. circiter 60. v. *Zieglerus* l. c. *Michaëlis Einleit.* Th. ii. p. 1103 sqq. quem Romam postea transportatum, Lucas sequebatur. Scripserat illud in usum Theophili cujusdam, et post plures demum annos divulgabatur, atque inde intelligitur, qui factum sit, ut neque Matthæo neque Marco, Evangelia scribentibus, Lucæ commentarii innotuerint.

Matthæus auctore Irenæo adv. hær. iii. 1. (coll. Euseb. H. E. v. 8.) memorabilia Jesu literis consignabat, cum Paulus et Petrus Romæ docerent A. C. 63 l. 64. Verba Irenæi sunt: ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις

τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. vid. *Zieglerus* l. l. p. 435 sq. *Marshius* l. l. p. 82 ss. 90 sq.*) Marcus, qui Hellenistis et Christianis e gentilibus Evangelium suum destinarat, scripsit Romæ, quæ est constans veterum haud improbabilis traditio. v. Epiphan. li. 6. Euseb. H. E. ii. 15. ii. 39. cf. *Cave* vita Marci §. 5. Hinc nec Matthæus, qui eodem fere tempore in Palæstina Evangelium suum conscribebat, quo Marcus Romæ commorabatur (Col. iv. 10. 2 Tim. iv. 1.) ibique commentarios suos literis consignabat, his ipsis Marci commentariis uti potuit, sicuti nec Marcus commentariis Matthæi, præsertim cum illo tempore codices non ea celeritate in varias et dissitas regiones transmitterentur, ut nostra ætate libri, quie prelo prodierunt, bibliopolarum opera et studio transmittuntur.

## §. 2. Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.

Vocabulum Εὐαγγέλιον proprie significat *lætum nuntium quodcunque*, v. c. de profligato hoste, Heliod. x. p. 456. de absolutione in caussa capitis, Cic. ad Attic. ii. 3. ut verbum Εὐαγγελίζεσθαι, *lætum nuntium afferre*, tanquam de nato filio Theophr. Char. 17. vid. *Jensius* Ferc. literar. p. 1. Respondet Εὐαγγέλιον Hebraico בְּשֹׂרָה 2 Sam. xviii. 22, 25. cui nonnunquam additur טוֹבָה 2 Sam. xviii. 27. ut טוֹב verbo בַּשֵּׂר 1 Regg. i. 42. quibus in locis interpretes Alexandrini usi sunt vocibus Εὐαγγέλια ἀγαθὰ et εὐαγγελίζεσθαι ἀγαθά· deinde usurpatur de *boni nuntii præmio*, ut 2 Sam. iv. 10. Homer. Odyss. ξ'. 152. 166. ubi schol. vocabulum Εὐαγγέλιον explicat: ἀγαθῆς ἀγγελίας δῶρον· porro notat quoque *sacrificium*, quod fit boni nuntii caussa, ut ap. Xen. Hist. Gr. i. 6. 27. ἔθυε τὰ Εὐαγγέλια, Pollux v. 129. ἡ ἐπὶ τῷ συνήδεσθαι θυσία Εὐαγγέλια, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῷ ἥδεσθαι. In libris N. T. εὐαγγέλιον adhibetur de doctrina Christiana, ut Matth. iv. 23. ix. 35. Marc. xiii. 10. Rom. i. 1. de prædicatione hujus doctrinæ 1 Cor. ix. 14. atque εὐαγγελισταὶ dicuntur doctores religionis Act. xxi. 8. per metonymiam autem indicat singulas religionis Christianæ partes, v. c. commentarios de dictis, factis, et fatis Christi, et scriptores horum commentariorum dicuntur *Evangelistæ*. Conf. *Suiceri* Thes. Eccles. T. i. p. 1220. *Schleusneri* Lex. in N. T. v. Εὐαγγέλιον. *Wolfii* Curas Prolegg. in Matth. p. 2. *Walæi* Prolegg. ad Matth. p. 1. et quos laudavit *Köcherus* in Analectis in quat. Evangg. p. 4. Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον est idem quod τοῦ Ματθαίου h. e. Matthæi commentarii de dictis, factis, et fatis Christi. Præpositio enim κατὰ a Græcis scriptoribus, ut Hebræorum ל in pluribus Psalmorum inscriptionibus, sæpius ita usurpatur, ut auctorem indicet, ut ap. Platon. Cratyl. 4. καθ' Εὐθύδημον, *auctore Euthydemo* ib. 18. καθ' Ἡράκλειτον, *auctore Heraclito*. Athen. i. 10. p. 12. F. ὁ Ζηνόδοτος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκδόσει γράφει *Zenodotus in sua editione scribit*. 2 Macc. ii. 13. καὶ ἐν τοῖς ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν. vid. *Elsnerus* Obss. Sacrr. p. 1. *Segaarius* Obss. phi-

* Aliorum conjecturas de tempore, quo Matthæus scripserit, vid. ap. *Hänleinium*, *Eichhornium*, *Bertholdtum*, ll. cc. Matthæum Evangelium suum paulo ante excidium Hierosolymorum scripsisse *Hugius Einleit.* Th. ii. p. 9 ss. ex Matth. xxiii. 35. xxiv. 15. colligit; Matthæi Græcum interpretem versionem suam post excidium urbis et templi adornasse, et textum Hebraicum ita reddidisse, ut nonnulla mutaret, nonnullisque augmentis Evangelium locupletaret, statuunt *Eichhornius Einleit.* Th. i. p. 508. 510. ed. i. p. 549, 551. ed. 2. *Bertholdtus Einleit.* Th. iii. p. 1268 sq. et ad hanc sententiam suam comprobandam laudant Matth. xxiii. 35. xxviii. 15, 19. Sed conf. quæ ad hos locos et supra not. 1. observavimus.

loll. in Evangg. Luc. p. 2. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 242. et hæc genitivi periphrasis adhibita est, ad evitandam genitivi repetitionem, cum post Εὐαγγέλιον supplendum sit Ἰησοῦ Χριστοῦ, coll. Marc. i. 1: vid. *Schmidtii Einleit. in das N. T.* Th. i. p. 22. *Eichhornii Einleit. in das N. T.* Th. i. p. 683. ed. 2. *Bertholdti Einleit.* Th. iii. p. 1095. Cæterum Matthæum eundem esse, qui Levi vocetur Marc. ii. 14. Luc. v. 27. coll. Matth. ix. 9. perquam probabilis est plurimorum interpretum sententia, vid. not. ad Matth. 1. 1. Eum antequam Christi partes sequeretur, e portitorum, qui in oppidis Judæorum publicanorum vices gerebant (vid. not. ad v. 46.) numero fuisse legimus Matth. ix. 9.

## §. 3. *De authentia Cap.* I. *et* II. *Evangelii Matthæi.*

Duo priora Matthæi capita non a Matthæo ipso profecta esse, sed addita ab ipsius interprete Græco, multis probare studuit *William*; A Free Inquiry into the Authenticity of the First and Second Chapters of St. Matthew's Gospel: London 1771. 8. (vid. *Michaëlis Neue Oriental. Biblioth.* Th. i. p. 53 sq.) *Williami* libellus auctior prodiit 1790. hoc titulo: A Free Inquiry into the Authenticity of the First and Second Chapters of St. Matthew's Gospél; with a new Preface, containing an Account of some MSS. in the British Museum: and a Dissertation on the original language of that Gospel. Lond. (v. *Eichhornii Allg. Biblioth. der Bibl. Literat.* B. 2. p. 918 sq.) *Williamum* refutarunt, et integritatem capp. defenderunt: *Flemming* Free Thoughts upon a Free Inquiry into the Authenticity of the First and Second Chapters of St. Matthew's Gospel; et *Velthusenius*, The Authenticity of the First and Second Chapters of St. Matthew's Gospel vindicated in answer, London. 1771. (vid. *Michaëlis Orient. Biblioth.* Th. i. p. 107 sqq.) quem librum postea *Benzlerus* in linguam vernaculam transtulit. Diss. de genuina auctoritate cap. I. et II. Evangelii St. Matthæi; Exercitatio Theol. exhibita a *Theoph. Cœlestino Piper*, Gryphisw. 1779. 4. Dubitavit de integritate horum capitum etiam *Strothius, von den Interpolationen im Evangelio Matthæi*, in *Eichhornii Repertorium für Bibl. und Morgenl. Literatur*, Th. ix. p. 99 sq. contra quem scripsit *Henke*, de Evangelii Matthæi integritate interpolando non corrupta. Helmstad. 1782. add. *Ge. Phil. Schmid Ueber die beyden ersten Kapitel des Matth.* Lübeck 1790. 8. *Joh. Frid. Schmid* Examen integritatis duorum priorum capp. Matth. (Lips. 1791. 4.) in Commentatt. Theologg. a me, *Velthusenio* et *Rupertio* editis Vol. i. p. 340 sqq. *Storrius* Diss. 2. in librorum N. T. historicor. aliquot loca ad Matth. iii. 2. Opuscc. Vol. iii. p. 104 ss. Etiam *Hessius Biblioth. der Heil. Geschichte*, Th. i. p. 208 sqq. atque *Ammonius* diss. de Luca emendatore Matthæi: Erlang. 1805. suspectam reddere studuerunt horum capp. authentiam; contra *Hessium* disputavit *Ravius*, Symbola ad quæstionem de authentia cap. I. et II. Evang. Matth. discutiendam: Erlang. 1793. 4. cf. etiam *Hugius* in *Einleit.* Th. ii. p. 179 ss. et *de Schubert*, de infantiæ J. C. historiæ a Matthæo et Luca exhibitæ authentia atque indole, commentatio. Gripeswaldiæ 1815. 8.

Non supposititia, sed genuina hæc duo capita esse, defenditur argumentis potissimum his: 1) omnes codices Græci, etiam Ebnerianus, vid. *Gableri Theolog. Journal*, B. 8. p. 1 ss. hæc capita exhibent: reperiuntur etiam in omnibus versionibus antiquis. In nonnullis quidem codd. latinis genealogia a reliqua cap. I. parte discernitur, hoc vero argumentum, quo

in primis *William* nititur, leve ac nullius ponderis est; genealogiam spuriam esse, exinde colligi posset, non vero duo priora capp. adulterina esse. At neque ex eo, quod librarii genealogiam separatim scripserint, consequitur, eam supposititiam esse, non enim rationibus criticis, sed theologicis permoti hoc fecerunt. Scilicet genealogiam Matthæi non conciliare poterant cum genealogia, quæ Lucæ c. 3. extat*. Patres præterea ecclesiastici sæpius in scriptis suis, data occasione, voces et versus in his capitibus extantes proferunt, e quibus Clementem Alexandrinum, Origenem, Ignatium nominasse sufficiat: quin et ipse Celsus, acerrimus doctrinæ Christianæ adversarius, ad hæc capita provocat: v. Orig. c. Celsum i. 38. ii. 32. *Griesbachii* ἐπίμετρον ad commentar: criticum in Græcum Matthæi textum, Jenæ 1811. 8. *Ejusd.* Symbolæ Criticæ, T. ii. p. 241. *Süskindii* Symbolæ ad illustranda quædam Evangeliorum loca, Tübing. 1802. 4.

2) Provocarunt etiam defensores authentiæ primorum Matthæi capitum ad Nazarenorum et Ebionitarum Evangelia, atque Justini ἀπομνημονεύματα τῶν Ἀποστόλων. Sed ut scienter *Griesbachius* monuit, hæc Evangelia apocrypha, quo cognationis gradu attigerint Matthæi commentarium incertum est, (v. *Griesbach.* ἐπίμετρον etc. p. 52.) et viri docti ea de re inter se dissident †, neque adeo ex istis Evangeliis idonea argumenta ad defendendam vel oppugnandam illorum capitum authentiam peti possunt. Qui tamen ex illis Evangeliis duo priora Matth. capita genuina esse comprobare studuerunt, argumentis usi sunt his: In Evangelio Nazarenorum (qui ut Ebionitæ utebantur Evangelio καθ' Ἑβραίους, quod etiam vocatur Evangelium secundum XII. Apostolos et secundum Matthæum: vid. *Zieglerus* l. c. p. 449. *Eichhornius* in *Einleit.* Th. i. p. 14.) duo priora Matthæi capita extabant, v. *Marsh.* l. c. p. 110, 119. *Schmidt* l. c. p. 348. in Ebionitarum quidem Evangelio non legebantur, v. Epiphan. Hær. xxx. 13. Sed Ebionitarum Evangelii Hebraici exemplum mutilatum, incertis historiis corruptum, fictisque fabellis refertum erat, ut idem Epiphanius l. c. testatur, cujus verba hæc sunt; ἐν τῷ παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίῳ, κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ κ. τ. λ. contra de Nazarenorum Evangelio Hæres. xxix. 9. scribit: ἔχουσι δὲ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον πληρέστατον Ἑβραϊστί, παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο, καθὼς ἐξ

* Matthæus cap. i. et Luc. c. iii. genealogiam ita commentariis suis adjecerunt, prout eam e domesticis scriniis cognatorum Josephi aut Mariæ acceperant, ac consequenter errores, si qui forte in adornanda alterutra tabula genealogica commissi esse videantur, non Matthæo aut Lucæ, sed ignotis harum βίβλων γενέσεως Ἰησοῦ auctoribus imputandi sunt. Tantum abest, ut difficultates e genealogiarum dissensu exortæ, alterutrius authentiam suspectam reddere queant, ut potius hæc ipsa ἐναντιοφανία novum argumentum ad vindicandam utramque suppeditare possit. Nimirum inde a primis seculis in conciliandis genealogiis tantopere dissonantibus omni virium intentione elaborarunt Christianorum doctissimi. Non solum Julius Africanus, sed, ut ipse testatur (ap. Euseb. H. E. i. 7.), jam ante eum alii, adeoque secundi saltim seculi scriptores, diversas tentarunt vias, quæ exitum ex isto labyrintho pollicerentur tantopere desideratum. Omnes autem in Gordio nodo variis adhibitis artibus solvendo se torserunt; nemo animum induxit, ense eum dissecare: quod profecto facillimum fuisset ac unicuique ultro in mentem venire et cupide a quoque arripi debuisset, si vel fando audisset, alterutrius genealogiam ac authentiam dubiam esse et controversam." *Griesbach.* Ἐπιμ. p. 61 sq.

† Vid. *Strothius* in *Eichhornii Repertorium für Bibl. und Morgenländ. Literatur*, Th. i. p. 9 ss. 22 ss. *Zieglerus* l. c. p. 454. *Gratzius* in *Kritisch. Untersuchungen üb. Justins Apostol. Denkwürdigkeiten*, Stuttg. 1814. *Schützii* Diss. I. II. de Evangeliis, quæ ante Evangelia in ecclesia Christiana fuisse dicuntur. Regiomont. 1812. 4. *Bertholdtus* in *Einleit.* Th. iii. p. 1212. *Hug. Einleit.* Th. ii. Ex *Eichhornii* sententia *Einleit.* Th. 1. p. 142. ed. 1. p. 154. ed. sec. erant diversæ recensiones primitivi Evangelii Syrochaldaïci.

ἀρχῆς ἐγράφη Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν, ὅτι σώζεται. Peculiares præterea opiniones pluribus in rebus fovisse feruntur Ebionitæ, divinamque Jesu originem negasse v. Epiphan. Hær. 46, 47. Irenæus adv. Hær. i. 26. hinc ea quæ c. i. et ii. leguntur, utpote ipsorum opinionibus repugnantia, decurtasse putandi sunt. Justini ἀπομνημονεύματα τῶν Ἀποστόλων ea quæ Matth. c. i. ii. commemorantur, continuisse certum est v. *Stroth.* l. c. Tatianus, Justini discipulus, si Theodoreto fides est, hæret. fab. i. 20. genealogiam in harmonia sua Evangeliorum omisit, sed una quoque alteram Luc. iii. 23 sqq. genealogiam, omnesque locos omisit, qui Jesum referrent in numerum posterorum Davidis. Quodsi vero Tatianus suis opinionibus v. *Walch Histor. der Ketzereien*, Th. i. p. 433. duci se passus est in locis Evangeliorum, quos in libris suis invenit, vel retinendis vel abjiciendis, etiam tum cum genealogiam Matthæi repudiavit, non testimonium dixisse, sed decreto dogmatico serviisse putandus est v. *Storrius* diss. exeget. in libror. N. T. historicor. aliquot loca P. 2. p. 12 ss. Opuscc. Academ. Vol. iii. p. 105 sqq.

3) Ipsum initium cap. 3. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις manifeste docet, præcessisse aliquid, ad quod hæc verba referenda sint. Abest quidem particula δὲ a multis codd. vetustis ac versionibus pluribus: sed ut *Griesbachius* in Commentar. Crit. in textum Gr. N. T. Part. i. p. 24. recte monuit, in principio non solum anagnosmatis, sed κεφαλαίου etiam, a quo narratio incipit plane alia, facile illa particula omitti potuit. Etiam Hebræi in initio libri, cum narrationem incipiunt, ad vocem בימי ἐν ταῖς ἡμέραις, addere solent nomen illius viri, principis aut regis, cujus ætate aliquid evenisse narratur, ut Ies. i. 1. al. Jam si inspicimus finem cap. ii. ubi Jesus cum parentibus suis Nazaretham venisse, ibique habitasse dicitur, quo illa verba referenda sint, haud obscurum esse potest. At objecerunt alii, verba ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, non esse verba Matthæi, sed interpretis Græci, qui hoc modo copulaverit duo priora capita tum tertio; Evangelii Matthæi idem fuisse initium, quod Evangelii Ebionitarum auctore Epiphan. Hær. xxx. 13. Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου. Audio. Sed præter alia plura, quæ huic conjecturæ obstant, obstat ei etiam hoc, quod iv. 12. legatur καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, quomodo vero ita scribere potuisset Matthæus, si non ii. 13. præcessisset, Jesum Nazarethæ habitasse?

4) Insunt primis Matthæi capitibus, ut præclare observavit *Griesbachius*, indicia, quæ satis aperte docent, eundem auctorem hæc capita, et reliquam Evangelii partem exarasse. Scilicet Matthæus in commentariis suis sæpius ad veterum vatum carmina provocavit, eaque de Christi sive fatis, sive rebus gestis utcunque, pro hermeneutices istius ævi conditione, interpretatus est. In his vero ipsis quoque binis capitibus crebræ oraculorum propheticorum allegationes et ad Jesum Messiam applicationes occurrunt v. i. 22. ii. 15, 17, 23. unde recte colligitur, hæc capita a Matthæo ipso esse adjecta, vid. *Griesbach.* ἐπίμετρον p. 57 ss. eandem omnino scribendi rationem in his capitibus et reliqua Evangelii parte deprehendi, docte et subtiliter et copiosius demonstravit *Gersdorfius in den Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller des N. T.* p. 38 sqq. cf. etiam quæ Censor hujus libri eruditus monuit in *Wachleri Theolog. Annalen Jahrg.* 1817. p. 940 ss.

5) Ipsæ narrationes, quas hæc capita continent, Matthæi scribentis consilio cum maxime consentanea erant. Scribebat nimirum, uti constat, in usum Christianorum e Judæis in Palæstina viventium, hinc utiles ei videbantur et erant hæ narrationes de origine, prosapia et infantia Jesu, ad

stabiliendam et confirmandam ipsius auctoritatem, ad evellendos ex animis lectorum suorum scrupulos ex Jesu humilitate injectos, et uti Matthæus plura in Evangelio suo tradidit, quæ non ex αὐτοψία, sed aliunde comperta habebat; ita quoque ea, quæ ad natales Jesu et primam ejus ætatem pertinebant, eum recipere memoriæque prodere potuisse, quis est qui dubitet? vid. *Ravius* l. c. p. 6 sqq. Præterea sicuti Matthæus ad scribendum Evangelium impellebatur, ut se objiceret commentitiis de Jesu narrationibus, ita simili quoque ratione impulsus haud dubie fuit, ut ex Evangelio quodam infantiæ Jesu*, e traditionibus in ipsa familia Jesu (qui inde a teneris maximam expectationem fecerat) obviis, v. *Ammonii* diss. de natura narrationum de vitæ Jesu primordiis, in ejusd. Opuscc. Theoll. p. 35 sq. seligeret ea, quæ, ipso judice, veritati consentanea, publice privatimque utilia essent. Lucas, qui ab initio usque ad finem omnia diligenter literis consignare volebat vid. i. 3. utebatur Evangelio infantiæ Jesu e traditionibus in Zachariæ familia obviis orto. Marcus, qui suum ipsius consilium in scribendo secutus, plura alia omisit, quæ in Matthæi et Lucæ commentariis leguntur, cum Romæ, et inprimis in gratiam Christianorum e gentilibus scriberet, nihil de prosapia et primordiis Jesu monuit, sed ei satis erat commemorasse, Jesum esse Χριστὸν, Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Sed quare Apostoli reliqui nec in sermonibus, in acta ipsorum a Luca relatis, neque in epistolis ad coetus Christianorum missis, provocarunt ad insignia divinæ providentiæ documenta, quæ inde a Christi incunabulis extiterunt? Scilicet Jesus, qui ab omni fastu et ostentatione alienissimus erat, perraro de rebus suis domesticis omninoque externis loquebatur; libere profitebatur, se a Deo missum esse, descendisse de cœlo; doctrinam suam non humani ingenii inventis et artibus, sed divina auctoritate niti; quod quidem confirmabat doctrinæ præstantia, præceptorumque suorum vi ad emendandos tranquillandosve hominum animos. Eandem Apostoli quoque sequebantur in epistolis suis ad nostram ætatem servatis methodum, inde tamen, ut per se intelligitur, neutiquam concludi potest, eos prorsus ignorasse, quibus auspiciis Jesus in lucem editus fuerit. Conf. *Niemeyeri* Conjecturæ ad illustrandum plurimorum N. T. scriptorum silentium de primordiis vitæ J. C. p. 14 ss.

## §. 4. *De Genealogia Jesu.*

Genealogia, quæ Matthæi capite primo extat, longe diversa est ab ea quam Lucas cap. tertio exhibuit. Etenim Matth. i. 16. Jacobus dicitur pater Josephi, sed Luc. iii. 23. ipsius pater nominatur Eli, Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλί. Deinde apud Lucam v. 23—27. ab illo Eli, Josephi patre, usque ad Rhesam plane alia nomina leguntur, quam apud Matthæum. Porro a Matthæo v. 6. commemoratur Davides, et Davidis filius ponitur Salomo; apud Luc. v. 31. nominatur Nathan, Davidis filius. Denique apud Lucam a Sorobabele inde usque ad Davidem, nomina diversa sunt ab iis quæ a Matthæo exhibentur. Ad has difficultates removendas, varias vias ingressi sunt interpretes, vid. præter eos quos laudarunt *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *Velthusen Sophienruhe, oder die Landpfarre.* Hamb. et Kiel 1783. 8. et Anonymi Diss. *über die Stammtafel unsers Herrn* in *Beyträgen zur Beförderung des vernünftigen Nachdenkens in der Reli-*

* Adhibuisse Matthæum Evangelium infantiæ Jesu, ex eoque selecta Evangelio suo præmisisse, præter argumentum cap. i. et ii. docet etiam laxius vinculum, quo cap. secundum cum capite tertio copulatum est.

*gion*, Heft vii. *Thiess Krit. Kommentar über d. N. T.* Bd. 2. p. 289 sqq. *Hug. Enleit.* Th. ii. p. 179 ss. vid. et not. ad Luc. iii. 23. p. 356. Ac libere quidem profitendum est, non omnes difficultates ita posse removeri ac tolli, ut nulla prorsus ad dubitandum ansa supersit. Nec mirum, cum nobis, tam longe ab illa ætate remotis, neque plena et accurata legum genealogicarum notitia suppetat. Notatu tamen dignum est, ut jam præclare monuit *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l. vivo Jesu nihil unquam contra originem ejus e stirpe Davidis allatum fuisse ab adversariis Judæis, in reliquis alias satis ad disputandum proclivibus, quamvis eum Davidis filium vocari frequenter audirent v. Matth. ix. 27. xv. 22. al. nec postea Apostolis Christi genus ad Davidem referentibus Rom. i. 3. 2 Tim. ii. 8. aliquid oppositum fuisse.—Probabilitate autem sua maxime sese commendat, plurimisque arrisit eorum sententia (v. *Helvicus* de Genealogia Chr. in *Crenii* Exercc. phil. hist. Fasc. III. p. 332 ss. *Spanhemius* Dub. Evangg. P. 1. p. 13. sqq. *Rusius* in Harmon. Evangelistar. T. i. *Dœderlinius* Inst. Theol. Christ. P. 2. p. 242. ed. 6. *Rosenmüllerus* ad h. l. *Paulus* ad Matth. i. 1. al.) qui statuunt: *Matthæum* proposuisse *genealogiam Josephi*, a propinquo Jesu confectam, adeoque Jacobum Matth. i. 16. memoratum, fuisse *patrem Josephi*; *Lucam* vero exhibuisse *genealogiam Mariæ*, adeoque *Eli* Luc. iii. 23. nominatim inductum, fuisse *Mariæ parentem*, et eatenus dici a Luca Josephi patrem, quatenus Josephus fuerit ejusdem gener. ὢν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, *qui* (Josephus) *erat gener Eli.* Notant, sic quoque Ruthæ nurus appellari filias Ruth. i. 11 sqq. et Matthæum usurpasse verbum γεννᾷν, quod generationem naturalem vulgo designet, Lucam vero ab hoc verbo abstinuisse, et usum esse formula latiori τοῦ Ἡλί. Latioris autem significatus hanc formulam esse, vel satis docere posse verba v. 38. τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ. Provocant præterea etiam ad Judæorum consuetudinem, maritum, quem filia unica, patris sui hæres, sibi elegerat, in ejus, qui eam genuerat, stemma inscribendi Num. xxvii. 4 ss. Neh. vii. 63. Parum recedunt ab his ita statuentibus, qui Lucæ verba ita legunt et explicant: ὢν (ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ) τοῦ Ἡλὶ scl. υἱός· *erat Jesus filius, ut putabatur,* (al. *quamquam habebatur pro Josephi filio) Josephi, nepos Eli,* patris Mariæ; cum perquam frequenter nepotes in literis sacris dicantur filii. Continet vel sic Lucæ c. 3. genealogiam Mariæ. Monent præterea qui apud Lucam genealogiam Mariæ legi contendunt: Judæos sibi admodum placuisse in majorum suorum enumeratione, et genealogiis vario modo condendis, v. 1 Tim. i. 4. ibique interpp., vulgo quidem non consignata esse apud Judæos mulierum stemmata, in Jesu vero familia propemodum necessarium fuisse, ut matrem ejus e Davidis familia ortam esse demonstraretur, cum Jesus non fuisset proprius Josephi filius. Jam cum Judæi in Palæstina viventes unice curarent genealogiam patris, paternum genus honorificentius reputantes (Bereschith R. 30. *ego assurrexi ei, qui ipse de Juda, ego vero de Benjamin: et ipse ex masculis Juda, ego vero ex fœminis.* Bava Batra fol. 110. a. *genus patris vocatur genus* משפחה, *genus matris non vocatur genus* משפחת אם לא משפחה): hinc Matthæum Christianis e Judæis in Palæstina viventibus scribentem, recepisse stemma Josephi; Lucam contra, qui non scripserit Christianis e Judæis in Palæstina viventibus et pluribus jam docuisset, Jesum non fuisse Josephi filium, recepisse stemma Mariæ, ut doceret eam e Davidis familia oriundam esse. Ad hanc sententiam confirmandam provocant etiam ad libros Judæorum, in quibus Maria, filia Eli, et apud inferos vehementer discruciari dicatur, vid. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmm. ad Luc. iii. 23. Alii contendunt

Matthæum et Lucam Josephi genealogiam exhibuisse. Josephi patrem legitimum, in cujus defuncti bona successerit Josephus hæres, ex leviratus jure Deut. xxv. 5 sqq. fuisse *Eli* Luc. iii. 23. et naturalem, qui ipsum genuerit, *Jacobum* Matth. i. 16. ut adeo Josephus duos quasi patres habuerit v. Julius Africanus in ep. ad Aristidem ap. Euseb. H. E. i. 7. *Hugius* in *Einleit. in das N. T.* Th. ii. p. 180 ss. (ed. 1.) p. 233 ss. Sed ut ad i. 15. notavimus, e legibus genealogorum Hebraicorum filii ex ejusmodi matrimonio nati nomen, non in patris naturalis, sed legitimi, genealogiam referebatur. Quæcunque demum ex variis illis sententiis, quas protulerunt interpretes, admittatur, hoc certissimum est, Lucam genealogiam in Evangelio infantiæ Jesu, ab ipso adhibito, repertam recepisse, quoniam æque ac Matthæus sciebat, Jesum a Davidis prosopia esse, atque hanc genealogiam quoque Jesu genus a Davide repetere videbat.

# EVANGELIA

# MATTHÆI ET MARCI.

## ΤΟ ΚΑΤΑ

# ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

### ΚΕΦ. α΄. I.

ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.
2 Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν
Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς
3 αὐτοῦ. Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ ἐκ τῆς
Θάμαρ· Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ· Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε
4 τὸν Ἀράμ. Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ δὲ
ἐγέννησε τὸν Ναασσών· Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών.

1. Βίβλος γενέσεως I.X.] Hebr. זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Gen. v. 1. aut אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת Gen. vi. 9. atque *βίβλος γενέσεως* positum est pro *αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως*, ut Gen. l. c. *hæc est descriptio generis J C., hic est catalogus majorum J.C. nepotis Davidis, qui fuit nepos Abrahami.* ut adeo verba v. 1. referenda sint ad subjectum majorum J. C. recensum. Etenim *βίβλος* ut סֵפֶר non tantum notat *librum*, quæ tritior est vocabuli significatio, sed etiam *catalogum, indicem*, ut Gen. v. 1. ubi Alexandrini habent: *αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως*· add. Apoc. iii. 5. et *Vorstius* de Hebraismis N.T. p. 26. ed. *Fisch*. Vocabulum autem *γένεσις* ut Hebr. תּוֹלְדוֹת inter alia notat, *genus, prosapiam, seriem eorum qui ex eadem stirpe orti sunt*, ut Gen. vi. 9. x. 1, 32. xi. 10. xxv. 12, 19. xxxvi. 1, 9. Num. iii. 1. al. Atque hæc verborum interpretatio, qua admissa, hæc ipsa verba *βίβλος γενέσεως* I. X. *υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραὰμ*, faciunt septemdecim priorum cap. primi Evangelii Matthæi versuum *ἐπιγραφὴν*, nobis quidem, utpote usu loquendi Hebræorum, et loco simili Gen. v. 1. confirmata, verissima videtur, minusque probanda eorum sententia, qui *βίβλος γενέσεως* I. X. explicant: *liber de vita Jesu*, atque hæc verba ad universum Matthæi Evangelium pertinere putant. Ad hanc sententiam suam comprobandam, monent, *γένεσις* etiam usurpari de vita hominis ut Judith. xii. 19. Sapient. vii. 5. atque vocem תּוֹלְדוֹת etiam *res gestas*, eventum quemlibet indicare Gen. xxxvii. 2. Sed hoc ipso Gen. l. 1. verba אֵלֶּה תֹּלְדוֹת יַעֲקֹב prop. notant: hæ sunt generationes Jacobi, atque explicari debent: sequitur historia *posterorum Jacobi*. Desideratur ergo exemplum simile, quo possit doceri illam notionem vocabulo תולדות inesse. Ἰησοῦς] vid. ad v. 21. Χριστὸς] *Messias*, nomen dignitatis: respondet Hebr. מָשִׁיחַ quod *unctum*, etiam *regem* significat. Reges enim apud Hebræos dicebantur uncti, v. 1 Sam. xxiv. 7. 2 Chron. vi. 42. Ies. xlv. 1. non solum propterea, quod uncti erant, sed omnino etiam propterea quod regia dignitate ornati erant, unde מֶלֶךְ et משיח sæpius quoque tanquam synonyma junguntur; v. 1 Sam. ii. 10. Ps. xviii. 51. 1 Macc. i. 24. ubi Deus ipse vocatur *ὁ μόνος βασιλεὺς καὶ Χριστός*. hinc etiam Saulus Sirac. xlvi. 19. simpliciter vocatur Χριστός. H. l. ut aliis in locis N. T. cum Jesus nominatur Χριστὸς veluti Matth. xvi. 16. notat, Messiam, regem illum hominum a Deo constitutum, de quo V. T. prophetæ cecinerunt. *υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ*] statim in ipsa hujus catalogi inscriptione, a Matthæo sive auctore Evangelii infantiæ J. præfixa, mentio facta est Davidis atque Abrahami, ut primo intuitu appareret Jesu majores fuisse illustres, eum genus ducere a Davide, e cujus progenie Messiam fore credebant. vid. Matth. xxii. 42. Joh. vii. 42. *Lightfoot* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l.

(3—8.) Θάμαρ] vid. Gen. xxxviii. Ruth. iv. 12. Judæorum quidem consuetudinis non erat, mulierum nomina in stemmatibus ipsis notare, interdum tamen, ut ex hac ipsa descriptione generis Jesu patet, earum nomina recipiebantur, quoniam feminæ illæ notabiles erant, vel ut genealogia ipsa accuratius contexeretur, ut adeo feminarum nomina, in hac tabula memorata, testimonium perhi-

Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ· Βοὸζ δὲ 5
ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ· Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν
Ἰεσσαί. Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα· 6
Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν [1]Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ
Οὐρίου. Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· Ῥοβοὰμ δὲ 7
ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά. Ἀσὰ δὲ 8
ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ·
Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν. Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν 9
Ἰωάθαμ· Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ· Ἄχαζ δὲ
ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν. Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ· 10
Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών· Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν
Ἰωσίαν. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς 11
αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Μετὰ δὲ τὴν 12

6. ∾ Σολομῶντα.

beant, et veritatis genealogiæ, et diligentiæ auctoris ejusdem.—(5.) Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχὰβ,] *Salmon e Rahaba sustulit Boasum*. Boasum, qui v. 5. nominatim inducitur, fuisse Salmonis filium, docet quoque locus Ruth. iv. 21. add. 1 Chron. ii. 11. Rahabam Boasi matrem fuisse, nuspiam in libris V. T. legitur, ut adeo traditionem genealogiæ auctor secutus esse videatur. Quæsiverunt etiam interpretes, utrum Rahaba hic memorata, fuerit meretrix illa Hierichuntina, de qua Jos. ii. 1. an ab ea diversa? Sed Rahabam Hierichuntinam propter rationes chronologicas non posse intelligi, immo aliam Rahabam, quæ serius vixerit, h. l. innui, bene demonstravit *Outhovius* in Biblioth. Bremensi Class. 3. p. 438. quem *Wolfius* in Curis ad h. l. non refutavit. —(6.) v. 1 Sam. xvi. 1. xvii. 12. 2 Sam. xii. 24. 1 Chron. iii. 10. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου scl. γυναικός. v. *Bosius* Ellips. p. 93. ed. *Schæf.* *Glassius* Phil. s. p. 120.—(8.) Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν] *abavus Usiæ erat Joramus.* Latiori significatu capiendum est h. l. verbum γεννᾷν, omissi enim sunt Achasias, Joasus, et Amazia, Usiæ pater; vid. 2 Chron. xxii. sqq. omissi sunt de industria ab ipso genealogiæ auctore, ad conficiendum justum numerum trium tessaradecadum, coll. v. 17. Solebant autem Orientales in genealogiis prætermittere stirpes, quæ numerum constitutum excederent, v. Ruth. iv. 20. 1 Chron. viii. 1. coll. xxvi. 28. Gen. xlvi. 21. *Michaëlis Anmerkungen* ad Ruth. iv. 20. et V. D. in *Repertor. für Bibl. und Morgenl. Literat.* P. 13. p. 169. Præterea etiam nepotes in literis sacris dicuntur υἱοὶ, et verbum ילד, cui respondet γεννᾷν, latiori significatu haud raro poni solet ut Jes. xxxix. 7.

(11. 12.) Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν] *e posteris Josiæ Jechonias erat.* Nec h. l. verbum γεννᾷν nimis premendum. Etenim Josiæ filius fuerat Joiakimus; et hujus filius, Jechonias. vid. 1 Chron. iii. 15. Male ergo in codd. nonnullis, vers. Philoxeniana et Syra Hierosolymitana, legitur: Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωακείμ· Ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Manus interpolatrices hæc scriptura aperte arguit, cum et hac lectione admissa, ætates quindecim, non quatuordecim prodirent, coll. v. 17. ipsa quoque verba καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, quæ etiam grammaticis suam originem debent, qui Jechoniam cum Joakimo confudisse videntur, delenda sunt, cum Jechonias nullos habuerit fratres, sed Joiakimi tres fratres commemorentur 1 Chron. iii. 15. vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 421 sqq. Aptius legerentur hæc verba post vocem Σαλαθιὴλ v. 12. sex enim fratres hujus Salathielis, Jechoniæ filii, laudantur 1 Chron. iii. 18. Ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος] *sub exilium Babylonicum*, annis non multis ante exilium Babylonicum. ἐπὶ *sub*, Hebr. ב Exod. xii. 29.—(12.) μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν,] *tempore autem exilii;* nam μετὰ haud raro indicat tempus ipsum, quo aliquid accidit, ut Joseph. Ant. i. 12. 2. ὃν (Isaacum) εὐθὺς μετ' ὀγδόην ἡμέραν περιτέμνουσι i. e. ipso die octavo, vid. *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Gramm. Vol. iii. P. 2. p. 201. et quos ibi laudavimus. Jechonias autem in Babyloniam deportatus est, tertio regni mense, anno ætatis XVIII. v. 2 Regg. xxiv. 8. Joseph. Ant. x. 9. et Salathiel in Babylonia natus est. Vocabulum μετοικεσία antiquis Græcis ignotum vid. *Jensius* in Ferc. Literar. p. 4. et *Münthius*

μετοικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ·
13 Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ. Ζοροβάβελ δὲ
ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ· Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ·
14 Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ. Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν
Σαδώκ· Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ· Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε
15 τὸν Ἐλιούδ. Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ
δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ.
16 Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς

ad h. l. in versione Alexandrina occurrit 4 Regg. xxiv. 16. Ezech. xii. 11. ubi respondet Hebr. גּוֹלָה *exilium* et posteriori loco copulatur cum αἰχμαλωσία. Verbo μετοικεῖν *in exilio degere*, usus est Diod. Sic. p. 152. C. Rhod. ὁ Ἀμφιτρύων φυγαδευθεὶς ἐκ Τίρυνθος μετῴκησεν εἰς Θήβας, *e Tirynthe expulsus Amphitryo Thebis in exilio degebat.* Ζοροβάβελ] Salathielis filius, cujus h. l. mentio fit, diversus est ab eo, quem commemoravit Lucas iii. 27. sed idem est qui Esr. iii. 2. v. 2. Hagg. i. 1. laudatur. Etenim h. l. Sorobabelis genus deducitur a Davide per Salomonem, apud Lucam vero a Davide per Nathanem; etiam Salathielis parentes, et Sorobabelis posteri diversi sunt ab iis, qui h. l. enumerantur. Quæritur etiam, an Sorobabel h. l. memoratus diversus sit ab eo, qui 1 Chron. iii. 19. nominatur, ibique Phadaiæ filius dicitur. Hanc difficultatem interpretes ii, quibus persuasum est 1 Chron. l. c. et nostro loco eundem notari, ita removere student, ut præcipiant, Salathielem improlem mortuum esse, et Phadaiam, viduam fratris Salathielis e legibus Hebræorum Deut. xxv. 6. duxisse, atque ex ea suscepisse Sorobabelem, adeoque Phadaiam Sorobabelis fuisse patrem naturalem, Salathielem vero ipsius patrem legitimum. Neque tamen hoc modo omnis difficultas removetur. Etenim ex illa ipsa lege et legibus genealogorum Hebraicorum non Phadaiæ, sed Salathielis, patris legitimi nomen illo Chron. l. c. ponendum fuisset; cumque præterea Sorobabel 1 Chron. iii. 19. nominatus etiam liberis progenitis differat a Sorobabele, cujus h. l. mentio facta est: præplacet eorum sententia, qui alium Sorobabelem h. l., alium 1 Chron. l. c., alium Luc. iii. 27. memoratum esse contendunt.

(16.) Ἰακὼβ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ,] vid. Prolegg. §. 4. τὸν ἄνδρα Μαρίας,] *Mariæ maritum.* Alii vertunt: *Mariæ sponsum*, ut adeo ἀνὴρ sit idem quod νυμφίος, cum et Hebræi sponsos, dixerint maritos, sponsas, conjuges; v. Gen. xxix. 21. Deut. xxii. 23, 24. sicuti et a Latinis vocabula *gener, natus, maritus, conjux, uxor, socer,* adhibeantur de iis, qui nondum sunt, sed sperantur fore, v. *Burm.* Anthol. Lat. T. i. p. 296. ad Val. Flacc. iii. 497. *Broukhus.* ad Tibull. iii. 2, 4. cum voc. ἀνὴρ v. 19. hoc sensu necessario capiendum sit. Sed cum h. l. nihil memoretur, quod nos de Josepho ut sponso cogitare jubeat, quod secus est v. 19.: cum in genealogiis Judæorum non sponsi et sponsæ, sed uxores et mariti recenseantur; cum Josephus v. 24. Mariam duxisse diserte dicatur: extra omnem dubitationem positum est, ἄνδρα significare h. l. *maritum.* ἐγεννήθη] *natus est.* Vulgo quidem verbum γεννᾷν de patre, τίκτειν de matre, dicitur, vid. Tho. Mag. v. τίκτειν ibique interpp.; sed ut verbum ילד de maribus æque ac feminis usurpatur, ita quoque verba illa Græca in libris N. T. et versione Alexandrina promiscue ponuntur; et γεννᾷν quidem de femina legitur Luc. i. 13, 57. xxiii. 29. Gen. iii. 16. iv. 18. xvi. 1. xxii. 23. Exod. vi. 20. coll. v. 25. ut et in libris scriptorum Græcorum ap. Apollodor. iii. p. 163. Plutarch. de educ. puer. c. 5. Xen. Rep. Laced. i. 3. Plato Sympos. 15. v. *Munkerus* ad Hygin. fab. 3. *Barnesius* ad Eurip. Iph. Aul. 639. Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός] *Jesus qui dicitur Christus (Messias). Storrius über d. Zweck d. Evangelischen Geschichte und der Briefe Johannis* p. 237. hæc verba addita esse opinatur a propinquo Jesu ἀπίστῳ genealogiæ auctore (v. Prolegom. §. 4.), a quo eam Matthæus acceperit, coll. xxvii. 12, 22. Joh. vii. 5. Rejecit hanc sententiam V. D. in *Wachleri Neuen Theol. Annalen J.* 1808. p. 217. cujus verba apponere liceat: Non ignoramus, Pilatum ἄπιστον infra xxvii. 22. e Judæis quærere: τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστόν; sed λεγόμενος hujus sententiæ: *qui rite et jure vocatur, qui et appellatur et est,* apud Matthæum dominatur v. ix. 9. x. 2. xiii. 55. xxvi. 3, 14. xxvii. 6, 33. ubi nomini proprio vel commune vel cognomen additur. Ὁ λεγόμενος ergo innuit, nisi forte Matthæus semet ipse non intellexerit, blasphemiæ, quam ἄπιστος auctor præiverat, temere sequax, Christum nomen dignitatis ac muneris, non hominis esse,

ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ 17
ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ
Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσα-
ρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ,
γενεαὶ δεκατέσσαρες.
Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ ¹γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης 18

18. ∾ γένεσις.

quod idem valet ex ore Pilati, verum an falsum dijudicare supersedentis. Vid. etiam xvi. 13—16. ubi nulla suspicio ἀπιστίας. Præterea etiam λέγεσθαι sæpius idem valet quod εἶναι. v. Matth. xxi. 13. coll. Luc. xix. 46. add. Luc. i. 76. 1 Joh. iii. 1. Homer. Il. γ'. 138. τῷ δέ κε νικήσαντι φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις. cf. et *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik der Schriftsteller des N. T.* p. 50. sqq.

(17.) Partitionem genealogiæ Christi in tres tessaradecadas factam esse nonnulli contendunt propter tres insignes mutationes, quas Judæi ante Christum natum subierunt, hic etiam Davidem bis vocatum esse βασιλέα. Cum vero Orientales variis subsidiis ad genealogias menti imprimendas uti soleant, vid. *Michaëlis Oriental. Biblioth.* Th. xii. N. 192. et *Anmerkungen* ad h. l. *Eichhornii Einleit. in d. A. T.* Th. ii. p. 449. Th. iii. p. 310. Ejusd. *Repertorium für Bibl. u. Morgenl. Literat.* Th. 13. p. 69. præplacet mihi eorum sententia, qui auctorem genealogiæ hac ratione memoriæ consulere voluisse, et propterea etiam stirpes nonnullas omisisse, vid. v. 8., censent. Quod computationem quatuordecim γενεῶν attinet, e quibus quælibet genealogiæ classis constat, ita ut quæque earum bis numerum septenarium Judæis sanctum referat, facillima et maxime probabilis mihi semper visa est ratio, quam inierunt *Olearius* Obss. in Matth. p. 30. *Storrius* Diss. exeget. in libror. histor. N. T. loca, Tubing. 1790. p. 1. sqq. alii. Scilicet *primam* classem ducit Abrahamus, claudit Davides; *secundam* ducit Davides, claudit Josias; *tertiam* ducit Josias, claudit Josephus, ut adeo Davides et Josias bis numerandi sint. Josephum claudere agmen tertium, et Jesum ab eo discerni, vel exinde apparere videtur, quod formula solennis: *hic vero filium habuit*, in Josepho usurpari desiit. γενεαὶ, de cujus vocis significationibus variis vid. *Iensius* Ferc. Liter. p. 6. cum omissæ sint singulæ stirpes, minus recte expressit Vulg. *generationes*, est potius h. l. *progenies*, numerus consanguineorum, ut ap. Philon. Leg. ad Cai. p. 1035. b. γενεὰς ὅλας ἀποσφάξαντες *tota progenie jugulata*, atque respondet Hebr. תּוֹלְדוֹת et voc. γενέσεως Ruth. iv. 21. vid. Perizon. Origg. Ægyptt. c. 11. p. 212. Duck.

(18.) Τοῦ δὲ I. X. ἡ γέννησις] Codd. nonnulli habent γένεσις, utrumque vocabulum, γένεσις (a γίνομαι) et γέννησις (a γεννάω) ap. scriptores Græcos *generationem, nativitatem, ortum* significat, sed γένεσις, quod in vers. Alex. cum *nativitatem* indicat, respondet voc. מוֹלֶדֶת, frequentius recurrit, hinc γέννησις a librariis mutatum est in γένεσις, cum et hoc vocabulum primo versu positum viderent, ubi tamen alio sensu legitur, atque Hebr. תּוֹלְדוֹת exprimit. Præfero igitur γέννησις, quod apprime respondet verbo ἐγεννήθη v. 16. et in plurimis codd. extat. Est autem γέννησις Hebr. הֻלֶּדֶת Hos. ii. 5. οὕτως ἦν, *nativitas talis erat:* referri debent hæc verba ad ea quæ sequuntur, ad modum quo Maria Jesum procreavit, et particula γὰρ habet h. l. vim explanandi et connectendi præcedentia cum sequentibus, Lat. *scilicet* v. *Raphelius* et *Krebsius* ad h. l. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς] *priusquam hic eam duxisset domum.* Verbum συνέρχεσθαι ut Lat. *convenire*, de usu conjugii adhibetur, ita, ut sit *coïre, rem habere*, 1 Cor. vii. 5. Palæph. l. 1. ἐπεὶ συνῆλθον ἀλλήλοις add. Zosim. ii. 8. 2. Xen. Mem. ii. 2. 4. v. et *Burm.* ad Ovid. A. A. i. 79. *Heinsius* ad Ovid. A. A. ii. 11. *Maiius* Obss. S. Fasc. 4. p. 45 sqq. et *Læsnerus* ad h. l. Sed hoc idem verbum dicitur quoque de domicilii conjunctione, de sponso qui sponsum domum deducit, et sponsa quæ deducitur: vid. Xen. Œcon. x. 4. Jam cum legatur v. 20. μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ, et v. 24. καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· unde sequitur nondum nuptias celebratas fuisse: verbum συνέρχεσθαι cum *Beza, Raphelio* Obss. Xenoph., *Kypkio*, aliis, ampliori significatu capiendum esse censeo, non tantum de conjunctione thori, sed generatim de matrimonii inchoatione, ita ut nuptiarum celebrationem et deductionem in domum mariti simul includat. Cæterum hæc ipsa verba, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, delenda statuit *Gersdorfius* in *Beyträge zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller d. N. T.* p. 529 sq. cum ex Matthæi scribendi ratione, genitivos absolutos, nulla interjecta sententia, verbum sequi soleat. Idem V. D. cum non legatur Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, sed τῆς μητρ. αὐτοῦ. Μαρ. hunc

γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν
19 αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ

ipsum verborum ordinem docere contendit, nomen Μαρίας, ab Irenæo quoque iii. 16. 2. omissum, librarios male sedulos adscripsisse. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου]. *gravida facta erat per vim divinam. Wassenberghius* in Diss. de Glossis N. T. præmissa Selectis e Scholis *Valckenarii* in libros quosd. N. T. Vol. i. p. 26. verba ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ab aliena manu adjecta putat. Quodsi enim, inquit, jam tum scivisset Josephus gravidam esse Mariam e Spiritu S. non id profecto egisset, ut clam eam dimitteret, neque etiam necesse ita fuisset, ut in somnis ejus rei divinitus admoneretur. Sed lectio vulgaris, quam omnes codd. tuentur, proba est. vid. not. ad v. 20. add. *Hug*. Einleit. in d. N. T. (ed. 2. 1821.) Th. ii. p. 237 sq. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου *gravida facta erat per vim divinam*: εὑρέθη ἔχουσα positum est pro ἦν ἔχουσα i. e. εἶχε· sic etiam ab Hebræis inter se permutantur נִמְצָא et הָיָה, v. Mal. ii. 6. et אֵינֶנּוּ Alexandrini Gen. xxxvii. 30. expresserunt οὐκ ἔστι, sed Gen. v. 24. οὐχ εὑρίσκετο· vid. et *Glassius* Phil. S. p. 220. ed. *Dath*. Formula ἐν γαστρὶ ἔχειν (quæ etiam ap. Pausaniam sæpius, et ap. Artemidor. Oneirocrit. lib. ii. 18. iii. 32. recurrit v. *Elsnerus* ad h. l.) scl. ἔμβρυον, ut infra v. 23. vid. *Bosius* de Ellips. p. 147. nos ad Luc. i. 31. respondet Hebr. הָרָה, quod hac ipsa voce reddiderunt οἱ ό· Gen. xvi. 14. et ἐν γαστρὶ λαβεῖν Gen. xxxviii. 18. et verbo συλλαβεῖν Gen. iv. 1, 26. Præpositio ἐκ indicat caussam efficientem ut Hebr. ל Gen. xxxviii. 18. et מ Job. xii. 3. v. *Storrius* Obss. ad anal. et syntax. Hebr. p. 254. Sed Πνεῦμα ἅγιον *vim divinam* notare, satis luculenter docet locus Luc. i. 34, 35. ubi Πνεῦμα ἅγιον explicatur δύναμις Ὑψίστου. cf. etiam Luc. xi. 20. Matth. xii. 28.—Itaque disertis verbis h. l. traditur, Mariam, virginem sanctam et castam, per vim divinam concepisse; et hoc ipsum ecclesia docet. Eadem res accuratius exponitur Luc. i. 26. ss. ubi de visione a Deo effecta sermonem esse, theologi monent, qui iidem quo demonstrent, Deum efficere potuisse, ut virgo δίχα κοινωνίας ἀνδρὸς conciperet, provocant ad hominem primum sine patre et matre natum. cf. et not. ad Matth. xiii. 55. Fuerunt tamen plures, qui partum Christi virgineum negarent, atque Josephum parentem Christi naturalem fuisse probare studerent, vel ex ipsis literis sacris (v. quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l.) quibus add. (*Waltheri*) *Versuch eines schriftmässigen Beweises, dass Joseph der wahre Vater Christi sey*, Berlin 1791. quem docte refutarunt *Oertel*, in *Antijosephismus, oder Kritik über eines Ungenannten schriftmässigen Beweis, dass Joseph der wahre Vater Christi sey*, Germanien 1792. coll. *Eichhorn Allgem. Bibl. der Bibl. Lit.* B. 5. p. 502. ss. atque *Hassius* in Diss. *Josephum verum Jesu patrem e scriptura non fuisse*, Regiom. 1792. 4. add. *de Schubert* Commentatio *de infantiæ J. C. historiæ a Matthæo et Luca exhibitæ authentia et indole*, Gripeswald. 1815. 8. p. 78 ss. 122 ss. vel ita ut mythum philosophicum admitterent, ortum ex opinionibus et notionibus de Messia tunc temporis usitatis et solennibus; ex vaticiniis prophetarum, et traditionibus in ipsa forte Christi familia obviis; de nativitate Jesu Bethlehemitica, de Magorum adventu, (cujus narratio c. 2. mythis historicis annumeratur) et oblatione infantis Hierosolymis facta, Luc. ii. 22. sq. Judæos nimirum, quibus persuasum fuerit, Messiam fore regem summum et plane extraordinarium, quæcunque suo in genere præclara, excelsa, et inusitata in V. T. locis commemorata reperi .nt, ad Messiam referre solitos esse, atque etiam existimasse Messiæ originem incertam fore, vid. Joh. vii. 27. ibique interpp.; hinc etiam Christianos primos, cum Christus ipse de origine sua divina verba fecisset, et eminentiori sensu Deum patrem suum vocasset, inde collegisse nativitatem ipsius fuisse extraordinariam, ad eumque retulisse locum Jes. vii. 14. coll. Matth. i. 22. non defuisse præterea ulli fere populo prisco filios deorum παρθενογενεῖς, vel sine omni mulieris opera genitos. Hieronym. c. Jovinian. i. 26. *Apud Gymnosophistas Indiæ, quasi per manus hujus opinionis auctoritas traditur, quod Buddam, principem dogmatis eorum, e latere suo virgo generarit. Nec hoc mirum de barbaris, cum Minervam quoque de capite Jovis, et Liberum patrem de femore ejus procreatos, doctissima finxerit Græcia. Speusippus quoque, sororis Platonis filius, et Clearchus in laude Platonis, et Anaxilides in secundo libro Philosophiæ Perictionem, matrem Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt*, (v. Diog. Laërt. iii. 2, 3.), *et sapientiæ principem non aliter arbitrantur, nisi de partu virginis editum. Ac ne nobis Dominum Salvatorem de virgine procreatum, Romana exprobraret potentia, auctores urbis et gentis suæ Ilia virgine et Marte genitos. arbitrantur.* Ita igitur sensim ortas esse et exornatas narrationes, de ori-

δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγμα-
τίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ 20
ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ,
λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ

gine atque infantia Christi, vid. *Ammonii* Diss. *de natura narrationum de vitæ J. C. primordiis*, quæ inserta legitur ejusdem novis opusc. theol. p. 25 sqq. *Gableri Journal für Theol. Literatur*, Erst. B. p. 83 sq. 408 sq. *Baueri Hebräische Mythologie des A. und N. T.* B. 2. Lips. 1803. et *Rosenmüllerus über die Geburt des Heilandes von der Jungfrau, in Gableri Journal für auserlesene Theol. Literatur*, B. 2. p. 253 sqq.

(19.) Josephus *vero Mariæ sponsus*, cum, quæ ei evenissent, Luc. i. 26 sqq. ex ipsa comperisset, *pro humanitate et æquitate sua nolebat eam publica ignominia afficere, sed eam clam repudio dimittere constituerat.* ἀνὴρ h. l. *sponsus*, vid. ad v. 16. δίκαιος est, *benignus, æquus, humanus*, qui non severe jus suum persequitur; vocabula enim צדיק et חסיד non raro vim cognatam habent, v. Ps. cxlv. 17. et חֶסֶד, *benignitas*, pluribus in locis ab Alexandrinis exprimitur vocabulo δικαιοσύνη Gen. xxxii. 10. Exod. xv. 3. Ies. lxiii. 7. pro quo aliis in locis utuntur voc. ἐλεημοσύνη Gen. xlvii. 29. Prov. xxi. 21. iidem vero etiam voc. צדקה reddiderunt verbo ἐλεημοσύνη, ut Dan. iv. 4. atque Tob. xii. 9. ἐλεημοσύναι et δικαιοσύναι tanquam synonyma junguntur, add. 2 Cor. ix. 10. Rom. iii. 26. Hinc etiam Chrysost. nostro loco δίκαιος verbis χρηστὸς et ἐπιεικὴς recte interpretatus est. παραδειγματίζειν ut simplex δειγματίζειν omnino notat: *monstrare aliquid illudque in publicum producere*, et δεῖγμα non minus quam παράδειγμα dicitur *de re quacunque, quæ in publicum producitur.* Hesychius: δεῖγμα· ἡ ἔνδειξις· παραδειγματίσαι· φανερῶσαι. Hinc utrumque vocabulum speciatim adhibetur *de rerum venalium speciminibus, in foro expositis.* v. *Fischeri* Ind. Theophr. v. δεῖγμα· Harpocration, Suidas et Etym. M. et sensu latiori de *unoquoque rei alicujus specimine et exemplo*, ita παράδειγμα legitur ap. Isocr. Evag. c. 4. Plutarch. P. E. c. 13. Liban. ep. 35. p. 17. 3 Macc. ii. 5. δεῖγμα Æl. H. V. vi. 12. extr. ubi v. *Perizonius*, cf. et *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. Deinde utrumque verbum in deteriorem partem ponitur, de iis qui aliquem exponunt oculis omnium, vel: ut notetur ignominia, hinc, *ignominia aliquem afficere, ludibrio aliquem exponere*, id qd. ἀτιμάζειν, vid. Hebr. vi. 6. vel: ut puniatur, hinc, *publice pœna quacunque aliquem afficere*, vid. Esth. xiv. 11. Num. xxv. 4. Virgo alicui desponsata, si se vitiari sivisset ab alio, accusatione probata, lapidibus extra urbis mœnia obruebatur, vid. Deut. xxii. 23, 24, 25. unde h. l. verba μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι nonnulli explicant: nolebat eam lapidibus obruendam tradere. Mallem tamen ea omnino interpretari: nolebat eam denuntiare judici tanquam adulteram. Pro παραδειγματίσαι alii legunt δειγματίσαι, male, constat enim verba composita centies a librariis mutata esse in simplicia. ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν] *clam eam dimittere nolebat*, ἀπολύειν *dimittere, repudiare*, שלח, Jer. iii. 8. cui verbo Deut. xxiv. 1. additur ספר atque Alexandrini pro ἀπολύειν usi sunt verbo ἐξαποστέλλειν. Per leges Judæorum Josephus Mariam non aliter dimittere poterat, quam dato libello repudii et testibus adhibitis, sine quibus nullus liber legitimus erat. v. Deut. xxiv. 1. *Bynæus* de natali J. C. p. 191. et Grotius ad h. l. Maimonides apud *Buxtorfium* de Divort. p. 76. *femina ex quo desponsata est, licet nondum vel a viro cognita vel in domum mariti sui sit ingressa, est uxor viri—et si maritus seu sponsus ejus velit eam repudiare, oportet ut id faciat libello repudii.* Abarbanel ib. p. 125. *si vir aliquis ducat uxorem, et accidat, ut non inveniat gratiam in oculis ipsius, eo quod sit contraria naturæ ipsius, aut quod inveniat in eu turpitudinem aliquam, quam tamen revelare nolit, seu quod nullos ejus rei testes habeat, seu quod honori suo consultum velit; atque hujus rei caussa scribat ei libellum repudii.* Itaque λάθρα h. l. est, ita ut non afferret in libello ipso repudii caussam, nec rem divulgaret.

(20. 21.) Josephus, cum ipsi de Mariæ castitate atque virtute persuasum esset, suspicatus ei vim esse ab aliquo illatam, clam eam dimittere volebat, quo ipso ei permisisset nuptias inire cum eo, cujus ope prægnans videretur. Cum vero ardenti puellæ amore teneretur, et accuratius perpenderet quæ ex Maria atque cognatis ipsius audivisset v. 18. Luc. i. 18 ss. dubitabat rursus atque hæsitabat, utrum reciperet eam, an dimitteret. Jam vero hominem pium ac probum, nutantem et dubitantem, confirmabat, ut h. l. legitur, genius, qui ei in somnis apparebat, eumque eo redigebat, ut Mariam domum duceret. Hebræi autem

τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός
21 ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ
ἸΗΣΟΥΝ· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν
22 αὐτῶν. (Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ

omnes eventus ipsis improvisos, omnia media providentiæ, referebant ad auctores invisibiles, ad spiritus, quorum ministerio Deus ad exsequenda mandata sua uteretur; etiam singulis hominibus piis a Deo genios custodes dari existimabant, qui eos tuerentur, eorumque preces Deo afferrent. vid. Tob. xii. 15. add. Apoc. i. 4. viii. 3. Hac ipsa igitur apparitione angeli commemorata, lectores auctor docere voluit, singulari providentia divina factum esse, ut Josephus ad consilium de Maria deserenda mutandum commoveretur. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος] *hæc cum animo agitaret, has curas cum sub pectore versaret; κατ' ὄναρ per quietem,* est Hebr. בַּחֲלוֹם quod οἱ ο΄ Gen. xx. 6. xxxi. 11. vertunt καθ' ὕπνον· sed 1 Reg. iii. 5. ἐν ὕπνῳ. Jamblich. de Myster. iii. 3. Διονύσου κατ' ὄναρ ἐπιφανέντος. Cf. de usu hujus formulæ *Oudendorpius* ad Thom. M. p. 650. *Abreschius* Lectt. Aristænet. p. 299. ss. *Wetstenius* ad h. l. et *Fischerus* ad Anacr. xliv. 1. υἱὸς Δαβὶδ, *Davidis nepos,* significanter. μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου] *ne dubites* (אַל־תִּירָא Gen. xlvi. 3.) *in matrimonium recipere sponsam tuam.* γυναῖκα, *sponsam,* ut אִשָּׁה Deut. xxii. 24. Gen. xxix. 21. γυναῖκα αὐτῷ μεμνηστευμένην Luc. ii. 5. vid. ad v. 19. παραλαμβάνειν, *uxorem ducere.* Xen. Œcon. vii. 5. ἐπιτεταμένην αὐτὴν παρέλαβον. Hebr. לָקַח Gen. iv. 19. Hos. i. 2. eodem sensu legitur λαμβάνειν ap. Plat. Crit. 12. vid. *Raphelius* Obss. Polyb. et Xenoph. ad h. l. *Elsner* Obss. Sacrr. T. i. p. 3. et *Wetstenius* ad h. l. τὸ γεννηθὲν *fetum* notat, de fetu et partu quovis, neutrum genus Græci æque ac Latini usurpare solent, sic et τὸ γεννώμενον Luc. i. 35. τὸ τεχθὲν Aristænet. ep. i. 19. Joseph. Ant. ii. 5.—(21.) καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν] *appellari debet Jesus:* τὸ ὄνομα αὐτοῦ positum est pro αὐτόν· Hebræi enim verbo קָרָא jungere solent שֵׁם. v. 1 Sam. i. 20. Ps. cxlvii. 4. *Vorstius* de Hebrais. p. 349. ed. *Fisch.* Ἰησοῦς nomen proprium apud Judæos perquam usitatum, Act. vii. 45. Col. iv. 11. Hebr. iv. 8. Hebr. יְהוֹשֻׁעַ Num. xiii. 16. contracte יֵשׁוּעַ Neh. viii. 17. significatio vocabuli est *servator, benefactor, auctor salutis,* atque adeo respondet Græcorum vocabulo σωτὴρ, quod apud Græcos erat vocabulum honoris, quo ornabantur ii, qui bene mererentur vel meriti essent, de civitate, comes ei addebatur fere nomen εὐεργέτης· v. *Fischerus* ad Æschin. Socr. i. 12. Jud. s. v. εὐεργέτης. *Spanhem.* de Usu et Præst. Numism. diss. 7. *Wetstenius* ad Luc. ii. 11. et nos ad Cydonium de contemn. morte p. 33. Cic. in Verrem, ii. 63. *Eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam* Sotera *inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is enim est* Soter, *qui salutem dedit.* Tacit. Ann. xv. 71. *Milichus præmiis ditatus,* Conservatoris *sibi nomen Græco ejus rei vocabulo assumsit.* H. l. Ἰησοῦς, ut satis clare sequentia verba docent, est nomen symbolicum, sicuti Ἐμμανουὴλ Jes. vii. 14. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν] *liberabit enim populares suos a pœnis peccatorum suorum,* a calamitatibus quibus premuntur. Per τὸν λαὸν αὐτοῦ Judæos h. l. intelligendos esse, in promptu est. Solebant autem populi Orientales, inprimisque etiam Hebræi, graviores calamitates quascunque ad Deum peccatorum vindicem referre, easque tanquam pœnas a numine irato inflictas considerare. v. Joh. ix. 2. et interpp. ad Ies. liii. 4, 5. H. l. cogitandum est de miseria, qua populus premebatur sub imperio Herodis et Romanorum; alio sensu, Josephus saltem, hæc verba capere non poterat, coll. Luc. i. 71. Judæi autem illo tempore, quo Jesus nascebatur, exspectabant Messiam, qui ipsos a jugo Romanorum liberaturus esset. vid. ad ii. 1. iii. 2. ἁμαρτία, ut חַטָּאת *de pœnis peccatorum* sæpius recurrit Zach. xiv. 19. Joh. i. 29. ix. 41. 1 Petr. ii. 24. Sir. vii. 1. al. Cæterum αὐτῶν positum est pro αὐτοῦ, quia λαὸς nomen collectivum est.

(22. 23.) Sequuntur verba auctoris Evangelii infantia Jesu, vel, quod præplacet, Matthæi, laudaturque locus Ies. vii. 14. qui illo tempore ad Jesum referri solebat. Orationis autem cohærentia illo Iesaiæ loco hæc est: Reges Syrorum et Israelitarum fœdus inierant adversus Ahasum Judæorum regem, et conjunctim copiis suis Judæam invaserant. Cogitabat igitur Ahasus in angustias redactus, de rege Assyriæ, tunc temporis potentissimo, in auxilium vocando. Ab hoc vero consilio Ahasum dehortabatur Iesaias propheta, eique promittebat signum brevi extiturum, ex quo liberationem brevi futuram cognoscere posset. Tale vero non

τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ, ἡ παρθένος ἐν 23
γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ
ἘΜΜΑΝΟΥΗΛ· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεός.)
Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν 24
αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.
Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρω- 25
τότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἸΗΣΟΥΝ.

esse poterat promissio de Messia post plurium seculorum decursum e Davidis familia, et ex virgine nascendo. Sed digito monstrabat virginem quandam, propediem viro nupturam, (ipsius forte prophetæ sponsam v. viii. 3.) tunc adstantem, atque prædicebat, eam post novem menses parituram esse puerum, nomine symbolico Immanuel appellandum, quo significaretur, elapso hoc tempore, Deum jam auxilio suo præsto fuisse, et Ahasum ab hostibus suis liberasse. vid. *Rosenmülleri* et *Baueri* Scholia ad Ies. l. c. *Harmar Beobachtungen über d. Orient*, P. 1. p. 279. ibique *Faber*, et nos *Messianische Weissagungen*, p. 124 sqq. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν κ. τ. λ.] *ita eventu confirmata est vox illa a vate divinitus edita*. Solebant Judæi etiam rebus in facto positis præmittere vaticinia, vaticiniisque inexpectatos rerum eventus attexere et accommodare, omninoque amabant loqui vocibus et formulis e V. T. desumtis, inprimis tum quoque, cum similitudo quædam inter locum V. T. et rem, de qua sermo erat, intercedebat; hinc verba מָלֵא et כָּלָה ut formulæ πληρωθῆναι et τελεσθῆναι, in libris Rabbinorum et N. T. scriptorum vario modo occurrunt; atque oracula et effata prophetarum πληρωθῆναι et τελεσθῆναι dicuntur, non modo cum illud ipsum, quod prædictum erat, evenit, vel exitum habet, sed etiam ubi tale quiddam accidit, quod ejusmodi dicta in memoriam nostram redigit, eaque quoquo modo confirmat atque illustrat. vid. *Knapp* Scripta varii argumenti, T. ii. p. 609 sq.—(23.) ἡ παρθένος, הָעַלְמָה, (Sym. Aq. Theod. Ies. l. c. ἡ νεᾶνις) Ies. l. c. *hæc virgo*, h. l. autem simpliciter *virgo quædam*, articulus enim, ut tralatitium est, sæpius vim habet pronominis indefiniti, quo eodem modo Hebr. ה pluribus in locis recurrit. vid. not. ad v. 1. xxviii. 17. καλέσουσι positum est pro κληθήσεται *vocabitur*. Alexandrini habent καλέσεις (in textu Hebraico extat וְקָרָאת שְׁמוֹ) et sic quoque h. l. nonnulli codd. legunt, quæ tamen lectio Grammaticis suam originem debet. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεὸς,] *hoc est Deus nobiscum!* hæc verba, quibus Hebraica vox Ἐμμανουὴλ explicatur, auctorem habent interpretem Græcum Evangelii Matthæi Hebraico sermone conscripti.

(24. 25.) διεγερθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου] *expergefactus e somno* id. qd. ἐγερθεὶς ii. 20. Hebr. יִקַץ מִשְּׁנָתוֹ Gen. xxviii. 16. Judd. xvi. 14—25. οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν] *non eam cognovit*, per εὐφημισμὸν dictum est pro, non cum ea rem habuit. Nam γινώσκειν est Hebr. ידע Gen. xix. 8. Num. xxxi. 17. 1 Sam. i. 19. et non modo dicitur de marito rem cum uxore habente, ut h. l. sed etiam de femina Luc. i. 34. Hesychius: ἔγνω ὡμίλησεν ἀνὴρ πρὸς γυναῖκα. Latini eodem modo utuntur verbis: *cognoscere*, Ovid. Met. iv. 594. Catull. lxi. 147.; *agnoscere*, Justin. xxvii. 3.; *feminæ notitiam habere*, Jul. Cæs. B. G. vi. 21. ubi vid. *Davisius*, et *Gatackerus* Opp. p. 74. *Palairetus* et *Elsnerus* ad h. l. ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον] *donec peperisset hunc filium primogenitum*. ἕως οὗ scl. χρόνου, עַד כִּי Gen. xxvi. 13. τὸν υἱὸν, *hunc filium*, de quo hactenus fuerat sermo. Articulus ὁ interdum respondet Hebræorum ה emphatico, ita, ut fit idem quod οὗτος, ἐκεῖνος, ut h. l. Jer. xxviii. 16. ubi οἱ ὁ ה expresserunt οὗτος· add. Marc. xiii. 20. coll. Matth. xxiv. 22. ii. 5. iv. 20. Vocabulum πρωτότοκος non semper et per se plures liberos insequentes infert; v. *Suiceri* Thes. Eccles. T. i. p. 878. et quos laudavit *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. ipsa tamen hujus loci verba οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως ἔτεκε docere videntur, Josephum et Mariam post Jesum natum, consuetudine conjugali junctos vixisse, adeoque h. l. πρωτότοκος significatu proprio esse capiendum. vid. et not. ad xii. 46.

## CAP. II.

Non satis accurate definiit auctor tempus, quo evenerunt ea, quæ in hoc capite leguntur, sed simpliciter scripsit: τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδ. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, *postquam Jesus Bethlehemi natus erat, cum adhuc regnaret Herodes* Magnus. Hinc plures interpretes existimarunt, ea evenisse *ante circumcisionem*

## ΚΕΦ. β'.

Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ, μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν

*et repræsentationem Jesu in templo*, quam commemorat aliud Evangelii infantiæ Jesu fragmentum ap. Lucam ii. 21 sqq. et defendit hanc sententiam nuperrime quoque *Storrius* Diss. exeg. in libror. N. T. historic. aliquot locos, P. 2. p. 1 sqq. usus inprimis argumento hoc: "ipsa narrationis series, et continuatio docet, *propterea* Jesum a Magis *Bethlehemi* fuisse repertum (v. 8 sq.), *quod* ex prædicto *natus fuerit Bethlehemi* v. 4—6. nihilque ergo intercessisse inter natales ejus, et Magorum adventum v. 1. cur extra locum quærendus fuisset. Quodsi vero hoc intervallo Hierosolyma iter fecisset (Luc. ii. 22.) Bethlehemi a Magis inveniri potuisset, *non quod ibi natus fuisset* (Matth. ii. 1. coll. iv. 8.); sed alia de caussa, ob quam parentes ejus vel Nazaretho (Luc. ii. 39.) Bethlehemum rediissent, vel in ipso statim itinere, Hierosolymæ Nazarethum habito, Bethlehemi substitissent aliquamdiu: vid. *Michaëlis Anmerkungen*, p. 380. et *Bengelii Harmon.* §. 7 sqq. p. 55. ed. 2." Alii contra, quo nostrum Evangelii infantiæ Jesu fragmentum cum illo apud Lucam concilient, rectius statuunt: Magos advenisse, *cum Jesus circumcisus et repræsentatus in templo*, atque circiter annum natus esset. Argumenta eorum potissimum hæc sunt: 1. Parum probabile est, vivente adhuc Herode, post cædem puerorum Bethlehemiticorum, Josephum cum matre et filio Hierosolymam se contulisse. 2. Puerperæ Hebræorum ex legis præscripto Levit. xii. 4. quadraginta dies domi se continere, iisque præterlapsis, ante omnia sacrificium purgatorium Hierosolymis offerre debebant; hinc parum verisimilitudinis eorum sententia habet, qui post reditum ex Ægypto Mariam hoc sacrificium obtulisse censent. 3. Nec omni pondere caret argumentum, quod e v. 16. desumitur, vbi legitur, Herodis jussu trucidatos esse omnes pueros ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. 4. Illud ipsum quoque in Ægyptum iter, etsi non admodum longum (*Hess Geschichte d. drey letzten Lebensjahre Jesu.* Th. i. p. 51.), puerperæ tamen, ejusque filio tenero, grave et periculosum fuisset. v. *Michaëlis* ad h. l. 5. Neque Matth. ii. 11. legitur: εὗρον τὸ παιδίον ἐν τῇ φάτνῃ, ut Luc. ii. 16. vel καταλύματι, sed simpliciter: ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εὗρον τὸ παιδίον. 6. Si Magi ante Christi repræsentationem in templo advenissent, *intra spatium sex hebdomadum* (nam Maria ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ κατὰ τὸν νόμον Μωσέως præterlapsis quadraginta diebus sacrificium purgatorium obtulit, vid. Luc. ii. 22.) hæc evenissent: Josephi et Mariæ iter in patrium oppidum Luc. ii. 1.; Jesu nativitas; iter Magorum; fuga Mariæ et Josephi in Ægyptum; Herodis mors; Josephi reditus ex Ægypto; repræsentatio pueri in templo! Herodes vero, Josepho auctore, supremis XL vitæ diebus, non Hierosolymis, sed ægrotus Callirrhoæ et Hierichunte commoratus est; Joseph. Ant. xvi. 11. xvii. 9. ergo eum Magi non reperissent Hierosolymis, ut h. l. legitur. Neque huic sententiæ: Jesum, cum Magi advenirent: jam in templo fuisse repræsentatum, obstat (a) nuntium Herodi a Magis allatum. natum esse *Judæorum regem*, ipsius reliquorumque civium Hierosolymitanorum animos, tanquam rem plane novam et inauditam maximopere perturbasse, cum tamen eos latere non potuissent Simeonis et Annæ sermones atque præconia, si Jesus a parentibus ante Magorum adventum Hierosolymam deportatus fuisset. Etenim primo non potest probari, Simeonis et Annæ prædictiones, Jesum fore aliquando servatorem populi, *multis* hominibus innotuisse. Deinde a Magis tantum audiebat Herodes, natum esse *Judæorum regem*, hæc verba "βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων" hominem suspiciosum perturbabant. Neque (b) repugnat huic sententiæ, quod ap. Lucam ii. 30. finita narratione de purificatione Mariæ, omisso itinere Ægyptiaco, simpliciter legitur: ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν Ναζαρέτ· nam auctor illius fragmenti præteriit quidem fugam in Ægyptum, sed eam non negavit. vid. *Michaëlis* ad Luc. l. c.

(1.) Βηθλεὲμ oppidulum (Joh. vii. 42.) in tribu Juda situm, prope Hierosolymam, distabat ab hac urbe sex milliaria Romana, vocatur Bethlehem Ephrata Gen. xxxv. 19. Mich. v. 2. et Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας Judd. xix. 18. et h. l. quo discernatur ab alio ejusdem nominis oppido in Galilæa inferiori in tribu Sebulonitarum Jos. xix. 15. v. Relandi Palæstina p. 424 s. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ Βασιλέως] *regnante Herode*. Nam ἡμέρα et ἡμέραι in libris N. T. sæpius idem valet quod χρόνος, καιρὸς, quoniam Hebræi etiam ימים ponere solent pro שנה, v. Deut. xvii. 9. xix. 17. Ps. xxxvii. 6. (ubi Symm. χρόνος) Joel iv. 1. et cum aliquid accidisse dicitur temporibus alicujus principis vel regis, uti solent formula בימי, ut Gen. xiv. 1. בימי אמרפל, ubi tamen οἱ ό non ut alias vertunt ἐν ἡμέραις, sed ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἀμαρφὰλ βα-

παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς 2
βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν

σιλέως· add. Ies. i. 1. Græci scriptores usurpare solent præpositionem ἐπὶ, ita ut eam sequi jubeant genitivum, v. c. ἐπὶ Κύρου, Xen. Cyr. viii. 4. 3. ἐπὶ Κρόνου, Hesiod. Ἔργ. 111. Intelligitur autem h. l. Herodes Magnus, filius Antipatri. v. Joseph. Ant. xiv. 23. *μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο*] *Magi ex oriente venerunt.* *μάγοι* vocabulum Persicum, quo sacerdotes, sapientes et philosophi Persarum significantur, qui non modo rerum divinarum et humanarum, sed inprimis etiam astrologiæ et artis medicæ (Plin. H. N. xxiv. 29. *Magi faciebant medicinam, et thus atque myrrham adhibebant*) periti, et in magno apud suos honore erant, vid. Justin. i. 9. 7. *Menagius* ad Diog. Laërt. i. 1. ss. hinc Cic. de Divinat. i. 23. *Magi—quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis.* add. Plin. H. N. xxix. 3. Porphyr. de Abstinent. Anim. iv. 16. p. 165. *παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες* Μάγοι *μὲν προσαγορεύονται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ* Μάγος. Suidas: *παρὰ* Πέρσαις *μάγοι ἐγένοντο φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι·* Hesych. *μάγον τὸν θεοσεβῆ, καὶ θεόλογον καὶ ἱερέα οἱ* Πέρσαι *λέγουσι.* vid. *Perizonius* ad Æl. H. V. ii. 17. et *Brissonius* de Princ. Persarum p. 179 sqq. Heinsii Exercitt. sacræ ad Act. xiii. 8. Ejusmodi igitur homines docti (non vero reges Arabiæ, ut veteres theologi e Ps. lxxii. 10. vel Ies. xlix. 7. lx. 3. conjecerunt, v. *Beza* ad h. l. nec numero tres, ut ex triplici dono temere collegerunt, hac de re nihil prorsus legimus) erant haud dubie ii, de quibus h. l. traditur, eos venisse Hierosolymam. Hoc nimirum ipso tempore, quo Jesus nascebatur, Judæi, ut jam ad i. 21. notatum est, exspectabant Messiam, qui ipsos non modo a jugo Romanorum liberaturus, sed etiam omnes reliquos populos debellaturus esset, Sueton. Vesp. c. 4. *percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur.* add. Tacit. Ann. v. 13. Josephus, B. I. v. 5. vii. 31. Philo, T. ii. p. 423 sqq. p. 435 sq. ed. *Mangey.* v. *Albrecht* de fama memorabili regis ex oriente venturi circa ipsa nativitatis Christi tempora toto orbe percrebescente, triumviris illustribus Josepho, Suetonio, Tacito commemorata: in Museo Helvet. P. 2. p. 237 sqq. Illi igitur homines docti contemplabantur *ἀστέρα* v. 2. quæ ex eorum placitis, vel nativitatem, vel mortem viri illustris indicabat; stellas enim crinitas, sive cometas, et phænomena in aëre, meteora ignita, nova imperia, magnas rerum mutationes portendere, erat, et etiamnum est, apud omnes fere gentes, recepta opinio. Justin. xxxvii. 2. *hujus* (Mithridatis) *futuram magnitudinem etiam cœlestia ostenta prædixerant. Nam eo quo genitus est anno, et quo regnare primum cœpit, stella cometes per utrumque tempus LXX. diebus ita luxit, ut cœlum omne conflagrare videretur.* Lampridius Alex. Seu. 13. *fertur pridie natalis ejus tota die apud Arcam Cæsaream stella primæ magnitudinis visa.* v. Censorinus de die natali c. 8. Lucan. i. 529. *crinemque timendi sideris, et terris mutantem Regna cometen.* Seneca Q. N. i. 1. *Nos quoque vidimus non semel flammam ingentis pilæ specie, quæ tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa D. Augusti excessum simile prodigium: vidimus, cum de Sejano actum est; nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit.* Sueton. V. Cæs. c. 88. Periit (Cæsar) *sexto et quinquagesimo ætatis anno: atque in deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed et persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam: creditumque est, animam esse Cæsaris in cœlum recepti, et hac de caussa simulacro ejus in vertice additur stella.* vid. ad h. l. interpp. add. Virgil. Ecl. ix. 47. Jalkut Rubeni f. xxxii. 3. *Qua hora natus est Abrahamus stetit quoddam sidus in oriente et deglutivit quatuor astra, quæ erant in quatuor cœli plagis. Dixerunt sapientes Nimrodi: natus est Tharæ filius hac ipsa hora, ex quo egressurus est populus, qui possidebit præsens et futurum seculum.* Lucem subito ortam, pastores in regione Bethlehemitica noctu excubias agentes, sibi annuntiare putabant nativitatem Messiæ v. Luc. ii. 9. Jam cum stella appareret in ea cœli regione, quæ consensu Astrologorum ad Judæam pertineret, ipsis vero nota esset Judæorum exspectatio; inde conjiciebant, natum esse illum regem Judæorum, et quo certiores hac de re fierent, iter suscipiebant in Judæam, et cum Hierosolyma esset imperii metropolis, eum ibi natum esse existimabant. *ἀπὸ ἀνατολῶν*] *ex Oriente.* Ex Arabia illos Magos venisse, non e Persia, ut plures opinantur, maxime probabile est. Nam in Arabia non minus quam in Persia Magi vivebant, v. Lucian. T. ii. p. 466. Plin. H. N. xxv. 2. xxx. 1. *Stanleii* Histor. Philos. p. 1171. ut vel docet nomen Arabicum Elymas vel Alimon Act. xiii. 8. Arabia proprie Judæis versus Orientem sita erat, et *κατ' ἐξοχὴν* vocabatur *regio Orientalis* Gen. x. 30. ubi v. *Michaëlis:* xxv. 6. Judd. vi. 3. Munera

3 τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ
Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ'

porro, quæ offerebant, Arabiam potius, quam Persidem arguunt. v. 1 Regg. x. 2. Ies. lx. 6. Plin. H. N. vi. 28. xii. 24. *Niebuhr Beschreibung von Arabien*, p. 143. *Thiess, über die Magier und ihren Stern*, Hamb. 1790. Cæterum ἀπὸ ἀνατολῶν non videtur referendum esse ad μάγοι, ut voluit *Camero* ad h. l. qui vertit: *Magi Orientales*, sed potius ad εἰς Ἱεροσόλυμα. Nam quamquam Alexandrini בני קדם Job. i. 3. Ies. xi. 14. vertunt τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν et infra xv. 1. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων sunt simpliciter Hierosolymitani, tamen tunc semper articulus præpositionem præcedere solet, ut adeo et h. l. scribendum fuisset οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν· vid. *Albertius* ad h. l. Denique apud ἀνατολῶν subintelligi debet genitivus ἡλίου. ut vel ex illo ipso Iesaiæ loco, paulo ante allato, patet, neque pluralis ἀνατολαὶ emphatice positus est, nam v. 2. legitur simpliciter, ἐν τῇ ἀνατολῇ.

(2.) More ejusmodi hominum, satis definite Magi de rege nato loquuntur. ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεύς; κ. τ. λ.] *ubinam est rex Judæorum recens natus? vidimus enim stellam nativitatem ipsius indicantem in Arabia, propterea venimus, eum veneraturi.* Qualis fuerit stella, certo definiri nequit. Plures intelligendam esse statuunt stellam novam, hactenus nondum visam, v. Chrysost. homil. vi. in Matth. *Velthusen Sophienruhe oder die Landpfarre* p. 85 sqq. et quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. alii cogitandum esse censent de stella crinita vid. *Less Sonntags-Evangel.* p. 449. *Pape Handbuch üb. Sonnund Fest-Evangel.* p. 98. *Michaëlis, Hezelius* ad h. l. *Ammon Biblische Theologie*, Th. iii. p. 281, 283. (cf. et *Lilienthal die gute Sache d. göttl. Offenbarung*, Th. v. p. 272 s.); alii denique de meteoro ignito, corpore quodam ex materiis sulphureis et inflammabilibus, quæ inter se permixtæ ardere et lucere solent v. *Scheuchzeri* Phys. S. P. 2. c. xii. p. 123 sq. *Lilienthal* l. c. *Mosche Erklg. d. Sonntags-Evangelien*, Th. i. p. 450. *Rosenmüllerus* ad h. l. alii, cf. *Thiess* l. c. Qui de cometa aut meteoro ignito cogitant, ad hanc suam sententiam defendendam inter alia monent hæc: commode ejusmodi stella crinita vel meteorum ignitum ἀστὴρ nominari potuit; "nempe juxta usitatam Scripturæ phrasin, qua res vocantur non quales sunt, sed quales apparent, sicut etiam alias visiones ignitæ et lucidæ propter speciem et apparentiam sæpe in Scriptura nominantur stellæ, Apoc. i. 16, viii. 10. xii. 1." *Gerhardi* Annott. Posthumm. p. 106. Virg. Æn. ii. 692. Nec objici potest, Cometam, vel ejusmodi corpus sulphureum et inflammabile, per duos annos non posse conspici. Nam iter Magorum per duos annos durasse, neutiquam potest e verbis v. 16. probari; ex his enim verbis non nisi hoc sequitur, Christum tunc temporis annum circiter natum fuisse; neque legitur h. l. Magos phænomenon hoc sine intercapedine, per totum iter vidisse; quodsi per totum iter vidissent, ἐν τῇ ἀνατολῇ, v. 2. adjecta legerentur καὶ ἐν τῇ ὁδῷ, sed mentio tantum fit apparitionis stellæ in Oriente, non in itinere. προσκυνεῖν] *adorare* (Justin. vi. 2, 13.), *venerari* (Corn. Nep. V. Conon. c. 3. *necesse est enim si in conspectum veneris*, venerari *te regem, quod* προσκυνεῖν *illi vocant*. vid. ibi interpp. et *Brissonius* de Princip. Pers. i. p. 8 sqq.) Hebr. השתחוה significat, toto corpore in terram se prosternere honoris exhibendi caussa. Qui ritus salutandi apud Persas, omnesque fere Orientis populos receptus erat, et etiamnum est. Herodot. i. 134. οἳ συντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσιν οἱ ἐντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους φιλέουσι τοῖσι στόμασι· ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον· *cum in via sibi occurrunt, ex hoc quis cognoscat, an pares sint: nam salutationis loco mutuo ora osculantur: quod si alter multo fuerit ignobilior, prostratus adorat alterum.* Infra v. 11. legitur πεσόντες προσεκύνησαν et Matth. viii. 2. ix. 18. Luc. v. 12. circumscribitur προσκυνεῖν verbis πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον, et Marc. v. 22. πίπτειν παρὰ τοὺς πόδας τινός. Construitur προσκυνεῖν a N. T. scriptoribus, modo cum Accusativo, ut Græci quoque scriptores facere solent, modo cum Dativo, quemadmodum Hebr. השתחוה sequitur ל, modo cum ἐνώπιον, quoniam Hebræi hoc ipsum verbum sequi jubent interdum particulam לפני. v. *Vorstius* de Hebraismis c. xxxvi. p. 637. et *Fischeri* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 686.

(3. 4.) Audito Magorum nuntio, Herodes et cives Hierosolymitani maximo timore perculsi sunt. Herodes, qui imperium, vi et fraude quæsitum, iisdem artibus retinuerat, metuebat, ne eodem modo ipse dejiceretur, nec regiam dignitatem ad suam posteritatem transferret, (Senec. Œdip. 705. *Qui sceptra duro sævus imperio regit, timet timentes, metus in auctorem redit*); idem metuebant qui Herodem favebant et cum eo faciebant; reliqui Herodem, suspicacem et meticulosum tyrannum, bella et tumultus metuebant, præsertim cum omnium tunc temporis opinio esset, Messiæ adventum varii generis calamitates prægressuras esse. vid. *Schættgen.* Hor. Hebr. T. ii. p. 512. et Obss. nostras ex libris apocryphis

*αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ Γραμ-* 4
*ματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεν-*
*νᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω* 5
*γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου· Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ* 6
*Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ*
*γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν*

ad 2 Thess. ii. 1. *ταράσσεσθαι* quod propr. et inprimis de aqua mota et perturbata ponitur Æsop. fab. vii. Ezech. xxxii. 2. Ies. xxiv. 14. transfertur deinde ad eos, quorum animi metu et tristitia vel ullo alio modo perturbantur; hinc Luc. i. 12. *ἐταράχθη* et *φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν* inter se permutantur, et Luc. xxiv. 38. legitur *τεταραγμένοι ἐστὲ*, sed v. 37. *πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι·* Ps. lv. 2. conjunguntur *ἐλυπήθην καὶ ἐταράχθην*. Aristoph. Equitt. 357. *καὶ Νικίαν ταράξω·* ubi schol. per *φοβήσω* explicat. Cæterum apud scriptores tam sacros quam profanos, *regiones* et *urbes*, pro incolis ipsis poni, et iis sequentia verba accommodari, in vulgus notum est. Itaque et h. l. *πᾶσα Ἱεροσόλυμα* sunt *omnes cives Hierosolymitani*, coll. Marc. i. 5. Jer. iv. 29. Esr. i. 6. Aliis in locis *Ἱεροσόλυμα* poni solet ut Neutrum, h. l. *πᾶσα Ἱεροσόλυμα*. sic utroque genere Cic. p. Flacco c. 28. *Hierosolymam exportari—Hierosolymis captis.*—(4.) Convocavit Herodes synedrium magnum: per *τοὺς ἀρχιερεῖς* præter pontificem maximum intelligendi sunt, sacerdotum h. e. quatuor et viginti classium sacerdotalium principes, qui vocantur שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים, 2 Chron. xxxvi. 14. add. 1 Chron. xxiv. 6. *Lightfoot* ad Luc. i. 5, 8. et a Josepho Ant. xx. 8. 8. *ἀρχιερεῖς* ad quem locum vid. *Havercamp. οἱ ἀρχιερεῖς* et *ὁ ἀρχιερεὺς* etiam diserte distinguuntur Matth. xxvi. 3. Sed illi ordinum sacerdotalium principes etiam e numero synedrorum magnorum erant, non minus quam *γραμματεῖς*, continent ergo hæc verba *πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς* periphrasin synedrii magni. *γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, legum divinarum humanarumque doctores et interpretes*, Hebr. סוֹפְרִים, qui alias dicuntur *νομικοὶ*, Matth. xxii. 35. coll. Marc. xii. 28. *νομοδιδάσκαλοι* Luc. v. 17. vid. not. ad Luc. xi. 45. erant etiam assessores synedrii magni. v. *Suiceri* Thes. Eccl. sub h. v. *Wolfius* in Curis ad h. l. et *Schleusneri* Lex. h. v. *ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται*;] *quæsivit ex iis, ubi Messias nasci deberet*; *γεννᾶται* pro *γεννηθήσεται* vel *μέλλει γεννᾶσθαι* præsens pro futuro positum, et Hebræi futura sæpius ita ponunt, ut debitum indicent. v. xviii. 21. Mal. i. 6. ii. 7. *Glassius* Phil. S. p. 200, 308. Cæterum cf. etiam Prolegg. in Joh. p. 89.

(5. 6.) Respondent synedri, *ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας*, *Bethlehemi, in oppido Judææ*. *Βηθλεὲμ* scl. *πόλει*, ut Act. xxii. 3. *ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας* v. *Bosius* Ellips. v. *πόλις*, p. 398. ed. *Schæf.*—(6.) Affertur jam locus Michæ v. 1. atque inde perspicue patet, Judæos Christi temporibus illud oraculum de Messia explicuisse. Omnis autem Michæ descriptio ita comparata est, ut plerumque Hebræorum poëtæ ætatem auream describere solent, et propheta illo loco docet, Messiam, populi sui sospitatorem, e familia Davidis ortum iri, vid. *Justi Micha übersetzt u. erläutert*, p. 97. et *Eckermann Theol. Beyträge* B. 1. p. 27 ss. *Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα*] *tu Bethlehemum, urbs Judææ.* *Beckhaussius* in *Bemerk. über d. Gebrauch d. Apocryph. Bücher des A. T.* etc. p. 13. suspicatur ante *γῆ* excidisse particulam *καί*. *Eichhornius* in *Einleit. in d. N. T.* Th. i. p. 482. monet, *γῆ Ἰούδα* positum esse pro *γῆς Ἰούδα*, sed interpretem Græcum, qui in Hebraico textu legerit אֶרֶץ יְהוּדָה, nominativum posuisse. *Venema* in Hist. Eccl. T. iii. p. 12. *γῆ Ἰούδα* glossam judicat. Temere. *Wassenberghius* in Diss. de glossis N. T. selectis e scholis *Valckenarii* præmissa, T. i. p. 27. *γῆ* explicat *tribus* coll. iv. 15. Equidem tamen arbitror *γῆ* h. l. ut x. 15. xi. 24. ita adhibitum esse, ut notet *urbem, oppidum*. Sic *γῆ* legitur quoque 1 Macc. v. 68. et in versione Alexandrina עִיר, urbs, redditur *γῆ* Jer. xxix. 7. contra אֶרֶץ, *πόλις*, Num. xxi. 31. Æschyl. Sept. adv. Theb. 105, *τί ῥέξεις; προδώσεις Τὰν σὰν γᾶν*; *quid facies? prodesne tuam urbem?* ubi Schol. *γᾶν· πόλιν*. Eurip. Phœn. vi. 252. Thebæ vocantur, *ἑπτάπυργος γᾶ*. vid. *Abreschius* ad Æschyl. T. i. p. 169. *Marklandus* ad Lys. p. 443. *Kusterus* ad Aristoph. Thesmophor. v. 115. *Cuperus* Obss. ii. 221. et Kypkius ad h. l. *οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα*] *nequaquam inter minimas Judææ urbes referenda es*, verbis autem *οὐδαμῶς ἐλαχίστη* inest litotis, et reddi debent, *celebratissima, nobilissima*. v. *Glassius* Phil. S. p. 411. ed. *Dath.* Sed apud Micham legitur: *tu Bethlehem Ephrata, quæ es minima* etc. Quare interpretes, ut utrumque locum inter se conciliarent, varii generis interpretamenta protulerunt. Alii nimirum verba Michæ interrogative legunt: *num tu Bethlehem es minima?* alii צָעִיר sumunt adverbialiter, et reddunt verbotenus; *parum abest, quin sis*

7 Ἰσραήλ. Τότε Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρί-
8 βωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος. Καὶ
πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε· Πορευθέντες, ἀκριβῶς
ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ
9 μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες

*inter principes Judææ;* rursus alii vocabulo צִיר e lingua Arabica substituunt significationem hanc: *princeps, illustris.* His tamen ambagibus et explicationibus omnibus non opus est, modo cogitemus locum Michæ memoriter esse laudatum, sensumque plane eundem manere. ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα] apud Micham l. c. legitur בְּאַלְפֵי, ubi οἱ ὁ ἐν χιλιάσιν· nam populus distributus erat in suas chiliadas Judd. vi. 7. 1 Sam. x. 19. quarum singulis singuli præerant chiliarchi, duces, שָׂרֵי אֲלָפִים Exod. xviii. 21. Deut. xxxiii. 17. Sensus Michæ l. c. est, oppidum Bethlehem adeo parvum est, ut non emittere possit mille cives. v. *Bauerus* in Scholiis, *Hetzel Uebersetzung des A. T.* ad Michæ l. l. et *Michaëlis Mos. Recht* §. 49. Pro אַלְפֵי χιλιάσιν, apud Micham nonnulli legendum præcipiunt אַלֻּפֵי ἡγεμόσι, cum אַלּוּפִים sint ἡγεμόνες *civitates præcipuæ.* Temere. Adstipulor potius *Eichhornio,* qui l. l. conjicit, Græcum Matthæi interpretem hæc duo vocabula, בְּאַלְפֵי et בְּאַלֻּפֵי permutasse, atque adeo minus recte vertisse ἐν τοῖς ἡγεμόσιν. Sensus tamen idem manet. ἐξελεύσεται, *prodibit.* ἐξέρχεσθαι est Hebr. יָצָא, *nasci, originem ducere,* Job. i. 25. Gen. xxxv. 15. Ies. xi. 2. ἡγούμενος, *rex, princeps,* id. qd. βασιλεὺς quæ duo vocabula inter se permutantur ap. Diod. Sic. p. 46. D. *Rhod.* καὶ τὰ μετὰ τὴν τελευτὴν δὲ γινόμενα τῶν βασιλέων παρ' Αἰγυπτίοις οὐ μικρὰν ἀπόδειξιν εἶχε τῆς τοῦ πλήθους εὐνοίας εἰς τοὺς ἡγουμένους, *et quae post obitum apud Ægyptios regibus fiunt, non exiguam populi in principes benevolentiæ demonstrationem habebant.* add. p. 50. D. sic et rex Ægypti ἡγεμὼν vocatur a Philone vit. Mos. i. p. 608. ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τ. Ἰσρ.] *qui reget populum meum Israëliticum,* quæ verba quoque sunt ulterior verborum Michæ explanatio, nam ibi simpliciter legitur מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל, Alex. ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ. Sed ποιμαίνειν ut Hebr. רָעָה 2 Sam. v. 2. Ps. ii. 9. notat: *regere, gubernare,* sicuti reges ab Homero non uno in loco dicuntur ποιμένες λαῶν Il. α'. 263. β'. 243. add. Anacr. Od. lx. 8. et v. *Albertius, Kypkius* et *Palairetus* ad h. l.

(7. 8.) Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους] *clam ad se venire jussit Herodes Magos.* καλέσας, ut קָרָא, de iis, qui alios ad se venire jubent, legitur Gen. xli. 8. Exod. i. 18. λάθρα καλέσας, *clam,* ne ipse de nuntio allato nimis sollicitus videretur, nec latius spargeretur fama de rege nato, et ut eo facilius atque felicius consilium de opprimendo infante captum perficere posset. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν κ. τ. λ.] *accuratius eos interrogavit de tempore, quo stella apparuisset,* ut scilicet sic ætatem Christi cognosceret: ἀκριβοῦν *diligenter inquirere et explorare* id. qd. ἀκριβῶς ἐξετάζειν—v. 8. φαινομένου pro φανέντος. Verba καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ εἶπε verti debent: *proficisci eos jussit cum his mandatis Bethlehemum.* Male *Grotius* et *Albertius* ad h. l. πέμπειν positum existimant pro προπέμπειν i. *aliquem honoris caussa eo deducendum curare, quo pervenire cupit.* v. Hom. Odyss. ζ'. 37, 140, 142, al. Obstat huic explicationi ipsa orationis series. Volebat enim Herodes, ut omnia secreto agerentur v. 7. neque amicis suis, sed Magis, ut quæ vidissent, ipsi renuntiarent, mandasse legitur v. 8. ἀκριβῶς ἐξετάσατε] *diligenter inquirite,* parentes, tempus nativitatis etc. ἐξετάζειν id. qd. ἐξερευνᾷν et ἐκζητεῖν 1 Petr. i. 10. vid. *Elsnerus* et *Albertius* ad x. 11. *Morus* ad. Isocrat. Panegyr. c. 41. p. 86. s. ἐξετάζειν ἀκριβῶς respondet Hebr. דָּרַשׁ הֵיטֵב quod Deut. xix. 18. his ipsis verbis ἐξετάσαι ἀκριβῶς Alexandrini expresserunt. Hæc vero eadem formula extat etiam ap. Diod. Sic. p. 25. C. ὁ τοὺς χρόνους αὐξήσεως (Νείλου) ἀκριβῶς ἐξετάζων, *qui diligenter inquirit in ea tempora, quibus augetur Nilus.* Demosth. adv. Leptin. p. 364. εἰ δέ τις αὐτὸ ἀκριβῶς ἐξετάσειε, *si quis accurate in illud inquirat.* Herodi. i. 8. 7. γενομένης δ' ἐξετάσεως διὰ Πεννίου ἀκριβεστέρας cf. *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. Cæterum pro ἀκριβῶς ἐξετάσατε legendum est ἐξετάσατε ἀκριβῶς, cum hanc lectionem, quam etiam *Griesbachius* probavit, optimæ notæ codd. tueantur, et Matthæus, sive potius, Græcus Matthæi interpres imperativis adverbia postponere soleat v. *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller d. N. T.* p. 106 sq. ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ] *ut et ego infantem adorare possim.* ἐλθὼν, ut paulo ante πορευθέντες, more Hebræorum redundat. Cæterum Herodem, hominem callidum et versutum, tantummodo simulasse, se veneraturum esse puerum, ipsa historia docet.

(9.) οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν] *his mandatis regis acceptis, profecti*

τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ, ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν
τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ
παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην 10
σφόδρα. Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, ¹εὗρον τὸ παιδίον μετὰ 11

11. ∾ εἶδον.

*sunt.* ὁ ἀστὴρ—τὸ παιδίον] Plerique interpretes ita explanant: *jam vero stella in oriente illis visa, eos præcedebat, usque dum consisteret super eo loco, ubi puer erat.* Hanc vero loci explanationem his rationibus muniunt atque confirmant. Non stricto sensu verba nostra accipienda sunt, non enim opus erat ejusmodi itineris duce et comite v. *Thiess über die Magier und ihren Stern*, p. 93. sed Magi, noctu (v. *Hasselquist Reise nach Palästina*, p. 152. ubi plura leguntur de consuetudine Orientalium noctu itinera suscipiendi) proficiscentes Hierosolymis Bethlehemum, rursus conspexerunt stellam in patria visam, et conspexerunt, usque Bethlehemum venirent, ut adeo eos quasi ducere, iis præcedere videretur, et cum advenissent, constitit eo loco, ubi erat parentum Jesu domicilium (ἐπάνω οὗ pro ἐπ. τοῦ οἴκου οὗ, non τοῦ τόπου, sequitur enim v. 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν); hoc quoque populariter, et more Hebræorum dictum est, qui ea, quæ tantum evenisse videntur, tanquam vere eventa describunt, ergo visum est Magis stellam substitisse; eodem modo quo nos dicere solemus, sol vel luna super hac illave domo conspicitur v. *Michaëlis* ad h. l. *Velthusen Sophienruhe*, p. 68 sqq. *Thiess*, l. c. p. 94. Sed ut recte monuerunt *Paulus* ad h. l. et *Süskindius* Symbolar. ad illustranda quædam Evangelior. loca, P. 1. p. 10. (Tubing. 1802, 4.) "idem astrum super aliam quoque domum, si ulterius progressi fuissent, consistere visum ipsis foret, aut videri certe potuisset, adeoque, si in itinere Hierosolymis Bethlehemum facto quasi præeuntem ipsos conspexissent stellam, apparitio ejus super certa quadam domo Bethlehemitica singulare quid atque insigni lætitia dignum (v. 10.) videri non potuisset Astronomis." *Süskindius* igitur (quem etiam *Paulus* in ed. 2. secutus est) præeuntibus *Heumanno*, *Lessio* (*Sonntags-Evangel.* p. 439, 449.) aliis, v. *Thiess*, l. c. p. 92. statuit, Bethlehemi demum a Magis astrum denuo visum, in itinere vero antea facto non conspectum fuisse; et verbum προῆγεν vertit: *præcesserat s. eundo anteverterat* v. Matth. xxvi. 32. xxviii. 7. Marc. xiv. 28. xvi. 7. vi. 45. ut adeo sensus verborum sit: astrum, quod ἐν τῇ ἀνατολῇ conspexerant Magi, in toto itinere ex Oriente Hierosolymas, et Hierosolymis Bethlehemum facto, nunquam conspectum, eo ipso momento, quo domus, in qua Jesus erat, ab hominibus, ut alias fieri solet, ipsis monstrata esset, (forte a pastoribus in agro Bethlehemitico excubias agentibus,) super ipsa hac domo consistens iterum apparuit, qua re inopinata vehementer lætabantur, firmati quippe per illam persuasione sua, quod regem Judæorum revera præsignificasset stella ista. "Hoc ipsum vero, scribit *Süskindius*, l. c. p. 11. scriptor historicus per locutionem opticam exprimit ita: *astrum, quod in Oriente viderant, eundo anteverterat ipsos*, cursum cœlestem inde ab Oriente Bethlehemum citius, quam ipsi, absolverat, ita, ut cum ipsi advenirent, adesset jam, et *super domo illa, in qua Jesus erat, consistens conspici posset.* Quod cur non *optice* æque dici potuerit, ac nos v. c. solem, cursum quotidianum per horizontem nostrum perficientem, dicere possemus, inde a monte v. c. qui est ad orientem situs, ambulare s. currere usque ad montem alium, qui est ad occidentem?" Atque hæc verborum interpretatio, cum et contexto sermoni, et legibus linguæ conveniens sit (sæpius enim aoristi vim plusquamperfecti habent v. Joh. xii. 18. Matth. xiv. 3 ss. Marc. vi. 17. Matth. xxvi. 48) eaque admissa locus facillime expediri possit, omnino præferenda videtur. προῆγεν] proprie sequi debebat Dativus, sed προῆγεν habet vim verbi simplicis ἦγεν, quemadmodum præpositio πρὸ sæpius in compositis redundat, ut in προϊάπτειν Hom. Il. α'. 3. ad quem locum Moschopulus: ἡ πρὸ περισσὴ, ὡς ἐν τῷ προλιπεῖν. vid. Odyss. β'. 279.

(10.) ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα] *vehementer lætati sunt.* Solent nimirum Hebræi nomina verbis inde ducta addere, ita, ut hæ formulæ idem significent, quod verba simpliciter posita. v. Jon. iv. 6. Gen. xxvii. 33. 1 Sam. xi. 15. cf. *Glassius* Phil. S. p. 266. Quæ loquendi ratio Græcis quoque perquam usitata est v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 628. *Barnesius* ad Eurip. Iph. Aul. 1182. *Spanhem.* ad Aristoph. Plut. 10. Jensius Lectt. Lucian. p. 337. et nos ad Cydonium de contemn. morte, p. 124. μεγάλην σφόδρα id. qd. μεγίστη. Hebræi enim superlativum exprimere solent addita positivis particula מְאֹד v. Gen. xli. 31. Ps. cxlv. 3. vid. *Glassius* Phil. S. p. 42.

(11.) ἐλθόντες εἰς] pro εἰσελθόντες· vid. viii. 14. coll. Luc. iv. 34. Hebræi quoque verbo בוֹא comitem adjungunt particulam אֶל et

Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ·
καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ
12 δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. Καὶ χρηματι-
σθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης
ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

Alexandrini tunc frequenter utuntur verbo *εἰσέρχεσθαι*. Pro *εὗρον* omnes fere codd. verss. et patres habent *εἶδον*, sensus idem manet, sed *εὗρον*, ut jam recte vidit *Millius*, ortum est haud dubie e glossemate, e verbis v. 8. *ἐπὰν δὲ εὕρητε*. vid. et *Griesbach*. Commentar. crit. in textum Gr. N.T. P. 1. p. 21. add. *Gersdorfii Beyträge zur Sprach-Characteristik d. Schriftst. d. N.T.* p. 120. *πεσόντες προσεκύνησαν*] pro simpl. *προσεκύνησαν*· Hebræi vero etiam verbo השתחוה jungunt verbum נפל, *πίπτειν*, vid. Job. i. 20. 2 Regg. iv. 37. *ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα*] *apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera*. Cives Orientis, coram regibus, magistratibus, aliisque viris dignitate conspicuis, non sine muneribus comparebant; v. Gen. xliii. 11. 1 Sam. x. 27. 1 Regg. x. 2. Ps. xlv. 13. lxxii. 10, 15. Senec. ep. 17. Æl. H. V. 131. qui mos etiamnum in Oriente obtinet. v. *Harmar Beobacht. üb. d. Orient*, Th. ii. p. 1 sqq. *θησαυρὸς* est prop. *receptaculum quodvis*, Ps. cxxxv. 7. *ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ*· nominatim *cista, arca, receptaculum, in quo res pretiosæ reponuntur*, ut h. l. Sir. xliii. 16. respondet Hebr. אוצר Deut. xxviii. 12. *ἀνοίξαι σοι κύριος τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ τὸν ἀγαθὸν*, *thesaurum bonis repletum*, Ezech. xxviii. 4. *ἐποίησας χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐν τοῖς θησαυροῖς σου*. Diod. Sic. p. 600. C. *κατὰ δὲ τὴν ἄκραν ταύτην ἦσαν καταλύσεις βασιλικαὶ καὶ στρατηγικαὶ πλείους πολυτελῶς ταῖς κατασκευαῖς, καὶ θησαυροὶ πρὸς τὴν τῶν χρημάτων παραφυλακὴν εὐθέτως κατεσκευασμένοι*, *in hac arce regibus et militibus excipiendis sumtuosi operis diversoria erant, et thesauri ad pecunias asservandas percommodum exstructi*. Herodi. ii. 6, 11. *καὶ θησαυροὺς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπληρωμένους ἔλεγε*, *thesauros auri et argenti plenos dicebat*. ubi v. *Irmischius*. Hesychius: *θησαυρὸς, εἰς ἀγαλμάτων καὶ χρημάτων ἢ ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος*, add. Pollux. ix. 44. Etiam apud scriptores Latinos eodem sensu legitur voc. *thesaurus*. Liv. xxxi. 12. *pecuniam Locris ex Proserpinæ* thesauris, *nocte quam sublatam*. add. xxix. 18. Virg. Georg. iv. 228. ubi v. Servius: deinde *θησαυρὸς* etiam notat, illas ipsas res pretiosas, quæ alicubi asservantur. vid. de usu hujus voc. *Albertius, Lœsnerus, Raphelius, Wetstenius, Münthius*, ad h. l. et *Valckenarius* ad Herodo. iv. 162. *χρυσὸν, λίβανον, καὶ σμύρναν*] *aurum, thus et myrrham*; quæ quidem munera satis luculenter docere possunt Magos illos venisse ex Arabia. v. 1 Regg. x. 2. Plin. H. N. xii. 13. *principalia in illa* (Arabia beata) *thus et myrrha*. add. Herodot. iii. 97. 107. *Münthius* ad Matth. xii. 42. p. 62. *λίβανος*, Hebr. לְבוֹנָה, auctore *Bocharto* Phaleg. ii. 18. thus, ita vocatur, quoniam thus album (לבן) pro pretiosissimo habetur; v. Plin. H. N. xii. 14. patria est Arabiæ provincia Saba. v. *Celsius* Hierobot. T. i. p. 231. Jer. vi. 20. *Albertius* Obss. ad h. l. *Niebuhr Beschreib. von Arabien*, p. 143. Sed præeuntibus Grammaticis antiquis, Hesychio, Polluce, Suida, Phrynicho, *λίβανος* est *arbor thurifera*, *τὸ δένδρον*, sed *λιβανωτὸς*, est fructus ejus, *thus*, *τὸ θυμιώμενον*. Neque tamen scriptores Græci hoc discrimen constanter observarunt, unde et Thomas Magister: *λίβανος, καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸ θυμιώμενον· λιβανωτὸς δὲ μόνον τὸ θυμιώμενον*. vid. ibi interpp. *χρυσὸν*, *aurum*, nunc quidem in Arabia reperiri, *Niebuhrius* negat, sed olim saltem repertum esse, docet Strabo xvi. 6. p. 778. ed. Casaub. cf. et *Michaëlis* Spicilegium Geogr. Hebr. exter. P. 2. p. 190. nec non *Heeren Ideen über die Politik, den Verkehr und Handel der alten Welt*, Th. ii. p. 612. *σμύρνα*, Hebr. מר Ps. xlv. 9. *myrrha*, est succus resinaceus ex arbore destillans. v. *Celsius* Hierobot. T. i. p. 516. *Bochart* l. c.

(12.) Magi interea in itinere plura de Herodis indole, astutia, et crudelitate audiverant, ut adeo satius esse existimarent, mandata ipsius negligere, nec ad eum redire, hinc etiam h. l. legitur eos nutantes confirmasse et a reditu in urbem avocasse somnium. *καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην*] *sed* (*καὶ*, Hebr. ו. quod *οἱ ό* interdum etiam expresserunt per *δὲ* Deut. xii. 27. al.) *admoniti sunt in somnis, ne ad Herodem reverterentur*. *χρηματίζειν* omnino notat, *rem aliquam tractare*, Hesych. *χρηματίζει*-*πράττει*. *χρηματίσασθαι, πραγματεύεσθαι*· nominatim, *negotium publicum tractare, pro concione, in senatu aliquid agere, de republica agere* Æl. H. V. iii. 4. *χρηματίζειν, ὑπὲρ τῶν δημοσίων καὶ κοινῶν πραγμάτων*, *de rebus publicis et ad omnes pertinentibus agere*. add. Lycurg. c. Leocr. c. 11. Aristoph. Thesmoph. v. 384. unde *decernere, deliberare*, ut Isocrat. Panegyr. c. 42. ubi v.

Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου φαί- 13
νεται κατ᾽ ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ
παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον· καὶ
ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί· μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ
παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ 14
παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς
Αἴγυπτον· Καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πλη- 15

*Morus*, Demosth. de Corona c. 53. χρηματίζει ἡ βουλὴ καὶ προβουλεύει, *senatus deliberat et probuleuma facit*; hinc *monere, admonere, cohortari, jus dicere, responsa dare* Hesych. χρηματίζει, ἀποκρίνεται, λαλεῖ. Xen. Rep. Athen. iii. 1. διὰ τὸ πλῆθος τῶν πραγμάτων οὐχ οἷοί τε πάντας ἀποπέμπειν εἰσὶ χρηματίσαντες *responso dato*. vid. *Spanhemius* ad Julian. Cæs. p. 122. p. 68. ed. *Heusing*. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 11. *Jensius* Ferc. Literar. p. 38. hinc inprimis etiam adhibetur de diis, qui respondent oracula petentibus, qui homines admonent Phavorin. χρηματίζειν λέγεται ἐπὶ θεῶν.— Idem: ἐχρηματίσθη· προεφητεύθη. Joseph. Ant. v. 1. 14. ταῦτα μὲν Ἰησοῦς ἐπὶ στόμα πεσὼν ἠρώτα τὸν Θεόν. Χρηματίσαντος δὲ ἀνίστασθαι τοῦ Θεοῦ, καὶ καθαίρειν τὸν στρατὸν, *ita quidem Jesus in faciem prolapsus, Deum supplex rogabat. Deo autem ipsum admonente, ut surgeret, et exercitum lustraret* add. Hebr. viii. 5. v. *Wetstenius*, *Wolfius* in Curis, *Münthius*, *Krebsius*, *Lœsnerus* atque *Kypkius* ad h. l. *Carpzovius* Exercitt. in ep. ad Hebr. xi. 7. p. 512. Sic etiam Lat. *moneri*, et *admoneri* ponuntur de iis, qui a diis responsa accipiunt, quibus dii hoc vel illud suggerunt, inprimis per quietem. v. *Heinsius* ad Ovid. Met. xiii. 216. *Drakenb.* ad Sil. It. v. 117. x. 373. et quos laudavit *Rupertius* ad Sil. It. iv. 120. In versione Alex. respondet Hebr. דִּבֵּר Jer. xxvi. 2. xxx. 2. xxix. 18. ἀνακάμπτειν prop. *reflectere, recurvare*, improp. *discedere e via, redire*. Act. xviii. 21. Diod. Sic. p. 11. B. *Rhod.* μέχρις ἂν εἰς Αἴγυπτον ἀνακάμψῃ, *donec in Ægyptum redierit* 3. 55. ἀνακάμψαι πάλιν εἰς Λιβύην. Alexandrini ita vertunt Hebr. שׁוּב Job. xxxix. 4. al.

(13 ss.) Josephus audierat fuisse Magos Hierosolymis, audierat ex iis ipsis haud dubie etiam quæ ab Herode mandata acceperant; metuebat igitur Herodis crudelitatem atque insidias, et fugam meditans, in somnis admonebatur, ut cum infante ejusque matre fugeret in Ægyptum. vid. et not. ad i. 20. Ægyptus, tunc temporis provincia Romana, erat Bethlehemo proxima; circiter quadraginta horas remota, ut adeo Josephus et Maria *cum* infante (ita enim παρέλαβε vertendum, nam לָקַח, cui παραλαμβάνειν in vers. Alexandr. respondet, jungitur verbis motum ad locum indicantibus, ita, ut reddi possit et debeat *cum*) brevi eo pervenire possent, et plures Judæi in illa regione sedes fixerant. v. Joseph. Ant. xiv. 12. B. I. 1. 1. φαίνεται præsens, vim aoristi habet, adeoque positum est pro ἐφάνη i. 20. ἴσθι ἐκεῖ, *sis, maneas ibi*. Hebr. יָשַׁב hoc verbo reddunt οἱ ο' Gen. xxix. 15. xxiv. 7. sic et v. 15. ἦν *mansit*. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτὸ] *Herodes enim infantem interficere studebit*. τοῦ ante ἀπολέσαι redundat, respondet Hebræorum לְ, quod infinitivo cum alio verbo conjuncto præfigitur; ita et Matt. iii. 13. xi. 1. xiii. 3. xxi. 32. 1 Cor. ii. 2. ἔκρινα τοῦ εἰδέναι. add. Philo Leg. alleg. i. p. 39. G.—(14.) ἀνεχώρησεν, *secessit, fugit*, nam ἀναχωρεῖν sæpius id. qd. φεύγειν et οἱ ο' hoc verbo reddiderunt Hebraica בָּרַח et נוּס Hos. xii. 13. Exod. ii. 15. 2 Sam. iv. 4.—(15.) ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου] *usque ad Herodis mortem*: mortuus est Herodes anno regni tricesimo, septimo. v. Joseph. Ant. xvii. 10. Jesum per breve tempus in Ægypto commoratum esse, certissimum est, quamdiu vero? id quidem non constat, cum non constet certo, quonam imperii Herodis anno natus fit. τελευτῆς scl. τοῦ βίου, quod additum legitur Herodo. ii. 121. Xen. Cyr. viii. 7. 1. ἡ τοῦ βίου τελευτὴ παρείη. add. Xen. Mem. i. 5. 2. Artemidor. i. ἄτιμος τε καὶ φυγὰς γενόμενος, ἀναρτήσας ἑαυτὸν, ἐτελεύτησε τὸν βίον. Ælian. H. V. vi. 2. εὐκλεῶς τὸν βίον ἐτελεύτα. Eurip. Hec. 418. Οἴμοι τι δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον; Sic et Latini dixerunt *finis vitæ*, Vellei. Pat. ii. 14. et *finis* simpliciter, Tacit. Annal. vi. 25. Eustath. ad Hom. Odys. α'. p. 52. 49. τελευτὴ δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τέλος τοῦ ἔργου· καὶ τελευτᾷν τὸ εἰς τέλος ἄγειν—οἱ δέ γε μεθ᾽ Ὅμηρον πρῶτα μὲν καὶ τὸν θάνατον τελευτὴν ζωῆς ἔλεγον, καὶ τελευτᾷν τὸν βίον, καὶ τοιαῦτα τινα· ὕστερον δὲ κατεκράτησε τελευτὴν ἁπλῶς τὸν θάνατον λέγεσθαι. Laudat atque in rem suam transfert scriptor locum Hos. xi. 1. nec improbabilis est *Pauli* conjectura, locum prophetæ propterea esse allatum, ne lectores

ρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος·
16 Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. Τότε Ἡρώδης ἰδὼν
ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας
ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι
τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον

Judæi offenderentur eo, quod Messias commoratus esset in terra peregrina. Gentilium enim regiones impuras habebant Judæi. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν κ. τ. λ.] *ut adeo hic recte possit laudari, quod Dominus olim interprete propheta dixit, nempe: ex Ægypto vocavi filium meum.* Non ibi sermo est de Messia, vid. *Michaëlis*, et *Hetzel* ad h. l. *Eckermann Theol. Beyträge*, p. 32, et quæ ipsi notavimus in Comment. in Hos. p. 114 sq. sed de populo Israëlitico, qui sæpius in libris V. T. vocatur filius Dei. Num. xxiv. 8. Ex. iv. 32. Jer. xxi. 9. h. e. populus a Deo singularibus beneficiis affectus. ἵνα πληρωθῇ, v. ad i. 22.

(16.) Herodes, cum Magi non redirent, ita exarsus, omnes pueros biennes et nondum biennes Bethlehemiticos trucidari jussit, ut una cum his rex Judæorum futurus interficeretur, et ipse ab omni cura ac metu liberaretur, et simul quoque injuriam a Magis sibi illatam (ἐνεπαίχθη), cum eos ipsos punire non posset, ulcisceretur. Hujus vero cædis puerorum nullam mentionem fecit Josephus, quod tamen Josephi silentium non posse scriptoris nostri fidem suspectam reddere, jam dudum observarunt interpretes. Confirmat enim hanc narrationem quadammodo Macrobius, scriptor quidem seculi IV. gentilis tamen Saturnal. ii. 4. cujus verba sunt: *Cum enim audisset* (Augustus) *inter pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum*, intra bimatum jussit interfici, *filium quoque ejus* (Antipatrum) *occisum, ait: melius est, Herodis porcum esse, quam filium.* Sed Antipater, Herodis filius, adolescens interficiebatur, neque Bethlehemi, neque in Syria, sed Hierosolymis. Itaque duas historias, alteram h. l. expositam, alteram a Josepho narratam, in unam confudit quidem Macrobius; attamen hoc diserte tradit, ab Herode pueros intra bimatum fuisse interfectos. Josephus vero alias quoque res silentio prætermisit, quarum tamen veritas neutiquam in dubium vocari potest, quæque ei ignota esse non poterant (v. intpp. ad Act. v. 36.) et possunt omnino plures caussæ proferri, quare Josephus hanc rem omiserit. Bethlehemum enim erat oppidum parvum et ignobile, et Bethlehemi atque in confiniis vix mille homines habitabant, quare numerus puerorum interfectorum, ob incolarum paucitatem, non erat admodum magnus, sed decem tantum, vel duodecim pueri interfecti sunt. v. *Eichhorn Allg. Bibl. d. bibl. Literatur.* B. 2. p. 357. Neque hoc fuit unicum vel crudelissimum facinus quod perpetravit Herodes v. Joseph. Ant. xv. 3. xvi. 11. xvii. 6. c. 9. B. I. i. 27. c. 33. Hinc recte satis *Vossius* Chronol. S. p. 159. monuit: "Post tot crudelitatis exempla ab Herode Hierosolymis et tota passim Judæa edita, post sublatos diversis suppliciis tot filios, tot uxores, proximos et amicos, non magna res fuisse videtur, sustulisse quoque unius oppidi aut vici et adhærentis territorii infantes, quorum strages in loco perexiguo non admodum magna esse potuit, cum non omnes, sed mares tantum; et qui intra bimatum essent, fuerint cæsi." Recte Tacitus, Annal. vi. 7. *Neque sum ignarus, a plerisque scriptoribus omissa multorum pericula et pœnas, dum copia fatiscunt, aut quæ ipsis nimia et mæsta fuerant, ne pari tædio lecturos afficerent, verentur.* Cf. præter eos, quos laudarunt *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *Thiess* l. c. p. 75. *Storr.* Diss. in libror. N. T. histor. aliquot locos, P. 2. p. 8. *Vollborthi* libellus inscriptus: Inquiritur in caussas, cur Josephus cædem puerorum Bethlehemiticorum Matth. ii. 16. narratam silentio præterierit, Götting. 1788. 4. et *Meyer, Versuch einer Vertheidigung und Erläuterung der Gesch. Jesu u. d. Apostel aus Profanscribenten*, p. 183 sq. Infantes illos Herodis jussu clam veneno esse sublatos, conjicit *Eckermannus* in *Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T.* p. 8. — ἐμπαίζεσθαι est Lat. *illudi, destitui* (Cic. p. Quint. c. 6.) et ponitur de iis, qui ab aliis falluntur. ἀποστείλας ἀνεῖλε] *necari jussit.* Est hic modus loquendi scriptoribus Hebræorum Græcorumque communis. E Græcis scriptoribus exempla attulerunt *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. et Xenophh. ad Matth. xi. 2. *Casaubonus* ad h. l. et *Sturzius* in Lex. Xenoph. sub v. πέμπειν. Hebræi vero verbum שָׁלַח copulant cum verbis actionem declarantibus, vel addita persona, quæ mittitur, vel ea omissa. v. Exod. ii. 5. ix. 27. v. *Glassius* Phil. S. p. 360. ἀνεῖλεν· ἐφόνευσεν Hesych. ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς] *in omni confinio ejus*, in agro Bethlehemitico. τὰ ὅρια Hebr. גְּבוּלִים 1 Sam. v. 6. Exod. x. 14. id. qd. τὰ μέρη Matth. xv. 21. coll. Marc. vii. 24. et γῆ Exod. x. 19. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω] omnes pueros *biennes et natu minores.* ἀπὸ διετοῦς *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. aliique, de *tempore*, de bimatu, de ipso duorum annorum spatio accipiunt et ἀπὸ διετοῦς absolute positum ex-

ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ 17
Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, 18
θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, Ῥαχὴλ κλαίουσα
τὰ τέκνα αὐτῆς. καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.

istimant pro ἀπὸ διετοῦς χρόνου h. e. *a biennio*, ut 2 Macc. x. 3. legitur, μετὰ διετῆ χρόνον. add. Herodo. ii. 2. Joseph. Ant. ii. 5. 4. Sed ut jam recte et idoneis argumentis demonstravit *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 50 ss. ἀπὸ διετοῦς e consuetudine sermonis Hebraïci dictum est pro ἀπὸ διετῶν, ut adeo accipienda sit hæc vox de ipsis *infantibus biennibus*, et διετοῦς sit genitivus neutrius generis, non masculini; cum verba πάντας τοὺς παῖδας satis doceant, ἀπὸ διετοῦς etiam accipiendum esse de infantibus et quidem bimis; cum hanc interpretationem confirmet auctoritas vers. Syr. et Arab. atque usus loquendi Hebræorum, coll. 1 Chron. xxvii. 23. ubi Davides perhibetur numerari vetuisse Israelitas, לְמִבֶּן־עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָטָּה ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ κάτω, i. e. qui viginti annos haberent, et qui nondum vicesimum annum attigissent. κατὰ τὸν χρόνον] intelligitur χρόνος τοῦ φαινομένου ἀστέρος, v. 7. Jussit autem Herodes, cui Magi nuntiasse videntur, annum jam abiisse, ex quo apparuisset ipsis stella, omnes pueros biennes et natu minores necari, ut, cum ei Magorum fides suspecta esset, eo certior esse posset de morte pueri invisi.

(17. 18.) Laudatur locus Jer. xxxi. 15. Neutiquam autem illa Jeremiæ verba respiciunt cædem puerorum Bethlehemiticorum, hoc vel exinde patet, quod propheta illo loco v. 16, 17. Raheli restitutionem filiorum promittit, quæ tamen matribus Bethlehemiticis non contigit. Sed scriptor noster prophetæ verba in rem suam transtulit, et sententiam hanc: omnes Bethlehemitæ deplorabant puerorum mortem, ita exornavit, ut uteretur loco prophetæ de longe alia re dicentis. vid. *Eckermann theol. Beyträge*, p. 33. Jeremias nimirum loquitur de abductione Judæorum in exilium Babylonicum. Cæt. pro ὑπὸ Ἱερ. legendum esse διὰ docuit *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftstell. d. N. T.* p. 133. et hanc lectionem præferendam quoque judicavit *Griesbachius* in Comment. Crit. p. 22. —(18.) Ῥαμᾷ] *Rama* erat urbs tribus Benjaminiticæ, Jos. xviii. 25. vicina Betheli, Judd. iv. 5. et Gibeæ, 1 Sam. xix. 13. non longe remota ab Hierosolymis, Joseph. Ant. xviii. 12. 3. πόλει τινὶ τῶν οὐκ ἀφανῶν Ῥαμαθῶνι τοὔνομα, σταδίους ἀπεχούσῃ Ἱεροσολύμων τεσσαράκοντα· et per hanc ipsam urbem Judæi in Babyloniam abducebantur, coll. Jer. xl. 1. Alii Ῥαμᾷ nomen appellativum esse putant, illudque de regione montana explicant et provocant inter alia ad Hesychium, qui Ῥαμᾷ explicat ὑψηλή· v. *Albertii* Gloss. Gr. N. T. p. 46. Male; nam neque Matthæi interpres Græcus, neque Alexandrini l. l. hanc vocem Hebraicam Græce reddidere, sed eam retinuerunt. Cæterum observandum est, verbis φωνὴ ἠκούσθη, *auditus est clamor*, h. l. non indicari locum, ubi clamor ortus sit, sed ad quem dimanarit, ut adeo significetur, longe lateque clamorem esse auditum. Ῥαχὴλ] *Rahel* parens et mater Benjaminitarum, cujus sepulcrum erat in vicinia Ramæ, Gen. xxxv. 17, 19. 1 Sam. x. 2, 3. et quoniam Benjaminitæ atque Judæi unum populum conficiebant, Judaicum nimirum, quoniam Juda sæpius ita ponitur, ut simul hoc nomine Benjaminitæ comprehendantur, et vice versa; ideo a propheta Rahel tanquam parens et mater populi Judaici proponitur. Nam proprie Judæi atque adeo Bethlehemitæ, cives oppidi in finibus ultimis tribus Judæ siti, erant Judæ ex Lea posteri. Itaque Jeremiæ l. c. τὰ τέκνα αὐτῆς, sunt Judæi et Benjaminitæ conjunctim, atque indicantur his verbis *posteri illius* in genere, sed h. l. τὰ τέκνα sunt *pueri* Bethlehemitici. Sistitur autem Rahel per imaginem satis frequentem in Orco deplorans posteros suos in captivitatem abductos, eamque Deus solatur spe futuri reditus, coll. Jer. l. c. xvi. 17. (Similis locus Virg. Æn. vi. 426.) cf. not. ad Joh. viii. 56. Neque adeo adstipulari possum iis interpretibus, qui existimant, Rahelem esse commemoratam pro matribus Benjaminiticis et Judæis, ita enim sententia existeret satis frigida. Verba autem φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη—πολὺς, non sunt referenda ad Rahelem, sed explicanda h. l. de fletibus et lamentis Bethlehemitarum. Denique οὐκ εἰσὶ, h. l. est: *trucidati, interfecti sunt*, contra Jeremiæ l. l. *e patria abducti sunt, actum est de illis.* θρῆνος, κλαυθμὸς, ὀδυρμὸς] *lamentatio, fletus, ejulatus*, sunt vocabula idem valentia, cumulata ad exprimendam luctus gravitatem et magnitudinem. vid. *Weststenius* ad h. l. Verba θρῆνος καὶ a nonnullis codd. et plerisque versionibus absunt; ex versione Alexandrina in textum Matthæi vulgarem ea irrepsisse, recte opinor, cum *Millio* statuit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. κλαίουσα absolute positum est pro κλαίουσα ἦν, i. ἔκλαυσε, *flevit.* οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι] *noluit admittere consolationem*, quæ verba quoque addita

19 Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδοὺ, ἄγγελος Κυρίου κατ'
20 ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, Λέγων· Ἐγερθεὶς
παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ πορεύου εἰς
γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παι-
21 δίου. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα
22 αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος

sunt ad indicandam luctus dolorisque acerbitatem; nec necesse est, ut cum *Palaireto* interpretemur verba: *non potuit admittere consolationem*; neque cum *Wetstenio*, *Albertio* et *Bosio*, ante verba ὅτι οὐκ εἰσὶ subintelligendum esse existimamus participium λέγουσα, cum ὅτι respondeat Hebr. כִּי, et reddi debeat *nam*. Ipsa autem formula οὐκ εἶναι sæpius notat *mortuum esse*, Sir. xvii. 25, ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, ἀπόλλυται ἐξομολόγησις. Eurip. Alc. 1096. θάνοιμ', ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς. Philo de Joseph. p. 528. E. Rubenus de Josepho: εἴπατε, ζῇ ἢ τέθνηκεν; εἰ μὲν οὐκ ἔστι δείξατέ μοι τὸν νεκρόν. Inprimis addita vocula ἔτι scriptoribus Græcis hæc formula frequentissima est. Alciphr. i. 10. οὐκ ἔτι ὄντες. Sophocl. Trachin. 164. ὡς ἔτ' οὐκ ὤν, ubi schol. ὡς τεθνηξόμενος. add. Æschyl. Choëphor. 877. Aristoph. Acharn. 184. Soph. Aj. 992. ubi v. *Stolbergius*. Eurip. Hippol. ubi v. *Barnesius*. Ita quoque Hebr. אֵינֶנּוּ legitur Gen. xlii. 36. ubi Jacobus de Josepho אֵינֶנּוּ *non amplius est*, h. e. mortuus est, persuasum enim ei erat Josephum mortuum esse. Etiam Latini eodem modo utuntur verbo *esse*, pro *vivere*, et *non esse*, pro mortuum esse v. Cic. epp. ad Div. vi. 3. extr. cf. omnino *Gatakkerus* de stilo N.T. c. 29. p. 117. *Raphelius* Obss. Xenophh., *Albertius*, *Kypkius*, *Krebsius*, *Læsnerus* et *Elsnerus* ad h. l.

(20.) Cum Josephus, rumore ad Ægyptios, inter quos plures Judæi habitabant, perlato, Herodis mortem comperisset, cogitabat de reditu in patriam, eoque ut reverteretur, suadebat ei quoque somnium, coll. v. 20. Tendebat igitur Bethlehemum; cum vero in itinere audivisset, Archelao, patrem moribus referenti, (v. Joseph. Antiq. xvii. 12 s. B. I. ii. 6.) cessisse Judæam, in qua situm erat Bethlehemum, eo sese conferre metuebat, malebatque concedere in Galilæam, et Nazarethi sedem fortunarum suarum collocare. Hanc autem ipsam consilii mutationem somnium firmasse legitur v. 21. παράλαβε τὸ παιδίον—καὶ πορεύου] pro παραλαβὼν τὸ παιδίον—πορεύου, *revertere cum puero*; verbo πορεύεσθαι, 1 Sam. i. 19. οἱ ό exprimunt Hebr. שׁוּב. τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου] *mortui sunt, qui vitæ pueri insidias struebant.* Formula ζητεῖν τὴν ψυχὴν respondet Hebræorum בִּקֵּשׁ אֶת־נֶפֶשׁ, *insidiis aliquem interficere studere*, insidiari alicujus vitæ 1 Sam. xxiii. 15. 2 Sam. iv. 8. Ps. xxxv. 4. v. *Gatackerus* de stilo N.T. c. 10. *Vorstius* de Hebraism. p. 721. et *Leusdenius* de Hebraismm. N.T. p. 150. *Fisch.* Verbis autem τεθνήκασι et οἱ ζητοῦντες, interpretes plures opinati sunt significari non modo mortem Herodis, sed etiam eorum, qui Herodi consilia sanguinolenta dedissent, et nominatim Antipatri, Herodis filii natu maximi, quinque ante Herodis obitum diebus jussu patris obtruncati. Horum tamen interpretum voces minime audiendas esse, demonstravit præter alios *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N.T. p. 173 ss. Nam scriptor noster hactenus de uno tantum Herode locutus est; parum præterea probabile est, auctorem insidiarum ejusque consiliarios, unó eodemque tempore mortuos esse, quæritur omnino etiam, an alii consilium illud sanguinolentum suggesserint, neque ullum proferri potest argumentum, quo demonstretur, Antipatrum hujus paternæ crudelitatis fuisse socium. Sed Hebræi de regibus, civitatumque principibus, et aliis hominibus singulis, magnis tamen illis et illustribus, sæpius utuntur numero plurali, v. 1 Regg. i. 33. 43. 19. coll. 25. Matth. ix. 8. τοῖς ἀνθρώποις pro τῷ ἀνθρώπῳ. Act. xxvi. 10. ubi v. not. Lycurg. p. 195. T. ii. *Reisk.* οἱ τότε βασιλεύοντες, i. e. ὁ βασιλεὺς *Codrus*. cf. *Gatackerus* Adverss. Miscell. ii. 15. *Salmasius* Exercc. Solinn. p. 860. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 301 sqq. *Gratzius* in *kritisch-histor. Kommentar üb. d. Evang. Matthæi*, Th. i. p. 111. suspicatur, pluralem positum esse ob locum Ex. iv. 19. e quo hæc verba desumta sint. Ibi Deus ita loquens inducitur, (εἶπε ὁ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν)—τεθνήκασι γὰρ πάντες οἱ ζητοῦντές σου τὴν ψυχήν.

(21.) ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραὴλ] *proficiscebatur in Judæam.* ἔρχεσθαι, ut Hebr. בּוֹא, est *venire, ire, proficisci.*

(22.) Herodes filios reliquerat tres: Archelaum, Antipan, et Philippum, in quos, patre mortuo, regnum divisit Augustus. *Philippus* accepit Batanæam, Auranitidem, quam utramque regionem Lucas iii. 1. Ituræae nomine complexus est, et Trachonitidem, ita, ut diceretur τετράρχης. *Archelaus*, Judæam, Idumæam et Samariam obtinuit, ita, ut

βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς
αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ,
ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. Καὶ ἐλθὼν κατῴκη- 23
σεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν
διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

ἐθνάρχης appellaretur v. Joseph. Ant. xvii. 13. 15. *Antipas* Galilæam et Peræam, ita, ut non minus quam Philippus diceretur τετράρχης. Archelaum crudelitatis nomine apud Augustum accusatum, postquam novem annos ditionem suam tenuerat, Viennam Allobrogum, civitatem Galliæ Transalpinæ, in exilium abire jussit imperator, atque Judæa in provinciæ formam redacta est, ita, ut esset quædam quasi Syriæ appendix vid. Joseph. Ant. xviii. 1. Deylingius Obss. S. ii. 25. 17. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 426 ss. Itaque verbum βασιλεύειν h. l. non est sensu stricto accipiendum, sed potius idem est quod ἄρχειν, i. simpliciter, *imperare*, nam Archelaus non erat βασιλεὺς, sed ἐθνάρχης. Attamen satis constat, βασιλεὺς et βασιλεύειν etiam a scriptoribus exteris adhiberi de imperio quocunque; v. Hom. Odys. α'. 394. Eustath. ad Hom. Odys. α'. p. 1425. ed. Rom. Herodo. v. 111. qui Artybium prætorem Persarum, βασιλῆά τε καὶ στρατηγὸν appellat. Æschyl. Perss. 24. ubi Satrapæ dicuntur βασιλεῖς· ut prætores Atheniensium Æschin. Axioch. c. 12. ubi v. *Fischerus*, *Abreschius* Animadvv. T. i. p. 161. et *Krebsius* ad decreta Roman. pro Judæis facta, p. 158. hinc etiam Suidas βασιλεύειν explicat per ἐξουσιάζειν καὶ ἄρχειν· et Hesychius βασιλεύει, interpretatur, κρατεῖ, ἄρχει. etiam LXX. interpp. Hebr. מָלַךְ (quod construitur cum partic. עַל, ἐπὶ, 1 Sam. viii. 7. al.) modo vertunt βασιλεύειν, 1 Regg. viii. 7. xv. 35. al. modo κρατεῖν Esth. i. 1. ἐκεῖ, *eo*, *illuc* i. in Judæam, id. qd. ἐκεῖσε, ut Arrian. Epict. iii. 24. ἄν μ' ἐκεῖ πέμπῃς, *si eo me miseris*. Herodo. i. 121. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις, *quo ubi perveneris et patrem et matrem invenies*, Diod. Sic. p. 442. A. ἐκεῖ καταπλεύσαντες, τοῖς συνέδροις διελέχθησαν περὶ ὧν ἤθελον, *illuc delati, cum senatu de rebus quas proponere volebant, colloquium instituerunt*. Xen. Cyr. vii. 1. 16. ἐκεῖ ἐλθόντες. add. Æl. H. V. ii. 13. Herodi. iv. 8. Æl. H. V. ii. 13. v. *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. Hebræi quoque שָׁם ibi ponunt pro שָׁמָּה, *illuc*, Deut. i. 37. Job. i. 21. εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας, v. 16. εἰς τὰ ὅρια i. e. *in Galilæam*, quæ regio obtigerat Antipæ, qui ingenio mitis atque benignus erat. vid. *Wetstenius* ad h. l.

(23.) ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγ. Ναζαρὲτ] *domicilium collocavit Nazarethæ.* εἰς πόλιν positum est pro ἐν πόλει. Sic Alexandrini, 2 Chron. xix. 4. ubi in textu extat præpositio ב, vertunt κατῴκησεν εἰς Ἱερουσαλήμ· verum etiam a scriptoribus Græcis præpositiones εἰς et ἐν inter se permutantur Æl. H. V. vii. 8. εἰς Ἐκβάτανα ἀπῄεσαν. vid. *Palairetus* et *Münthius* ad h. l. interpp. ad Ælian. H. V. l. l. iv. 18. et *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 155 sq. add. *Glassius* Phil. S. p. 452. ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν κ. τ. λ.] *ita eventum habuit, quod cecinerunt prophetæ, fore ut Christus diceretur Nazaræus.* Cum nullus prophetæ locus possit proferri, in quo hæc ipsa verba Ναζωραῖος κληθήσεται, legantur, haud inepte nonnulli arbitrati sunt, hæc verba esse desumta e prophetæ cujusdam libris deperditis, vel laudasse scriptorem nostrum effatum prophetæ cujusdam antiquioris literis non consignatum, sed Judæis per traditionem cognitum, et pluralem διὰ τῶν προφητῶν habere vim singularis, vel legendum esse cum versionibus nonnullis antiquis, veluti Syr., Pers., Æth., Arm., al. διὰ τοῦ προφήτου· sed lectionem προφήτου, quam nullus cod. Græcus confirmat, substituisse versionum illarum auctores, paulo liberius verba textus reddentes, quia inusitatus in allegandi formula numerus pluralis ipsis videbatur, cum definita verba antiqui carminis cujusdam laudarentur, rectissime animadvertit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. Alii contra statuunt, non certum quendam prophetæ locum respici, sed omnino omnes V. T. locos, qui illis temporibus a christianis e Judæis de Messiæ calamitatibus et hujus vili atque abjecta conditione explicarentur, veluti Ies. liii. et hujus generis locos alios. cf. Matth. xxvi. 56. Quæ quidem sententia pluribus interpretibus recte arrisit. Scilicet *Nazaræus*, Ναζαρηνὸς, Ναζωραῖος, (quæ est Syriaca pronuntiatio τοῦ Ναζαρηνὸς) nominabatur Jesus a Judæis (Marc. x. 47. Luc. iv. 37. xviii. 37.) non quod נָזִיר, *Nasiræus*, *separatus* fuerit, ut putarunt nonnulli interpp., nam Nasiræus Græce scribitur Ναζιραῖος, Judd. xiii. 5. Thren. iv. 7. nec Jesus Nasiræorum mores et instituta secutus est, v. Matth. xi. 19. sed quod Nazarethi educatus fuerit. Nazaretha autem erat oppidum ignobile atque obscurum, et omnino Galilæi atque adeo Nazareni a civibus Hierosolymitanis et Judæis reliquis contemnebantur, v. ad iv. 12. ita, ut cum hominem stultum, vilem atque abjectum et contemtum

## ΚΕΦ. γ΄.

'ΕΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπ-
2 τιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, Καὶ λέγων·

nominare vellent, eum Nazarenum et Galilæum dicerent, hinc etiam his ipsis nominibus contemtus caussa Judæi Jesum insigniebant. v. Matth. xxvi. 69, 71. coll. Joh. i. 47. vii. 52. Itaque Ναζωραῖος significat h. l. *Nazarenum* et *hominem contemtum*, atque mens et sententia scriptoris nostri hæc est: habitavit Jesus Nazarethæ, nomen et omen habebat, dicebatur Nazarenus et erat, contemtus erat, et vel sic eventum habuerunt, quæ prophetæ de vili, obscura, et contemta ipsius forte cecinerunt. Alias aliorum interpretationes vid. ap. *Wolfium* in Curis, *Kœcherum* in Analectis, *Gratzium* in *kritisch-historisch. Kommentar üb. d. Evang. Matth.* Th. i. ad h. l. et *Gersdorfium* in *Beyträgen zur Sprach-Characteristik d. Schriftst. d. N. T.* p. 135.

### CAP. III.

(1.) Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς] *illo tempore, quo Jesus Nazarethi habitavit, Johannes baptista cohortari cœpit Judæos, ut ad meliorem frugem redirent.* Inde ab eo tempore, quo Josephus Nazarethi domicilium constituerat, usque ad illud tempus, quo Johannes publice docere instituerat, plures effluxerant anni, Luc. iii. 23. neque enim Johannes videtur diu ante docuisse et baptizasse, quam Jesus ad eum accederet. Itaque in promtu est formulam ἐν ἐκείναις ἡμέραις latius esse capiendam, neque referendam ad initium τοῦ κατοικισμοῦ vel τῆς κατοικήσεως Χριστοῦ ἐν Ναζαρὲθ, sed ad ejus continuationem, ut recte monuerunt ad h. l. interpp. Eodem modo etiam Hebræi adhibere solent formulam בַּיָּמִים הָהֵם, Exod. ii. 11. ubi v. *Dathius:* Gen. xxxviii. 1. ubi v. *Rosenmüllerus* in Schol. Potest autem ἐν ἡμέραις ἐκείναις omnino reddi *postea*, cum ἐν sæpius sit idem quod μετὰ, ut Hebr. בְּ, v. *Noldius* Concordd. Particc. h. v. ut Exod. ii. 11. ubi Alexandrini habent ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, sed v. 23. μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκ. Particula δὲ a multis quidem codd. et verss. antiquis abest, sed recte retinetur, cum ea facilius potuerit omitti, quam addi, v. *Griesbachius* in Comment. crit. ad h. l. Ἰωάννης (Luc. i. 5 sqq.) ὁ βαπτιστὴς] Joseph. Ant. xviii. 7. Ἰωάννης ὁ ἐπικαλούμενος βαπτιστής· accepit hoc nomen inde, quod Judæos ita in aqua demergere instituit, ut eos hoc ritu Messiæ venturo obstringeret, v. Act. xix. 4. παραγίνεται vim obtinet præteriti, et παραγίνεται κηρύσσων ex Hebraica ratione positum est pro simplici ἐκήρυξε, ut ii. 23. ἐλθὼν κατῴκησε pro simplici κατῴκησε legitur. Verbum autem κηρύσσειν, quod proprie notat *legatum, et oratorem esse, mandata alicujus exponere*, in libris N. T. sæpiuscule ita ponitur. ut sit: *cohortari, docere*, v. Matt. xxiv. 14. Marc. xiii. 10. al. ἔρημος τῆς Ἰουδαίας] *solitudo Judææ.* Significantur campi tribus Judæ, adjacentes Jordani et mari mortuo, v. Joseph. B. I. iii. 10. 7. Jordanes διατέμνει τὴν Γεννήσαρ μέσην, ἔπειτα πολλὴν ἀναμετρούμενος ἐρημίαν, εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ἔξεισι λίμνην. add. et *Relandi* Palæstina, P. 1. p. 297 ss. ἡ ἔρημος scl. χώρα vel γῆ non indicat regionem plane desertam et inhabitatam, sed regionem, in qua non multi habitant, regionem nec oppidis nec incolis celebrem, sed maximam partem incultam et ad pascua tantum aptam, ut infra xiv. 15. Luc. xv. 4. et Hebr. מִדְבָּר, 1 Sam. xxv. 2. 2 Regg. iii. 8. habuit etiam illa ipsa solitudo Judææ, temporibus Josuæ sex urbes pluresque vicos. v. Jos. i. 61 ss.

(2.) λέγων] est Græcorum ὧδε, *sic, hunc in modum.* Hebræi eodem modo utuntur verbo אמר, Jon. iii. 4. al. μετανοεῖτε] *vitam animumque in melius mutate!* μετάνοια proprie significat *consilii mutationem*, et μετανοεῖν *consilium mutare*, Hebr. xiii. 17. Xen. Cyr. i. 1. 3. Respondent hæc verba Hebræorum שׁוּב et תְּשׁוּבָה, quæ voces in libris V. V. adhibentur partim de iis, qui a vera religione desciscunt, et idolorum cultui se dedunt; partim de iis, qui repudiato idolorum cultu, repudiatisve flagitiis iis, quæ cultus idolorum secum conjuncta habeat, veram religionem suscipiunt. Cujus usus loquendi ratio est, quia Hebræi sentiendi vivendique consuetudinem cum via comparare solent. v. 2 Chron. vii. 14. Ezech. xviii. 23. Hinc in libris N. T. μετάνοια et μετανοεῖν partim ponuntur de iis, qui neglecta religione gentilium, quam hactenus professi erant, ad verum unius Dei cultum redeunt, partim de iis, qui abjectis vitiis illis omnibus, quibus hactenus indulserant, ad virtutem, maxime christianam redeunt. Et sic h. l. notat: ad meliorem frugem redire, vitam animumque in melius *mutare.* vid. Obss. nostr. ex libris apocryph. ad Marc. i. 4. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν] *instant tempora Messiæ;* præteritum positum est pro præsenti, ut Joh. i. 34. v. 45. ἐγγίζειν non tantum dicuntur ea, quæ instant, ea quæ certo eventura sunt; v. *Eichhornii* Commentar. in Apoc. i. 1, 3. sed etiam ea, quæ jam adsunt, eveniunt, Rom. xiii. 12. Respondet hoc verbum Hebr. קָרַב, quod etiam ita poni solet, ut significet *adesse*, veluti Deut. xxxi. 14. Joel iv. 14. add. Thren. iv. 18. ubi קָרַב קִצֵּנוּ Alex-

Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὗτος γάρ 3
ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ

andrini vertunt: ἤγγικεν ὁ καιρὸς ἡμῶν· sed eodem loco commutantur hæc verba cum his בא קצבו, quæ οἱ ὁ' reddunt: πάρεστιν ὁ καιρὸς ἡμῶν. H. l. ἐγγίζειν est, *instare, prope adesse*; nam Messias nondum apparuerat, et Johannes baptizabat εἰς τὸν ἐρχόμενον. coll. v. 11. et Act. xix. 4.

*De formulis* βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ.

Βασιλεία τῶν οὐρανῶν, *regnum cælorum*, est idem quod aliis in locis βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, *regnum Christi*, Col. i. 13. βασιλεία τοῦ Θεοῦ, *regnum Dei*, Luc. xxi. 31. Matth. xix. 23 s. nam vocabulum שָׁמַיִם haud raro in libris V. T. Dan. iv. 23. al. et in scriptis Judæorum, vid. *Schœttgen* Hor. Hebrr. ad Matth. xxi. 25. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 2440. ut οὐρανοί, Matth. xi. 25. Marc. xi. 30. Luc. xv. 18. *Deum* ipsum significat. v. *Fischerus* Prolusss. de vit. Lexx. N. T. p. 94 ss. *Glassius* Phil. S. p. 360. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 36. *Vorstius* de Hebraism. p. 72 ss. et not. ad xxi. 25. Debebant autem illæ formulæ originem suam Judæorum opinioni de Messia apparituro, novi feliciorisque status reipublicæ ipsorum auctore. Hujus vero opinionis, et communis Judæorum Christi ætate persuasionis origines ab ipsis V. T. oraculis repetendæ sunt. Cecinerant nimirum vates Hebræorum, inprimis inde a Davidis temporibus, de futura ætate aurea, de magno quodam duce et rege, e Davidis posteris, fortitudine et sapientia insigni, qui, hostibus Judæorum omnibus debellatis, veram religionem atque pietatem et restauraturus, et longe lateque propagaturus, omnisque generis felicitate summa populum suum beaturus esset. vid. *Knapp*. Diss. de usu vaticiniorum ad Messiam pertinentium, in Opuscc. T. i. p. 1 ss. *Von den Messianischen Zeiten*, in *Eichhorn allgem. Bibl. der bibl. Literat*. B. 6. p. 597 ss. et librum nostr. *Messianische Weissagungen des A. T.* Lips. 1792. Has sublimiores de Messia et ætate aurea, cujus ille auctor extiturus esset, notiones, quas prophetæ et doctores Judæorum veteres, in animis popularium suorum, cum calamitatibus premebantur, excitarant et aluerant, quæque multimodis successu temporis exornatæ erant, Judæi Christi ætate viventes, maximam partem depravarant, variasque, pro vario morum ingeniique habitu, sententias, de Messia ejusque regno exspectando, fovebant. Ac vulgus quidem Judæorum opinabatur, regni Messiani initia graves calamitates esse prægressuras, Messiam vero suis auxilio venturum. vid. ad xxiv. 1. x. 34. *Koppius* Excurs. 2. ad epp. ad Thessal. p. 113 ss. hostes ipsorum debellaturum, et reliquas gentes cunctas ipsis subjecturum, vid. Dan. vii. 13. xviii. 22, 27. not. ad Matth. xix. 28. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmm. ad Joh. iii. 17. tunc mortuos omnes in vitam revocaturum, judicium habiturum, omnesque populos Judæis inimicos in tartara, in Gehennam detrusurum esse: in regno autem Messiæ his in terris tunc instituendo, cujus cives forent etiam e gentilibus ii, qui Judæorum religionem suscepissent, vid. ad xix. 28. extr. et viii. 11. se utpote Abrahami posteros, populum ἅγιον, uniceque filiorum Dei nomine dignum, summa omnis generis felicitate terrena, omnibusque sensuum voluptatibus abundaturos esse. v. *Bertholdt* Christologia, p. 26 sq. Sapientiores contra Judæi, terrenam quidem felicitatem, liberationem ab hostibus populi, v. Luc. i. 71. regnumque terrenum etiam sperabant, sed morum pravitatem sua ætate dolentes, et nulla plane felicitate prius populares suos potiri posse reputantes, quam ad meliorem frugem rediissent: ipsi æque ac prophetæ inprimis exilii temporibus viventes, veræ pietatis et religionis restitutionem, vitæ morumque emendationem, peccatorum populi expiationem, a Messia exspectabant, v. ad Matth. xx. 28. Luc. xxiii. 42. Joh. i. 29. p. 144 ss. et summis beneficiis ab eo exspectandis annumerabant, existimabant præterea etiam Messiam a magna gentis suæ parte repudiatum iri, Luc. ii. 33. et pios tantum Judæos, atque gentiles religionem veram suscepturos, illiusque studiosos v. ad Luc. ii. 32. *Bertholdtus* l. c. p. 162. ad felicitatem regni Messiani perventuros esse, reliquos vero inde prohibitum et in tartara dejectum iri. v. Mal. iii. 1 ss. Matth. iii. 9 ss.

Opiniones illæ præconceptæ de regno Messiano terreno, cum altas radices egissent in animis Judæorum, nec adeo uno quasi ictu convelli possent, sed sensim evellendæ et exstirpandæ essent: sapienter Christus, quo facilius purior doctrina animis eorum sese insinuaret, opinionibus illis, picturis et imaginibus Judaicis, in quantum sine doctrinæ suæ impedimento fieri posset, sese accommodabat, et illas ipsas formulas βασιλεία τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ, τῶν οὐρανῶν, quibus regnum Messiæ terrenum, terrenamque felicitatem significabant (Matth. xviii. 1. xx. 21. Marc. xv. 43. Luc. xvii. 20. xix. 11 etc.) retinebat, ita tamen ut sententiam aliam, eamque puriorem et saniorem iis subjiceret, atque hoc modo populares suos edoceret, non esse omnia ita eventura, ut ipsi sperarent. Profitebatur se has in terras venisse, non ut impe-

βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας
4 ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα

raret, sed ut potius minister omnium esset, Matth. xx. 28. ut homines a vitiis purgaret, ut veram Dei cognitionem propagaret, atque a pœnis peccatorum eos liberaret. Avertebat animos ab amore et studio bonorum terrenorum et voluptatum sensibus percipiendarum, eosque convertebat et dirigebat ad studium et amorem præstantiorum bonorum in altera vita post mortem exspectandorum; dehortabatur discipulos a vanæ gloriæ cupiditate, quam in regno Messiano præstolabantur, Matth. xviii. 1 ss. xxi. 25 sq. docebat, sub imagine regni, se conditurum esse regnum sive societatem eorum, qui ob virtutis studium hac in vita exercitum, felicitate post mortem fruerentur; docebat, quatenus religio sua purior, morumque doctrina, homines emendaret, eosque ad pietatem probitatemque excitaret, eatenus se regem eorum esse, in societatem civium regni sui adscitum iri Judæos et gentiles, fundamentum regni divini sive regni beatorum post mortem positum esse factis suis et dictis, morte et resurrectione, atque firmatum iri propagatione doctrinæ suæ per discipulos suos; se aliquando mortuos in vitam esse revocaturum, et judicium habiturum, neque tamen ex mero arbitrio sortem hominum futuram distributurum, sed quemque pro meritis, vel in regnum beatorum recepturum, vel inde exclusurum, doctrinamque a se traditam normam judicandi fore ἐν ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ex qua singuli jam nunc, quid olim sperandum ipsis metuendumve sit, colligere possent. vid. *Flatt* de notione vocis βασιλεία τῶν οὐρανῶν, in Commentatt. theoll. a *Velthusenio, Rupertio,* et a me editis Vol. ii. p. 421 sqq. *Koken* Diss. de reditu Messiæ ad judicium gentium, Götting. 1800. p. 48 ss. Hunc igitur in modum Jesus præjudicatas opiniones de regno Messiano, etiam discipulorum suorum (qui, si statim initio puriorem doctrinam, sine involucris et disertis verbis iis aperuisset, eam nec capere nec probare potuissent) corrigere studebat: et quamquam discipuli per aliquod tempus in erroribus suis acquiescebant, tamen cum quæ Jesus hac de re docebat, crebrius iis inculcaret, nova lux sensim iis affulsit, et cum omnem doctrinæ magistri ambitum atque indolem clarius perspexissent, intelligebant, finem religionis Christi non esse posse felicitatem terrenam, sed sublimiorem beatitatem in altera vita exspectandam; vatumque oracula, eventu edocti, rectius quam antehac interpretabantur, et splendidas illas exspectationes, quas ex illorum scriptis conceperant, ad Jesum Messiam, ejusque salutarem disciplinam referendas esse animadvertebant.

De vi ac potestate formularum βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ, a Jesu adhibitarum, variæ sunt interpretum sententiæ. v. *Koppii* Excurs. 1. ad epist. ad Thessal. (qui negavit, has formulas usquam dici de religione et ecclesia christiana, deque modo, quo eam in his terris Christus regit et tuetur, atque docere instituit, locos omnes N. T. agere de regno Christi in cœlis exspectando, ab eoque post mortuorum resurrectionem inaugurando. Quam tamen sententiam refutarunt, eaque admissa multis locis aperte vim inferri, demonstrarunt: *Dœderleinius* in Institut. theol. christ. p. 743. *Storrius* de notione regni cœlestis, in Opuscc. Acadd. Vol. i. p. 253 s. *Nœsseltus* ad locum Pauli Rom. xiv. 17. in Opuscc. Vol. ii. p. 112 ss. *Schleusnerus* in Lex. s. v. βασιλεία· alii), *Keilius* in historia dogmatis de regno Messiæ Christi et Apostolorum ætate, Lips. 1781, 4. (qui secutus *Koppium*, ampliorem tamen regni divini sensum, quo non modo felicitatem quandam complecteretur, sed etiam quicquid fieri aut suscipi, ad eam consequendam, deberet, agnovit §. 12. p. 31 sq.), *Eckermanus theol. Beyträge,* B. 2. p. 67 sq. (contendit: Christum societatem cultorum suorum et discipulorum appellasse regnum Messiæ, omniaque quæ ille sit effatus de reditu suo ad illud inaugurandum, referenda esse ad fundationem et propagationem religionis christianæ societatisque cultorum ejus: Christum regnum Messiæ morte et resurrectione sua conditum voluisse: Omnia N. T. loca, quibus Christus de regno suo loquatur, apte de societate cultorum ejus atque de felicitate eorum in hac et futura vita explicari posse, adeoque formulam, recipi in regnum divinum Christi, nihil aliud esse quam, religionem christianam suscipere: Non aliam inaugurationem regni Messiæ instare, et locos, in quibus sermo sit de reditu Messiæ ad judicium gentium, nihil continere nisi hoc, felicitatem vitæ futuræ pendere e majore minorive studio, quo quis veram Christi doctrinam virtutisque præcepta in hac vita sequatur. Contra *Eckermanum* disputarunt *Koken* l. l. *Süskind Magazin für christl. Dogmatik und Moral,* St. 10. p. 143 ss. et) *Flatt.* l. l. (qui per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν intelligit societatem eorum, qui doctrinam Christi sequuntur, ab ipso conditam, propagatam, ulterius augendam, et denique ad supremum felicitatis fidem perducendam). add. *Tychsen* Diss. de παρουσίᾳ Christi et notionibus de adventu Christi in N. T. obviis, Götting. 1785. *Seiler* de regni Messiæ vera natura, Opuscc. T. i. p. 105 ss. et *Pœlitz* de gravissimis theologiæ seniorum Judæorum decretis, Lips. 1794. 4.

αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ· ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.

Non nisi duras et contortas multorum locorum interpretationes prolaturum esse eum, qui omnia N. T. loca, in quibus formulæ *βασιλεία τῶν οὐρανῶν* etc. occurrunt, ad unam significationem trahere velit, esse potius varias formularum illarum, a Christo adhibitarum, significationes, et ut accurate constituatur, quæ notio loco quoque iis tribuenda sit, respici debere semper et ubique orationis cohærentiam, plures viri docti, quorum nomina supra laudavimus, rectissime observarunt. Ac primaria quidem et præcipua formulæ *βασιλεία τῶν οὐρανῶν* notio est haud dubie *felicitas post mortem exspectanda.* Judæi nimirum existimabant Messiam pristinam reipublicæ Israeliticæ formam *θεοκρατικὴν* denuo instauraturum esse. Universa autem Israelitarum civitas, quæ erat *πολιτεία θεοκρατικὴ*, dicebatur מלכות האלהים, מ״ השמים. v. *Schœttgen* Diss. de regno cœlorum, in Hor. Hebrr. p. 1147 sq. *Wetstenius* ad Matth. xxi. 25. Jesus igitur, qui externum et adspectabile, quod populares ipsius fingebant regnum, in cœlum transferebat, felicitatem illam in cœlo exspectandam vocabat *βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Cum porro ecclesia, societas Christi cultorum, religio Christi, ejusque propagatio, sit quasi caussa, præparatio et initium regni divini, sive regni beatorum post mortem; cum Judæi ipsi rem sacram, omnemque religionem Israeliticam, e voluntate Dei *regis* constitutam dicerent מלכות השמים, v. *Schœttgen* et *Wetsten.* l. l. cum solenni linguæ vulgaris usu, id quod effectum est, ponatur pro omnibus iis, quibus effectum sive præparatum est, hinc etiam *ecclesia, societas Christi cultorum, doctrina, religio Christi* cum omnibus commodis et ornamentis quæ suis cultoribus præbet, *lætior religionis propagatio,* pluribus in locis N. T. his ipsis formulis *βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τοῦ Θεοῦ, τοῦ Χριστοῦ* significatur.—H. l. autem per *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* intelligitur regnum Messiæ terrenum, felicitas illa in regno Messiano his in terris exspectanda, ad quam perventuri essent Judæi pietatis ac probitatis studiosi, coll. v. 9. Puriores quidem et meliores Johannes habebat de regno Messiano notiones, non adeo vanas atque absurdas quam vulgus Judæorum; veræ pietatis et religionis restitutionem in præcipuis numerabat beneficiis a Messia exspectandis, neque tamen eam regni Messiani notionem, quam in animis suorum Jesus informabat, habere poterat, id quod Jesus ipse haud obscure innuit Matth. xi. 11. vid. et ad xi. 2.

(3.) Verba Iesaiæ, quæ a Matthæo h. l. afferuntur, et quibus Johannes ipse quoque usus erat, ut ostenderet, se Messiæ præcursorem esse, (Joh. i. 23.) extant c. xl. 3. Promittit ibi vates popularibus suis in exilio viventibus et valde afflictis, felicia tempora, finemque calamitatis suæ non adeo longe remotum. Utitur hanc in rem imaginibus poëticis: Deum ipsum præsentem auxilio venturum populo suo, eumque e Babylonia in Palæstinam reducturum esse annuntiat. *φωνὴ βοῶντος κ. τ. λ.*] *auditur vox doctoris in solitudine, jubentis domino muniri viam, ejusque semitas planiores reddi: βοᾷν*, ut Hebr. קרא, cui illo Ies. loco respondet (Aquila ibi habet *καλεῖν*) notat, *docere, acclamare, palam aliquid tradere.* v. Marc. i. 3. Luc. iii. 5. Per *ἔρημον*, *loca inculta*, h. l. intelligitur *ἔρημος τῆς Ἰουδαίας*, coll. v. 1. *ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου*] i. *viam qua incedet Dominus.* Imago desumta est a regibus Orientis iter facientibus, qui præmittebant legatos, qui vias muniendas et complanandas curarent: Arrian. Hist. iv. 30. *καὶ ἡ στρατιὰ αὐτῷ* (Alexandro) *ὁδοποιοῦντο πρόσω ἰοῦσα, ἄπορα ἄλλως ὄντα τὰ ταύτῃ χωρία.* add. Joseph. B. I. iii. 6. 2. Justin. ii. 10. extr. Ps. lxviii. 5. cf. et *Münthius* ad h. l. Esse autem utramque formulam *ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου* et *εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ*, h. l. tropice capiendam, et significare idem quod *μετανοεῖτε* v. 2., ipsa orationis series satis perspicue docet, atque adeo sensus est: vitam animumque mutate in melius, ut sic idonei reddamini ad recte excipiendum Messiam, ut sic, relicto vitiorum studio, eo prius atque facilius in animos vestros intrare possit doctrina Messiæ.

(4. 5.) *εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου*] *gestabat pallium e pilis camelinis confectum:* pallia hirta, villosa, maxime e pellibus ovinis confecta, gestasse prophetas V. T. et eos qui prophetæ videri vellent, patet ex 2 Regg. i. 8. 1 Regg. xix. 13. Zach. xiii. 4. Matth. vii. 15. eundemque cultum in Oriente etiamnum usitatum esse iis, qui morum severitate præcipuæ sanctitatis gloriam affectent, docuerunt *Lüdecke Erläut. einiger Schriftstellen a. d. Orient*, p. 53. *Harmar Beobachtt. über d. Orient*, Th. iii. p. 374 ss. et *Rungius* in *Gemeinnützigen Abhandlungen für Freunde der Bibel*, B. 2. p. 109 ss. Per *ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου* nonnulli, in quibus etiam est *Munckerus* ad Hygin. fab. 14. p. 44. Stav. significari putant *ipsam pellem pilis cameli hirtam*, male, nam non legitur h. l. *ἀπὸ τῶν δερμάτων*, sed *ἀπὸ τῶν τριχῶν*· et Marc. i. 6. vestem Johannis vocat *τρίχας καμήλου.* Cæterum pronomen *αὐτοῦ* ex Hebraismo redundat. *καὶ ζώνην δερματίνην περὶ*

Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰου-
6 δαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἐβαπτίζοντο

τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ·] *cingulo erat cinctus pelliceo,* sicuti Elias propheta, v. 2 Regg. i. 8. alii gestabant balteos lineos, byssinos, aureos, argenteos, v. *Braunius* de vest. sacerd. Hebr. ii. 3. *Suiceri* Thes. Eccl. h. v. ὀσφῦν per enallagen numeri, pro ὀσφύας, ut ap. Diod. Sic. p. 11. B. cf. Luc. xii. 35. ἀκρίδες] *locustis* vesci Judæis licebat. v. Levit. xi. 22. Orientales iis vesci consuevisse, docent Plin. H. N. vi. 30. xi. 29. add. *Wetsten.* ad h. l. et *Niebuhr Beschreibung von Arabien,* Præf. p. 37. *Rosenmüller, das alte und neue Morgenland,* B. 5. p. 7 sqq. Apud Græcos locustas fuisse cibum hominum vilium, patet ex Aristoph. Acharn. 1115. ubi scholiast. διασύρει τὸν Λάμαχον, ὡς ἀκρίδας ἐσθίοντα, ἢ ὅτι πρότερον εὐτελεῖ ἐχρῆτο τῇ διαίτῃ. v. *Bocharti* Hieroz. ii. 4. 7. et *Elsnerus* ad h. l. μέλι ἄγριον] *mel silvestre,* vulgo intelligunt, mel ab apibus, vel in nudo solo, vel in cavitatibus arborum, vel in fissuris petrarum positum; sed mel ab apibus elaboratum vocatur μελίσσιον κηρίον, Luc. xxiv. 42. Hinc rectius alii intelligunt mel silvestre, quod in Arabia, aliisque Asiæ locis, ex certis quibusdam arboribus in silvis manare solet, et concretum colligitur: Diod. Sic. xix. 94. tradit Nabatæos bibere solitos esse μέλι φυόμενον ἀπὸ τῶν δένδρων τὸ ἐπικαλούμενον ἄγριον, aqua mistum et temperatum; ubi v. *Wesseling.* add. Plin. H. N. xv. 7. *Faber* histor. Mannæ ap. Hebr. §. 8 sqq. *Michaëlis* ad Exod. xvi. 13. et *Hezel,* 1 Sam. xiv. 25. *Meyer Versuch einer Vertheidigung u. Erläuterung d. Gesch. Jesu aus Profanscribenten* p. 199. Suidas: ἀκρίς. εἶδος ζωυφίου· ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ πρόδρομος (Jobannes) καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων ἐπισυναγόμενον, Μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται. Durum igitur vitæ genus Johannes more prophetarum V. T. et Nasiræorum (Luc. i. 15. coll. Num. vi. 3.) tam quoad amictum quam quoad victum sequebatur; utebatur victu vestituque vili facileque parabili v. *Deylingii* Obss. S. P. iii. p. 200.—(5.) *Magna tunc multitudo hominum ex urbe Hierosolymitana, universa Judæa, maxime ex campo Jordanis ad Johannem veniebat.* καὶ] ultimo loco hoc in versu positum, notat *inprimis, maxime,* ut Hebr. ו, 2 Sam. xxii. 1. al. v. *Heupelius* ad Marc. iii. 8. περίχωρος] scl. γῆ vel χώρα, כִּכַּר הַיַּרְדֵּן, Gen. xiii. 10. *planities circa Jordanem.* v. Joseph. B. I. 5. 27.

(6.) καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ] *baptizati sunt ab eo in Jordane.* Lustrationes ante sacrificia, preces solennes, ludos aliasque festivitates apud Græcos et Romanos in usu erant; etiam qui scelera commiserant, ad expiationem peccati corpus aut manus abluere solebant: Plaut. Aulul. iii. 6. 43. *eo lavatum, ut sacrificem.* Macrob. Sat. iii. 1. *constat diis superis sacra facturum corporis ablutione purgari.* Ovid. Fastt. ii. 36. *Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis fluminea tolli posse putatis aqua.* Scholiast. Soph. Aj. 663. ἔθος ἦν παλαιοῖς, ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος· fieri solebant lustrationes aqua fluviali vel etiam marina. Virg. Æn. ii. 719. iv. 635. Ovid. Fastt. iv. 313. Horat. Sat. ii. 3. 290. Pers. Sat. ii. 15 sq. cf. omnino *Lomeierus* de vett. gentil. lustrationibus, Ultraj. 1681. Apud Judæos quoque ablutiones in usu et legitimæ erant, v. Num. xix. 7. Hebr. ix. 10. Judith. xii. 7, 8. xvi. 18. Gen. xxxv. 2. lotionum solennium quotidianarum Essenorum meminit quoque Joseph. B. I. ii. 8. 7. v. *Eisenlohrius* in *historischen Bemerkungen über die Taufe,* Tübing. 1804. p. 4 sq. Sed h. l. sermo est de uno solenni baptismo, nec unquam postea repetendo, cujus ritus vestigia reperiuntur in baptismo proselytorum, quo gentiles, qui ad Judæorum sacra conferre sese volebant, ab idololatriæ immunditie et sordibus purgabantur, et novis sacris vitæque vere novæ initiabantur. Negarunt quidem nonnulli interpretes (*van Dale* in Histor. baptismor. tum Hebr. tum Christian. *Wernsdorf* diss. recentiores de baptismate controversiæ ed. 2. Viteb. 1722. *Ernestius* in Opuscc. theol. p. 255 sqq. *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. *de Wette* in Commentat. de morte J. C. expiatoria, Berol. 1813. p. 42 sqq. *Reiche* de baptismatis origine et necessitate, nec non de formula baptismali dissertatio, Götting. 1816. 8. alii) proselytorum baptismum jam Christi temporibus apud Judæos in usu fuisse, affirmarunt tamen hoc et pluribus iisdemque haud levibus argumentis demonstrarunt *Danzius* in Diss. de baptismo proselytorum Judaico et de antiquitate baptismi initiationis Israelitarum vindicata, in *Meuschenii* Novo Testamento e Talmude illustrato, p. 233 sqq. et 287 sqq. *Seldenus* in jure nat. et gentium, ii. 2. *Buxtorfius* Lex Talm. p. 408. *Lightfootus* ad Joh. iii. et ad h. l. *Schættgen.* Hor. Hebrr. et *Wetstenius* ad h. l. *Ziegler theol. Abhandl.* Götting. 1804. Th. ii. Abh. 3. *Jahn. Bibl. Archäologie,* Th. iii. *Wien* 1805. p. 218. sq. *Eisenlohr histor. Bemerkk. üb. die Taufe,* Tübing. 1804. p. 5. sqq. *Zimmermanus* in Commentat. de baptismi origine ejusque usu hodierno, Götting. 1815. 4. *Bengelius üb. das Alter der Jüd. Proselytentaufe,* Tübing. 1814. 8. et in *Archiv. für*

ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων 7

*die Theologie*, 1818. B. 2. St. 3. p. 740 ss. qui egregie demonstravit baptismum proselytorum post exilii tempora in morem venisse, et tanquam ritum initiationis solennem, post templi ac civitatis eversionem, publice sancitum fuisse. Scilicet Veteris quidem Testamenti temporibus, ut ex ipsis libris sacris constat, aditus gentilibus patebat ad Judaica sacra per solam circumcisionem. Sed post exilii tempora Judæi, quibus lustrationes usitatæ et legitimæ erant, cum plures gentilium ad sacra eorum sese conferrent, inducebant proselytorum baptismum, partim quoniam multi gentiles jam circumcisi erant, v. *Danzius* l. c. p. 257. 302. *Michaëlis Mos. Recht*, Th. iv. §. 185. *Bengelius* p. 34. in quibus adeo ut et feminis initiandis alio ritu ipsis opus esse videbatur, partim quoniam multi, religionem Judaicam suscipere cupientes, circumcisionem metuebant, quibus gratificari volebant. Argumenta autem hanc in rem præcipua hæc sunt: In multis scriptorum Rabbinorum locis baptismi mentio fit, ubi de proselytis sermo est, v. *Lightfoot*, *Schœttgen* et *Wetstenius* ad h. l. et baptizantur etiamnum a Judæis proselyti. v. *Buxtorf.* Lex. p. 408. Parum autem probabile est, Judæos seriori ætate in tanto adversus christianos odio ab his mutuasse baptismum proselytorum v. *Bengel* p. 40 sq. 51 ss. *Archiv* p. 746. *Cherituth* f. 9. 1. et *Avoda Sara* f. 57. 1. ubi sermo est de gentilibus rite initiandis, memorantur præter circumcisionem, sacrificium et baptismus. Sed sacrificia afferri poterant, tantum stanto adhuc templo, unde consequitur, baptismum proselytorum in usu fuisse ante templi Hierosolymitani destructionem. vid. *Bengelius* p. 23 sqq. Apud Arrian. Diss. Epictet. ii. 9. Judæorum proselyti dicuntur *βεβαμμένοι*, *baptizati*. De quo loco vid. *Bengelius* l. c. p. 91 sqq. *Archiv* p. 752 ss. In versione Æthiopica per antiqua verba Matthæi xxiii. 15. *ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον κ. τ. λ.* exprimuntur: *ut baptizetis unum peregrinum, et cum baptizatus fuerit, adaptatis eum magis, quam vos gehennæ.* Johannis baptismum non tanquam rem plane novam et insolentem mirabantur Judæi, v. Joh. i. 24. sed tantummodo eum interrogabant, quare tantam sibi auctoritatem arrogaret, ut *Judæos* baptizaret, eos hoc modo quodammodo a societate reliquorum Judæorum separaret, novamque religionis formam induceret, cum neque esset Messias, neque Elias? Judæos enim in ea fuisse opinione Messiam ejusque præconem nova sacra baptismo auspicaturos esse, colligi potest ex Joh. i. 25. Luc. iii. 7. coll. h. l. Josephus quidem Ant. xiii. 9. 11. ubi sermo est de Idumæis ab Hyrcano ad sacra Judæorum redactis, solam circumcisionem memorat; nam Hyrcanum, ait, Idumæis optionem hanc dedisse, ut vel relinquerent patriam, vel *περιτέμνειν τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς Ἰουδαίων νόμοις χρῆσθαι* instituerent, atque ad has duas conditiones eos accessisse; add. Ant. xx. 2. verum enimvero e silentio scriptoris nihil certi colligi potest, et cum aliunde perquam probabilis sit proselytorum baptismi antiquitas, loco reliquarum initiationis ceremoniarum, præcipuam tantum ibi Josephus nominasse videtur. Cæterum Johannes baptismo obstringebat Judæos *τῇ μετανοίᾳ*, v. 11. coll. Luc. iii. 10, 14. eosque initiabat novæ œconomiæ propediem a Messia constituendæ. *ἐξομολογεῖσθαι*] h. l. notat confiteri peccata sua, ita ut ostendas te esse peccatorem, atque promittas te velle posthac pietatem et vitæ sanctitatem Deo probare, quo dignus appareas beneficiis a Messia brevi venturo exspectandis: *ἐξομολογεῖσθαι*, *confiteri*, hoc eodem significatu legitur quoque ap. Joseph. Ant. viii. 4. 6. *ἐξομολογουμένων τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ τὰς τῶν πατρίων νομίμων παραβάσεις*, *confitentibus se peccasse, et patrias leges violasse*; ap. Philon. 1 Alleg. p. 55. b. 3 Alleg. p. 1105. A. aliisque in locis pluribus, v. *Elsnerus*, *Krebsius* atque *Lœsnerus* ad h. l. respondet Hebr. הִתְוַדָּה אֶת־חַטֹּאתָם Lev. xvi. 21. xxvi. 40. (ubi *οἱ ο'* habent *ἐξαγορεύειν*, quod idem est ac *ἐξομολογεῖσθαι*) et simplici verbo הִתְוַדָּה Dan. ix. 4. quod Theodot. ibi verbo *ἐξομολογεῖσθαι* expressit.

(7.) *ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων*] *Pharisæi*, פרושים (a פרש, *separavit*), ita dicti sunt a præcipuo sanctitatis vitæ studio, quo se ab aliis separabant. Suidas: *Φαρισαῖοι, ἀφωρισμένοι παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων εἴς τι τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου, καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα·* *Alberti* Gloss. Gr. p. 53. *Φαρισαῖος. διακεχωρισμένος.* Maxima anxietate et severitate literam legis premebant; præter legem scriptam traditiones, quas in monte Sinaï per angelum Moses a Deo accepisset, quæque ore tantum traditæ et propagatæ fuissent, tenebant acriterque defendebant: legum ritualium observationem diligentissimam commendabant, earumque exacta observatione veniam peccatorum impetrari posse, statuebant; adjunxerant præterea etiam antiquiori doctrinæ plura alia nova decreta, quæ in Chaldæa illis innotuisse videntur, veluti philosophemata de geniis, de fato etc. Cum Phari-

ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης

sæis, quorum etiam cultus et vestitus a communi consuetudine abhorrebat, (Matth. xxiii. 5.) ob singularem quam affectabant pietatem et sanctitatem, faciebat omnis plebs Judaica. v. Joseph. B. I. i. 5. 2. Ant. xiii. 10. 6. xvii. 2. 4. *Sadducæi*, צדוקים, liberalius sentientes, omnes leges non scriptas et nova decreta Pharisæorum repudiabant, dæmonologiam, doctrinamque eorum de fato rejiciebant, fatum omnino tollentes, omniaque arbitrio hominis subjicientes. v. Joseph. B. I. ii. 8. 14. non admittebant corporis resurrectionem, quam Pharisæi defendebant, immo ne animas quidem immortales et nulla omnino post mortem præmia exspectanda esse contendebant, quam eorum sententiam e doctrina de emanationibus ex Deo, ad quem redirent animæ, cum ex eo emanassent, plures viri docti illustrare studuerunt, veluti *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. et ad Luc. xx. 27. add. *Kleuker über die Emanations-lehre der Kabbalisten*, Rig. 1786. et *Bruckeri* hist. crit. philos. T. ii. p. 645 sqq. et p. 833. eos etiam tantummodo libros Mosis admisisse, reliquos vero libros Judæorum sacros repudiasse, plures quoque theologi statuerunt, sed eos reliquis quoque V. T. libris auctoritatem tribuisse, majorem tamen atque præcipuam scriptis Mosaicis vel nuperrime docte et accurate demonstrarunt *Stäudlin Geschichte d. Sittenl. Jesu*, Th. i. p. 421 sqq. 446. et *Güldenapfel* in Diss. Josephi Archæologi de Sadducæorum canone sententiam exhibente, Jenæ 1804. 4. Sadducæorum sectæ addicti erant principes, nobiles et opulenti v. Joseph. Ant. xviii. 1. 4. Cæterum origo Pharisæorum et Sadducæorum referenda est ad tempora post exilium Babylonicum, cum Judæa esset in potestate regum Syriæ atque Ægypti. Conf. de his Judæorum sectis Joseph. Ant. xiii. 5. 9. x. 5. xvii. 2. 4. xviii. 1. 3. B. I. ii. 8. 2 ss. et præter eos, quos laudarunt *Wolfius* in Bibl. Hebr. P. 2. p. 816. IV. 331. atque *Kœcherus* in Nov. Bibl. Hebr. P. 2. p. 161. inprimis *Michaëlis Mos. Recht*, P. 4. §. 301. *Schleusneri* Lex v. Φαρισαῖος *Schulzii* Conjecturæ hist. criticæ Sadducæorum Sectæ novam lucem accendentes, Hal. 1779. *Werneri* Diss. de Pharisaismo sectarum Judaicarum, quæ temporibus Christi floruerunt, præcipua, Argent. 1783. 4. *Pölitz* Diss. de gravissimis theologiæ seriorum Judæorum decretis, Lips. 1794. et qui ibi laudantur. Ejusd. *Pragmatische Uebersicht der Theologie d. spätern Juden*, Th. i. Lips. 1795. *Stäudlin* l. l. et ejusd. theologiæ moralis Hebræorum ante Christum historia, Gött. 1794. in Commentt. theol. a me, *Velthusenio* et *Rupertio* editis, Vol. ii. p. 360 sqq. *Knapp über die Pharisäer und Sadducäer*, in *Hallischen wöchentl. Anzeigen* a. 1785. N. 8—14. *Bretschneider systematische Darstellung der Dogmatik und Moral der apokryphischen Schriften des A. T.* Th. i. Lips. 1805. —Accedebant, ut h. l. legitur, Sadducæi et Pharisæi, quorum corrupti mores pluribus in locis librorum N. T. gravissime perstringuntur, ad Johannem, *ut ab eo baptizarentur*, hæc enim h. l. est vis præpositionis ἐπὶ in formula ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ: ut ap. Joseph. Ant. ii. 6. 3. ἥκομεν δὲ νῦν ἐπ' ἀγορὰν σίτου, *venimus nunc eo consilio, ut frumentum emeremus*. v. *Krebsius* et *Raphel.* ad h. l. Nondum tunc temporis Synedrii assessoribus, novarum rerum cupidis, neque adeo Pharisæis v. Joh. ix. 13. invisus erat Johannes, putabant plures eorum, eum esse Messiam v. ad Joh. i. 20. quo duce potestati Romanorum sese subducere possent v. Luc. iii. 15. Joh. i. 19, 24. Jam cum Judæi Messiæ ejusque præcursoribus jus et potestatem concederent baptismi ritu novæ œconomiæ initiandi v. ad v. 6. Joh. i. 24.: accedebant plures Pharisæorum (qui omnino rituum et ceremoniarum studiosi erant) ac Sadducæorum, et illa ipsa opinione, Johannem esse Messiam, et novitatis studio ducti, et ut auram popularem captarent, vid. Matth. xxi. 25. cum ad Johannem ingentes fierent concursus hominum. Hinc Johannes, animum eorum perspiciens, ac probe intelligens, hos Pharisæos sanctitatis opinione et fama superbientes, hos Sadducæos voluptatibus deditos, vix ac ne vix quidem admonitionibus suis parituros, seriamque pœnitentiam esse acturos, quo acrius eorum animos feriret, his eos excipiebat verbis: γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν κ. τ. λ.] *viperarum progenies, quis vobis persuasit, vos effugere posse imminentes impietatis pœnas?* γεννήματα ἐχιδνῶν, *viperarum progenies*, simulatores pessimi. Etenim vipera ἔχιδνα Matth. xxiii. 33. Sophocl. Antig. 530.) est imago hominis pietatem probitatemque simulantis, omninoque hominis perniciosi et cum maxime impii. γέννημα, *fœtus, progenies, fructus*, dicitur tam de animantibus, ut h. l. Sir. x. 18. quam de inanimantibus, Matth. xxvi. 29. Sap. xvi. 19. 1 Macc. i. 38. ut Latinorum *fœtus*, quod de terra dicitur Ovid. Fastt. i. 693. de arboribus Lactant. de ira Dei, xiii. 7. v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 708. *Lœsnerus* ad h. l. et ad Matth. xxvi. 29. interpp. ad Thom. Mag. h. v. Hæc vero ipsa allocutio γεννήματα ἐχιδνῶν

ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν [1]καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. 8
Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν 9
Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν

8. ∾ καρπὸν ἄξιον.

durior visa est *Schustero* in *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 9. p. 954. qui adeo verba Johannis potius hunc in modum interpretanda esse statuit: vos callidi et prudentes estis ut serpentes, callide tempori ceditis, quodcunque acciderit, saluti vestræ prospicere vultis. Ad hanc interpretationem confirmandam monuit, serpentem etiam Matth. x. 16. tanquam symbolum calliditatis, circumspectionis, et prudentiæ commemorari: Pharisæos autem et Sadducæos ad Johannis baptismum accessisse propterea, quod credidissent, Messiam, qui purgaturus esset sicut aurum et argentum Levi posteros Mal. iii. 3, 5. brevi appariturum, adeoque putassent, Johannem forte ipsius præcursorem esse, coll. Zach. xiii. 1. Verum ex iis, quæ supra notavimus, satis apparere arbitramur, viperam h. l. esse imaginem hominis perniciosi et simulatoris pessimi, ut Matth. xii. 34. xxiii. 33. et Johannis, severi morum censoris, animumque Pharisæorum probe perspicientis, verba non justo duriora et asperiora esse. Sensus autem verborum τίς ὑπέδειξεν κ. τ. λ. est, qui tandem vos pietatem simulantes, simulata pietate accedentes, sperare potestis, vos effugituros esse pœnas post Messiæ adventum imminentes? nequaquam eas effugietis. ὑποδεικνύειν notat, *docere*, *ostendere*, ut ap. Diod. Sic. p. 105. C. *Rhod*. Sir. xlviii. 28. ἕως τοῦ αἰῶνος ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα, *inde ab antiquissimis temporibus docuit futura*. Æschin. Socr. ii. 13. respondet Hebr. הוֹרָה Job. vi. 24. Prov. iv. 4. ubi LXX. habent διδάσκειν. 2 Chron. xv. 3. ubi οἱ ο' expresserunt ὑποδεικνύειν, et הִגִּיד Esth. iii. 4. iv. 7. quibus in locis Alexandrini verbo ὑποδεικνύειν usi sunt. Exod. xxiv. 12. ubi Aquila habet φωτίσαι, Symmach. ὑποδεῖξαι. Vulg. *ut doceas illos*. add. Luc. vi. 47. xii. 5. Act. xx. 35. φυγεῖν ἀπὸ] est forma loquendi Hebraica. Hebræi enim cum verbis בָּרַח et נוּס copulare solent particulam מִן, cujus rationis vestigia quoque extant Sir. xxi. 2. ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, φεῦγε ἀπὸ ἁμαρτίας. vid. et *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebraismm. N. T. p. 135. Per ὀργὴν intelliguntur h. l. *pœnæ*, *supplicia*, quo significatu legitur quoque אַף Ps. lxxix. 6. Mich. vii. 9. al. Pausan. viii. 2. ἀπήντα παρὰ τῶν θεῶν τιμὴ (præmia) τοῖς οὖσιν ἀγαθοῖς, καὶ ἀδικήσασιν ὡσαύτως ὀργή· v. *Reiskius* Ind. Demosth. h. v. et *Læsnerus* ad Luc. xxi. 23. sed μέλλουσα ὀργὴ significat *pœnas imminentes*, חֲרוֹן הַבָּא; ἡ ὀργὴ ἡ ἐρχομένη, 1 Thess. i. 10.—(8.) οὖν] vel h. l. redundat, ut sæpius, vel est particula transeundi Lat. *jam vero*, ut Matth. x. 32. al. καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας] *facta mutato animo digna*, recte præclareque facta, a quibus omnis simulatio abest. Ipsa formula ποιεῖν καρποὺς τῆς μετανοίας, pro qua Act. xxvi. 20. legitur ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσειν, est Hebr. עֲשׂוֹת פְּרִי v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 161 sqq. Cæterum pro καρποὺς cum pluribus codd., verss. et patrr. haud dubie legendum est καρπόν· pluralis καρποὺς vel librariorum debetur oscitantiæ, vel huc traductus est e Luc. iii. 8. ut rectissime animadvertit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

(9.) Judæi, nominatimque Pharisæi, fovebant opinionem præconceptam hanc: se, utpote Judæos et Abrahami posteros, unice Deo placere atque probari. v. Joh. viii. 33. 39 sqq. *Wetstenius* ad h. l. et *Lightfootus* ad Joh. iii. 3. sibique, exclusis gentilibus cunctis, destinata esse bona et ornamenta regni Messiani his in terris constituendi. Hinc Johannes, nolite, inquit, arbitrari, vos propterea fieri debere regni Messiani cives, nec ullo pacto ab illo regno excludi posse, quod sitis Judæi et Abrahami posteri: mihi credite, excludemini, et pœnas gravissimas dabitis, nisi deponatis perversam sentiendi agendique rationem vobis propriam. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς] *nolite vobiscum cogitare*. δόξητε λέγειν pro μὴ λέγητε, nam δοκεῖν h. l. abundat, ut Marc. x. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν pro οἱ ἄρχοντες· coll. Matth. xx. 25. Hist. Susann. 5. οἱ δοκοῦντες κυβερνᾷν pro οἱ κυβερνῶντες· Xen. Mem. iv. 2. 20. δοκῶ λέγειν pro λέγω. Aristoph. Plut. 422. εἶναί μοι δοκεῖς, i. εἶς, ubi v. *Berglerus*. *Hutchinson*. ad Cyrop. i. 1. 1. p. 6. et in addendis p. 672. *Gatackerus* Advers. Miscell. i. 3. p. 191. *Kypkius* ad Marc. x. 42. *Weiskius* de Pleonasmis Græcis p. 92 sqq. plura hanc in rem exempla dabunt *Hammondus* et *Palairetus* ad h. l. Formula autem λέγειν ἐν ἑαυτοῖς est Hebr. אָמַר בְּלִבּוֹ, *tacite secum cogitare*, *perpendere*, Esth. vi. 6. ubi οἱ ο' λέγειν ἐν ἑαυτῷ, pro quibus verbis 2 Sam. xxi. 26. usi sunt verbo διανοεῖν. δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων κ. τ. λ.] *mihi credite*, *Deus potest ex his lapidibus* in hac Jordanis ripa jacentibus, *excitare Abrahamo nepotes*. Sensus: potius ex his lapidibus excitaret nepotes Abrahamo, ei similes, quam ut vos ei dissimiles, improbitatis studiosos, eam tantum ob caussam, quod sitis illius nepotes, regni Messiani felicitate ornaret; sola na-

10 λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ
ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ
ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.
11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω
μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ
ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι

tivitas nihil prodest ad regnum Messianum.

(10.) *ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται*] *quin etiam bipennis radicibus arborum admota est.* *ἤδη δὲ καὶ*, *quin etiam*, *et vero etiam*, ut adeo oratio crescat, quem harum particularum usum ex Arriano, Xen. Ephes. Diog. Laërt. viii. 1. comprobarunt ad h. l. *Raphelius* et *Palairetus*; *καὶ* in codd. nonnull. male omissum est, amant enim Græci post *ἤδη δὲ* ponere *καὶ*, v. *Wetsten.* ad h. l. *ἡ ἀξίνη πρὸς ῥίζαν*, proverbialis locutio est, qua pœnæ improbis proxime imminentes significantur. v. Sir. x. 18. Dan. iv. 20, 23. Solent præterea homines frequenter in literis sacris comparari cum arboribus. v. Ps. i. 3. Matth. vii. 17 sqq. Rom. xi. 17. *πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν*] *omnis arbor, quæ non fert bonos fructus*, i. improbitatis studiosi: *μὴ ποιοῦν* ex Hebraismo pro, *μὴ φέρων* est Hebr. עֹשֶׂה, quod frequenter de fructibus adhibetur, ut Gen. i. 12. al. Præsentia *ἐκκόπτεται* et *βάλλεται* vim futurorum habent. Hebræi enim de re certo futura præsentibus uti solent v. Marc. ix. 31. Joh. i. 9. ibique notata; neque adeo audiendi sunt *Albertius* atque *Grævius* Lect. Hesiodd. Ἔργ. v. 30. p. 511. ed. *Læsn.* qui verba *ἐκκόπτεται* et *βάλλεται* posita putant pro *ἐκκόπτεσθαι* et *βάλλεσθαι δεῖ*. Johannes autem pœnas certissimas et gravissimas his verbis ita minatur, ut ostendat, quicunque non ad meliorem frugem redituri sint, eos pœnas certissimas et gravissimas subituros esse; hoc enim sibi volunt verba: *ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.*

(11.) Alio tempore, alia occasione, quæ v. 11. et 12. leguntur, a Johanne dicta esse, docet locus Luc. iii. 15, 16. et exinde quoque apparet, quod hæc verba cum antecedentibus non satis accurate cohærent. vid. et not. ad Joh. i. 15. p. 118. sed in Archetypo Syrochaldaico, quo utebatur Matthæus, tanquam hac occasione dicta legebantur. Profitetur autem Johannes verbis v. 11. se non Messiam, sed Messiæ præcursorem esse. *ἐν ὕδατι*] pro simpl. *ὕδατι*, v. Luc. iii. 16. sed *βαπτίζειν ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν* est, *baptizare aliquem, ut vitæ morumque sanctitatis se velle studiosum esse promittat, et vero etiam studiosus sit;* unde Marc. i. 4. Johannis baptismus dicitur *βάπτισμα μετανοίας*, Marc. i. 4. *εἰς* enim hac in formula *finem, consilium* indicat. v. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 155. *ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος*] *qui post me munus suum auspicabitur*, successor meus, i. Messias; *ἐρχόμενος* autem positum est pro *ἐλευσόμενος*, ut Joh. i. 27. *ἰσχυρότερός μου ἐστὶν*] *præstabit summa, quam in homines exserat, vi et efficacia, auctoritate, dignitate me superat.* *οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι*] *cujus non sum dignus qui calceos portem:* apud Joh. l. c. legitur *ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος*, *non sum dignus qui solvam corrigiam calceamenti ipsius.* Sensus idem est, nempe: non sum dignus qui sim servus ipsius vilissimus; et copiosius exornatur his verbis notio, quæ inest voci *ἰσχυρότερός μου ἐστί.* Similis descriptio servi, ministri, 2 Regg. iii. 11. Calceos autem dominis induere, exuere, gestare, apud Hebræos, Græcos et Romanos vilissimorum servorum officium erat. Chrysost. Homil. xvi. in Joh. p. 619. *τὸ γὰρ ὑπόδημα λῦσαι, τῆς ἐσχάτης διανοίας ἐστι.* v. *Kypkius* ad h. l. *Braunius* de vest. Sac. Hebr. p. 59. *Pignorius* de servis p. 206. *Suiceri* Thes. Eccl. T. i. p. 1450. *Vorstius* de Adagiis N. T. c. 11. §. 3. *Deyling* Obss. S. iii. 26. 8. *Rosenmüller das alte u. neue Morgenland*, B. 5. p. 14. *ὑποδήματα*, ut Hebr. נעלים, omnis generis calceamenta indicat, nec differt a *σανδάλιον*, cum *οἱ ό* נעל modo expresserint *ὑπόδημα*, modo *σανδάλιον*. v. *Bynæus* de calceis Hebr. c. 6. et *Schleusnerus* in Lex. h. v. *αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ*] *vos tinget Spiritu Sancto et igni;* *βαπτίζειν* h. l. tropice positum notat: *imbuere aliquem re aliqua, cumulatim tribuere, largiter suppeditare, copiose dare, obruere* ut Joh. i. 33. Marc. i. 8. Luc. iii. 16. quo significatu etiam apud scriptores exteros recurrit. Moschus Idyl. i. extr. *μήτι θίγῃς· πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται*, *ne attigeris; fallax donum: tincta omnia flammis.* add. Plutarch. de Puer. Educ. c. 13. §. 3. v. *Albertius* et *Læsnerus* ad h. l. *Wetstenius* ad Matth. xx. 23. *Dorvillius* ad Charit. p. 176. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lex. N. T. p. 531. vid. et not. ad Matth. l. c. In verbis autem *ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ* explicandis magnopere variant interpretes v. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *Glassius* Phil.

ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ δια- 12
καθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς
τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

S. p. 19. *Dath. Elsnerus* alii. Nonnulli ἐν πυρὶ vertunt *inter ignem, inter fulmina missa, Spiritu S. sub ignis specie vos superveniente,* ut respiciatur ad ea, quæ Act. ii. leguntur: cui tamen interpretationi præter alia plura opponi potest, Act. l. c. esse sermonem de Apostolis, h. l. omnino de Judæis. Alii hæc verba explicant per ἓν διὰ δυοῖν, ut adeo πνεῦμα ἅγιον καὶ πῦρ positum sit pro πῦρ πνευματικὸν, i. πῦρ πνεύματος ἁγίου, atque intelligantur virtutes, bona, quibus instruatur animus hominis, quæ animum a vitiis purgent, integrum et sanctum præstent, cum ignis apud Hebræos symbolum sit rerum omnium, quæ a sordibus purgant. v. *Albertius* ad h. l. et *Suicerus* Thes. Eccl. T. i. p. 629. Sed h. l. non tantum de bonis et ornamentis a Messia exspectandis sermonem esse posse, ea, quæ v. seq. leguntur, satis perspicue docent. *Boltenius* ad eandem pœnæ divinæ comminationem, quæ inest voci πυρὶ, etiam verba ἐν πνεύματι ἁγίῳ referenda statuit, *ille, vi divina adjutus, pœna vos gravissima afficiet.* Verum, ut præclare monuit *Schottus* Diss. in locum Matth. iii. 7—12. Jenæ 1814. 4. p. 13. Opuscc. T. ii. p. 198. sic prorsus otiosa appareret particula καὶ, obstant præterea etiam huic interpretationi effata alia, quibus formula βαπτίζειν s. βαπτίζεσθαι ἐν πνεύματι ita adhibetur, ut luculentissime pateat, verbis ἐν πνεύματι ἁγίῳ minime eam describi efficaciam divinam, quæ in pœnis immittendis conspicua futura sit Act. i. 5. xi. 16. Joh. i. 33. *Schottus* πνεῦμα ἅγιον cum *Paulo* de *sanctimonia* explicat h. e. de tota animi conditione præstantiore, qua homo gaudet persuasioni veræ christianæ conciliatus, atque per doctrinam divinam emendatus. Dicitur ea, inquit *Schottus* πνεῦμα ἅγιον, cum ipse Dei Spiritus in animo humano perfectiorem illam cogitandi sentiendique rationem efficiat 1 Cor. iii. 16. vi. 19. al. Locum ipsum V. Ven. vertit: ille (qui post me veniet) eos vestrum, qui resipiscere voluerint, Spiritu divino immerget (i. e. indole meliori a Spiritu divino oriunda imbuet, quo salvi evadant), eos vero, qui resipiscere noluerint, igni immerget (i. e. pœna afficiet æterna futuri seculi). Equidem nuper per πνεῦμα ἅγιον intelligendam esse putavi *doctrinam divinam*, s. *accuratiorem et pleniorem rerum divinarum, doctrinæ cœlestis cognitionem,* quo sensu etiam aliis in locis hæc formula legitur v. Joh. iii. 34. vii. 39. et ibi not. Rom. v. 5. *Næsselti* Exercitt. ad sacr. script. interpretat. p. 63. Contra vero monuerunt alii (vid. *Bengelii Archiv für die Theologie* etc. B. 4. St. 1. p. 5.) verbis πνεῦμα ἅγιον, sive ea explicentur de *sanctimonia*, sive de *doctrinæ cœlestis cognitione*, justo arctiorem notionem subjici, utramque potius notionem h. l. ut Joh. i. 33. esse coniungendam; cui sententiæ nunc ipse subscribo. Scilicet πνεῦμα ἅγιον vim divinam, ejus efficientiam et effectus declarat v. not. ad Joh. iii. 6. xiv. 17. Act. i. 5. ii. 4. Judæi sapientiores a Messia veram pietatem et religionem restitutum iri, ejusque temporibus vim divinam in hominibus se inprimis efficacem præbituram esse sperabant v. ad Matth. iii. 2. Joh. i. 29. p. 147. Joel iii. 1 sqq. Act. ii. 16. ubi v. Hanc eandem spem fovebat quoque Johannes. Itaque sensus verborum est: Messias operante et juvante Deo efficiet, ut, qui disciplinæ ipsius se tradant, rerum divinarum scientia excellant, et sanctitatis studio flagrent, atque ita digni evadant regni Messiani cives: καὶ πυρί· improbos vero doctrinamque ipsius repudiantes gravissime puniet coll. v. 12. vid. et not. ad iii. 2. Etenim πῦρ est symbolum pœnarum suppliciorumque ut x. 12. Ies. v. 24. lxi. 2. lxvi. 24. Mal. iii. 1 ss. (quem posteriorem locum Johannem respexisse, perquam probabile est) Sir. vii. 19. Matth. xiii. 50. Copula autem καὶ ut h. l., ita et aliis locis, ubi opposita proferuntur, adhiberi solet v. 2 Thess. i. 6, 7. Rom. ii. 12. Marc. ix. 49. *Schottus* ad h. l. Cæterum verba καὶ πυρὶ plures codd. omittunt, sed tuentur ea codd. antiquissimi et præstantissimi, etiam verss. fere omnes; et facile omitti potuerunt partim propter obscuritatem, partim etiam quoniam Marci loco parallelo i. 8. (Joh. i. 33. Act. i. 5.) non extant, sed illo loco non leguntur, quoniam ibi etiam nihil memoratur de Judæorum perversitate, quod occasionem severiori objurgationi ac diris obnuntiandis dedisset, quod secus est h. l. coll. v. 12. et Luc. iii. 7, 16. v. *Næsselti* Exercitt. sacræ, Hal. 1803. p. 264. s. et *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l. qui ea omissa h. l. putat ob lectionem ecclesiasticam hic finiendam, anagnosmatum autem auctores in lectionum clausulis resecare solitos esse verba, quæ auditores percellere possent, eandemque ob caussam v. 12. in lectione publica plane prætermissum fuisse suspicatur.

(12.) Pios ac probos Judæos Messias tutos præstabit et servabit, felicesque reddet, impios vero et improbos ac male pertinaces gravissime puniet. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ] *ventilabrum manu sua tenebit.* οὗ redundat, v. *Storr.* Obss. ad analog. et Syntax. Hebr. pertinent. p. 298. τὸ πτύον est *ventilabrum*, in-

13 Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν
Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.
14 Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω

strumentum quo frumenta expurgantur, ξύλον, ἐν ᾧ διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου, Hesych. *καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ] et ventilabit frumenta sua.* διακαθαρίζειν id. qd. λικμᾷν, *ventilare, vannare,* frumentum una cum grani stipula tollere, et in auram projicere, quo separetur a frumento stipula. v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N.T. p.53 sqq. ἅλων, Attici dicebant ἅλως, *area, locus terendis frumentis destinatus subdialis,* sub dio enim triturare solebant Hebræi et etiamnunc solent Orientales; v. *Paulsen vom Ackerbau der Morgenl.* p. 141. h. l. *frumenta ipsa,* quam significationem contextus flagitat, sic גֹּרֶן quoque legitur Ruth. iii. 2. Job. xxxix. 12. Deut. xv. 14. σῖτος, cum ei opponatur τὸ ἄχυρον, significat: *grana extrita et a paleis secreta.* συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην] *granario condet.* Granaria, ἀποθῆκαι, erant cavernæ subterraneæ, ubi Orièntis cives frumentum, vinum, oleum etc. futuris usibus reservare solebant. v. Curtius vii. 4. Plin. H. N. xviii. 30. *Faber* ad *Harmar Beobachtungen über den Orient*, Th. ii. p. 458 ss. ἄχυρον non est *palea*, quæ vento abigi solet, hæc enim dicitur ἄχνη (Eustath. ad Hom. Il. ε'. 499. ἐκ τούτων δὲ φαίνεται, ὅτι οὐχ ἁπλῶς, ἄχυρον, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἀχύρου λεπτότατον· νῦν ἡ ἄχνη δηλοῖ·) et χνοῦς, Hebr. מוֹץ, sed totus *calamus* frumenti, a radice ad spicam, atque adeo *stramen,* Hebr. תֶּבֶן v. Exod. v. 7. Gen. xxiv. 25. *tribulo comminutum;* ut ap. Xenoph. Œcon. xviii. 1, 2. vid. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. Grana enim Hebræi excutiebant vel tabula, quæ ad januæ magnitudinem accedebat, ab inferiore parte acutis lapidibus constrata, vel geminis rotis ferreis, instar serræ dentatis, et axe conjunctis. vid. *Bocharti* Hieroz. P. 1. L. 2. c. 33. *Pocockii* Commentar. in Joel. iii. 14. p. 334. *Paulsen* p. 110 sq. *Jahn, biblische Archäologie,* Th. i. B. 1. p. 372 sq. et *Hammondus* ad h. l. Sed stramen et stipulas Orientis populi loco ligni comburere solebant. v. *Kypkius* et *Raphelius* ad h. l. atque *Paulsen* p. 150. πῦρ ἄσβεστον, *ignis qui deleri nequit,* prius, quam omnia consumserit. Imago pœnarum gravissimarum, v. Ies. v. 24.

(13—15.) τότε] non accuratius tempus definit, sed omnino est: illo tempore, tum cum Johannes baptizaret. παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ] *accessit Jesus, ut ab eo baptizaretur.* Accessit autem Jesus, ut suo exemplo Johannis baptismum probaret et confirmaret, ut huic novi fœderis instituto auctoritatem conciliaret, ut ipse, cum jam in eo esset, ut demandatum sibi a patre officium susciperet, hoc ritu sacro atque solenni inauguraretur. Ex verbis Johannis, quæ v. 14. leguntur, apparere videtur probe cognitum fuisse Jesum Johanni; cum vero Johannes ipse postea dixerit, κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν, v. Joh. i. 31. interpretes, qui hæc verba explicant: *ego eum non noveram de facie,* ut hos locos inter se conciliarent, varias vias ingressi sunt. Monuerunt nimirum Jesum Johanni ante baptismum vel ex revelatione, vel ex verbis ipsius baptismum expetentis, vel ex aliorum præsentium indicio cognitum fuisse. Sed parum probabile est, cum Johannis atque Jesu matres necessitudinis et amicitiæ vinculo conjunctæ fuerint, usque ad illum ipsum diem nullam plane fuisse Johanni cum Jesu consuetudinem, nec saltem talem, ut eum, ad baptismum accedentem, e vultu cognoscere potuisset; immo Johannis verba de Christi munere interpretanda sunt: *non noveram eam Messiam esse;* id cognoscebam ex iis, quæ cum baptizaretur, evenerunt.—(14.) ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν] *Johannes vero Jesum prohibere volebat a baptismate,* cum ipse potius ab eo baptizari deberet. Scilicet Johannes non ignorabat, quantam spem et exspectationem de Jesu jam dudum concepissent parentes, propinqui, et amici; non ignorabat, quam præclare Jesus, qui hactenus remotus a celebritate vixerat, hanc spem et exspectationem de ipso conceptam, summæ sanctitatis rerumque divinarum studio acerrimo, Luc. ii. 52. sustinuisset et confirmasset; hinc et Johannes ipse præclara quæque de Jesu augurabatur, eumque magnum populi doctorem, insignemque prophetam fore sperabat; hinc et nunc cum Jesus accederet, ut baptizaretur, Johannes reverentia ductus ei dicebat: tu potius me Messiæ venturo per baptismum obstringere debes. Postquam deinde ea, quæ v. 16, 17, leguntur, evenerant, Johannes, qui speraverat fore, ut eo ipso tempore quo baptizaret Judæos, Messias innotesceret, Jesum pro Messia habebat. διακωλύειν vim habet verbi simplicis κωλύειν, ut ap. Plat. Apol. 19. Phædon. 4. Diod. Sic. p. 752. A. vid. *Palairetus, Elsnerus* et *Münthius* ad h. l. διεκώλυεν autem reddi debet: a baptismate eum prohibere volebat; coll. v. 15. extr. in omnibus autem fere linguis sæpius verba ita ponuntur, ut conatum indicent, non actionem ipsam, ut omissum sit, *velle.* v. Marc. xv. 23. coll. Matth. xxvii. 34. Ps. lvi. 1. lvii. 7. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι] *mihi potius a te expetendum est hoc lavacrum,* tu es sapientia, virtute, me præstantior, tibi potius quam mihi Messiæ præconis partes agendæ

ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; Ἀποκριθεὶς δὲ 15
ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἄφες ἄρτι. οὕτω γὰρ πρέπον
ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τότε ἀφίησιν αὐτόν.
Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· 16
καὶ ἰδοὺ, ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα

sunt.—(15.) ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτὸν] *Jesus dixit ad hæc:* est hæc loquendi ratio Hebraica. Hebræi nimirum verbo עָנָה, quod omnino notat *dicere*, jungere solent vel Infinitivum לֵאמֹר, vel tempus finitum וַיֹּאמֶר, v. Gen. xviii. 27. xxvii. 37. al. et verbo אמר addunt partic. אֶל ut Gen. xii. 26. unde etiam in versione Alexandrina et libris N. T. verbis λέγειν et εἰπεῖν jungitur præpositio πρός· hæc semel monuisse sufficiat. ἄφες ἄρτι] *admitte me, quæso, ad baptismum.* ἄφες pro ἄφες με· respondet ἀφιέναι, quod idem est ac ἐᾶν, Hebr. הַנִּיחָה, Judd. xvi. 26. ubi Alex. ἄφες με· sed Ex. xxxii. 10. illud expresserunt ἔασόν με. Cæterum ἄρτι est Hebr. נָא, Græcorum δή. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν τὴν δικαιοσύνην] *me decet omne laudabile institutum tenere et sequi.* δικαιοσύνη h. l. idem est quod δικαίωμα, *institutum*, et quidem *institutum laudabile, ritus commendabilis.* Utroque vocabulo Græco interpretes Alexandrini expresserunt Hebr. מִשְׁפָּט et חֹק *statutum, institutum*, v. Ez. xi. 72. Num. xxxvi. 13. Deut. iv. 40. vi. 1. et πληροῦν τὴν δικαιοσύνην est id. qd. ποιεῖν τὰ δικαιώματα, Deut. vi. 24. φυλάσσεσθαι τὰ δικαιώματα, Deut. xxvi. 17. Ez. xi. 20. Ita olim hæc verba interpretatus sum; jam vero δικαιοσύνη eo significatu accipere malim, ut hoc vocabulo notetur, *id quod jus et fas est, id quod fieri debet*, quo eodem modo Hebræi quoque ponere solent צְדָקָה et מִשְׁפָּט vid. not. ad Joh. xvi. 8. *Thalemanus* verba expressit: *ita enim decet nos omni officio nostro perfungi* (omnia jussa Dei exsequi).

(16.) καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς] dictum est pro καὶ βαπτισθέντος τοῦ Ἰησοῦ, ita, ut Nominativus habeat vim Genitivorum consequentiæ; *cum Jesus baptizatus, escendisset statim e flumine*, et jam preces faceret, ut additum legitur ap. Lucam iii. 21. ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ] *discessit cælum* h. e. fulgurabat, vid. Luc. iii. 21. Marc. i. 10. qui σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς eodem sensu commemorat. Cœlum discedere videtur, cum fulgurat, et nubes fulgurum impetu separari atque secari videntur. Hinc etiam fulmine *nubes, cælum rumpi, abrumpi, scindi, findi* dicuntur apud poëtas Latinos, Sil. It. i. 535 sqq. *Hic subitus scisso densa inter nubila cælo Erupit quatiens terram fragor; et super ipsas Bis Pater intonuit geminato fulmine pugnas.* v. *Heyne* ad Virg. Æn. iii. 198. et *Drakenborch.* ad Sil. It. iii. 196. Cæterum laudant Epiph. Hær. 30. ubi ex Evangelio Ebionitarum afferuntur verba, καὶ εὐθὺς περιέλαμψεν τὸν τόπον φῶς μέγα· et Justin. M. Dial. c. Tryph. p. 315. ed. Colon. πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Dativum αὐτῷ nonnulli positum existimant pro ἐπ' αὐτὸν, *super Jesum*, quam tamen interpretationem non ferunt leges grammaticæ; est potius αὐτῷ Dativus commodi, quem *Beza* (qui a verbis: καὶ ἰδοὺ, novam periodum incipit) *Heumanus*, alii, ob locum Joh. i. 33. ad *Johannem* referunt, et explicant: *ejus caussa* l. *eo spectante*, discessit cœlum. *Lutherus, Moldenhauerus, Thalemanus, Reichardus*, et *Boltenius* ad Marc. i. 10. Dativo αὐτῷ *Jesum*, sed verbo εἶδε, *Johannem* respici statuunt. Ex aliorum sententia non tantum Dativus αὐτῷ (*ejus caussa*) sed etiam verbum εἶδε, ut Marc. l. l. ad Jesum (ita tamen ut nec Johannes excludatur coll. Joh. l. l.) referri debet. Et hæc interpretatio, quæ simplicitate sua sese commendat, mihi nunc jam verissima videtur. Hac autem interpretatione admissa, ἐπ' αὐτὸν positum existimandum est pro ἐφ' ἑαυτὸν vel ἐφ' αὑτὸν Herodi. ii. 4. 13. τοῖς τε βασιλικοῖς κτήμασιν ἐκώλυσεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐπιγράφεσθαι *suum nomen.* add. ii. 6. 11. iv. 11. 13. *Sturzii* Lex. Xenoph. s. αὐτὸς n. 10. et *Vigerus* de Gr. Dictionis Idiotismm. c. iv. p. 165. *Herm.* καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα κ. τ. λ.] Tales conatus, qui vires humanis majores requirere videbantur, omnis antiquitas a Deo immediate repetere solebat. v. Hom. Odys. Υ. 712. Virg. Æn. ix. 184. Sæpius quoque loquuntur utriusque Testamenti scriptores de operationibus Dei in animis hominum: de indole divinitus excitata, quæ tunc primum evigilabat, et hanc in rem utuntur formulis: *venit Deus super eum, Deus s. Dei spiritus eum agitabat.* v. 1 Sam. xvi. 33. Ies. lxi. 1. Act. i. 8. al. Ad harum formularum sensum accuratius constituendum semper contextus respici debet, perquam frequenter autem adhibentur de eo, qui vi divina adjutus admiranda vel loquebatur vel faciebat; de animi fortitudine, constantia, aliisque dotibus eximiis, quibus hic vel ille ad magna negotia subeunda ornatus et idoneus apparebat. v. Judd. iii. 10. vi. 34. 1 Sam. xvi. 13. Ezech. i. 3. ubi v. *Rosenmüllerus*, cf. et not. ad Joh. i. 32. Jam vero Jesus baptizatus preces faciebat,

τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ'
17 αὐτόν. Καὶ ἰδοὺ, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα· Οὗτός
ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

Luc. iii. 21. fulgurabat, ex vultu ipsius elucebat summa hilaritas, animi fortitudo et constantia, sermones ipsius pleni erant sapientiæ divinæ, et ab eo inde tempore eximiis doctoris dotibus ornatus apparebat, atque Messiæ personam agebat. Hæc omnia expressa sunt verbis: *Spiritus Dei se demisit in Jesum, venit super eum*, i. e. vis divina s. Deus operabatur in Christo, qui inde ab eo tempore Messiæ personam agere incipiebat, et quoniam hujus rei signum externum apparebat, nempe fulgur, propterea usus est scriptor comparatione hac: ὡσεὶ περιστερὰν] et apud Luc. iii. 21. legitur σωματικῷ εἴδει, quæ quidem verba non capienda sunt de forma ac specie columbæ, sed referenda ad modum, quo descendisse Dei spiritus dicitur. Etenim particulæ ὡς et ὡσεὶ, ut Hebr. כ et כמו, verbis motum ex loco in locum declarantibus junctæ, modum motus, non vero formam et speciem ejus rei, quæ addita est, indicant, ut Luc. x. 18. Exempla plura hanc in rem congessit *Albertius* ad h. l. Si Luc. iii. 21. hoc significare voluisset: Spiritum Dei sub forma columbæ descendisse, scripsisset σωματικῷ εἴδει τῆς περιστερᾶς, vel σωματικῷ εἴδει ὡσεὶ περιστερᾶς· ut Ps. lv. 5. legitur: πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς. Itaque ventus fulminis, lenis aëris strepitus, comparatur cum strepitu columbæ volantis; et ὡσεὶ περιστερὰν est, *ritu et more columbæ*, celeriter et leniter auram perstrepentis. Columbarum enim volatus Hebræis erat imago celeritatis maximæ. v. Ps. lv. 7. *Bochart.* Hieroz. ii. 1. 1. T. ii. p. 541. ed. Lips. Plin. H. N. x. 36. Propterea ergo scriptor hac comparatione usus est, et eo præclarius illa usus est, quod etiam columba fuit Hebræis innocentiæ animique sanctitatis symbolum. v. Matth. x. 16. Tertullian. de baptismo Opp. T. iv. p. 193. Epiph. Hæres. xxxvii. §. 8. Verba Lucæ l. c. σωματικῷ εἴδει referenda sunt ad fulmen, ad nubem lucidam fulmen emittentem. Esse autem h. l. de fulmine sermonem, præter verba ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ, perspicue etiam docet v. seq. qui ulteriorem hujus versiculi explicationem continet. v. *Lang* in *Flatt Magazin für christl. Dogmat. u. Moral.* St. 9. p. 151 sqq.

(17.) φωνὴ] scl. ἐγένετο, quod verbum additum legitur Luc. iii. 22. sed φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν] est *tonitru*, ut קול אלהים Ps. xviii. 14. xxix. 3. al. coll. Joh. xii. 28, 29. ita φωνὴ legitur quoque Apoc. vi. 1. et hinc φωναὶ atque βρονταὶ tanquam synonyma conjunguntur Apoc. xi. 19. Fulmina autem atque tonitrua Hebræi æque ac Græci et Romani annumerabant signis præsentiæ Dei, et prodigiis divinitus factis, quorum significationem ex rerum circumstantia dijudicabant. vid. 1 Reg. viii. 10, 18. xxxviii. 39. Judd. vi. 17, 21. Ovid. Fast. iv. 834. Propert. ii. 16, 49. Virg. Æn. ii. 693. vii. 142. viii. 523. ix. 631. Mela i. 19. cf. not. ad Joh. xii. 28. Johanni tonitru., quod fulmen sequebatur, re accuratius perpensa Joh. i. 29. erat publica Dei declaratio, Jesum esse Messiam. v. not. ad v. 14. coll. Joh. i. 33 sqq. Itaque λέγουσα] explicari debet h. l. *quæ indicabat, declarabat.* Verbum λέγειν, ut Hebr. אמר, ספר et דבר non semper de voce viva et articulata occurrit, verum etiam ita, ut simpliciter notet: *indicare, declarare*, ut Joh. vi. 71. Ps. xix. 2, 3, 4. υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς] *filius meus longe carissimus*, Messias. ἀγαπητὸς alii reddere malunt *unicus*, provocant ad usum versionis Alexandrinæ, in qua יחיד, *unus, unicus*, modo exprimitur per μονογενὴς, Ps. xxi. 21. xxiv. 17. xxxiv. 20. modo per ἀγαπητὸς, Jer. vi. 26. Amos. viii. 10. add. Luc. xx. 13. coll. v. 14. v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 25 sqq. *Münthius* et *Læsnerus* ad h. l. sed non necesse est, ut a vulgari significatu voc. ἀγαπητὸς recedamus, et sensus idem manet. ἐν ᾧ εὐδόκησα] *quem singulari amore amplector*, εὐδοκεῖν ἔν τινι est Hebr. רצה vel חפץ seq. ב h. e. ἀγαπᾷν, στέργειν τινά· et εὐδόκησα more Hebr. positum est pro εὐδοκῶ. v. *Glassius* Phil. S. p. 305 sqq. De usu verbi εὐδοκεῖν in libris scriptorum Græcorum vario vid. *Raphelius* ad h. l. et *Wesseling.* ad Dod. Sic. T. ii. p. 196.

## CAP. IV.

Nullus facile locus in libris Evangelistarum majores omni fere tempore interpretibus difficultates procreavit, quam hic ipse Matthæi locus, qui historiam tentationis Jesu in deserto continet. Et ingenue profitendum est, nullam hujus loci interpretationem hactenus prolatam ita esse comparatam, ut difficultates omnino omnes plane evanescant. Varias et præcipuas sententias præter *Wolfium* in Curis et *Kœcherum* in Analectis ad h. l. recensuerunt *C. C. L. Schmidtius* in *Exegetischen Beyträgen zu den Schriften des N. T.* Th. i. p. 277 sqq. et *C. C. Flattus* in *Pragmatischer Darstellung d. Versuchungs-gesch. mit Beyträgen zur Beurtheilung der verschied. Ansichten dieser Geschichte u. einer*

*ausführl. Prüfung der Hypothese, welche die Erzählung der Evangelisten aus einer spätern christl. Dichtung ableitet* in *Süskindii Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 15. p. 168 ss. St. 16. p. 42 sqq. A) Jesum vere tentatum fuisse a Satana, antiquiorum ac recentiorum interpretum plurimi statuerunt, v. *Wolfius* et *Kœcherus* ad h. l. *Lilienthalius* (*gute Sache d. göttl. Offenbarung*, Th. iv. p. 764 sqq.) *Deylingius* Observatt. S. P. 1. p. 269 ss. *Hessius, Michaëlis, Moschius, Storrius* Diss. Exeget. in libror. N. T. historicor. aliquot loca P. 1. p. 6. inserta Opuscc. Acadd. Vol. iii. p. 8. *Domey* Obss. theologico-philolog. historiam tentationis Christi Matth. iv. 1 ss. illustraturæ, Upsal. 1792. 4. *Schultessius über den Versucher* Matth. iv. 1 sqq. in *Süskindii Magazin* etc. St. 11. p. 30 ss. sed hi interpretes omnes, in explicandis singulis περιστάσεσι magnopere variant. Rejiciendam vero hanc sententiam putarunt alii propterea, quod ejusmodi tentatio a sapientia et benignitate Dei sit aliena, nec possit probari, tantam esse Satanæ potestatem, ut se in alias formas pro lubitu possit mutare, nec tantam stultitiam, quantam h. l. prodidisset, omninoque opiniones Judæorum de Satana ejusque vi ac potestate Chaldæorum philosophiæ suam originem debeant. vid. *Schmidt Exeget. Beyträge* p. 278. *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. *Jahn Nachträge zu seinen theologischen Werken* p. 140.

B) Alii, quæ h. l. narrantur, de ἐκστάσει explicanda esse statuerunt, cum interdum accidere soleat, ut animi, repentino quodam furore concitati, exardescant acrius, atque a corpore abstracti, ante oculos versari cernant spirituum species, quarum vultus et lineamenta agnoscant, ac loquentium voces auribus percipiant: vel *viso nocturno;* quæ fuit opinio Theodori Mopsuesteni, v. *Münteri* Fragmm. Patrr. Grr. Fasc. i. p. 107. Hasniæ 1788. Cypriani in sermone de jejunio et tentationibus Christi, Opp. p. 306. Bas. *Clerici* (ed. paraphr. Hammond. ad h. l. *quæ hic narrantur, facilius in visione, seu somnio Christo accidisse, intelligi possunt, quam reapse*) aliorumque. De ἐκστάσει cogitarunt etiam *Boltenius, Paulus* ad h. l. *Gablerus üb. den Unterschied zwischen Auslegung u. Erklärung, erläutert durch die verschiedene Behandlungsart der Versuchungsgesch. Jesu*, in ejusd. *Neuestem theol. Journal*, B. 6. p. 235. add. *üb. die verschiedene Behandlungsart der Versuchungsgesch. Jesu, ein abgenöthigter Nachtrag* in *Journal für theolog. Literatur* Th. ii. p. 309 ss. *Bertholdtus* in Diss. inscr. *tres priores Evangelistas tentationem J. C. a diabolo ad merum visum internum distinctis et expressis verbis revocare demonstratur*, Erlang. 1812. 4. *Jahn* l. l. p. 142 ss. *Gratz kritisch-historisch. Kommentar üb. d. Evangel. Matth.* p. 123 sq. Provocant hi interpretes ad Ezech. viii. 3. xxvii. 1 ss. xl. 1 sqq. et observant formulas ἐν πνεύματι et διὰ πνεύματος ἁγίου haud raro de visionibus prophetarum adhiberi Ez. l. c. Apoc. i. 10. iv. 2. xvii. 3. xxi. 10. provocant ad stilum scriptorum N. T. non satis excultum, qui visum a re in facto posita non recte discernant; provocant denique etiam ad v. 11. atque observant, ea, quæ ibi de diabolo ex scriptura sacra legis peritorum more scite disputante, de angelis cibum apportantibus legantur, aperte declarare, esse de visione cogitandum.—Alii contra monent: talem ἔκστασιν ab indole atque ingenio Jesu esse plane alienam, nec esse posse de visione nocturna sermonem, cum non adhibita legatur formula solennis κατ' ὄναρ, neque in omni narratione ullum visionis nocturnæ indicium atque vestigium reperiatur; verba Luc. iv. 1. ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον, non posse de visione explicari, docere partim verba Matthæi iv. 1. πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, quæ rem in facto positam enarrari indicent, partim locum Marci i. 12. ubi formula ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι commutata reperiatur cum voce, τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον, respondere potius Lucæ l. l. ἐν τῷ πνεύματι verbis præcedentibus πνεύματος ἁγίου πλήρης, et cum hac formula comparari debere formulam Luc. ii. 27. ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερόν. (vid. not. ad v. 1.) præterea verba προσέρχεσθαι, παραλαμβάνειν, ἀνάγειν (Luc. iv. 5.) ἵστασθαι verum externumque congressum indicare; denique Evangelistas visionem a rebus vere gestis narratione sua discernere non ignorasse, apparere satis luculenter ex Matt. i. 20, 24. ii. 12, 19. xxiii. 19. Luc. Act. xvi. 9. x. 10 ss. ix. 10. xviii. 9. xxii. 17. coll. xii. 9, 11. v. *Storrii* Opuscc. Vol. iii. p. 4 s. p. 108 ss. *Flattus* in *Süskindii Mag.* St. 16. p. 53 sq. et quos ibi laudavit, cf. etiam notata sub lit. C. extr.

C) Rursus alii contenderunt, omnia esse explicanda de pravis cogitationibus in animo Jesu subortis, ab eo vero etiam statim repressis, cum in deserto, ut se ad munus obeundum præpararet, commoraretur, atque ibi perpenderet difficultates et molestias, quibuscum ipsi in posterum conflictandum esset, et reputaret viam ac rationem, qua sibi apud Judæos auctoritatem conciliare facile posset, parum convenientem fore consiliis suis, munerisque officiis et partibus. Jesum igitur cogitationes pravas illo tempore animo volutas, more Judæorum Satanæ tanquam auctori adscripsisse, remque ita proposuisse, ac si genius malus ipsi præsens apparuisset, ut sub parabolæ involucro discipulos edoceret, quomodo ipsi futuri religionis doctores animati esse deberent, eosque excitaret ad modestiam, constantiam, fiduciam in Deo collocandam. Sensum ergo parabolæ esse: legatus divinus, dotibus, quibus instructus

est, unice ad Dei caussam augendam promovendamque utatur, non honores et opes terrenas affectet, modestiæ, sapientiæ sit studiosus, atque constanter spem fiduciamque suam in Deo reponat. Hanc sententiam de cogitationibus pravis, in animo Jesu subortis, defenderunt varioque modo exornarunt *Thaddæus die Versuchungsgeschichte Christi, erklärt und von Widersprüchen gerettet*, Bonn. 1794. *Ueber die Versuchungsgeschichte* in *Hezelii Schriftforscher* Th. ii. St. 3. p. 349 ss. Ejusd. *Kommentar über das N. T.* ad h. l. *Ueber die Versuchungsgesch. Christi* in *freymüthigen Untersuchungen einiger Gegenstände des ächtchristl. Nachdenkens.* Berol. 1794. 8. *Cunze* disquisitio, quo sensu homines in N. T. a Deo tentari dicantur, et quid præcipue de tentatione Christi, quam vocant, statuendum sit? in *Potti* Sylloge Commentatt. theoll. Vol. viii. p. 308. (*Schultess*) in *Beyträgen zum vernünft. Denken in der Religion.* Heft 3. p. 89 ss. *Eichhorn Allgem. Bibl. der bibl. Literat.* B. 3. p. 281 sq. *Liebe* in *Augusti* Neu. theol. Bibl. 1. p. 42. *Augusti* ib. B. 2. p. 100 ss. *Krummacher über den Geist u. d. Form der Evangel. Geschichte*, p. 111. *Gelbricht*, Disseritur de eo: *an male, ut nonnulli opinantur, de animo Jesu sentiendum sit, si ὁ πειράζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, Christus ipse i. e. mentis ipsius cogitata fuerint.* Alteburgi 1815. 8. Qui contra hanc interpretandi rationem disputarunt, *Döderlein theol. Bibl.* B. 4. p. 709 s. *Storrius* l. l. et Parte Dissertat. altera p. 14 ss. Auctor libri *Kritik der Hypothese einer innern Versuchung in dem Verstandesvermögen Jesu, vom Verf. der Schrift: die Versuchung Jesu, ein Empörungsversuch jüd. Priester*, Schleswig 1796. alii, his potissimum argumentis usi sunt: Tot cogitationes perversæ ac præposteræ repugnant sanctitati et dignitati Jesu. Discipuli mentem Jesu vel capiebant, vel non capiebant; si mentem Jesu capiebant, et narrationem ipsius de cogitationibus pravis intelligebant: Jesus hac ipsa narratione auctoritatem et existimationem qua florebat suam, non augebat sed imminuebat; quodsi vero mentem Jesu non intelligebant, hac narratione opiniones eorum præconceptæ de regno Messiano terreno, de Satana, qui ipse de Jesu dignitate dubitarat, de Satanæ potestate etc. eo magis confirmabantur et corroborabantur, eoque tenacius eas retinebant. Ejusmodi parabolas, qualem hic locus ex interpretum illorum sententia continet, Jesus nunquam proposuit, et ne verbulo quidem indigitatur, legi h. l. parabolam, nec potest afferri ratio gravis et idonea, quare Jesus parabola adeo obscura et ambigua discipulos ad munus in posterum obeundum præparare voluerit. cf. *Flatt* l. c. p. 50 sqq. *Jahn, Nachträge zu seinen theologischen Schriften*, p. 136. *Schultess* in *Süskindii Magazin* St. 11. p. 33 sqq. D) Alii porro opinati sunt continere hunc locum mythum, eundemque vel historicum, ita ut traditioni res in facto posita subsit, vel philosophicum. Scilicet fabulam inventam esse *vel* ab iis qui sibi explicare vellent, qui factum sit, ut Jesus per quadraginta dies in deserto commoraretur, antequam doctoris partes susciperet (mythus historicus); v. *Ziegler* in *Gabler Journal für theolog. Literat.* B. 5. p. 201 sqq. *Schmidt Biblioth. der Kritik und Exegese*, B. 2. p. 222. *Schulze* in *Augusti theol. Monatsschr. auf das Jahr* 1801. Heft 12. *Jahr* 1802. Heft 8. p. 139 ss. *Schröter die Versuchung Jesu, eine Hypothese irgend eines frommen Judenchristen*, in *Rehkopf Prediger-Journal für Sachsen, dritter Jahrgang*, p. 381 sqq. *vel* ab iis, qui in libris sacris repperissent Mosen et Eliam quadraginta dies jejunasse, v. Ex. xxiv. 18. xxxiv. 28. Deut. ix. 9, 18. 1 Reg. xix. 8. et inde conclusissent etiam Jesum, prophetam Elia longe majorem, per quadraginta dies in deserto quondam jejunasse (mythus philosophicus). vid. *Schmidt exegetische Beyträge zu den Schriften des neuen Bundes*, p. 355 sqq. Hanc igitur traditionem, hanc fabulam inter christianos e Judæis ore propagatam vel a Matthæo ipso receptam, vel ab alio in versionem Evangelii Matthæi Græcam insertam esse.—Objecerunt tamen alii, Matthæum, Apostolum et perpetuum Christi comitem, hanc fabulam sive traditionem, neque ipsum literis consignare, neque ex Evangelio antiquiori recipere potuisse, si Jesus ipse de iis, quæ h. l. leguntur, nihil plane discipulis enarrasset; idem etiam valere de Luca, qui ab origine inde omnia diligenter examinasse professus sit v. Luc. i. 1—3. locos vero Matth. et Luc. seriori ætate interpolatos esse, idoneis argumentis demonstrari neutiquam posse; cf. etiam quæ docte contra monuit *Flattus* in *Süskindii Magazin* l. c. p. 71. et *Jahn* l. l. p. 137. E) Alii denique arbitrati sunt per διάβολον intelligendum esse Judæum, synedrii magni assessorem, unum de sacerdotum principibus, vel etiam ipsum pontificem maximum, qui per intervalla, prout sese occasio offerret, diversis temporibus explorare Jesum voluerit, an esset Messias, Judæos a potestate Romanorum liberaturus. Defenderunt et exornarunt hanc sententiam post *Hermannum von der Hardt* in Ephemeridd. Philoll. p. 38. *de ala templi Hierosolym.*, *Basedow für forschende Selbstdenker, Lehren der christl. Weisheit*, 1780. p. 330. *Rosenmüllerus* in Schol. ad h. l. (*Schütz*) *die Versuchung Jesu, ein Empörungsversuch Jud. Priester*, Hamburgh 1793. 8. *Schuster Beyträge zur Erläuterung des N. T.* in *Eichhorn Biblioth. der bibl. Literat.* B. 9. St. 6. p. 963 sqq. et (*Möllerus*) in: *Kritik des Kommentars über das N. T. von Hrn.*

## ΚΕΦ. δ'.

ΤΟΤΕ ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος,
πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Καὶ νηστεύσας ἡμέρας 2

*D. Paulus*, p. 30 sqq. et in libro inscripto: *Neüe Ansichten schwieriger Stellen aus den vier Evangelisten*, Gotha 1819. p. 20 sqq. Atque hæc sententia, qua admissa plurimæ difficultates, quibus reliquæ interpretationes premuntur, evanescunt, et alii quoque Evangelistarum loci lucem accipiunt vid. not. ad Joh. i. 19. xx. 29. omnino præferenda videtur. Scilicet synedrii magni assessores, novarum rerum cupidi, et incredibili Romanorum potestati sese subducendi cupiditate flagrantes, jam pridem ad Johannem legatos miserant, qui ipsum interrogarent, an Messias esset? v. Joh. i. 19 sqq. Johannes libere professus erat, se non Messiam esse, sed præconis tantum Messiæ personam agere, brevi autem hunc ipsum munus suum auspicaturum esse. Postea cum Jesus baptizatus esset, Johannes publice profitebatur, Jesum esse eum quem ipse annuntiasset, cujus præco fuisset. vid. Joh. i. 29 sqq. Itaque synedri quo certius et accuratius cognoscerent, an Jesus Messias esset, qui pristinum splendorem populo Judaico conciliaturus, felicitatem summam allaturus, atque מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים (Exod. xix. 6.) restituturus esset, unum de synedrii principibus ad Jesum legabant, qui eum exploraret, atque in partes sacerdotum et synedrii traheret. Messiam vi miracula patrandi instructum fore, credebant Judæi, v. Joh. ii. 18. iv. 48. vii. 31. Matth. xiii. 38. hinc sacerdos ille excitabat Jesum ut lapides mutaret in cibos, atque se e tecto porticus templi dejiceret. Simile miraculum ab eo flagitabant Pharisæi Matth. xvi. 1. Cæterum obscuritatem narrationis Evangelistarum, si res ita se habuerit, nonnulli inde derivarunt, quod Christus ipse, gravibus de caussis, modestia, prudentia ductus, rem ita discipulis retulerit (v. *Schusterus* in *Eichhornii allgem. Biblioth.* B. ix. p. 966); ex aliorum vero sententia, Christus rem omnem quidem discipulis aperuit, illi vero de industria paulo obscurius scripserunt, ne vel sibi vel aliis molestias procrearent v. Anonymus in libro: *Ansichten von dunkeln Stellen des N. T.* Halæ 1810. p. 21.

(1.) τότε] *tunc*, nempe cum baptizatus esset Jesus, coll. Marc. i. 12. qui usus est vocula εὐθύς· et Luc. iv. 1. ἀνήχθη] *abductus, abire jussus est*; nam verbum compositum vim habet verbi simplicis, ut Act. xvi. 34. est Hebr. הֵבִיא, quod Alexandrini Ez. xxxii. 9. xxxviii. 16. expresserunt hoc ipso verbo Græco ἀνάγειν. Lucas l. c. simpliciter scripsit, ἤγετο· Hesychius vero ἀνάγεται explicuit, ὁδηγεῖται. Marcus l. l. adhibuit verbum ἐκβάλλειν, cujus synonymum est ἀπαλλάττειν h. e. abire jubere; eodem fere sensu ἐκβάλλειν legitur Matth. ix. 38. ubi dominus operarios ἐκβάλλει, *ejicit* i. exire jubet. ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος] *impulsu, instinctu divino in desertum abiit.* Plane rejicienda est inepta eorum opinio, qui arbitrantur Christum e terra in sublime sublatum, et a genio malo per aërem in desertum actum esse; nam de genio malo vel propterea non esse potest sermo, quod Lucæ l. l. legitur πνεύματος ἁγίου πλήρης. Est potius ἐν πνεύματι idem quod Luc. iv. 14. ἐν δυνάμει τοῦ πνεύματος h. e. *impulsu divino*, et comparari debet cum hoc loco Lucæ locus ii. 27. ubi legitur ἦλθεν ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὸ ἱερὸν, h. e. si sensum spectamus: orta est in animo ipsius cogitatio, quam ejicere animo non poterat, sibi hoc ipso die esse adeundum templum: add. Act. viii. 26, 39. Jesus, qui jam in eo erat, ut munus a patre ipsi demandatum susciperet, in solitudinem abierat, ut se precibus et piis meditationibus ad munus suum præpararet, animumque firmaret, et omnes tentationes feliciter superaret. Omnia autem quæ ad religionem et rem christianam spectant, quæ cum ea connexa sunt, ad eam promovendam augendamque faciunt, in libris N. T. sacris πνεύματι ἁγίῳ tanquam auctori et promotori adscribuntur. εἰς τὴν ἔρημον] *in desertum.* Quodnam desertum intelligendum sit, certo definiri non potest. Haud improbabilis autem est plerorumque interpretum sententia, intelligendum esse desertum Quarantaniæ (quod nomen huic deserto a primis christianis impositum est, quoniam putabant Christum in eo per quadraginta dies commoratum esse et jejunasse) valde horridum, ab hominibus relictum et incultum, (Marci l. c. ἦν μετὰ τῶν θηρίων) quod non procul abest ab Hierichunte, per montana Bethelis tendit, et ab Hierosolymis tribus fere miliaribus distat. v. Joseph. Ant. xvi. 1. B. I. iv. 8. 2. conf. *Maundrell* in *Paulus Sammlung von Reisebeschreibungen über den Orient*, T. i. p. 100. *Hasselquist Reise nach Palästina*, p. 149. πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου] *ut eum malus consultor ad peccandum incitaret.* Infinitivus πειρασθῆναι h. l. non finem et consilium indicat, sed potius eventum; *ita factum est, ut eum malus consultor ad peccandum incitaret.* πειράζειν notat *insidiari*, (Hesychius: πειράζων· ἐνεδρεύων) *explorare, examinare*, etiam *ad peccandum incitare*, Jac. i. 13. v. *Schleusneri* Lex. h. v. διάβολος (pro quo v. 3. legitur ὁ πειράζων), ut Hebr. שָׂטָן, sæpius de

τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.
3 Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ,
4 εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε·
Γέγραπται· Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ'

4. † ὁ.

*mulo consultore* et *adversario quovis* adhibetur, ut 2 Sam. xix. 22. 1 Regg. xi. 23. Ps. cix. 6. Joh. vi. 70. (ubi Judam Cariothensem) Matth. xvi. 23. (ubi Petrum Jesus hoc nomine insignivit), 1 Tim. iii. 6. Tit. ii. 3. Alexandrini interpretes hoc ipso nomine διάβολος expresserunt Hebr. צר Esth. vii. 4. et צרר viii. 1. quod השטן Job. i. 6, 7. quod posterius 1 Regg. v. 5. ἐπίβουλος ab iis redditur, sed Job. i. 6. Theodotion vertit ἀντικείμενος. cf. *Keuchenii* Annotata in N. T. p. 21.

(2.) καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα κ. τ. λ.] *Et jejunavit per dies quadraginta, et noctes quadraginta, postea esuriit.* Quæritur, num Jesus ab omni prorsus cibo, an a cibis tantum consuetis abstinuerit? Ac plurimi quidem interpretes statuunt, eum ab omni cibo abstinuisse, affirmant fuisse hoc jejunium prorsus extraordinarium, et laudant hanc in rem verba Lucæ iv. 2. καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Rectius tamen existimant alii, Jesum abstinuisse tantum ab usu panis, aliisque cibis consuetis, et usum esse herbis, frugibus, melle silvestri etc. atque apposite monent, non esse sine idonea ratione augenda miracula, et hujus miraculi necessitatem vel utilitatem non intelligi. Verbum autem νηστεύειν sæpius nihil aliud notat, quam carere pane, et iis alimentis, quibus alias vesci solemus; quo sensu etiam Elias 1 Regg. xix. 6. per quadraginta dies et noctes jejunasse dicitur. vid. *Thaddæus* ad h. l. Præterea Hebræi cum jejunium describere volunt, utuntur formula ἄρτον οὐ φαγεῖν, καὶ ὕδωρ οὐ πίνειν, Esr. x. 6. Esth. iv. 16. Jon. iii. 7. De Johanne Matth. xi. 18. legitur: ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων· (vid. quæ ibi notata sunt) sed iii. 4. scripsit Matthæus: ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ (Johannis) ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον· inde lucem accipit formula, quæ Luc. iv. 2. extat, οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν, quæ adeo non nisi abstinentiam a cibis consuetis indicat. Cæterum hoc *jejunium Christi nec legem esse nec exemplum propositum*, peculiari libello docuit *Kœrnerus*, Lips. 1776. 4. neque Christum in hoc jejunio abstinentiæ virtutem exercuisse, sed subire illud coactum esse, cum cibi consueti ei in deserto non suppeterent, adeoque id totum, non tam ad facta, quam fata potius ejus referendum esse, monuit *Keilius* in Diss. *de exemplo Christi recte imitando*, Lips. 1792. p. 276.

(3.) καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων] cum famem sentiret ita, ut resistere vix posset, *accessit ad eum insidiator.* ὁ πειράζων id. qd. ὁ πειραστής. Hebræi enim, ut recte notavit ad h. l. *Grotius*, cum verbalibus destituantur, vice eorum participia usurpant, qua in re eos sæpius imitantur Hellenistæ. Sed hæc eadem loquendi ratio etiam scriptoribus optimæ notæ Græcis usitata est. Sic Herodo i. 120, 121. οἱ γεινάμενοι sunt *parentes*, ut ap. Xen. Apol. Socr. 20. Aristoph. Plut. 798. οἱ θεώμενοι, ubi schol. Dorvill. οἱ θεαταί· Eurip. Alc. 661. ἡ τικοῦσα, *mater*, Xen. Mem. iii. 15. 19. οἱ ἐφιστῶντες, *magistri*. Alia hanc in rem exempla attulerunt *Glassius* Philol. Sacr. p. 342. et *Fischerus* Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr. Vol. i. p. 322 sqq. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ] *si es Messias*, coll. iii. 17. id. qd. Χριστὸς Luc. iv. 41. Matth. viii. 29. xiv. 33. xvi. 16. xxvi. 16. xxvi. 63. Luc. i. 32. v. *Koppii* Exc. ii. ep. ad Gal. εἰπὲ] *jube.* Sic εἰπεῖν legitur quoque Eurip. Iph. Aul. 95. Hec. 583. et verbum אמר 2 Sam. xvi. 10. Esth. i. 10. v. *Albertius* ad h. l. *Elsnerus* ad Marc. v. 43. et Luc. vii. 14. et *Duckerus* ad Thucyd. vii. 29. p. 462. ἄρτοι γένωνται] *mutentur in panem* l. *cibos*, nam ἄρτος, ut לחם Gen. xviii. 5. al. quam sæpissime de quovis ciborum genere usurpatur. γένωνται, *mutentur*, ut Hebr. היה de baculo Mosis Exod. iv. 3. legitur. Alexandrini ibi habent ὄφις ἐγένετο· sed vii. 15. extat verbum נהפך et Alex. usi sunt formula στραφεῖσα εἰς ὄφιν.

4. *Tum Jesus, scriptum extat: non pane solum sustentatur homo, sed omni re, qua Deus ipsum sustentari voluerit.* Locus allatus legitur Deut. viii 3. ubi sermo est de beneficiis variis, quæ Deus in Israëlitas contulerat, inprimis de largitione Mannæ. ζήσεται] in textu Hebraico est יחיה, sed utrumque habet, ut sæpius, vim præsentis. Verbum autem ζῆν reddi debet: *conservari, sustentari*, quo sensu Hebr. חיה positum deprehenditur, Ex. i. 16. Jos. vi. 17. add. Marc. v. 23. Act. xxii. 22. xvii. 28. atque adeo ζῆν ἐπ' ἄρτῳ h. l. est: *pane, cibis consuetis sustentari.* Præpositio ἐπὶ respondet Hebr. על, neque tamen formulam ζῆν ἐπ' ἄρτῳ insolentem esse scriptoribus Græcis, pluribus exemplis demonstravit ad h. l. *Kypkius.* Ita quoque Max. Tyr. Diss. xxvii. 6. dixit βιοτεύειν ἐπ' οἴνῳ, *vino vivere*, ubi vid. *Marklandus* p. 701. Alciphron iii. 7. extr. p. 294. ἐπὶ θύμοις καὶ ἀλφίτοις διαβόσκειν τὴν γαστέρα, *thymo et polenta*

ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Τότε 5
παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ
ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Καὶ λέγει αὐτῷ· 6

*ventrem pascere*, ubi vid. *Berglerus*. ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι] pro ἐπὶ in codd. nonnull. legitur ἐν, fortassis vere, cum facile librarii ἐπὶ e præced. στίχῳ repetere potuerint. ῥῆμα, *res*, ut Hebr. דבר, id. qd. πρᾶγμα· nam דבר, quod vulgo ab Alexandrinis exprimitur Græco voc. ῥῆμα, Gen. xix. 22. redditur πρᾶγμα, et Neh. xi. 24. χρῆμα· cf. Luc. i. 65. Act. x. 37. Matth. xviii. 16. Græcis quoque interdum ἔπος et λόγος de re in facto posita dicuntur, ut Æschyl. Pers. 313. ubi v. *Stanleius*. ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ] מוצא פי יהוה h. e. *quod Deus decrevit, constituit*, Thren. iii. 38. Judd. xi. 36. Deut. viii. 3. Jer. xl. 17. τὸ διὰ στόματος Θεοῦ ἐκπορευόμενον est *jussum, mandatum Dei*. Ergo mens Christi hæc est: non a cibis consuetis vita hominis pendet, sed a voluntate Dei; Deus me quoque potest aliis rebus, alio modo vivum conservare, neque necesse est, ut lapides in cibos mutem. Similis locus est Sapient. xvi. 26. οὐχ αἱ γενέσεις τῶν καρπῶν τρέφουσιν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ῥῆμά σου τοὺς σοὶ πιστεύοντας διατηρεῖ.

(5.) Num malus ille consultor prima vice repressus, statim e deserto Jesum esurientem Hierosolymam deduxerit, et simile ab eo miraculum postulaverit, an alio tempore, quo Jesus extra urbem versabatur, ei in urbem redeunti comitem sese adjunxerit, id quidem certo definiri non potest, nam particula τότε temporis intervallum, modo brevius, modo longius, indicat; posterius tamen longe probabilius est. παραλαμβάνει αὐτὸν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν] *abiit cum eo Hierosolymam*. παραλαμβάνειν, *secum assumere, secum ducere, comitem alicui se adjungere, cum aliquo ire*. LXX. Num. xxiii. 14. de Balaço Bileamum secum ducente: καὶ παρέλαβεν αὐτὸν εἰς ἀγροῦ σκοπιὰν, *duxit eum in agri speculam*. Matth. xvii. 1. παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον—καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλόν. Æl. H. V. ii. 18. παραληφθεὶς ὑπὸ Πλάτωνος εἰς τὸ συμπόσιον. Antonin. Lib. c. xxi. παραλαβὼν τὴν κόρην. vid. *Albertius* et *Elsnerus* ad h. l. ἁγία πόλις, *urbs sancta* i. Hierosolyma, coll. Luc. iv. 9. Ies. xlviii. 2 Sir. xxxvi. 13. xlix. 6. 1 Macc. x. 31. 2 Macc. iii. 1. Joseph. Ant. iv. 8. Tob. xiii. 9. κατ' ἐξοχὴν dicebatur *sancta*, quod ibi templum erat. Sicuti etiam aliæ urbes, quæ a diis conditæ credebantur, vel singulari modo cultui deorum vacabant, a Græcis dicebantur ἱεραί· sic Troia Homero dicitur ἱερὸν Ἴλιον et Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον Odys. α'. 2. et Aristoph. Athenas, ubi promiscue omnes dii summa religione colebantur, in Pace 1036. vocavit ἱερὰν πόλιν et Equit. 578. ἱερωτάτην χώραν· vid. *Spanhemius* ad Callim. h. in Del. 1. *Schœttgenius* Hor. Hebrr. ad h. l. et *Elsnerus* ad h. l. καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ] *et collocavit eum in tecto porticûs*. Nempe explorator ille ascendebat, ambulandi et colloquendi caussa, tectum porticus (tecta enim apud populos Orientis plana sunt; v. *Faber Archäologie d. Hebr*. p. 418.) et ita auctor erat, ut Christus illuc se conferret. Nam verbum ἵστησιν est amplioris significatus; quicunque vel imperat, vel suadet, ut aliquis loco quodam consistat, vel eum eo ducit, is dicitur ἱστάναι vel στῆσαι Matth. xviii. 2. Verba πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ plerique interpretantur: *fastigium templi*, cum templum legatur utraque parte fuisse depressius, medio vero editius, auctore Josepho Ant. xv. 11. 3. conf. ad h. l. *Krebsius*. Sed huic interpretationi plura obstant. Idem enim Josephus B. I. v. 5. 6. et vi. 5. 1. tradit, fastigio templi fuisse *obelos ferreos affixos*, ne aves sedendo templum fœdarent. Deinde si esset *templi ipsius* fastigium intelligendum, Matthæus non scripsisset τοῦ ἱεροῦ, sed potius τοῦ ναοῦ, cum ἱερὸν complectatur etiam ædificia extrinsecus adjecta; neque præterea ullo in loco legitur, aditum ad templi fastigium patuisse, et si patuit, solis sacerdotibus ipsum templum adire licebat. Itaque sequor eorum partes, (v. *Wetsten*. et *Wolf*. in Curis ad h. l.) qui h. l. intelligunt *fastigium porticûs templi regiæ*, quæ erat in latere montis templi, et ad meridiem spectabat. Scilicet πτερύγιον, ut Hebr. כָּנָף et קָצֶה dicitur *de cujuscunque rei extremitate sive summitate*, v. *Stephani* Thes. L. G. h. v. ita ut respondeat vocabulis ἄκρον et ἀκρωτήριον· Hesychius: πτερύγιον, ἀκρωτήριον. Hinc Alexandrini קְצוֹת Ies. xli. 5. vertunt ἄκρα, sed Exod. xxviii. 26. πτερύγια. Et πτερύγιον de *ora* atque *extremitate pallii* ponitur Num. xv. 36. Hesychius: πτερύγια, τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων. Itaque πτερύγιον ædificii, est *tectum*, unde schol. Aristoph. Avv. 1110. τὰς τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ, καὶ ἀετοὺς καλοῦσι. Nam illa templorum tecta erant inclinata more avium alas demittentium. Ipsa vero quoque porticus regia, ut Joseph. Ant. xv. 11. 3. docet, habebat tectum utrinque demissius, cujus tamen pars media altissima et plana erat, quam vocat ἄκρον τοῦ τέγους. c. 14. εἴ τις ἀπ' ἄκρου, inquit, τοῦ ταύτης τέγους ἄμφω συντιθεὶς τὰ βάθη διοπτεύοι. Omnia porro ædificia templo adjacentia dicebantur ἱερόν. vid. *Kypkius* Obss. T. i. p. 136 sq. Præterea inter hanc partem montis templi et urbem erat

Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται
γάρ· Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ
ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν
7 πόδα σου. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πάλιν γέγραπται·
8 Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. Πάλιν παραλαμ-
βάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δεικ-
νυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν

vallis profundissima, ut si quis sisteretur in tecto porticus illius, oculi caligarent, et vertigine urgeretur, vid. Joseph. Ant. xv. 14.

(6.) *εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω*] *si es Messias, dejice te hinc deorsum*, in vallem; quo nempe in proximis atriis ambulantes cognoscant te esse Messiam. Ut vero mali consultoris cohortatio eo majorem vim haberet, usus est loco Ps. xci. 11. ubi hominibus probis ac piis in omnibus vitæ periculis et calamitatibus necessario subeundis, auxilium divinum promittitur, non autem iis, qui temere sese periculis objiciunt. Itaque explorator ille sententiam loci pervertit. Plerique existimant, eum Psalmi locum mutilasse, et omisisse de industria verba לשמרך בכל־דרכך. cf. ad h. l. *Wolfius* in Curis. Attamen Lucas iv. 10. hæc ipsa verba expressit, *τοῦ διαφυλάξαι σε*, neque h. l. sunt omissa, si sensum spectamus; et solent scriptores N. T. sæpius, more doctoribus quoque Judaicis usitato, non semper et ubique integra V. T. loca afferre. v. *Surenhusius* in libro *καταλλαγῆς* p. 210. *τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*] Hebræi omnes effectus, omnia media providentiæ referebant ad auctores invisibiles, vid. not. ad i. 20. Itaque h. l. *ἄγγελοι* indicant omnia media, quibus providentia utitur ad tuendos et conservandos homines probos, coll. Ps. xxxiv. 8. ut adeo omnino sensus sit: Deus te tuebitur, auxilio suo tibi aderit. *ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε*] *manibus te gestabunt*. *αἴρειν* id. qd. *βαστάζειν*, unde Hesychius: *αἴρει βαστάζει*. Imago ipsa desumta videtur a parentibus, qui infantes in viis asperis manibus gestant, ne offendant ad lapides. *μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*] h. e. imagine omissa, ut salvus evadas et incolumis.

(7.) Particula *πάλιν* ab Albertio in Obss. S. ad h. l. explicatur, *contra vero;* laudat hanc in rem schol. Soph. Electr. 1049. qui *πάλιν* explicat *εἰς τὸ ἐναντίον* add. *Casaubon.* ad Theophr. Char. i. 4. at locus a Christo allatus Deut. vi. 16. non contraria docet iis, quæ altero loco leguntur, sed docet tantummodo, quomodo et quando Deus auxilium atque tutelam hominibus promiserit, nempe tum, cum cogantur adire pericula et calamitates perferre communes et præcipuas. Itaque rectius particula *πάλιν* exponitur per: *item*, *insuper*, quo eodem significatu et alias legitur, cum plures loci scripturæ illustrationis caussa proferuntur: v. Rom. xv. 10, 11. 1 Cor. iii. 20. xii. 21. 2 Cor. x. 7. Hebr. i. 5. etc. *οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*] noli ex temeritate potentiam et providentiam divinam, cujus jam satis magna documenta appareant, tentare et experiri, in periculis quæ temere subis. Futurum *ἐκπειράσεις* more Hebræorum obtinet vim imperativi, quemadmodum etiam Alexandrini Gen. xviii. 5. תעשה vertunt *ποίησον*.

(8.) *εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν*] *in montem altissimum*. Nam Hebræi superlativum ita exprimunt, ut positivo jungant particulam מאד, quam loquendi consuetudinem h. l. scriptor noster secutus est. Quinam vero mons intelligendus sit, utrum Nebo, an Moria, tacente historia, constitui non potest. Maxime tamen probabile est, intelligendum esse unum e montibus altissimis, quibus Hierosolymorum mœnia cincta erant; montem vero olivarum inter reliquos altissimum esse, ex itinerariis constat. Vid. *Büsching Harmonie der Evangelisten*, Th. i. p. 32. *Moschius Erkl. der Sonntagsevangelien*, *Wolfius*, *Lightfootus* ad h. l. et *Hasæus* in Bibl. Bremensi Cl. vi. p. 991. *καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου*] *eique ostendit omnes Palæstinæ regiones*. cf. Num. xxvii. 12. Scilicet *κόσμος*, ut *οἰκουμένη*, quo vocabulo usus est Luc. iv. 5. respondet Hebr. עולם et non modo mundum, sed et orbem terrarum, et singulas ejus partes, nominatimque Palæstinam sæpius indicat. v. *Bosius* in Obss. ad h. l. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. p. 113 sq. *Læsnerus* ad h. l. et not. ad Luc. ii. 1. Præterea Palæstina erat descripta in Judæam, Idumæam, Samariam, Galilæam, Peræam, Batanæam, Auranitidem et Trachonitidem, quibus regionibus Herodis filii præerant, qui *τετράρχαι* et *βασιλεῖς* dicebantur, v. not. ad ii. 22. unde et illæ ipsæ regiones *βασιλεῖαι* dicuntur. *δεικνύειν* h. l. est omnino et *digito monstrare* et *verbis atque oratione demonstrare*, quam utramque notionem verbi h. l. conjungendam esse, addita verba *καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν* docere videntur. Sic verbum *δεικνύναι* de *oratione* legitur, ut sit, *verbis et oratione de-*

δόξαν αὐτῶν. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν 9
πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε[1] 10
σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις,

10. † ὀπίσω μου.

*monstrare* ap. Herodi. iii. 13. 9. Severus filiis θησαυρούς τε καὶ νεὼς, πάντα ἰδιώτου χρημάτων πλήρη, *thesauros etiam et templa omnia opibus plena monstrabat*; sequitur §. 13. ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα λέγων ἑκάστοτε, *hæc ille quotidie edisserens*. Exempla alia plura suppeditabunt *Olearius* et *Palairetus* ad h. l. atque *Grævius* Lectt. Hesiodd. c. xii. Cæterum per τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου alii intelligunt, omnino omnes terrarum orbis regiones, ut adeo insidiator varias terræ plagas digito monstraverit. τὴν δόξαν αὐτῶν] *eurum virtutes s. ornamenta* i. amplitudinem, situm, castella, oppidorum multitudinem, fertilitatem etc. nam δόξα in genere ornamenta alicujus rei quæcunque indicat.

(9.) ταῦτα πάντα σοι δώσω κ. τ. λ.] *hæc omnia, inquit, tibi dabo, si me, in genua prolapsus, adoraveris.* Vario modo hæc verba interpretes explicuerunt. Qui de spiritu malo cogitant, animadvertunt, eum hæc dixisse, Judæorum cogitandi et loquendi consuetudini convenienter, hos enim angelos singularum provinciarum præsides existimasse, cf. Dan. x. 13, 20. Eph. ii. 2. vi. 12. et προσκυνεῖν explicant; *provolvi in genua supplicandi caussa*: dabo tibi hæc omnia, ubi in genua provolutus, ea a me flagitaveris. Alii contra, qui de cogitationibus pravis locum omnem intelligendum esse opinantur, προσκυνεῖν τῷ Σατανᾷ, *venerari, colere genium malum,* interpretantur: contra Dei voluntatem vanis et perversis popularium opinionibus atque exspectationibus convenienter regnum Messianum terrenum instituere. Ii denique, qui unum e Judæorum primoribus insidiatoris personam egisse statuunt, προσκυνεῖν explicant: *adorare, venerari, toto corpore in terram se prosternere, honoris, reverentiæ, et homagii caussa*, vid. ad ii. 2. atque sensum verborum ita constituunt; me auctore te populus omnis regem salutabit, efficacissima mea opera efficiam, ut his regionibus, quas prospicis, rerumque summa potiaris, ubi mihi, provolutus in genua, eum honorem exhibueris, quem exhibere solent inferiores superioribus, reges minores majoribus, homagium mihi præstiteris, mihique promiseris, te velle semper synedrii voluntatibus assentire, consilia illius sequi, auctoritatem ac dignitatem senatus adaugere atque defendere. Pro ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι, ap. Luc. iv. 6. legitur: σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν — ὅτι ἐμοὶ παραδίδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν· neque magnopere mirandum, sacerdotem illum et senatus Hierosolymitani assessorem adeo confidenter et imperiose esse locutum, cum etiam V. T. temporibus valde reveriti sint reges Judaici auctoritatem sacerdotum, et Samuel cum Saulum regem ungeret, simili modo eum allocutus sit v. 1 Sam. x. 1. (Möllerus) in *Kritik des Kommentars von Paulus* p. 36. et *Neue Ansichten* etc. p. 26, 30 sq. suspicatur pontificem maximum, (hunc enim insidiatoris personam egisse opinatur), ungere voluisse Jesum, regem Judæorum omniumque orbis terrarum populorum, atque pontificis verba capienda esse hunc in modum: tibi in genua prolapso imperium in omnes terrarum populos tradam, et unctione tibi conferam dignitatem ac potestatem regiam. Monet præterea V. D. Jesum indignabundum interpellasse hominem verbis ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ· et propterea non disertis verbis unctionem memoratam esse.

(10.) ὕπαγε Σατανᾶ] *apage te a me scelus s. pestis,* ut recte explicuit hæc verba *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 377. Vocabulum שָׂטָן etiam malum consultorem, hominem improbum et perniciosum significare, supra notatum est ad v. 1. γέγραπται γὰρ] scil. Deut. vi. 13. Mens autem atque sententia Christi hæc est: absit a me tale flagitium! non nisi Deum dominum supremum agnosco, a me unice colendum, eique soli ejusque providentiæ me measque res committo et commendo. Itaque προσκυνεῖν h. l. est *religiose colere*, idem quod λατρεύειν, atque adeo alio sensu capiendum, quam quo v. 9. positum legebatur; neque tamen hic duplex verbi προσκυνεῖν usus nos offendere potest, cum attulerit Jesus more Judæorum V. T. locum, Judæi autem data quavis occasione voces, in libris sacris obvias, usurpare, et locos V. T. in rem suam transferre quovis modo amarint. Cæterum verba ὀπίσω μου absunt quidem a codd. nonnull. et a verss. Syr., Ar., Pers., Copt., Vulg., sed deleta sunt ab interpretibus iis, quibus formula ὑπάγειν ὀπίσω τινος nihil aliud significare videbatur quam ἀκολουθεῖν τινι. v. *Fischerus* l. c. atque adeo putabant, Petro quidem Matth. xvi. 23. recte Jesum dicere potuisse ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, non autem insidiatori illi. Recte igitur ὕπαγε ὀπίσω μου, utpote lectio difficilior, et auctoritate plurium codd. munita retinetur. vid. *Griesbach* Commentar. Crit. ad h. l.

(11.) ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ] *angeli accedebant, et ministrabant ei.* Per ἀγγέλους nonnulli *pias meditationes* intellexerunt, quod cum nimis durum et contortum

...ις. Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διά-
...ι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.
...ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν



...dum ...omi- ...bus, ...isse, ...27.) ...ensu ...are, ...iod. ...ιντις ...μασι ...ινται ...σίαν, ...r. xi. ...κονοι ...ien- ...ebr. ...eo- ...rat. ...ueri ...l. 7. ...*Hoc* ...mo- ... ad ...ono- ...Cy- ...alii in explicandis his Matthæi verbis sequi malunt opinionem Judæis solennem, singulis hominibus a Deo angelos custodes dari, et ornatu Judaico remoto, hunc verbis his substituunt sensum: ab eo tempore Christus luculentissima providentiæ, tutelæ, et benevolentiæ Dei documenta expertus est, coll. v. 6. Joh. i. 52. atque re ipsa cognovit, vere divinam fuisse vocem illam cœlestem c. iii. 17.

(12.) Matthæus plura præteriit, quæ post Christi baptismum atque tentationem evenerunt, quæque commemorata leguntur a Johanne c. i. 37 sqq. Scilicet statim post baptismum Jesus plures sectatores nactus erat, v. Joh. i. 38 sqq. cum his redibat in Galilæam, et una cum iis nuptiis Canæ in Galilæa celebratis intererat, Joh. ii. 1, 2. Cana proficiscebatur Capharnaumum, ubi paucos tantum dies manebat, Joh. ii. 12. inde concedebat Nazaretham, Matth. xiii. 54. iv. 13. Luc. iv. 16. Marc. vi. 1. tum instante festo paschali Hierosolymam contendebat, Joh. ii. 13. ibi atque in regione urbi finitima aliquamdiu commorabatur, et plures homines sacro fonte religioni suæ initiabat, Joh. iii. 22. sed cum audivisset Johannem baptistam in carcerem esse conjectum, Matth. iv. 12. coll. xiv. 3. altera vice per Samariam in Galilæam redibat, Joh. iv. 3. denuo veniebat Canam, Joh. iv. 47. inde proficiscebatur Capharnaumum, ibique domicilium figebat, Matth. iv. 13. Capharnaumum proficiscens offendebat Simonem, Andream, Jacobum, et Johannem, qui paulo ante e Judæa in Galilæam redierant, Joh. iii. 22. Luc. v. 1 sqq. eosque sibi comites perpetuos adjungebat, v. Matth. iv. 18 sqq. cf. etiam *Paulus Kritisch. Kommentar*, Th. i. Abschn. 17 et 19. Illa omnia, quæ apud Johannem leguntur, Matthæus præteriit, quoniam hic inprimis urgere volebat, Jesum Capharnaumi domicilium habuisse, et inde famam ejus universam Galilæam et finitimas regiones pervasisse, coll. v. 23. atque id ipsum prædixisse V. T. vatem, coll. v. 14. Nec tantum patriæ urbis amore ductus hoc urgebat Evangelista, et copiosius demonstrabat, ix. 9. sed omnino propterea, quod Galilæos cives Hierosolymitani contemnebant, v. ad ii. 23. Despiciebant autem hos provinciales, partim, quoniam lingua eorum peregrinis dialectis vitiata erat, partim, quoniam Galilæi pluribus mixti erant gentibus, inhabitabant enim Galilæam Ægyptii, Arabes, Phœnicii, v. Strabo Geogr. xvi. p. 523. Casaub. *Lessius* de Galilæa opportuno servatoris miraculorum theatro, in Opuscc. p. 371 sqq. hinc ipsos Galilæos quovis modo calumniabantur, ingenium et mores eorum perstringebant, et stultissimum quemque Galilæi nomine insigniebant. Galilæa vero erat regio fertilissima, urbibus et vicis consita, hominibus copiosissima, pluribus gentibus referta, mercatura clara, moribus expolita, v. Joseph. B. I. iii. 10. 7 sq. iii. 2. extr. i. 21. *Hasselquist Reise nach Palæstina*, p. 176. omninoque *Less.* l. c. Contulit autem Jesus e Judæa sese in Galilæam, ibique discipulos coegit, postquam audierat, ab Herode Antipa Johannem baptistam in vincula esse conjectum, et in arce Macheruntina, in finibus Arabiæ (Plin. H. N. v. 15.) captivum teneri, v. xiv. 3. non quod metuebat Herodem, Galilæa enim in ditione Herodis erat, sed maxime propterea, ut effugeret sacerdotum et Pharisæorum insidias, qui cum cognovissent (Matth. iv. 1 sqq.) Jesum ipsorum votis ac desideriis non esse satisfacturum, eum persequebantur, v. Joh. iv. 1. in Galilæa autem, a Judæorum doctoribus pæne neglecta, cujus ergo incolis præcipue tali doctore opus erat, neutiquam numerabant Pharisæi tot fautores et admiratores, quam in Judæa et Hierosolymis, cumque Capharnaumum ad litus maris Galilæi situm esset, Jesus facile atque ocius concedere poterat in tetrarchiam Philippi, cujus justitiam et æquitatem prædicat Jo-

εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν 13
κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις
Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ 14
Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ 15
Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία

seph. Ant. xviii. 6. Ἰησοῦς] multi codd., verss. et patres omittunt, et adjectum fuit haud dubie perspicuitatis caussa, ut recte monuerunt *Millius* atque *Griesbachius*, quia hic nova pericope et lectio ecclesiastica incipiebat. παρεδόθη] *in custodiam traditus est*, subintell. εἰς φυλακὴν, quod diserte additum legitur Act. viii. 3. xxii. 4. Diod. Sic. p. 195. *Rhod.* παραδίδοσθαι εἰς φυλακάς. al. ἀνεχώρησεν id. qd. ὑπέστρεψεν, *rediit, reversus est.*

(13.) καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ] *relicta Nazaretha*, cum prima vice in Galilæam rediisset, *Capharnaumi sedem figebat*, cum altera vice in Galilæam reversus esset, vid. not. ad v. 12. A Nazarethanis repudiatus erat Jesus, hujus pervicaciæ et contemtionis Nazarethanorum narratione finivit Matthæus primam Evangelii sui partem, v. xiii. 54. coll. Luc. iv. 16. Marc. vi. 1. nec h. l. rem illam commemoravit, quoniam lectores monere volebat, non tam contemtum Nazarethanorum, quam potius antiquum oraculum fuisse caussam, cur Jesus Capharnaumi sedem fixerit suam; neque tamen Nazaretham, urbem in qua prius habitaverat Jesus, prorsus silentio præterire poterat, coll. ii. 23. iii. 13. vid. et *Eichhorn Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.*, Th. v. p. 982 sqq. Καφαρναοὺμ, ita enim, præeuntibus codd. antiquissimis et præstantissimis, verss. et patrr. scribendum est, non Καπερναοὺμ, quæ vocabuli forma græcissantibus librariis arrisit, vid. *Griesb.* Comment. Crit. ad h. l. erat celeberrima ac florentissima Galilææ civitas, in finibus Sabulonitarum et Naphthalitarum, ad mare Galilææ sita. v. *Lightfoot* Hor. Hebrr. et Talm. in Joh. ii. 12. p. 139. Quo accuratius autem hujus urbis, quæ Christo domicilium præbuerat, situm describeret Evangelista, addidit τὴν παραθαλασσίαν, *maritimam*, sitam ad lacum Gennesaret. Lacus Gennesaret, ἡ λίμνη Γεννησαρὲτ, Luc. v. 1. Joseph. B. I. iii. 35. longus fuit, auctore Josepho l. l., centum stadia, latus stadia quadraginta, Joh. vi. 1. xxi. 1. dicitur θάλασσα τῆς Τιβεριάδος a civitatibus Gennesaret et Tiberias, adjacentibus, et θάλασσα τῆς Γαλιλαίας infra v. 18. et simpliciter θάλασσα viii. 24. Lacus autem, λίμνη, vocatur θάλασσα, mare, more Hebræorum, qui non modo mare, sed etiam lacum nominare solent יָם, 1 Regg. xviii. 32. Num. xxxiv. 11. Deut. iii. 17. Joh. iii. 16. Græci scriptores etiam mare vocare solent λίμνην. ut Sophocl. Trachin. v. 643. Μηλίδα παρὰ λίμναν· ubi schol. λίμναν φησὶ τὴν θάλασσαν Schol. ad Oppian. Halieut. i. 47. λίμνη· ἀντὶ τῆς θαλάσσης· Hesychius: λίμνη· ἡ θάλασσα καὶ ὁ ὠκέανος· vid. *Wolfii* Curas ad Luc. v. 1. *Keuchenii* Annotata in N. T. ad Matth. viii. 26. et *Münthii* Obss. ad h. l.— ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ] *in finibus Sabulonitarum et Naphthalitarum*, pagus enim Naphthalitarum ad meridiem attingebat pagum Sabulonitarum, et in finibus utriusque erat lacus Gennesaret.

(14. 15.) More Judæis solenni præmittit Matthæus rei in facto positæ vaticinium. Laudatur memoriter locus Ies. ix. 1. descripsit ibi Iesaias, qui Sabulonitas et Naphthalitas pro omnibus Israelitis atque Judæis nominavit, ætatem auream, tempora Messiana. v. *Eckermann theol. Beyträge*, B. 1. p. 45 ss. *Rosenmülleri* Scholia ad Ies. l. c. et libellum nostrum *Messianische Weissagungen des A. T.*, p. 133 ss. (15.) γῆ] *regio*, pro regionis incolis h. l. commemoratur. vid. ad 2, 3. ὁδὸν θαλάσσης] intell. κατά· etiam Hebr. ב eodem modo interdum solet omitti, v. Ex. xvi. 16. al. *quæ adjacet mari Galilææ*, ergo: incolæ regionis Sabuloniticæ et Naphthaliticæ, mari adjacentis. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] *ad, juxta, prope Jordanem*, παρὰ τὸν Ἰορδάνην, habita enim Judææ ratione, Galilæam utramque eis Jordanem esse constat, sed Hebræi quoque עֵבֶר atque בְּעֵבֶר, πέραν, *trans*, ita usurparunt, ut esset cum *trans*, tum *cis*, omninoque notaret *juxta*, *prope*. v. Deut. i. 1. iv. 49. Jos. i. 14. et not. ad Joh. i. 28. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν] Galilæa distribuebatur in Galilæam superiorem et inferiorem, τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω, auctore Josepho, B. I. iii. 3. 1. H. l. per Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν vulgo intelligunt Galilæam superiorem, ita dictam, quod esset Tyriis atque Sidoniis finitima, vel quod eam incolerent gentes variæ, Phœnices, Arabes, Syri etc. Sed urbs Capharnaum non erat sita in Galilæa superiori, verum in Galilæa inferiori, quæ complectebatur potissimum terras tribuum Isaschar, Sabulon et partem Naphthali, urbesque Nazareth, Cana, Capharnaum et alias. Rectius igitur, opinor, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, quibus verbis Matthæi

16 τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα,
καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτει-
17 λεν αὐτοῖς. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ
λέγειν· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
18 Περιπατῶν δὲ [1]ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλι-
λαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον,
καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον

18. † ὁ Ἰησοῦς.

Græcus interpres Hebr. גְּלִיל הַגּוֹיִם expressit, h. l., ut Ies. l. l. redditur; *confinium, fines barbarorum*, i. regio barbaris finitima, h. e. omnino, Galilæa; nam גָּלִיל propr. *fines, terminum* significat, etiam 1 Macc. v. 15. universa Galilæa dicitur Γαλιλαία ἀλλοφύλων, et ipsi Alexandrini nomen Γαλιλαία Joel. iii. 4. posuerunt pro ὅρια, Jos. xiii. 2. notante ad h. l. *Keuchenio*. Notari vero etiam per Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν incolas Galilææ ipsos, verba sequentia satis perspicue docent.

(16. 17.) ὁ λαὸς καθήμενος ἐν σκότει κ. τ. λ.) *populus, qui versabatur in tenebris, vidit lucem insignem; sane illis, qui versabantur in regione maxime tenebricosa, lux affulsit.* καθῆσθαι h. l. *versari, habitare*, ut Judith. v. 3. 1 Macc. ii. 1, 29. Sir. xxxvii. 18. σκότος, *tenebræ*, sunt perpetua imago inscitiæ, ignorantiæ, et inde oriundæ miseriæ. Ergo versari in tenebris, est, versari in ignorantia, adeoque propter hanc ignorantiam miserum esse, et cum additum fit: ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου] versari in ignorantia maxima. Etenim ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ positum est pro ἐν χώρᾳ σκοτεινῇ, et per hanc χώραν intelligitur regio v. 14. memorata, Galilæa, in qua sita erat urbs Capharnaum, quam regionem spissæ tenebræ tegunt, cujus incolæ versantur in ignorantia. Hac tenebræ comparantur cum tenebris tartari (θανάτου), Judæi enim existimabant, tartarum densissimis tenebris tegi, coll. Job. x. 20. *mortis umbras* dixerunt Ovid. Met. v. 191. Virg. Æn. vi. 268 sq. Ergo χώρα σκοτεινὴ θανάτου est, regio, quam ita tenebræ tegunt, sicuti tartarum tegere solent i. tenebræ maximæ. Porro φῶς frequenter adhibetur in literis sacris de *religione vera*, quatenus ignorantiam depellit, et felicitatem largitur Joh. v. 35. 1 Joh. i. 7. sed non minus frequentur φῶς etiam ita ponitur, ut sit abstractum pro concreto, atque significet *doctorem*, qui doctrina sua animos hominum illustrat, ignorantiam depellit, adeoque eos felices reddit, ut ergo idem sit quod ὁ φωτίζων i. e. ὁδηγὸς, παιδευτὴς, διδάσκαλος, cum quibus vocabulis permutatur φῶς Rom. ii. 19, 20. Verbo autem φωτίζειν Alexandrini Judd. xiii. 8. etc. exprimunt Hebr. הוֹרָה *docere*. Sic et h. l. φῶς est *doctor*, et intelligitur Christus ipse. ἀνατέλλειν] quod prop. de sole dicitur, ut v. 45. a scriptoribus exteris quoque adhiberi de regum, principum, et magnorum virorum adventu, docuerunt *Elsnerus, Münthius* in Obss. ad h. l. et *Segaarius* in Observatt. ad Luc. p. 75. Cæterum pronomen αὐτοῖς etiam h. l. ut sæpius, ex Hebraica ratione redundat. (17.) ἤρξατο κηρύσσειν] dictum est pro ἐκήρυξε, *docuit*, nempe in Galilæa; verbum autem ἄρχεσθαι, ut Hebr. הֵחֵל aliis verbis ita jungi solet, ut redundet. v. xii. 1. coll. Luc. vi. 1. Gen. ix. 20. Deut. iii. 24. Græcos eodem modo hoc ipsum verbum ἄρχεσθαι usurpasse docuerunt *Palairetus* ad Matth. xvi. 22. et *Georgius* Vindicc. p. 307. etiam Latini ita usi sunt verbis *cœpit*, et *instituit*. Phædr. i. 3, 10. *redire cœpit* pro rediit; Terent. Andr. v. 1, 2. *satis pericli cœpi adire* pro adii; Hygin. fab. 4. *cœpit velle filios necare*, pro, voluit, Fab. 122. *Aletes regnum Mycenis obtinere cœpit*, pro obtinuit; Catull. Carm. 80. *Bellus homo quem tu diligere inciperes*, pro diligeres. add. Curt. iii. 2, 10. Flor. ii. 6. extr. Justin. ii. 7, 11. v. interpp. ad Petron. c. 7. et *Grævius* ad Cic. epp. x. 16. μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν] *mentem animumque emendate, adsunt enim tempora Messiæ*, tempora, quibus cogetur atque colligetur cœtus cultorum Messiæ, coll. x. 7. quibus fundabitur ecclesia. Summam tantum doctrinæ a Christo propositæ Matthæum his verbis indicare voluisse, per se intelligitur.

(18 sqq.) Cum Jesus Capharnaumum proficisceretur, ut ibi sedem suam figeret, (vid. ad v. 12.) in familiaritatem intimam recipiebat, comitesque perpetuos sibi adjungebat Simonem, Andream, Jacobum et Johannem; et quæ h. l. breviter strictimque enarravit Matthæus, ea copiosius ac diligentius exposita leguntur Luc. c. v. Non nunc primum Jesus homines illos videbat, erant enim Galilæi, fuerant Johannis baptistæ sectatores, Joh. i. 35, 41, 43. et in ipsius Christi disciplinam sese dederant, ejusque comites fuerant, v. Joh. ii. 12, 13. non tamen perpetui, sed ad artem suam redierant,

εἰς τὴν θάλασσαν· (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς·) Καὶ λέγει αὐτοῖς· 19
Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Οἱ δὲ
εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προ- 20
βὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ 21
Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ
μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκ-
τυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες 22
τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδάσκων ἐν 23

eamque porro exercuerant, neque adeo ea, quæ h. l. leguntur, repugnant iis, quæ Joh. i. 41. narrantur, diversis enim locis atque temporibus evenerunt, quæ Joh. l. c. et quæ, Matth. h. l. atque Luc. c. v. et Marc. i. 16 ss. memorarunt. ὁ Ἰησοῦς] iisdem de caussis delendum est, de quibus supra v. 12. hoc idem nomen expungendum esse videbamus. Σίμωνα (שִׁמְעוֹן) τὸν λεγόμενον Πέτρον] cui jam antea Petri nomen Jesus imposuerat, ad declarandam inconcussam ejus animi firmitatem atque constantiam. cf. Joh. i. 42. add. not. ad xvi. 18. Verba τὸν λεγόμενον Πέτρον interpolationis nomine suspecta visa sunt *Wassenberghio* (in Diss. de glossis N. T. præmissa Selectis e Scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. Vol. i. p. 28.), eaque serius adjecta esse putat, ne quis erraret in Simonis nomine satis usitato. Sed omnes fere libri hæc verba exhibent. Marcus quidem loco parallelo i. 16. ea omisit, exinde tamen colligi nequit, ea pro adventitiis et spuriis esse habenda. ἀμφίβληστρον] genus retis piscatorii majoris, ut ap. Hesiod. Scut. Herc. 215. respondet Hebr. מִכְמֹרֶת, Ies. xix. 8. et מְצוֹדָה Eccl. ix. 12. atque ab Hesychio explicatur δίκτυον, quo vocabulo illud et ipse Matth. v. 20. commutavit. (19.) δεῦτε ὀπίσω μου] *agite, sequimini me:* δεῦτε, ut δεῦρο, est particula cohortandi, id. qd. ἄγε et ἄγετε, vid. Moschopulus ad Hesiod. Ἔργ. 2. respondet Hebr. לְךָ et לְכוּ Gen. xxxvii. 20. 1 Sam. ix. 9. plena formula est; δεῦτε ἀκολουθεῖτε l. ἔλθετε· additur ὀπίσω μου, quia Hebræi quoque dicere solent לְכוּ אַחֲרַי *agite, sequimini me,* 2 Regg. vi. 17. atque sic etiam intelligitur, δεῦτε continere notionem duplicem. ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων] *hominum piscatores vos constituam.* Plura locutus esse videtur Jesus, quæ Matthæus silentio præteriit, literis consignata sunt hæc verba utpote visa cum maxime memoratu digna. Significare autem voluit Jesus his verbis: hos familiares suos doctrinam divinam tradituros esse, atque ope hujus doctrinæ homines a vitiis revocaturos ad virtutem, ita, ut Messiam colerent, eique nomina darent. Itaque omnino sensus est: constituam vos mihi Apostolos. Verba autem venandi et piscandi sæpius tropice ponuntur de iis, *qui sibi vel aliis aliquem conciliant*, ut θηρᾷν de iis, qui sibi alios amicos comparant, legitur ap. Xen. Mem. ii. 6, 8. ἀσπαλιεύειν de amatore amicam sibi conciliare studente, Aristænet. i. ep. 17. conf. *Læsner*. ad h. l. *Segaar*. Obss. Phil. ad Luc. v. 8. p. 173. et *Burm*. ad Phædr. iv. 4. p. 172. Infinitivus γενέσθαι e Marc. i. 17. in nonnull. Matthæi codd. irrepsit.— (21.) Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου] scl. υἱὸν v. *Bosius* Ellips. p. 506. ed. *Schæf*. dicitur hic Jacobus ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ut distinguatur a Jacobo Alphæi et Mariæ filio, coll. Matth. x. 3. ἐκάλεσεν αὐτοὺς] *eos sequi se jubebat*, adjungebat sibi comites perpetuos; nam v. seq. legitur ἠκολούθησαν αὐτῷ.

(23.) Evangelistas in commentariis suis ordinem temporis non diligenter atque severe esse secutos, sed haud raro de eo partim data opera, partim propterea deflexisse, quoniam eum minus cognitum habebant, inter viros doctos constat, et a nobis observatum est in Prolegg. §. 1. Sic nec hoc loco Matthæus ordinem temporis servavit. Sed quo prius de Jesu in Galilæa morborum sanationibus singulatim verba facere, et specimen doctrinæ ipsius dare posset, abrupte v. 23. incipit loqui de rebus a Jesu in Galilæa gestis, et generatim commemorat eum in illis regionibus docuisse, ægrotisque sanitatem restituisse. Quod Jesu docendi genus attinet, c. v. sqq. speciminis loco orationem montanam offert, atque deinde varias sanationes enumerat, c. viii. sq. Neque Matthæus asseruit, ea, quæ inde a v. 23. leguntur, accurate cohærere cum v. 18 et sqq. ea illo ipso die ac tempore evenisse, quo Petrum, Andream, Jacobum et Johannem comites sibi adjunxisset perpetuos. Accuratius temporis ordinem secutus videtur Lucas, qui post electionem XII. Apostolorum, orationem montanam habitam esse tradit c. vi. 13 ss. περιῆγεν] *obiit*. περιάγειν, propr. *circumducere*, h. l. vim Medii habet, *obire*, *cir-*

ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς
βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν
24 ἐν τῷ λαῷ. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν
Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας,
ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζο-

*oumire*, ut ἄγειν xxvi. 46. Marc. i. 38. ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν] *in synagogis Galilæorum*: συναγωγή, Hebr. עדה et קהל, omnino notat *conventum quemlibet*, ut Ies. xxiv. 22. ubi Alexandrini: συνάξουσι συναγωγὴν αὐτῆς (scl. γῆς) εἰς δεσμωτήριον, Apoc. ii. 9. iii. 9. συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ, *cœtus hominum improborum*; al. inprimis tamen *sacrorum*; in libris vero N. T. plerumque adhibetur de loco publico, ædificio publico, in quo Judæi convenire solebant, ut iis explicarentur libri sacri, et precibus vacarent בית כנסת, v. *Vitringa* de synagoga vetere. αὐτῶν referri debet ad Γαλιλαίων, quod latet in nomine Γαλιλαίαν, quæ forma loquendi etiam scriptoribus exteris usitata est, sic ap. Æschin. Socr. ii. 1. ἀπὸ Σικελίας—πέτερον περὶ αὐτῶν ἐκείνων ubi v. *Fischerus*, et *Abreschius* Auctar. Thucyd. p. 364. 382. nec non *Cortius* ad Sallust. Catil. xviii. 1.: Nepos Alcib. xi. 3. *postquam inde expulsus Thebas venerat, adeo studiis eorum inservuisse.* Timol. c. ii. *Idem classi præfectus, circumvehens Peloponnesum, Laconicam populatus, classem eorum fugavit.* εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας] scl. τοῦ Θεοῦ, *doctrinam de regno Messiano*, doctrinam christianam. θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν] *sanabat varii generis* (ut πᾶν ἔθνος, Act. ii. 5. *omnis generis civitates*, v. Obss. Misc. Vol. x. p. 356.) *morbos*. νόσος et μαλακία sunt mere synonyma, ut ap. τοὺς ο' Deut. vii. 15. infra x. 1. et Æl. H. V. iii. 19. μαλακίζεσθαι atque νοσεῖν tanquam verba idem valentia copulat. Hesychius: μαλακία· νόσος. Proprie quidem μαλακία est *mollities*, eique opponitur σκληρία, *durities*. Deinde vero transfertur tam *ad animum*, cum quis fugit labores, et quæcunque sunt gravia, atque molesta, ea tantum tractat, quæ sunt levia, facilia, mollia, quæ animum enervant, vires animi frangunt; hinc μαλακὸς et μαλακίζεσθαι sæpius idem significant quod δειλὸς et δειλὸν εἶναι, v. *Fischeri* Ind. Æschin. v. μαλακῶς· hinc μαλακία, *ignavia*, *stupor animi*, μαλακὸς, *effœminatus*; quam *ad corpus*, quod fugit molesta, gravia, v. c. æstum, frigus, quod est viribus exhaustum, hinc *languor corporis*, unde μαλακισθῆναι, *languere e via*. Theophr. Char. 1. μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχειν, *e partu languere*. Lucian. dial. deor. ix. p. 228. T. i. Græv. Quoniam vero morbi enervare solent corpus, viribus exhaurire, hinc factum est, ut μαλακία poneretur de *morbo quocunque*, et μαλακίζεσθαι, pro κακῶς ἔχειν, *ægrotare*, ut ap. Theophr. Char. c. 13. ubi hæ voces inter se permutantur. Hesych. μαλακίζεσθαι· ἀσθενεῖς διακεῖσθαι. Alexandrini חלי, *morbus*, vertunt μαλακία Deut. vii. 15. Ies. xxxviii. 9. sed νόσος Deut. xxviii. 59. vid. et *Albertius* ad h. l.

(24.) καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ] *fama ejus pervasit*, αὐτοῦ pro περὶ αὐτοῦ· Luc. iv. 37. ἦχος περὶ αὐτοῦ· apud Joseph. Ant. viii. 6, 5. τῶν σῶν ἀγαθῶν ἡ φήμη add. Thucyd. i. 20. sic שמע, Esth. ix. 4. v. *Glassius* Phil. S. p. 78. ἀκοὴ id. qd. φήμη, quo ipso vocabulo Hesychius et Suidas illud interpretantur: notio hæc vocabuli Hebraica est, nam Hebræi verbis שֵׁמַע, שמועה, שֵׁמַע utuntur *de rumore et fama*, atque Alexandrini ea modo expresserunt per ἀκοὴ, ut 2 Sam. xiii. 30. Jer. 37. 4. modo per φήμη, ut Prov. xv. 30. et omnis formula, quæ h. l. legitur, respondet Hebr. "שׁמעו הולך בכל Est. ix. 4. cf. *Vorstius* de Hebraism. p. 65. *Albertius* quidem, *Pfochenius* diatrib. p. 21. *Olearius*, alii, hanc vocis ἀκοὴ notionem, Græcam esse professi sunt, adhibitis scriptorum Græcorum auctoritatibus. Sed illis in locis ἀκοὴ nihil aliud est, quam *commemoratio*, *narratio* rerum, quæ olim acciderunt, non autem *fama*. v. *Krebsius* et *Losnerus* ad h. l. et ex seriorum scriptorum locis, tanquam Josephi, Heliodori viii. p. 384. Commel. aliorumque nihil effici potest, certe in N. T. libris illa notio Hebraica est. ὅλην τὴν Συρίαν] *Syriam* Galilææ conterminam. Sed cum loca v. 25. commemorata in Palæstina sita fuerint, et Marc. i. 26. legatur, famam de Jesu peragrasse ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας, Syriam puto h. l. nominatam esse pro omnibus Galilææ regionibus finitimis. κακῶς ἔχοντας] *ægrotos*, opposita formula καλῶς ἔχειν, *convaluisse*, Marc. xvi. 18. et ὑγιαίνειν Luc. v. 31. LXX nostra formula interpretati sunt Hebr. חלה, Ez. xxxiv. 4. —βασάνοις συνεχομένους] varii generis *morbis laborantes*: βάσανος prop. *coticula*, *lapis Lydius*, quo aurum, aliudve metallum examinatur Pindar. Pyth. x. 105. ut Harpocrat. et Etymol. M. et *Schleusneri* Lex. h. v. deinde ponitur de *tormento*, quod adhibetur, ut reperiatur veritas, Herodi. iv. 57. ἐκεῖνον ὑμῖν, καὶ διὰ βασάνων χωρήσαντι, μαθεῖν. add. Philo de Abrah. p. 563. A. Æl. H. V. vii. 18. ut βασανίζειν Isocrat. Trapezit. p. 862. *Wolf.*

μένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ

2 Macc. vii. 13. τὸν τέταρτον ὡσαύτως ἐβασάνιζον αἰκιζόμενοι, *quartum iisdem tormentis excruciabant.* add. Joseph. Ant. ii. 6. 4. xvi. 8. 1. v. *Krebsius* ad viii. 6. denique usurpatur quoque de *cruciatu* magno et gravi, ut ap. Jamblich. Vit. Pyth. §. 68. p. 55. nominatimque de *morbis* gravibus, cruciatus afferentibus, ut h. l. Sunt ergo h. l. νόσοις καὶ βασάνοις synonyma, ut v. 23. νόσον καὶ μαλακίαν, vel explicari possunt per ἓν διὰ δυοῖν, ut significentur *morbi gravissimi.* συνέχεσθαι prop. est *constringi*, ut Luc. xix. 43. v. *Reiskius* Animadvv. ad auctores Grr. T. iv. p. 13. deinde eleganter adhibetur, ut Hebr. צוּר et צָרַר. v. *Schultensius* de defect. ling. Hebr. hod. p. 379. et ad Prov. xxvi. 14. de iis, qui anxietate animi, vel corporis cruciatibus, omninoque calamitatibus afficiuntur, sic συνέχεσθαι πυρετῷ id. qd. πυρέσσειν. Luc. iv. 38. coll. Marc. i. 30. συνέχεσθαι πολέμῳ, *bello premi. Palaeph.* xxxix. 5. συνέχεσθαι φόβῳ LXX. Job. iii. 24. vid. *Abreschius* dilucc. Thucydd. p. 227. et *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 380. sic h. l. *morbo laborare.* Jam varia morborum genera nominatim inducuntur. δαιμονιζομένους] *melancholicos.* Scilicet nostra ætate interpretum plurimi recesserunt ab ea opinione, quæ quondam solennis et vulgaris erat, δαιμονιζομένους fuisse vere a geniis malis obsessos; statuerunt potius, hos homines fuisse ægrotos et melancholicos. Argumenta præcipua, quibus hæc sententia defenditur, sunt fere hæc: 1) Scriptores Græci verba δαιμονᾷν et κακοδαιμονᾷν de furibundis aperte adhibere solent, Xen. Mem. i. 1. 9. Aristoph. Plut. ii. 3. 38. ubi v. *Harlesius* et *Fischerus*; et Hippocrates δαιμονιζομένους in numerum ægrotorum refert, et medicamina commendat; quin et has formulas δαιμονίζεσθαι, δαιμόνιον ἔχειν, κακοδαιμονᾷν de ipsis animalibus usurpatas fuisse, ostendit *Lightfoot.* ad Luc. xiii. 11. apud Soph. Aj. 244. legitur: ἃ δαίμων κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν, *quæ furor illi, et nemo hominum subjiciebat*, ubi schol. δαίμονα δή φησι τὴν μανίαν. 2) Ipsi Evangelistarum loci docent, δαιμονιζομένους fuisse ægrotos et melancholicos. Nam Joh. x. 20. δαιμόνιον ἔχειν atque μαίνεσθαι tanquam synonyma copulantur. H. l. δαιμονιζόμενοι ægrotis accensentur, add. Luc. xiii. 32. Joh. x. 20, 21. Matth. viii. 16. Marc. i. 34. iii. 15, etc. His in locis junguntur, quæ ejusdem generis sunt, ita ut phrasis altera per alteram explicanda sit. Matth. xv. 28. xvii. 16. Luc. ix. 42. dicuntur a Christo sanati esse; qui vero sanatur, is antea fuerit ægrotus, necesse est. Marc. v. 15. diserte dæmoniacus dicitur post sanationem fuisse sanæ mentis, θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον—σωφρονοῦντα, coll. Luc. viii. 35. Christi adversarii in vulgus spargebant, eum esse mente captum, ὅτι ἐξέστη quæ verba occurrunt Marc. iii. 21. sed v. 30. pro hac ipsa formula legitur δαιμόνιον ἀκάθαρτον ἔχει. cf. *Bosius* ad Joh. vii. 20. *Wetstenius, Kypkius* ad h. l. et *Albertius* ad xi. 18. 3) Josephus et Medici vett. docent, dæmoniacis medicamenta ex radicibus, lapidibus, herbis composita, data profuisse. Sic Josephus B. I. vii. 23. mentionem facit radicis Baara, de qua sequentia tradit: τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι, *nam quæ vocantur dæmonia, quæ scilicet malorum hominum sunt animæ, quæ viventes occupant, et nisi auxilium illis feratur, occidunt; illa statim, etiamsi tantum admoveatur, ægrotantibus expellit.* cf. et Plotinus Ennead. ii. 9. 14. 4) Judæi uti omnino omnia, quorum caussæ proximæ latent, ad auctores invisibiles, ad genios referre solebant (v. Obss. nost. ex libris apocryph. in N. T. p. 25.), ita quoque omnes morbos graviores et fere insanabiles a geniis malis derivare solebant, qui ægrotorum corpora obsessa tenerent. v. Joseph. Ant. vi. 9. 11. 2. viii. 2. 5. 5) Evangelistæ cum de his hominibus loquuntur, eorumque sanationem referunt, partes historicorum agunt, sequuntur usum loquendi solennem, sanationem tanquam miraculum proponunt, non autem morbum ipsum explicant, non suum neque Christi judicium apponunt. 6) Christus vero ipse populares suos, neque Physices neque Metaphysices præcepta docere voluit, erant ei potius alii longe graviores errores, qui hominum mores spectarent, removendi, ergo non diserte hunc errorem refutavit, sed pro sapientia sua incredibili secutus est usum loquendi vulgarem, et opinionem popularium suorum, sicuti nos solemus loqui de lunaticis, de ortu et occasu solis, ipse tamen Christus aliis in locis professus est, se venisse ad destruendam vim et potentiam geniorum malorum. 7) Denique etiamnum reperiuntur ægroti, qui opinentur, se a genio malo obsessos esse, neque quisquam a præjudicatis opinionibus alienus, eorum corpora a genio malo obsessa esse, nostra ætate autumat. Conf. omnino *Semleri* Commentatio de dæmoniacis, quorum in N. T. fit mentio; Halæ 1779. 8. ed. quarta. Ejusd. *Umständliche Untersuchung der dämonischen Leute*, Halæ 1762. *Hugo Farmar Briefe an D. Worthington über die Dæmonischen in den*

τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπόλεως καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.

*Evangelien mit Anmerkk. von Semler*, Halæ 1783. *Timmermani* Diatribe antiquario-medica, de dæmoniacis Evangeliorum, Rintelii 1786. 4. *Bartholinus* de morbis biblicis. *Gruner* Comment. de dæmoniacis a Christo sospitatore percuratis, Jen. 1775. *Döderlein* Instit, theol. christ. T. i. L. 1. c. 2. §. 145. p. 462 ss. Contrariam sententiam, dæmoniacos fuisse vere a genio malo obsessos, defenderunt nuper *Eschenbach* Scripta medico-biblica, Rost. 1779. Comment. 3. et *Hess über die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn*, Sect. 8. *Mosche Erklärung der Sonn-u. Festtagsevangelien*, Th. ii. p. 873 sqq. *Storrius* Opuscc. Acadd. Vol. i. p. 53 sqq. add. ejusd. *Lehrbuch der christl. Dogmatik* p. 405 sqq. *Jahn's Nachträge zu seinen theologischen Werken*, Tübing. 1821. p. 193 sqq.— σεληνιαζομένους] significantur homines morbo comitiali laborantes, qui a Græcis dicuntur ἐπιληπτικοί· nominabantur *lunatici*, quia morbum eorum crescente luna redire, aut augmenta capere, ob certam quandam lunæ pressionem, opinabantur Judæi; in variis autem Evangelistarum locis ea afferuntur symptomata, et morbi accessiones, quæ omnino in morbum comitialem cadunt. vide xvii. 15. Marc. ix. 18, 20. Luc. ix. 39, 40. add. Celsus iii. 23. et Bartholinus de morbis bibl. c. 8. παραλυτικοὺς] *paralyticus* dicitur is, qui nervorum resolutione laborat. Celsus iii. 27. *resolutio nervorum interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominarunt, nunc utrumque παράλυσιν nominari video*, add. ii. 1. Aretæus de morbis chron. i. 7. ἀποπληξίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει ταυτά· Auctore Galeno, παράλυσις proprie in privatione motus consistit. Conf. omnino *Bartholinus* de paralyticis. Lips. 1685. et *Richteri* Diss. quatuor medicæ de morte servatoris in cruce, jejuniarum noxis, paralyticis N. T. et balneo inprimis animali, Götting. 1775. qui docuit medicos veteres vocabulum παράλυσις sensu latiori usurpasse, et esse hujus morbi genus, in quo membra laxata sensum retineant, et acutissimos interdum dolores patiantur. 1 Macc. xii. 55. de Alcimo legitur: παρελύθη, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἔτι λαλῆσαι λόγον, *apoplexia captus est, nec potuit ullum amplius verbum proferre*, et v. 56. additur, mortuus est Alcimus tempore illo μετὰ βασάνου πολλῆς.

(25.) Δεκαπόλεως] Δεκάπολις, *regio Decapolitana*, ut vocatur a Plinio H. N. v. 16. nomen accepit a numero decem oppidorum maximorum, quæ ibi trans Jordanem in tribu Manassitica sita, et quorum incolæ maximam partem barbari, non Judæi, fuerunt. Commemoratur in libris N. T. præter hunc locum etiam Marc. v. 20. et vii. 31. In enumeratione autem decem illorum oppidorum scriptores geographici variant. cf. *Relandi* Palæstina i. 33. p. 203 sqq. *Cellarii* Geograph. Ant. p. 542 ss. *Lightfootus* in Chorograph. Marco præmissa c. 7. *Büsching Harmonie der vier Evang.*, p. 63 sqq. *Bellermann Handbuch der bibl. Literatur*, Th. 3. πέραν τοῦ Ἰορδάνου, מעבר לירדן, Num. xxxii. 32. intell. Peræa, ἡ ὑπὲρ Ἰορδάνην Περαία, Joseph. B. I. ii. 5. regio trans Jordanem, quæ pagum Rubenitarum et Gaditarum complectebatur.

## CAP. V.

Cf. not. ad iv. 23. Orationem a Jesu in monte habitam, et a Matt. c. 5. sqq. relatam,

a) non esse eandum cum illa, quæ Luc. vi. 20 ss. extat, plures opinati sunt, ut *Venema* Hist. Eccl. Vol. iii. p. 42 s. *Hess Lebensgesch. Jesu*, Th. i. p. 800. coll. 214 s. *Ferf* Specimen critico-theolog. quo fides et auctoritas Matthæi in referenda Jesu oratione c. 5, 6, 7. vindicatur, inprimis contra Evansonum, Traj. Bat. 1779. 8. *Gratzius Kritisch-historisch. Kommentar üb. d. Evang. Matthæi*, Th. i. p. 267. alii. Quam tamen sententiam docte et accurate refutarunt *Pottius* Diss. de natura atque indole orationis montanæ, Helmst. 1788. *Michaëlis Einleit. in das N. T.* §. 128. *Paulus Krit. Kommentar* ad h. l. et *Ravius* Diss. qua inquiritur in quæstionem, an oratio montana Apostolorum initiandorum caussa dicta sit, P. i. Erlangæ 1802. P. 2. 1803. 4. add. Ejusd. *Untersuchungen, die wahre Ansicht der Bergpredigt betreffend*, Erlang. 1805. 8. In utroque enim scriptore, ut scite observat Ravius, hujus orationis idem est exordium, idem rerum ordo, eademque peroratio; ac præterea Jesus post habitum sermonem, Capharnaumum se contulisse, servumque centurionis sanasse, tum a Matth. viii. 5 ss. tum a Luca vii. 1 ss. dicitur. Non negandum quidem esse, Jesum plura præcepta bis et sæpius non modo aliis, sed etiam iisdem hominibus proponere potuisse, sed hunc divinum magistrum, qui summa præditus fuerit copia et facultate dicendi, orationem montanam bis dixisse, plane non esse credibile, cum præsertim statui oporteret, post repetitionem orationis plane eadem accidisse, quæ acciderunt, cum primum habita esset.—

b) Orationem montanam a Jesu initiandorum Apostolorum caussa habitam esse, saltem eos præcipue spectasse, post Chrysostomum plures statuerunt. vid. *Zachariæ bibl.*

*Theol.* Th. iv. p. 475 ss. *Michaëlis Anmerkk. zum N. T.* ad h. l. *Schmidt Exeget. Beyträge zu den Schriften des N. B.* n. 3. *Hess Gesch. Jesu,* B. 2. p. 178 s. *Frotscherus* Diss. de consilio, quod Jesus in oratione, quæ dicitur montana, secutus est, Viteb. 1788. 4. *J. F. Flatt Magazin für christl. Dogmatik und Moral,* P. 5. p. 83 s. *Storrius* Diss. in aliquot loca libror. N. T. historica, P. 1. p. 17. (qui hac oratione, vim regni divini mentisque (μετανοίας) ad eam consequendam necessariæ formam copiosius et expressius Jesum declarasse, monuit), *Pottius* l. c. cui Matthæus expresse monere videtur, Jesum evitandæ hominum turbæ caussa (ἰδὼν τοὺς ὄχλους· add. Luc. vi. 19.) in montem quendam conscendisse, ibique discipulos suos, qui proxime ad eum, humi sedentem, accessissent, edocuisse, ita, ut populus, qui nihilo secius eum secutus esset, Matth. vii. 28. stans e longinquo orationem Christi audiverit.—Contra *Ravius* l. l. contendit, hanc orationem a Jesu neque initiandorum Apostolorum caussa habitam esse, neque Apostolos præcipue spectasse, et hanc in rem inprimis monuit: α) Luc. vi. 20. μαθητὰς vocatos esse illos, e quibus duodecim Apostoli delecti fuissent v. 13. eosdem dici ὄχλον μαθητῶν v. 17. qua appellatione partim ab Apostolis ipsis, partim a reliquo populo, distinguantur, eos ergo, quos Jesus allocutus sit, fuisse hos, quos tunc habuerit μαθητὰς h. e. sectatores et comites, discipulos omnes tunc præsentes, non exclusis Apostolis. Homines enim illos duodecim non dici potuisse ὄχλον. Eodem sensu etiam Matthæum h. l. vocabulum μαθητὰς accepisse. Non enim a Matthæo innui posse solos illos quatuor, quorum v. 18. mentio facta sit; cum ille locus non cohæreat cum iis, quæ v. 23 sq. tradantur, et ineptum foret credere, Jesum ista duo fratrum paria, solenni oratione futuro ipsorum muneri inaugurasse; et Lucam l. l. diserte tradere, eo ipso die orationem montanam fuisse habitam, quo plenus Apostolorum numerus constitutus fuisset. Nec vero etiam Matthæum tantum duodecim Apostolos h. l. innuere, mirum enim esset, si collegium XII. Apostolorum in animo habuisset, neque tamen ejus ullam ante injecisset mentionem. β) Exinde quod Lucas vi. 13 ss. affirmarit, montanam orationem habitam esse, simul ut primum duodecim Apostoli vocati essent, non posse probari, sermonem fuisse inauguralem. Ex eo enim, quod una res subsequatur alteram, non confici, ut illa pro hujus caussa habenda sit. Tales res non semper necessitate, sed sæpe casu et fortuito, inter se nexas esse. Nec Matthæum vocationis Apostolorum mentionem fecisse, cum tamen ipse ex eorum numero, et eo quo reliqui tempore in hunc numerum cooptatus esset. Quodsi ergo hoc Christi in monte isto verba facientis fuisset consilium, Matthæum hanc magistri dicentis sententiam haud dubie expositurum fuisse. γ) In tota oratione montana nihil contineri, quod ad Apostolos unice spectet, quodque non ad alios etiam ejus cultores trahi possit. δ) Plura in hac oratione esse omissa, quæ ab oratione inaugurali abesse non potuissent. Nihil in hac oratione dictum esse de peculiaribus Apostolorum, qui ad doctrinam Christi propagandam constituti erant, officiis; nihil de ratione docendi, tum inter Judæos, tum inter alias gentes observanda; nihil de impedimentis, ab iis tum prudentia, tum constantia superandis, etc.

c) Orationem montanam ita plane a Jesu habitam esse, prouti a Matthæo tradita sit, omninoque singulas voces et formulas arctissime inter se cohærere, statuerunt *Grotius, Storr* l. l. et Diss. P. 2. p. 17. *Ferf.* l. l. alii. Contra vero *Pottius* l. l. demonstrare studuit, orationem montanam non solum ea virtutis præcepta, quæ Christus in monte isto Galilææ proposuisset, sed præterea etiam nonnulla alia continere, alio loco, aliove tempore a Christo opportunius et orationis seriei convenientius enuntiata, atque a Matthæo huic orationi data opportunitate inserta, nec adeo ullo arctiori vinculo inter se has enuntiationes cohærere. Eandem fere sententiam defendit *Eichhornius,* qui tamen cohærentiam singularum partium agnoscit, eam vero tribuendam esse censet coagmentantis Matthæi artificio, neque tamen negat, Christum plura hujus orationis præcepta vere in monte illo Galilææ proposuisse. *Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.,* B. 2. p. 352 sq. B. 3. p. 294 et 1050 sq. Exornarunt hanc sententiam quoque *Boltenius, Wunibaldus* in Commentatione biblica in sermonem Christi in monte Matth. c. 5 sqq. Heidelb. 1794. v. *Eichhorn* l. l. B. 6. p. 895 sqq. alii.

Ac mea quidem de hac Christi oratione in monte quondam habita, sententia hæc est:

A) Oratio montana a Matthæo literis consignata, eadem est quæ ap. Luc. vi. 20 ss. legitur. vid. supra l. a), brevior autem est apud Lucam hæc oratio, et ita ab eo reddita, prouti eam repererat in Gnomologia s. sententiarum a Christo dictarum collectione, quæ ei præsto erat. v. Prolegg. §. 1. et not. ad Luc. l. c. Habita est hæc oratio a Christo, cum duodecim Apostolos constituisset. v. Luc. vi. 13 sqq. Scilicet Matthæus ab ordine temporis deflexit, Lucas vero eum accuratius servavit, totus enim locus a c. iv. 23—c. 7. extr. avulsus est a superioribus, quæ c. iv. 18—22. leguntur. cf. etiam not. ad iv. 23.

B) Jesus hanc orationem, neutiquam inauguralem nominandam, (v. b. γ), habuit ad sectatores suos, discipulos, et apostolos, audiente magna populi multitudine, (Luc. vi. 17. Matth. viii. 1.) atque vocabulum μαθηταὶ

## ΚΕΦ. ε΄.

ἸΔΩΝ δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος
2 αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀνοίξας
3 τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων· Μακάριοι οἱ

latiori sensu etiam h. l. ut sæpius alias capiendum est. vid. *Knappii* Opuscula p. 425. Scilicet Jesus, v. Luc. vi. 13 ss. posteaquam in monte quodam noctem inter preces transegerat, postridie primo mane, e discipulis, qui cum eo erant, duodecim Apostolos constituit. Cum iis descendens Jesus de monte (καταβὰς μετ' αὐτῶν, Luc. vi. 17.) accedentem videbat magnam sectatorum suorum populique multitudinem (ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ — οἳ ἦλθον, Luc. vi. 17.). Itaque in monte illo seligebat talem locum, cui subjecta esset planities, quæ magnam vim hominum caparet, ut ab omnibus audiri et conspici posset, (ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, *stabat in monte super planitie*, Luc. vi. 17. ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, Matth. v. 1.) ibi considebat (καθίσαντος αὐτοῦ, Matth. v. 1.): et cum propius accessissent sectatores, discipuli comites, et Apostoli ipsius, (προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, Matth. v. 1. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, Luc. vi. 20.) eos hunc in modum alloquebatur: μακάριοι κ. τ. λ. Habuisse autem Jesum hanc orationem ad sectatores suos omnes tunc temporis præsentes, etiam ipsum orationis argumentum docet. Nam paucis quibusdam sententiis exceptis vid. v. 13—17. vi. 24 ss. vii. 6—12. nihil ea continent, quod unice Christi Apostolos aliosque ipsius discipulos futuros religionis doctores (Luc. x.) spectaverit, neque commode etiam reliquis ejus cultoribus dictum sit. Sententias autem illas, quæ omnino faciliorem admittunt interpretationem, si ad Christi Apostolos aliosque discipulos religionis doctores referuntur, commode orationi suæ inserere poterat ita, ut inter dicendum Apostolos oculis designaret, cum hi ipsi quoque in numero auditorum essent. At vero propter alias rationes deinceps commemorandas, ne illæ quidem sententiæ omnes isto tempore prolatæ videntur. Etenim sententiam, v. 13—17. propositam, afferre debuisset, opinor, Matthæus, si ordinem temporis secutus esset, xiii. 17. coll. Luc. viii. 16. quæ vi. 24 ss. extant, alio tempore a Christo dicta sunt. v. Luc. xvi. 13. xii. 22. Sententia vii. 6. expressa, magis idonea ratione annectetur Matth. x. 11. etiam sententiæ vii. 7—12. propositæ, alia occasione dictæ reperiuntur, coll. Luc. xi. 9.

C) Matthæus in collocandis narrationibus, majorem sæpius argumenti, quam temporis rationem habuit. Sic v. c. parabolæ illæ, quæ Matth. c. 13. leguntur, non uno tenore, nec eodem tempore a Jesu propositæ sunt, quod ipse Matthæus satis luculenter testatur v. 10—18. coll. Marc. iv. 10, 34. cf. et not. ad c. 10. c. 23. Fuit præterea veteribus admodum frequentata consuetudo sententias dictaque breviora sapientum literis consignare et in unum volumen redigere, atque Matthæum etiam ejusmodi sententiarum Christi collectione usum esse, multis de caussis perquam probabile est. Jam cum in hac Christi oratione a Matthæo relata, plures occurrant enuntiationes, quæ non tantum alibi legantur, (potuit enim omnino Christus eadem præcepta repetere) sed etiam accuratiori nexu legantur vi. 9 sqq. coll. Luc. xi. 2 sqq. Matth. vi. 24 ss. coll. Luc. xvi. 13 sqq. xii. 22 sqq. Matth. vii. 7—12. coll. Luc. xi. 9. Matth. vii. 13 sq. coll. Luc. xiii. 24. aut certe legerentur v. 13—17. coll. xiii. 17. Luc. viii. 16. Matth. vi. 22 s. coll. xiii. 17. et Luc. viii. 16.: arbitror Matthæum etiam hoc loco argumenti potius, quam temporis rationem habuisse, et cum specimen doctrinæ Christi exhibere vellet, virtutis præceptis, a Christo in monte isto propositis, varii generis sententias alio tempore, aliove loco, a magistro dictas, e sententiarum Christi collectione, quæ ei præsto erat, adjecisse.

(1.) εἰς τὸ ὄρος] positum est pro εἰς τί ὄρος, *in montem quendam*, nam Hebræi quoque ה præfigere solent nominibus ita, ut vim pronominis indefiniti habeat vid. Exod. ii. 15. Num. xi. 27. Deut. xviii. 6. 2 Par. xxv. 18. Job. xxxiv. 31. Matth. xiii. 2. Luc. ix. 28. not. ad Matth. xxviii. 17. et *Storrii* Obss. ad Analog. et Syntaxin Hebr. p. 125. al. cf. et *Palairetus* ad h. l. Significatur autem mons Capharnaumo vicinus, coll. viii. 5. Luc. vii. 1. καθίσαντος αὐτοῦ] pro καθίσαντι αὐτῷ προσῆλθον, vid. *Raphelius* ad h. l.—(2.) ἀνοίξας τὸ στόμα κ. τ. λ.] *hunc in modum eos edocere cœpit.* ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ respondet Hebræorum voci פֶּה פָּתַח i. *loqui*, quæ verbis dicendi ita præmittitur ut redundet. v. Dan. x. 16. Act. viii. 35. x. 34. *Vorstius* de Hebrais. N. T. p. 703 sqq. et *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 248. Pronomen αὐτοὺς alii referunt ad τοὺς ὄχλους, alii ad τοὺς μαθητὰς, sed ad utrosque illud simul respicere, ex supra dictis in promtu est. Etiam alio tempore ad populum et discipulos simul verba fecit. v. Matth. xxiii. 1.

(3.) μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι] *beati pauperes animo.* Fuerunt qui τῷ πνεύματι

πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. 4

conjungerent cum μακάριοι, veluti *Olearius*, *Œderus*, *Wetstenius*, *Heumannus*, *Michaëlis*, *Schusterus* (in *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 9. p. 971.) alii, ut adeo de tenuitate facultatum h. l. sermo esset, coll. lac. ii, 5. *beati sunt, quod animum attinet, pauperes.* Verum ut præclare animadvertit *Knappius* ad hunc Matth. locum in Opusc. p. 400. inter tot μακαρισμοὺς, qui in V. et N. T. in Apocryphis Judæorum, Rabbinorumque scriptis leguntur, nullus reperitur, in quo vel ad Hebraicum et Chaldaicum voc. אשרי vel טובי, aut ad Græcum μακάριος vel μακάριοι, tale nomen adjiciatur, quo genus aut natura et indoles promissæ felicitatis significetur, neque id per ingenium linguarum Orientalium eum in modum commode et sine ambiguitate fieri potest. Similis præterea μακαρισμὸς infra v. 8. legitur: μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ubi nemo facile dixerit μακάριοι esse conjungendum cum καρδίᾳ· neque h. l. per τοὺς πτωχοὺς *pauperes* proprie sic dictos intelligi posse, etiam exinde patet; quoniam in sequentibus sermo est de animi indole sectatorum Christi hoc nomine dignorum. Hinc alii πτωχοὶ h. l. expresserunt *modesti*, vel *simplices*, *candidi*, *veri rectique amantes.* Scilicet videtur Jesus in animo habuisse (coll. v. 8. ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· v. 9. υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται) locum Ies. lxvi. 2. אביט אל־עני ונכה־רוח וחרד על־דברי *respicio*, *felicem reddo humilem et fractum animo*, humili sensu de se imbutum, ab omni arrogantia alienum, (Ps. li. 19.) *dictorum meorum reverentem.* πτωχὸς in versione Alexandrina respondet vocabulo עני, quod etiam exprimitur Græco vocabulo ταπεινὸς, quo significatur is, qui modeste de se judicat, non de meritis suis gloriatur, cui opponitur ὑπερήφανος, ut Ies. lxvi. 2. Ps. xviii. 22. Jac. i. 9. iv. 6. Usurpatur autem voc. πτωχὸς, ut עני, non modo de eo, qui pauper est et egenus, sed etiam de eo, qui modestus et submissus, et de eo, qui destitutus est virtute et religionis cognitione, ut Apoc. iii. 17. Opponitur ei πλούσιος, quo vocabulo notatur is, qui divitiis abundat, qui in iis spem fiduciamque suam ponit (Matth. xix. 23.) et qui ingenii animique divitiis et ornamentis abundat, saltem iis se abundare gloriatur, ut Apoc. iii. 17. Luc. vi. 24. Itaque πτωχοὶ h. l. sunt *ii qui agnoscunt et sentiunt, quam rudes sint doctrinæ divinæ, quique adeo imbecillitatis suæ probe conscii, modeste de se judicant et sentiunt*, et hanc interpretationem apprime confirmat locus Matth. xi. 25. Adjecerat autem Jesus nomini עניים vocabulum רוח ambiguitatis evitandæ caussa. Apud Lucam vi. 21. simpliciter legitur: μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ubi vid. notata. Aliam hujus loci interpretationem proposuit *de Wette* in libro inscripto: *Studien, herausgegeben von Daub und Creuzer*, Vol. iii. P. 2. p. 309. quam repetiit in Commentatione: *de morte J. C. expiatoria*, Berolini 1813. 4. p. 86 sq. Postquam ibi monuit, πτωχὸς respondere vocc. Hebr. עני et אביון, hæc vero vocc. perquam frequenter in Psalmis et Ies. lxi. 1. al. non de privata miseria et vexatione explicanda esse, sed de publica, et plerumque denotare Israelitam, publicis calamitatibus obrutum; ita pergit: "Jam cum Messiam eum fore sperarent, qui populum Israeliticum ab omnibus calamitatibus et vexationibus liberaret, voce עניים sive אביונים ii appellari poterant, qui Messiæ auxilio indigerent, eumque exspectarent. Hoc sensu nostrum πτωχοὶ accipiendum est. Jesus, dum Messiam (in hac oratione) annuntiavit, eos adfatus est, qui auxilium suum exspectarent i. e. miseros adflictosque. Quia autem politicæ miseriæ medelam afferre nolebat, eos tantum beatos (i. e. a se beandos) prædicavit, qui interna miseria, salutisque internæ desiderio laborarent, qui, ut ait, *spiritualiter* miseri essent. Cæteris allocutionibus eadem notio inest. Οἱ πραεῖς, οἱ ἐλεήμονες, οἱ εἰρηνοποιοὶ, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, sunt ii, qui a novarum rerum studio alieni sunt, οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, qui mentis saluti consulere volunt. Vocabulo πτωχὸς Jesum eos appellasse, qui Messiæ auxilio indigerent, docet locus Luc. iv. 18. ubi loco Iesaiano ad se accommodato dicit, se venisse, ut lætum nuntium afferret πτωχοῖς," (vid. ibi not.). Cum satis ostenderimus, quænam nobis hujus loci explicatio præferenda videatur, de hac V. D. interpretatione judicium penes lectorem esto. ὅτι αὐτῶν ἐστὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν] *ad eos pertinent bona in regno Messiano expectanda*, apti sunt et idonei qui recipiantur in societatem sectatorum meorum, et participes reddantur omnium bonorum, quæ religio mea suis cultoribus præbet et in hac et in altera vita.

4. οἱ πενθοῦντες—παρακληθήσονται] vulgo explicant: qui calamitatibus premuntur, calamitosi solatio recreabuntur. Notant Jesum in animo habuisse verba Ies. lxi. 2. לנחם כל אבלים, ubi οἱ ό. παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας. At Jesus, ut jam supra observavimus, ostendit h. l. pluribus, quomodo animati esse deberent ii qui vellent fieri sectatores ipsius hoc nomine digni, atque felicitatis

5 Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς· ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.
6 Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι

in regno Messiano exspectandæ participes. Erat præterea summa doctrinæ Christi μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, vid. iv. 17.; putaverim ergo potius per τοὺς πενθοῦντας intelligendos esse eos, qui in mœrore versantur ob sua peccata et delicta, qui idem Ies. lvii. 18. quem locum Jesus respexisse videtur, dicuntur אֲבֵלִים. Verba ibi sunt: וַאֲשַׁלֵּם נִחֻמִים לוֹ וְלַאֲבֵלָיו consolabor tristes ob peccata sua, qui intelligunt se sibi miseram suam conditionem peccatis suis contraxisse. παρακληθήσονται Ies. l. c. est, si sensum spectamus, reducam eos in patriam: hinc et eo facilius succurrere potuit Jesu formula: κληρονομήσουσι τὴν γῆν, qua usus est v. 5. παρακληθήσονται h. l. errantes, sceleribus hactenus deditos, jam vero peccata sua lugentes, in rectam viam reducam, felicesque reddam, ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, Matth. xviii. 11. Cæterum huic versiculo anteponitur in pluribus codd. et allegationibus patrum nonnullorum, tam Græcorum quam Latinorum, versus qui sequitur quintus. Quod ut scite observavit *Griesbachius* in Commentar. ad h. l. facillime potuit casu accidere, cum plures στίχοι simillimo modo a μακάριοι incipiant; potuit vero etiam consulto orationis ordo mutari, ut statim post τοὺς οὐρανοὺς v. 3. sequeretur ἡ γῆ v. 6.

(5.) οἱ πρᾳεῖς] *mansueti, mites*, qui aliorum injurias ferunt, neque eas ulciscuntur, qui de jure suo facile cedunt, id. qd. ἐπιεικεῖς. v. Salmas. de fœn. trapez. p. 737. quo sensu etiam Hebr. עֲנָוִים legitur Ps. xxxvii. 11. e quo loco verba nostra desumta sunt. add. Num. xii. 3. Matth. xxi. 5. ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν] *consequentur possessionem terræ*, cives erunt regni Messiani, maxime felices erunt. Ps. l. c. עֲנָוִים יִירְשׁוּ־אָרֶץ. Verbum κληρονομεῖν est h. l. simpliciter *adipisci, consequi*, ita ut omnis hæreditatis notio absit, ut Sir. iv. 14. κληρονομήσει δόξαν, *consequetur felicitatem*. xxii. 4. θυγάτηρ φρονίμη κληρονομήσει ἄνδρα, *filia prudens accipiet maritum*. add. vi. 1. xix. 3. xx. 25. Lycurg. c. Leocrat. p. 212. ed. *Taylor*. Suidas: κληρονομῶ· τὸ κατεξουσιάζω, τὸ κτῶμαι. Per γῆν prop. intelligitur Palæstina; sed Palæstinæ possessio, et quidem secura atque tranquilla, ut constat e libris prophetarum Hebræorum, erat imago felicitatis summæ, sic et h. l. hæc formula nostra depingit felicitatem summam, cf. Eph. i. 14.

(6.) οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην] *qui doctrinæ meæ sunt cupidi*. Verba nimirum διψᾶν et πεινᾷν, *sitire*, et *esurire*, sæpe metaphorice adhibentur, ita, ut iis ardens cujuscunque rei studium significetur, ut ap. Hebræos צָמָא, Ps. xlii. 3. lxii. 2. Sir. xxiv. 23. οἱ ἐσθίοντές με (scl. τὴν σοφίαν) ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν, *qui me gustarunt, porro esuriunt me, et qui me biberunt, porro me sitiunt*, disciplinæ meæ alumni avide me sectantur. Sap. xi. 14. οὐχ ὅμοια δικαίοις διψήσαντες· Xen. Cyr. iv. 6, 7. ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. ib. viii. 3, 16. πεινήσας χρημάτων. Œcon. xiii. 9. πεινῶσι τοῦ ἐπαίνου —οὐχ ἧττον οἱ ἄλλοι τῶν σίτων τε καὶ ποτῶν. v. *Raphelius, Kypkius, Albertius* (qui Olearii sententiam, infra commemorandam, pluribus refutavit), *Elsnerus, Palairetus* ad h. l. *Wetstenius* ad h. l. *Brodæus* Miscell. vi. 17. p. 560. *Bosius* Obss. Critt. c. 21. *Trillerus* ad Æl. H. A. iii. 25. *Fesselius* Advers. Sacr. ii. 28. Interprete autem Athenæo, x. 9. p. 433. δίψος πᾶσαν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν ἐμποιεῖ τὴν περὶ τῆς ἀπολαύσεως. Suidas: διψῶ· αἰτιατικῇ, τὸ ἐπιθυμῶ. Item: ἐδίψησαν· ἐπεθύμησαν. Hesychius: s. v. δίψιον—διψᾶν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. v. Eustath. ad Hom. Odyss. λ'. p. 1701. Rom. qui πολυδίψιον explicat, πολυπόθητον. Hæc eadem metaphora frequens est etiam Latinis. Cic. ad Q. Fratr. iii. 5. *nec sitio honores, nec* cupio *gloriam*. Gell. xii. 2. *hominem avarum et* avidum, *et pecuniæ* sitientem. Cic. Tusc. iv. 17. *sitienter* (i. e. cupide) *expetens*. Quinctil. vi. 3, 19. *quod nobis faciat audiendi sitim*. Virg. Æn. iii. 57. *auri sacra fames*. Horat. Epistt. i. 18, 23. *Quem tenet argenti sitis importuna famesque*. Nunquam verba πεινᾷν et διψᾷν cum accusativo a scriptoribus exteris construi, asserit *Gatackerus* de stilo N. T. c. 20. quod urget *Wolfius* in Curis ad h. l. At præter LXX interpp. quorum locos jam produxit *Gatackerus* l. c. in promtu sunt quoque plures alii Joseph. B. I. i. 20. διαφεύξεται δ' οὐδεὶς διψήσας τοὐμὸν αἷμα, *nemo meum sanguinem sitiens effugiet*. Philo, Lib. 2. Alleg. p. 62. E. Μωϋσῆς—ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ φρέατος ἐκδεχόμενος τί ὁ θεὸς ἀνομβρήσει πότιμον τῇ διψώσῃ καὶ ποθούσῃ ψυχῇ τὸ ἀγαθὸν, *Moses—sedit ad puteum expectans quidnam potabile Deus irrigaturus sit animo sitienti cupientique bonum*. Æschin. dial. iii. 5. ἡ ψυχὴ συναλγοῦσα τὸν οὐράνιον ποθεῖ καὶ σύμφυλον αἰθέρα καὶ διψᾷ. add. *Kypkius* ad h. l. *Abreschius* dilucc. Thucyd. p. 322. *Kühnii* Spicileg. Obss. e Philone ad h. l. Quæ cum ita sint, non possum probare *Laurentii Vallæ*, (v. ejus Obss. ad h. l.) *Olearii*, aliorumque sententiam, qui secuti Clementem Alexandrinum Strom. Lib. 4. p. 196. ed. Vict. (τοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας διὰ δικαιοσύνην μακαρίους λέγει) verba nostra proprio sensu posita sta-

αὐτοὶ χορτασθήσονται. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ 7
ἐλεηθήσονται. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ 8
τὸν Θεὸν ὄψονται. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ 9
Θεοῦ κληθήσονται. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαι- 10
οσύνης· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοί 11
ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν

tuunt, et ante δικαιοσύνην subaudiendam censent præpositionem διὰ, ita, ut verborum sensus sit: beati sunt, qui malunt esse inopes et justi, quam divites et injusti. Nam de persecutionibus et calamitatibus propter religionem Christi subeundis constanterque perferendis v. 10 sqq. demum sermo est. Cæterum δικαιοσύνη h. l. ut v. 10. est *veritas* i. *vera religio, religio christiana*; nam non modo Alexandrini Ies. xxxviii. 19. xxxix. 8. voc. אֱמֶת reddunt δικαιοσύνη, sed etiam nostro loco v. 10. et 11. ipse Jesus permutavit inter se formulas ἕνεκεν δικαιοσύνης et ἕνεκεν ἐμοῦ. Favet quoque huic interpretationi inprimis verbum χορτάζεσθαι (quod male contendit *Gatackerus* l. l. c. 41. a Græcis de brutis tantum, non de hominibus adhiberi, sed vid. *Bosius* ad Luc. vi. 21. Pollux Onomast. vi. 8. p. 315. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 200 ss.), cum voces *satiari, cibus, edere*, sæpius de *institutione, doctrina*, usurpentur. v. 1 Cor. iv. 8. Joh. iv. 32. Cic. Tusc. V. 23. *mens* (Archimedis) *rationibus agitandis exquirendisque* alebatur, *cum oblectatione solertiæ—qui unus suavissimus* pastus *animorum*. Id. de Fin. v. 19. *sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis* cibus. cf. etiam not. ad Joh. iv. 10.

(7. 8.) ἐλεήμονες] רַחוּמִים, qui aliorum miseriis ita commoventur, ut eas minuere studeant, quantum possint. v. Jac. ii. 13.—(8.) καθαροὶ τῇ καρδίᾳ] *quibus est mens pura et casta*, qui a Græcis uno verbo nominantur καθαροκάρδιοι. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 436. Alexandrini verbis nostris expresserunt formulas Hebraicas בַּר לֵבָב, Ps. xxiv. 4. et תָּם לֵבָב, Gen. xx. 5. ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται] *Deum videbunt* i. *amplissima felicitate perfruentur*. Formula ὁπτεσθαι τὸ πρόσωπόν τινος est Hebr. רָאוּת פְּנֵי מְלוֹנִי i. *adire aliquem, in conspectum alicujus venire, videre aliquem, et versari cum aliquo, familiaritate alicujus uti, ministrare alicui*, Tob. xii. 19. πάσας τὰς ἡμέρας ὀπτανόμην ὑμῖν, *quotidie mea consuetudine perfruiti estis*. Inprimis adhibetur de amicis et ministris regum, ita ut notet, *apparere regi*, (Corn. Nep. V. Eumen. 1.) *ministrum esse regis*, 2 Regg. xxv. 19. ubi οἱ ὁρῶντες τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως. v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 407 sqq. Jam cum populi prisci eum existimarent inprimis felicem, qui minister et amicus regis esset (v. 1 Regg. x. 8.), cum Judæorum rex supremus, Deus esset: hinc in libris N. T. formula ὁπτεσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Apoc. xxii. 4. h. l. eo sensu legitur, ut omnino *maximam felicitatem* exprimat.

(9. 10.) εἰρηνοποιοὶ] *pacis concordiæque studiosi*; neque apud Alexandrinos, neque in libris N. T. præter hunc locum voc. εἰρηνοποιοὶ occurrit. A Græcis ita dicuntur et ii, qui operam dant, ut alii in gratiam redeant, (יֹעֲצֵי שָׁלוֹם, Prov. xii. 20.) unde et a Plutarcho Fetiales, qui erant oratores et interpretes pacis, drr. εἰρηνοποιοὶ, ut a Xenoph. legati qui pacem conciliant H. Gr. vi. 3, 4. et ii, qui ipsi in gratiam cum aliis redeunt, et omnino, qui pacis concordiæque sunt studiosi, ut h. l. qui a Græcis dicuntur etiam εἰρηνικοί. αὐτοὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ κληθήσονται] *erunt Deo dilecti, carissimi, adeoque felices*; respondet enim hæc formula h. l. formulis quæ præcesserunt: αὐτῶν ἐστὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν v. 3. τὸν Θεὸν ὄψονται v. 8. κληθήσονται positum est pro ἔσονται, ut Hebr. נִקְרָא eodem sensu recurrit Gen. xxi. 12. Ies. lvi. 7. qui usus loquendi Græcis quoque familiaris est. v. Hom. Il. α'. 293. β'. 262. γ. 62. ubi schol. τὸ κέκλημαι, ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται· Diod. Sic. p. 392. *Rhod*. cf. *Glassius* Phil. S. p. 222 sq. *Münthius* ad h. l. *Grævius* ad Hesiod. Ἔργ. 140. *Casaubonus* ad Theocrit. ii. 125.—(10.) οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης] *qui ab aliis vexantur propter religionis veræ professionem*. vid. ad v. 6. id. qd. ἕνεκεν ἐμοῦ v. 11. Sic et 1 Petr. iii. 14. μακάριοι prædicantur οἱ πάσχοντες διὰ δικαιοσύνην.

(11.) Accuratius illustratur sententia quæ præcessit. μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς] *beati estis, si in vos convicia jecerint alii*. ὀνειδίζειν est Hebr. חֵרֵף et signif. *probris atque conviciis lacessere, maledictis lacerare aliquem*, ut Sapient. ii. 12. id. qd. βλασφημεῖν Luc. xxiii. 39. Non tantum de conviciis apud privatos homines, sed etiam apud magistratus, hæc verba intellexit *Raphelius* ad h. l. et hunc usum loquendi illustravit ex Polybio. Utriusque saltem generis probra Apostolis et sectatoribus Christi acciderunt, et

12 πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε
καὶ ἀγαλλιᾶσθε· ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς·
13 οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν. Ὑμεῖς
ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθή-
σεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ κατα-

sane verbum διώκειν quod sequitur, non eodem sensu capi potest, quo v. præced. legebatur, nempe de vexatiouibus in genere, sic enim bis idem dictum esset, cujus iterationis nulla idonea apparet ratio. Sed διώκειν, ut probe notarunt *Beza* et *Raphelius* Polybb. et Xenophh. ad h. l. est h. l. verbum forense, atque signif. *accusare, litem intendere* id. qd. κατηγορεῖν, quo posteriori verbo illud etiam interpretantur Suidas, Hesych., schol. ad Aristoph. Equitt., cujus verba descripsit Phavorinus v. φεύξει γραφάς· et Anonym. Atticista ap. Villoison. Anecdd. Grr. T. ii. p. 84. Ita διώκειν legitur ap. Xen. Apol. 21. τούτου ἕνεκα θανάτου ὑπὸ σοῦ διώκεσθαι. Xen. H. Gr. vii. 3, 6. ἡμεῖς τουτουσὶ — διώκομεν περὶ θανάτου — ἡμεῖς τούτους διώκομεν ὡς ἀνοσιωτάτους. Plutarch. de Educ. Pueror. xiv. 13. ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν. Eurip. Orest. 1534. τὸν Ἑλένης φόνον διώκων, ubi schol. διώκειν, κυρίως ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν. v. *Palairet.* et *Elsnerus* ad h. l. καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ] *et omnis generis criminationes falsas contra vos protulerint propter me*, quoniam mei sectatores estis. πονηρὸν ῥῆμα est *maledictum*, et cum additum legatur ψευδόμενοι, *criminatio falsa, calumnia*, ut adeo εἰπεῖν πονηρὸν ῥῆμα κατά τινος ψευδόμενον idem declaret, quod διαβάλλειν τινὰ, *criminationes falsas contra aliquem afferre.* v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 108 sqq. Sic Judith. viii. 8. καὶ οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν αὐτῇ ῥῆμα πονηρὸν, *nemo erat, qui eam calumniaretur, qui mores ejus falso notaret.* Vulgatus interpres verba nostra expressit: *et dixerint omne malum.* Scilicet sumsit vocabulum ῥῆμα eo sensu, quo ab Hebræis nonnunquam usurpatur nomen דבר, atque adeo pro, *et dixerint omnem malam rem*, simpliciter vertit, *et dixerint omne malum.* Participium ψευδόμενοι omittunt cod. D. Origen. T. iii. p. 272. et nonnulli codd. ac patres latini. *Griesbachio* additum videtur ab iis, qui putarent orationem, eo non apposito, ambiguam esse, cum tamen additum sit ἕνεκεν ἐμοῦ· potuit vero etiam tanquam superfluum notari a grammaticis, atque adeo omitti a librariis propter hoc ipsum additamentum ἕνεκεν ἐμοῦ.

(12.) χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε] *gaudete et exultate* his calamitatibus pressi. Sunt hæc verba synonyma, more Hebræorum juncta, v. Jos. lxvi. 10. Zeph. iii. 14. ad exprimendam lætitiam summam. ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς] scl. ἔσται· *præmiis, ornamentis* (μισθὸς שכר Gen. xv. 1.) *magnis, eximiis, ornabimini in altera vita.* πολὺς id. qd. μέγας sæpius, ut Matth. ii. 18. Æl. H. V. i. 19. Chariton. iii. 6. 6. Hesych. πολὺ, ἀντὶ τοῦ μέγα· ut רב pro גדול. Quo fortius sectatorum suorum animos ad constantiam excitaret Jesus, eorumque animos erigeret, provocavit ad doctorum V. T. temporibus viventium, veritatis virtutisque vindicum constantiam, verbis: οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν] *ita quoque persecuti sunt voluntatis divinæ interpretes superiorum temporum:* τοὺς πρὸ ὑμῶν scl. ὑπάρχοντας l. γεγονότας. Xen. Mem. iii. 5. 11. οὐ πολὺ δὲ πρὸ ἡμῶν γεγονότες. Similes formulæ οἱ πρόσθεν ἀοιδοὶ, et ἄνδρες ὀπίσσω, Apollon. Rhod. i. 18. 1149.

(13.) Proverbium tunc temporis usitatum: καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται, h. l. ut Luc. xiv. 34. ad Apostolos, reliquosque religionis suæ doctores accommodavit Jesus. Quodsi enim Jesus ea, quæ v. 13—17. leguntur, illo ipso tempore protulit, optime et facillime explicabuntur de Apostolis et futuris religionis suæ doctoribus (Luc. 10.), quos adeo oculis designasse putandus est; Jesum autem hæc eadem alio tempore Apostolis dixisse memorat Lucas viii. 16. ibique, si Lucæ locum componimus cum Matth. xiii. 17. nexus longe arctior et accuratior est quam h. l. Putaverim ergo potius Matthæum nec h. l. temporis ordinem secutum esse, sed copulasse quæ v. 13—17. extant, cum præcedentibus, quoniam v. 12. commemorati erant προφῆται. —ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς] *vos estis et esse debetis sal terræ* i. hominum. Pro τὸ ἅλας Attici fere dixerunt ἅλες in plurali. v. Thomas Mag. h. v. neque tamen ἅλας iis omnino inusitatum. vid. interpp. ad Tho. Mag. et *Albertius* ad h. l. Sal cibos reddit sapidos, et impedit, quo minus putrescant, *ut nihil corporibus sole et sale utilius sit*, auctore Plinio xxxi. 9. sed metaphorice ponitur etiam de sapientia, ingenii acumine in loquendo et agendo, v. Terent. Eun. iii. 1. 10. Catull. lxxxvi. 4. et tanquam justitiæ virtutisque imaginem, salem descripsit Pythagoras. v. Diog. Laërt. viii. 1. 19. Quatenus ergo Jesu discipuli, futuri religionis doctores, doctrinam Christi tradebant, eamque vita et

πατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.. Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ 14
κόσμου. Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη·
Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, 15
ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.
Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως 16

factis exprimebant, (ap. Luc. viii. 15. præcedit verbum καρποφορεῖν et infra v. 16. καλὰ ἔργα memorantur) quatenus vita sua pariter atque doctrina mentes hominum immunes præstabant a vitiis et peccatis, veram hominum utilitatem et felicitatem promovebant, eosque in vitæ integritate conservabant, eatenus h. l. τὸ ἅλας τῆς γῆς dicuntur. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ] *si vero saporem perdiderit*. Pro μωρανθῇ in codd. nonnullis legitur μαρανθῇ· male ac perperam, cum verbum μαραίνεσθαι i. *marcescere, tabescere*, naturæ salis ne accommodatum quidem sit. Sed μωραίνεσθαι apud Dioscoridem sæpius legitur de rebus, quæ saporem perdunt, vid. *Albertius* ad h. l. et μωρὸς, ut Lat. *fatuus*, cum de hominibus usurpatur, notat *insipientum, stultum*, de cibis vero *insipidum*, ut *fatua beta* Martial. xiii. 101. *fatua placenta* ib. xi. 32. 8. v. *Albertius* et *Wolfius* in Curis ad h. l. Respondet μωρὸς Hebr. תָּפֵל, quod *insulsum, insipidum* notat, et *stultum, dementem*, v. Job. vi. 6. ubi Symmach. ἀνάρτυτον. Ezech. xiii. 10. ubi Aq. ἄναλον. Theod. ἀφροσύνη· Job. xxiv. 12. ubi תִּפְלָה Symm. expressit μωρία· add. Thren. ii. 14. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Luc. xiv. 34. Itaque μωραίνεσθαι h. l. de sale dicitur ita, ut sit, *saporem, salsedinem amittere*, quod sali accidere præter alios, ex *Maundrellio* docuit *Macknight*. Comment. harm. P. 2. p. 199. respectu autem discipulorum Christi μωραίνεσθαι est, doctrinam veram non tradere, nec vita exprimere. ἐν τίνι ἁλισθήσεται;] *quanam re salsedinem recipiet?* ἐν τίνι, Hebr. בַּמָּה, *quomodo?* ἁλισθήσεται non potest cum Luthero, aliisve, impersonaliter accipi, sed referri debet ad τὸ ἅλας· ut adeo ἁλίζεσθαι, Hebr. הִמָּלַח sit, *salsedinem recipere*. Nam sequitur εἰς οὐδὲν ἰσχύει i. e. sal si salsedinem amisit, eam recipere nullo pacto potest, est prorsus inutilis: et Marc. ix. 50. legitur: ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε. Jam h. l. omissa imagine, orationis cohærentia, quæ tribuenda est Matthæi coagmentantis artificio, constitui debet hunc in modum: Si vos apostoli et discipuli mei, futuri sapientiæ, doctrinæ meæ, doctores, persecutionibus et calamitatibus, earumque metu, vos deterreri patiamini, ita, ut meam doctrinam aliis non tradatis et interpretemini, neque constantiæ virtutumque omnium exempla sitis, quis vos corriget? inutiles eritis, neque digni, qui disciplinæ meæ alumni dicamini.

(14. 15.) ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου] *vos estis* et *esse debetis doctores hominum*, eos doctrinæ meæ luce collustrare debetis. φῶς de doctoribus perquam frequenter legitur, vid. ad Matth. iv. 16. Luc. ii. 32. Joh. i. 4 ss. viii. 12. ix. 5. ut אוֹר, Ies. xlix. 6. et Judæi doctores suos *lumina mundi*, (נר עולם) nominare solebant; v. *Wetstenius* ad h. l. et *Schættgenius* Hor. Hebrr. T. i. p. 25. a Græcis quoque et Latinis magni et conspicui viri, qui aliis saluti erant, dicebantur *lumina*. v. Cic. Cat. iii. 10. *Bosius* ad Joh. i. 3. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη] *urbs in monte sita non potest latere*: ita nec vos in occulto latere poteritis, omnium oculi et mentes in vosmet convertentur. (15.) Et ego qui vos magistros vitæ morumque hominum desiguavi, volo, ut meam doctrinam profiteamini, eamque vita et factis exprimatis, coll. v. 6. οὐδὲ καίουσι λύχνον] *neque solet lychnus accendi*: καίουσι pro καίεται, sed καίειν, quod prop. signif. *urere*, sæpe etiam notat: *accendere, incendere*, et respondet Hebr. בָּעַר, Ex. xxxv. 3. Græci veteres usi fere sunt formula λύχνον ἅπτειν (Luc. viii. 16.) et ἀνάπτειν, recentiores λύχνον καίειν. vid. *Kypkius* ad h. l. λύχνος, Hebr. נֵר, Græcis ἐλλύχνιον, *lucerna, candela*, sed λυχνία est instrumentum, quo lucerna sustinetur, *lychnuchus*, Græcis dicitur λυχνίον, vel λυχνεῖον· vid. Pollux, x. 115. μόδιος, *modius*, erat mensura aridorum; et modius Romanus capiebat sextarios XVI. sed Syrus interpres usus est h. l. vocabulo סאתא, ut adeo μόδιος respondeat Hebr. סְאָה (quod in versione Alexandrina exprimitur nomine σάτον, ut ab Aquila Gen. xviii. 6. 1 Sam. xxv. 18. atque indicetur mensura aridorum capiens sextarios XXIV. cf. Joseph. Ant. ix. 2. et *Eisenschmidt* de Ponderibus et Mensuris p. 164. Veteres autem consuevisse lucernas modio tegere, cum aliquid vellent occultare, vel clam facere, patet etiam ex Fulgentio Mythol. iii. 6.

(16.) Ita et vos lucem veritatis in animis vestris accensam non opprimere, sed diffundere undique ad illustrandas aliorum mentes debetis, ut, vestro recte factorum studio excitati, patrem vestrum cœlestem colant.

ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν
17 τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι
τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ
18 πληρῶσαι. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς

καλὰ et ἀγαθὰ ἔργα dicuntur omnia, quæ bona, recta, honesta, laude digna legibusque divinis sunt consentanea, ut Tit. ii. 7, 14. Eph. ii. 10. al. et h. l. referendum est tam ad doctrinam, quam ad virtutis studium, atque cohortatur Jesus his verbis discipulos suos, futuros religionis doctores, ut aliis præluceant non modo doctrina, sed etiam vita doctrinæ consentanea. Ἴδωσιν καὶ δοξάσωσι positum est pro ἰδόντες δοξάσωσι. Sed δοξάζειν τὸν Θεὸν h. l. est Deum colere, ita, ut præceptis doctrinæ divinæ convenienter vivas, actiones tuas omnes ad eorundem normam componas et dirigas. ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς id. qd. ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος vi. 32. Deus Optimus Maximus, ὁ ὕψιστος v. 45. coll. Luc. vi. 35.

(17.) Affirmat jam Jesus auditoribus suis, sua doctrina non abrogatum iri præcepta morum, in libris sacris Judæorum tradita, sed eam ob caussam se has in terras venisse, ut legibus illis majorem auctoritatem conciliaret. atque rectius et accuratius eas explicaret, quam Pharisæi explicare solerent. καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας] *ut verbis et factis abrogarem præcepta in libris sacris data.* Per τὸν νόμον et τοὺς προφήτας omnino significantur *libri Mosis et* (ἢ vid. ad Marc. vi. 15. not.) *Prophetarum*, ut Joh. v. 46, 47. Act. xv. 21. h. l. tamen nominatim *præcepta morum*, quæ Mosis Prophetarumque libri continent, ut infra vii. 12. xxii. 40. quod vel exinde planissime patet, quoniam v. 21 sqq. non leges ceremonias spectantes, sed non nisi præcepta morum afferuntur. καταλύειν, ut λύειν v. 19. apud exteros quoque scriptores frequenter notat: *legem abrogare* et *negligere, violare*; Joh. vii. 23. Isocrat. Evag. c. 11. extr. λύσαντες μὲν τὸν νόμον τοῦτον. Xen. Anab. iii. 1. 14. ἐκεῖνοι ἔλυσαν τὰς σπονδάς. Philostrat. V. Apollon. c. 40. νόμους μὲν καταλύεσθαι. v. *Kypkius, Raphelius, Bosius, Elsnerus, Læsnerus* ad h. l. ut apud Latinos *solvere*, v. c. Curt. x. 2, 5. *Græci haud ausi imperium aspernari, quanquam solvendarum legum id principium esse censebant.* Liv. viii. 7. *Quandoquidem tu T. Manli, quantum in te fuit, disciplinam militarem solvisti* i. neglexisti, contra agere ausus fuisti. add. Cic. Phil. i. 9. Jam cum v. 19. τῷ καταλύειν opponatur ποιεῖν καὶ διδάσκειν, et cum Christus in sqq. disputet adversus doctores Judaicos, qui doctrinam divinam docendo et vivendo perverterent, patet καταλύειν h. l. idem esse quod οὐ ποιεῖν καὶ οὐ διδάσκειν, adeoque notare: *verbis et factis abrogare, auctoritate sua privare legem, irritam reddere.* ἀλλὰ πληρῶσαι] *sed ut docendo vivendoque ea stabilirem.* πληροῦν non tantum significat *implere*, sed inter alia quoque *docere, tradere*. v. 1 Macc. iv. 19. ἔτι πληροῦντος αὐτοῦ· ubi in nonnullis codd. e glossemate legitur ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ· add. Joseph. Ant. xii. 7. 4. ut verbum מלא ap. paraphrastas Chaldæos Genes. vi. 7. Job. xxii. 22. v. *Vitringa* Obss. Sacrr. i. 5. 3. *Buxtorf* Lex. Talm. p. 451. *Schoettgen* Hor. Hebr. p. 270: porro *confirmare, tueri*, ut מִלֵּא, 1 Regg. i. 14. add. Joseph. Ant. vii. 14. 4. et *servare, observare*. Rom. viii. 4. Herodi. iii. 11. 9. πληρῶσαι ἐντολάς, *imperata facere*, v. *Elsnerus* et *Albertius* Obss. p. 383. Quonam vero sensu h. l. πληροῦν sit capiendum, ipse contextus docet. Explicatur nimirum hoc ipsum verbum v. 19. verbis ποιεῖν καὶ διδάσκειν. Itaque πληροῦν τὸν νόμον est, *servare leges, vita et factis exprimere, easque vere et accurate interpretari.* cf. et *Mori* Opuscc. T. i. p. 80 sqq.

(18.) ἀμὴν λέγω ὑμῖν] *profecto, mihi credite*, id. qd. in libris Græcorum εὖ ἴσθι ὅτι respondet Hebr. אָמֵן, quod prop. *veritatem* significat, et intellecta particula בְּ, vim habet particulæ asseverandi, ita ut idem valeat quod ἀληθῶς, v. Jer. xxviii. 6. ibique LXX. Luc. ix. 27. coll. Matth. xvi. 28. et ναί, v. Matth. xxiii. 26. coll. Luc. xi. 51. *Suiceri* Thes. Eccl. v. ἀμήν. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ] *citius cœlum ruet, et terra peribit.* παρέρχεσθαι, ut Hebr. עָבַר, notat *transire, præterire*, et adhibetur v. c. de nubibus prætereuntibus, Ps. xviii. 13. Jam cum ea, quæ prætereant, evanescant, significat quoque *interire, evanescere*, Ps. xxxvii. 36. Theocrit. Id. 27. h. l. v. *Albertius* ut Lat. *transire* Sil. It. ix. 46.—*cladi parce obvius ire, dum transit divum furor, et consumitur ira fortunæ.* ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ est periphrasis *mundi*, quo eodem sensu Hebræi ארץ et שמים copulant Gen. i. 1. al. Cæterum similes voces apud scriptores Græcos et Latinos frequenter recurrunt: *dum terra stabit, dum astra current* etc. Judæi autem, ut ex multis librorum Judaicorum locis perspici potest, mundum nunquam interiturum esse, potius renovatum iri, existimabant; unde patet, Christum bene potuisse h. l. comparare perpetuitatem τοῦ νόμου cum perpetuitate cœli terræque. Qua eadem comparatione usus est etiam Philo

καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ
νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν 19
ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώ-
πους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·
ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ

Lib. 2. de vita Mos. p. 656. B. *τὰ δὲ μόνου τούτου* (scl. *νομοθέτου νόμιμα*) *βέβαια, ἀσάλευτα, ἀκράδαντα, καθάπερ σφραγῖσι φύσεως αὐτῆς σεσημασμένα, μένει παγίως ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐγράφη μέχρι νῦν, καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα πάντα διαμενεῖν, ἐλπὶς αὐτὰ αἰῶνα ὥσπερ ἀθάνατα, ἕως ἂν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ὁ σύμπας οὐρανός τε καὶ κόσμος ᾖ.* *At hujus* (legislatoris Mosis leges) *solius firmæ, immotæ, inconcussæ perstiterunt, tanquam sigillis naturæ ipsius obsignatæ, jam inde usque ab illo die, quo primum scriptæ sunt, ad hanc memoriam ac porro mansurus in posterum spes est, et inveteraturus omnibus seculis, dum sol, luna, cœlum ipsum, mundus, denique universum exstabit.* Judæos autem hanc opinionem fovisse, colligi potest etiam ex Baruch. ii. 32. *ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, qui creavit terram, ut esset perpetua.* Ib. i. 11. *ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς·* ubi vita longissima cum perpetuitate cœli comparatur. Non nego quidem formulam *εἰς τὸν αἰῶνα*, in se spectatam, ambiguam esse, ab hoc loco tamen hæc ambiguitas aliena esse videtur, cum aliunde satis constet, Judæos putasse, Messiæ regnum *terrenum* fore perpetuum, ergo nec terra, ex eorum opinione, interire poterat. *ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου*] *ἕν, μία—οὐ μὴ* positum est ex Hebraismo pro *οὐδὲν* et *οὐδεμία*. Hebræi enim אחד et אחת copulare solent cum לא, ut Ps. cvi. 11. Ex. viii. 27. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 92 ss. et *Leusdenius* de Hebraism. N. T. ii. 4. 3. p. 106. ed. Fisch. *ἰῶτα* memoratur tanquam Hebræorum litera minima, et *κεραία* est *apex literarum, ductus, γράμματος ἄκρον*, ut a Grammaticis antiquis explicatur, sic v. c. ד et ר, ב et כ apice differunt. Procopius Gazæus in 1 Sam. xxi. 2. *ὅμοια γὰρ τὰ στοιχεῖα* (*Βὴθ καὶ Κὰφ*) *βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης.* Dicta autem sunt hæc verba: *ἰῶτα ἢ μία κεραία* per proverbium, iisque significatur: *nulla, ne minima quidem alicujus rei pars*, unde et ap. Luc. xvi. 17. simpliciter legitur *οὐδεμία κεραία·* v. *Vorstius* de Adagiis N. T. xi. 5. Cæterum *παρέρχεσθαι* cum de legibus officia spectantibus sermo sit, reddi debet, *irritum fieri, abolere*, atque adeo sensus est: nunquam præcepta morum abolebuntur, sed perpetuo sunt observanda. *ἕως ἂν πάντα γένηται*] Monent interpretes, hanc quoque formulam proverbialem esse, eamque vel explicant: *omnia illa citius evenient, quam ut νόμος intereat*; ut exacte respondeat formula verbis: *ἕως ἂν παρέλθῃ κ. τ. λ.* vel, *potius alia quævis* (sic *πᾶν* legitur in versione septuagintavirali Ex. xxxiv. 10. Ps. cxlvii. 20. cf. et *Gatackerus* ad Marc. Antonin. p. 78.) *evenient*, facilius erit, ut alia quævis sint eventura. Neque tamen has horum verborum interpretationes faciles et commodas dixerim, crediderim potius verba *ἕως ἂν πάντα γένηται*, e Luc. xxi. 32. in hunc locum esse translata.

(19.) *ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ*] Quo sensu *λύειν* h. l. positum sit, ad v. 17. ostendimus. *Hombergius* in parergis ad h. l. et *Schleusnerus* in Lex. sub h. v. *λύειν* interpretati sunt: *explicare legem; quicunque recte explicaverit unum ex his præceptis minimis.* Quanquam enim *λύειν* hoc significatu interdum legitur, v. *Krebsius* et *Kypkius* ad h. l., eum tamen aperte repudiare videtur orationis series. vid. v. 17. coll. 18. *μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων*] *unum horum præceptorum, quæ vulgo negliguntur et minima vocantur.* Dicta sunt hæc relate ad Pharisæos. Hi nimirum maximam partem simulatores pessimi, præcepta legis dividebant in gravia et levia, v. xxiii. 23. et existimabant, multa eorum negligi et violari posse ita, ut hac neglectione nulla contraheretur culpa, pœna digna, (1 Joh. iii. 4. Jac. ii. 10. 1 Thess. v. 22.) eas vero leges, quæ ritus externos spectarent, fere unice in numerum graviorum referebant. *καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους*] *idemque suaserit aliis*, nempe impune violari posse. *ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν*] *κληθήσεται* id. qd. *ἔσται, erit.* vid. ad v. 9. *ἐλάχιστος* Phavorinus hunc locum respiciens explicat: *ὁ ἔσχατος καὶ ἀπεῤῥιμμένος εἰς τὴν γέενναν.* Recte. Inest enim his verbis *μείωσις*, iisque h. l. eadem sententia exprimitur quæ v. 20. extr. legitur: *οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, atque adeo sensus est: eum pro meo non agnosco, non potest esse regni Messiani civis, et commodorum beneficiorumque ejusdem particeps. Usus autem est hac voce Jesus de industria, quoniam paulo ante præcepta *ἐλάχιστα*, Pharisæos pungens, commemorarat. *μέγας κληθήσεται*] *μέγας* cum opponatur *τῷ ἐλάχιστος*, dictum est pro *μέγιστος*, Hebræorum more, qui Positivis uti solent loco Superlativorum, v. Neh. viii. 17.

20 βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν μὴ περισ-
σεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρι-
σαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.
21 Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ᾽
22 ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,

1 Sam. viii. 14. Matth. xx. 26. xxii. 36, 38. v. *Glassius* Phil. S. p. 49. neque hæc loquendi ratio scriptoribus Græcis inusitata est Sophocl. Antig. 71. καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν. Schol. καλός μοι ἔσται ὁ ὑπὲρ ἀδελφοῦ θάνατος, τουτέστιν εὐκλεέστατος. Diod. Sic. p. 544. B. μεγάλην βασιλείαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην περιεποιήσατο de Philippo Macedoniæ rege. coll. p. 559. C. ubi μεγίστην τῶν μοναρχιῶν dixit. μέγας ergo, si sensum spectamus, erit: civis regni Messiani hoc nomine cum maxime dignus, beneficiorumque regni Messiani particeps.

(20.) ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη κ. τ. λ.] Vos pietatis et sanctitatis studio legisperitos et Pharisæos vincere debetis, sin minus, beneficiorum commodorumque quæ religio mea suis cultoribus præbet, non poteritis participes fieri. Etenim δικαιοσύνη, cum h. l. morum præcepta commendentur, indicat *pietatis et sanctitatis studium*, vitam præceptis divinis consentaneam; quo sensu et sæpiuscule Hebr. צדקה legitur. Quam in rem exempla in promptu sunt. περισσεύειν autem dicuntur ea omnia, quæ suo in genere sunt eximia, quæque adeo alia ejusdem generis vincunt. Hinc eo ipso verbo Alexandrini Cohel. iii. 19. expresserunt Hebr. מוֹתָר, *præstantia*, hinc et περισσὸν vocatur id, quod suo in genere egregium est, ap. Eurip. Hippol. 948. v. Eustathius ad Homer. Il. Υ. p. 369. add. 2 Cor. iii. 9. 1 Macc. iii. 30. et *Fischeri* Index Æschineus v. περιττός.

(21.) ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις] Quærunt, quonam sensu hoc loco τοῖς ἀρχαίοις accipiendum sit? Alii subaudiendum putant χρόνοις, *audivistis*, vel *didicistis olim dictum esse*, nempe a Mose. Alii τοῖς ἀρχαίοις interpretantur: *majoribus nostris dictum est*, πρὸς τοὺς ἀρχαίους, sed tunc Jesus haud dubie dixisset ὑμῖν δὲ λέγω ἐγώ· alii denique τοῖς ἀρχαίοις positum esse arbitrantur pro, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, *a majoribus traditum est*, et hæc interpretandi ratio reliquis omnibus præferenda mihi videtur. Scilicet Hebræi, Græci et Latini solent Dativum passivo jungere, loco Genitivi cum præpositione. v. *Er. Schmidius* ad Act. ii. 3. et *Kypkius* ad h. l. add. Gen. xxxi. 15. Ies. lxv. 1. Neque per τοὺς ἀρχαίους intelligi possunt Moses et prophetæ, his enim Christus nuspiam sese opposuit; nec ullibi in N. T. hoc nomine Mosis atque prophetæ veniunt. Sed Jesus h. l. interpretis legum divinarum personam agit, v. 17. ergo per τοὺς ἀρχαίους intelligi debent legis interpretes, et quidem e secta Pharisæorum, his enim sese opponens addit: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, v. 22. et loquitur de legibus divinis, quales erant ex corruptione et perversa interpretatione doctorum Judaicorum recentioris ævi, non quales a Mose traditæ erant, id quod planissime patet e v. 43. Etiam ἐῤῥέθη respondet Hebr. איתמר, quod haud raro in Talmude de majorum placitis adhibetur. Ergo per τοὺς ἀρχαίους significantur Judæorum doctores, qui ultimis ante Christum natum seculis, quibus in pejus ire cœperat theologia Judaica, floruerunt. Sic quoque Act. xv. 7. quæ haud multo ante evenerant, facta esse dicuntur ἀφ᾽ ἡμερῶν ἀρχαίων. Cæterum ἀκούειν h. l. est *discere*, ut Eph. i. 13. al. οὐ φονεύσεις· ὃς δ᾽ ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει] *ne occidas: qui occidit, in jus septemvirorum trahendus est.* Ultima verba ὃς δ᾽ ἂν κ. τ. λ. sunt interpretatio Judaicorum doctorum, qui verba legis nonnisi de cæde, quæ manu perpetratur, accipiebant. Quæ eadem interpretatio etiam v. xxvii. 33. subintelligi debet. Vocabulum κρίσις frequenter quidem *pœnam* indicat, veluti Matth. xxiii. 33. Marc. iii. 29. et משפט, Hos. v. 1, 11. ut adeo hæc verba reddi possint: *pœnæ obnoxius erit.* Cum vero v. 22. mentio facta sit συνεδρίου, quocum nomen κρίσις conjungitur, ibique gradatio locum obtineat, per κρίσιν intelligendum esse censeo septemvirorum judicium, in unaquaque civitate constitutum; a quo disceptabantur caussæ privatæ et levioris momenti, v. Joseph. B. I. i. 20. 5. deferebantur vero etiam ad illud caussæ gravioris momenti, et capitales Deut. xvii. 2, 5, 8. sed inde provocari poterat ad synedrium magnum. Vulgo quidem opinantur interpretes, hoc judicium in singulis oppidis constitutum, tribus et viginti viris constitisse, sed sine idonea caussa, nam Deut. xvi. 18. numerus judicum non definitur, et Joseph. Ant. iv. 8. 14. septem judices fuisse scribit; verba ipsius sunt: ἀρχέτωσαν καθ᾽ ἑκάστην πόλιν ἑπτὰ, οἱ καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν περὶ τὸ δίκαιον σπουδὴν προησκηκότες· ἑκάστῃ δὲ ἀρχῇ δύο ἄνδρες ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς· qualibet in urbe præsunt septem viri, et in virtute, et in studio æquitatis exercitati; unicuique autem magistratui tribuantur duo ministri e tribu

ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν

Levitica. v. *Krebsius* ad h.l. et *Wesselingius* de Judæorum Archontibus c. 11. p. 100 sqq.

(22.) Jam vero Jesus docet, judice Deo, eum graviter peccare, qui sine justa et idonea ratione alteri irascatur. ὁ ὀργιζόμενος εἰκῆ] qui temere, sine ratione et modo irascitur; sic εἰκῆ ap. τοὺς ό· Prov. xxviii. 25. ἄπιστος ἀνὴρ κρίνει εἰκῆ· Hesychius: εἰκῆ, ἀκαίρως, μάτην. Exod. xx. 7. pro ἐπὶ ματαίῳ Aquila habet εἰς εἰκῆ, in Hebraico ibi est לַשָּׁוְא v. *Albertius* ad h. l. et *Perizonius* ad Æl. H. V. iv. 1. Cæterum εἰκῆ "abest a B. xlviii. 198. Æth. Arab. polygl. Saxon. Vulg. et patrr. nonnullis. De consulto omissum esse, nulli dubitamus. Tantus enim erat plerorumque veteris ecclesiæ doctorum in morum disciplina rigor, ut non solum τὸ ὀργίζεσθαι εἰκῆ, sed omnem omnino iram lege christiana prohiberi censerent. Horum aliquis τὸ εἰκῆ, velut christianæ perfectionis studio officiens, et sanctissimo nostro magistro minus dignum, suspicabatur in textum insertum fuisse ab iis, qui commodiore via in cœlum pervenire cuperent. Expunxit igitur in suo codice. Hunc postea alii, iisdem præjudicatis opinionibus in transversum acti, sequebantur." Sunt verba *Griesbachii*, rectissime de hac hujus vocis omissione judicantis, in Commentar. Crit. in Matth. ad h. l. quem vide. τῷ ἀδελφῷ] *proximo, alteri.* Solent enim Hebræi vocabulum אָח sensu latiori adhibere, unde et Alexandrini, רֵעַ, ἕτερος, pluribus in locis exprimunt voc. ἀδελφὸς, et Hebr. viii. 11. ἀδελφὸς atque ὁ πλησίον inter se permutantur. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει] *is damnandus est a septemviris.* Hæc sunt comparative dicta, nec adeo proprie capienda. Nempe hæc est Christi mens atque sententia: Qui temere alteri irascitur, is me judice non minus pœna dignus est, quam is, qui propter flagitium commissum in jus septemvirorum trahitur, ab iisque damnatur; est ergo flagitiosus et pœna dignus. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ] *qui alterum hominem vanum nominat.* 'Ρακὰ vox convicii Judæis Christi ætate usitata, quam plures derivare solent a רָקַק, *conspuit, exspuit*, ut adeo ῥακκὰ (ita enim hac derivatione admissa scribendum est) sit vox καταφρονήσεως καὶ ὀλιγωρίας, atque idem quod κατάπτυστος, *conspuendus*, i. contemtu dignissimus, ut observarunt Chrysostomus et Theophylactus ad h. l. Alii vero rectius, ut opinor, hanc vocem eandem esse putant cum Chaldaica רֵיקָא cum Hebraica רֵק a רִיק *vacuum esse*, ut adeo indicetur, *homo vanus, vacuus cerebro, fatuus*, atque adeo sit hæc vox indignationis et contemtus, ac respondeat Græcorum κενός· vid. *Albertius* ad h. l. sicuti Judd. ix. 4. pro רֵקִים Alexandrini habent ἄνδρας κενούς. Jesus autem hac ipsa voce exempli loco utitur, et affert speciem pro genere, quo significet hominem alios temere conviciis proscindentem et contemnentem. Apposite igitur *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l.: non est in ipsa voce crimen positum, quippe et Jacobus ἄνθρωπε κενὲ ii. 20. et Christus duriora Pharisæis dixit; sed taxantur ii, qui malevolo animo, impotenti ac temerariæ iræ indulgentes, alios conviciis impetunt. ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ] συνέδριον, quod a Judæis dicebatur סַנְהֶדְרִין גְּדוֹלָה vel etiam absolute סנהדרין. vid. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 514. Act. v. 21. γερουσία, Luc. xxii. 66. πρεσβυτέριον· erat judicium summum ecclesiasticum et politicum apud Judæos, constabat e septuaginta assessoribus. Cognoscebat tantum caussas graviores et capitales, et pœnam lapidationis irrogare poterat, quæ erat pœna gravior, quam gladii, qua homicidæ afficiebantur, quamque irrogare poterant septemviri. cf. Joseph. Ant. ix. 1. 1. xx. 9. 1. *Seldenus* de Synedriis vett. Hebr. *Wetstenius* ad h. l. *Schleusneri* Lex. h. v. et not. ad ii. 4. et xxvi. 66. Sensus autem est: qui ita agit, qui alios temere conviciis proscindit et contemnit, is, mea et Dei sententia, *graviori* pœna dignus est, atrocius crimen committit. ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ] *qui alterum* (εἰκῆ) *sceleratum nominat:* eum ut sceleratum describit, eum calumniatur. Μωρὸς opponitur fere σοφῷ et φρονίμῳ. 1 Corinth. iii. 18. Matth. vii. 24. adeoque *hominem stultum, insipientem* notat. Sed Hebræi, ut plures V. T. loci docent. probitatem et pietatem nominare solebant *sapientiam*, improbitatem contra et impietatem, *stultitiam;* idolatras etiam dicebant stultos et amentes; Deut. xxxii. 21. coll. Ies. xliv. 12 sqq. inde נְבָלָה gravissimum scelus indicat Jos. vii. 15. et נבל, quod nostro μωρὸς respondet Ps. xiv. 1. Dei contemtorem indicat. add. 2 Sam. iii. 33. Job. ii. 10. Sir. l. 26. ὁ λαὸς μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις. cf. et *Nachtigall über das Wort* μωρὸς in *Henkii Neuen Magazin* B. 3. St. 1. p. 190 ss. Itaque μωρὸς h. l. indicat, *Dei contemtorem, sceleratum.* ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς] h. e. omnino, pœna *gravissima* dignus est. Γέεννα est Hebr. גֵּיא הִנֹּם vel גֵּיא בֶן־

23 γέενναν τοῦ πυρός. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ
θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τὶ κατὰ
24 σοῦ· Ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου,
καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε
25 ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου

הִנֹּם et uno verbo גְּהִנֹּם v. *Keuchenius* ad h. l. *vallis filiorum Hinnomi*, vallis amœnissima prope Hierosolymam, versus orientem. Hanc vallem Israelitæ olim ad Molochi cultum delegerant. v. 2 Regg. xvi. 3. Post reditum vero Israelitarum e captivitate in patriam, hunc locum ita abominati sunt, ut Josiæ regis exemplo, v. 2 Regg. xxiii. 10 sqq. cadavera, et omnis generis sordes eo projicerent, et cum ad hæc consumenda perpetuo igne opus esset, hinc locus ille vocabatur *γέεννα τοῦ πυρός*. Hinc etiam hac ipsa voce Judæi usi sunt ad significandum locum damnatorum. Hæc vero significatio in hac orationis serie non commode potest admitti, cum antea commemoraverit Jesus *κρίσιν*, *συνέδριον*. Et quanquam haud ignoro, a multis objici, non posse exemplis idoneis comprobari, vivicomburium Judæis in usu fuisse, hæc tamen objectio nos non impedire potest, quo minus adstipulemur interpretibus iis, qui hæc verba explicanda censent: *is dignus est qui in valle Hinnomi vivus comburatur*, nam verba ipsa non sunt nimis premenda, cum Jesus in universum hanc sententiam exprimere voluerit: hic pœna gravissima dignus est, pœna, quæ atrocitate sua ipsam lapidationem superet. Cæterum ad hæc verba subintelligi debet *βληθῆναι*, coll. v. 29.

(23. 24.) Sermo fuerat de ira intempestiva et inordinata, de odio et inimicitia; jam v. 23 sqq. amorem proximi, animumque placabilem commendant; et cum Pharisæi iracundiam, odium, calumnias, ad peccata leviora referrent, putarentque Deum hæc non magnopere curare, si modo sacrificia rite peragerentur, et reliqua præcepta cultum externum spectantia accurate observarentur: uberius h. l. docetur, cultum externum Deo non placere, nisi ab animo placato et benevolo profectum. *ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*] *si in eo es, ut offeras sacrificium tuum. προσφέρῃς offerre vis*, nam v. demum 33. legitur *ἐλθὼν πρόσφερε*· et verba, ut satis constat, sæpius ponuntur ita, ut conatum indicent, ut omissum sit *velle*. v. xxv. 26. Luc. xiv. 18. Ps. lvi. 1. lvii. 7. *Glassius* Phil. S. p. 201. Exempla e latinis scriptoribus depromta congessit *Gronovius* ad Liv. xxvii. 17. *τὸ δῶρόν σου, munus* i. sacrificium *tuum*. Respondet hæc vox Hebraicis קָרְבָּן (qua etiam usus est Marc. vii. 11.) et מִנְחָה quas Alexandrini voce *δῶρον* exprimere solent, Gen. iv. 9. al. ipsa autem formula *δῶρον προσφέρειν* sæpius utuntur *οἱ ό*· v. Gen. xliii. 26. Levit. iv. 23. etc. *κἀκεῖ μνησθῇς*] *ibique*, nempe in templo, ad altare, dum offerre vis sacrificium, *recordatus fueris*. *ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τὶ κατά σου*] *fratrem tuum a te offensum esse, eum habere, quod de te queratur*. Hæc eadem formula extat quoque Apoc. ii. 4. sed aliis in locis legitur: *λόγον ἔχειν πρός τινα*, Act. xix. 38. *ἔχειν μομφὴν πρός τινα*, Col. iii. 13.—(24.) *ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου*] *coram altari*, additum est, tanquam interpretamentum vocis *ἐκεῖ*, quæ præcesserat. *πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου*] *prius reconcilies tibi alterum, cum eo in gratiam redeas; διαλλάττεσθαί τινι, cum altero in gratiam redire*, Diod. Sic. p. 232. C. *μετὰ τὴν εὕρεσιν τῆς Περσεφόνης διαλλαγῆναι τῷ Διῒ τὴν Δήμητραν*, *inventa Proserpina cum Jove in gratiam rediit*, v. *Küsterus* de V. M. 1. §. 39. interpp. ad Thom. M. p. 235 sqq. et *Læsnerus* ad h. l.—*τότε ἐλθὼν*] *deinde redi*. v. ad ii. 20. Cæterum poterat omnino e sententia doctorum Judaicorum sacrificium ad altare relinqui, sed aliis levioribus de caussis, non vero ea de caussa, quam Jesus h. l. attulit v. *Schœttgen*, Hor. Hebr. *Lightfootus et Wetstenius* ad h. l.

(25. 26.) Sine mora cum adversario in gratiam redea. Affertur exemplum e re pecuniaria desumtum. Cæterum sententiam v. 25 sq. *ἴσθι εὐνοῶν* κ. τ. λ. propter solam argumenti similitudinem sententiæ præcedenti junctam esse, cum tamen allegoriæ, quæ utrique sententiæ subsit, diversitas, totiusque cohortationis v. 20—fin. œconomia, et Luc. xii. 58 sq. ubi hæc sententia per se accipienda est, totam hanc parænesin h. l. non a Christo pronuntiatam esse, clament, scite observavit *Pottus* in Diss. *de natura atque indole orationis montanæ*, p. 6. *ἀντίδικος*] est vocabulum forense, quo notatur omnino *adversarius*, *ὁ ἐναντίος*, et nostro quidem loco, *creditor*, qui pecuniam creditam a debitore repetit. Et hoc ipsum voc. in linguam Judaicam receptum est, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 136. אַנְטִידִיקוֹס. add. *Schœttgenius* et *Münthius* in Obss. e Diod. Sic. ad h. l. *Spanhem.* ad Aristoph. Nubb. 774. *ἴσθι εὐνοῶν*] *benevolo sis in eum animo*, i. e. in gratiam cum eo redi,

ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ· μήποτέ σε παραδῷ
ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ,
καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Ἀμὴν λέγω σοὶ, οὐ μὴ ἐξέλθῃς 26
ἐκεῖθεν ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. Ἠκούσατε 27
ὅτι ἐῤῥέθη †τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω 28
ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς,
ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ ὀφ- 29

27. † τοῖς ἀρχαίοις.

fac ut tibi sit amicus, id. qd. διαλλάγηθι] v. 24. conficias negotium cum creditore, ita ut promittas te velle certo tempore debitum soluere. ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ] *dum pergis cum eo ad judicem*, ita enim hæc verba interpretanda esse, docet locus parallelus Luc. xii. 58. Sed ἕως ὅτου est Hebr. עַד־אֲשֶׁר, 1 Sam. xxx. 4. simpliciter reddi debet *dum*, Judd. iii. 25. Vocabulo ὑπηρέτης, עֶבֶד, omnis generis ministri, etiam amici principum notantur; v. Prov. xiv. 35. hoc loco tamen indicat ministrum publicum, apparitorem, qui pœnam de reo exigit, ut Act. v. 22. Diod. Sic. p. 102 A. al.—(26.) οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην] *non prius inde exibis, quam ultimum solveris quadrantem.* Formula ipsa proverbialis est, qua omnino significatur, donec exacte reddideris omnia. Qui non cum altero in gratiam redit, is suam conditionem deteriorem reddit. Hæc est sententia universalis. κοδράντης est Latinorum *quadrans*, nummus Judaicus, qui chalcum atticum dimidium sive δύο λεπτὰ æquiparabat, *zwey Pfennige.* cf. omnino *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 448 sqq. *Spanhemius* de Usu et Præst. Numism. T. i. p. 20 s. et *Gronovius* de pecunia vetere p. 437.

(27. 28.) Pravas cogitationes culpa carere, erat quoque doctorum Judaicorum placitum. Hinc et nonnisi adulterium externum, quod committeretur ab iis, qui re ipsa uxores alienas adulterarent, lege Exod. xx. 13. vetari statuebant. Jesus vero h. l. docet, etiam libidine et cupiditate turpi hoc idem præceptum violari. τοῖς ἀρχαίοις a pluribus codd., verss. et patrr. abest, e v. 21. et 33. h. l. insertum esse, monuit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. (28.) πᾶς ὁ βλέπων τὴν γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς] *qui adspicit mulierem ita, ut ejus turpi amore flagret.* βλέπειν positum est pro ἐμβλέπειν, et respondet Hebr. נָבַט quod hoc ipso verbo Græco Alexandrini expresserunt Ies. v. 12, 30. li. 1, 2. atque ראה Ies. xvii. 7. πρὸς] *ita ut*, Hebr. לְ, Lev. xxvi. 15. ubi οἱ ό· vertunt ὥστε· add. Act. v. 4. Polyb. Hist. xi. 7. ἐπιθυμῆσαι] est, *turpi alicujus amore flagrare, cupere cum aliqua rem habere*, ut ap. Antonin. Lib. c. i. ταύτην ἰδὼν—ἐπιθύμησεν αὐτῆς. Artemidor. Oneirocr. i. 76. ἐρωτικῶς διακείμενός τις καὶ ἐπιθυμῶν τῆς γυναικός. v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Pro αὐτῆς plures codd. habent αὐτήν· quæ lectio præferenda videtur. Scilicet usitatiorem constructionem in locum minus usitatæ substituerunt librarii. Exod. xx. 17. οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου. Verbum μοιχεύειν, quod cum accusativo copulatur, ut ap. τοὺς ό· Levit. xx. 10. Aristænet. epp. i. 20. τὴν σύνοικον ἐμοίχευσε τὴν ἐμήν. Diod. Sic. ii. 14. μοιχεύει τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ. Justin. Martyr. Apol. i. 5. γυναῖκας μοιχεύειν, add. Æschin. Dial. ii. 14. est Hebr. נָאַף, *adulterum esse*, Jer. iii. 9. Exod. xx. 14. Levit. xx. 10. Itaque ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ est, *jam commisit adulterium in animo suo.* Cæterum similis sententia legitur ap. Ælian. H. V. xiv. 28. οὐ μόνον ὁ ἀδικήσας κακὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι. Juvenal. Sat. xiii. 208 sqq. *Has patitur pœnas peccandi sola voluntas; Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum Facti crimen habet.* Ovid. Am. iii. 4, 5. *Si qua metu demto casta est; ea denique casta est: Quæ, quia non liceat, non facit: illa facit. Ut jam servaris bene corpus; adultera mens est:—Omnibus occlusis intus adulter erit.* Seneca de Ira, i. 3. *injuriam qui facturus est, jam facit.*

(29. s.) Eadem alio tempore à Christo prolata leguntur Matth. xviii. 9. sed est omnino nexus orationis h. l. facilior et accuratior. *Si te offendit oculus tuus dexter, eum eruere, et abjicere debes, præstat enim tibi perire unum membrum corporis tui, quam ut integro corpore pœnas gravissimas subeas.* Ea quæ h. l. de corporis membris exscindendis et abjiciendis leguntur, non esse proprie intelligenda, ipsa orationis series unumquemque facile docet. Jam vero constat, Hebræos cupiditates pravas, voluptates et libidines comparare solitos esse cum membris corporis, unde v. c. oculus malus, ὀφθαλμὸς πονηρὸς haud raro indicat invidam. conf. etiam Job. xxxi. 1. Rom. vii. 23. vi. 13. atque adeo *evellere oculum, amputare manum* est id. qd. Gal. v. 24. σταυροῦν τὴν σάρκα·

θαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε
ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου,
30 καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ
δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε
ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν
31 σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Ἐῤῥέθη
δὲ ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀπο-

Col. iii. 5. *νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.* Sensus ergo est: coercete, reprimite cupiditates vestras pravas, omni opera, omnique studio cupiditatum illecebris resistite, quamvis maxime arduum et difficile hoc vobis videatur, præstat enim, vel cum summo dolore reprimere hac in vita cupiditates pravas, et ita olim servari, quam iis obsequi, et pœnas subire in altera vita gravissimas. Similis locus Senecæ, ep. 51. *Projice, quæcunque cor tuum laniant, quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis evellendum esset.* Heliodor. Æthiop. Lib. ii. p. 104. *τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοῖς τῆς ψυχῆς ἀντιστῆναι.* — *σκανδαλίζει σε*] *σκάνδαλον*, ut Hebr. מִכְשׁוֹל, prop. est *offensaculum quodvis*, id. qd. *πρόσκομμα*, ut Judith. v. 1. *καὶ ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα, posuerunt in campis offendicula*, deinde ita per metaphoram vocatur omne id, quod occasionem ad peccandum, quod exitii caussam præbet, sive sit res, sive persona. Sap. xiv. 11. *εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων.* Hinc *σκανδαλίζειν* prop. est, ut Hebr. הִכְשִׁיל, *offensaculum opponere pedibus alicujus*, deinde metaphorice *dare alicui occasionem ad peccandum*, etiam, *irritare, ad iram provocare aliquem*; medium *σκανδαλίζεσθαι offendere, labi*, deinde, *peccare, delinquere, in errores incidere.* vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 96 ss. et *Fischerus* ad *Leusden.* de Hebraism. N.T. p. 40. Ergo h. l. si oculus tuus animum tuum amore turpi incendit et inflammat. *ὀφθαλμὸς ὁ δεξιὸς*] *dexter*, acerrimus adeoque carissimus. Aristot. de animal. incessu c. 4. *φύσει βέλτιον τὸ δεξιὸν τοῦ ἀριστεροῦ.* *συμφέρει σοι*] Hebr. טוֹב לְךָ, sed טוֹב Alexandrini per *συμφέρει* exprimunt Jer. xxvi. 14. pro quo Matth. xviii. 8. *καλόν ἐστι* legitur, ut Marc. ix. 42. *καλόν ἐστι μᾶλλον*· quod adverbium *μᾶλλον* Matth. l. l. subintelligendum est vid. *Bosius* Ellips. s. *μᾶλλον*· *Kypkius* et *Münthius* ad Matth. xviii. 8. Vocabulum טוֹב sequi jubent Hebræi in tali orationis serie particulam ל, ut Eccl. vii. 2. quæ haud raro respondet Græcorum particulæ *ἵνα*· et h. l. *συμφέρει ἵνα ἀπόληται* dictum est pro, *συμφέρει ἀπολέσθαι, ἢ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν*· de qua ultima voce vid. ad v. 22. Matth. xviii. 9. legitur: *εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς*, quæ formula ibi respondet verbis v. 8. *εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον* atque significantur ut h. l. pœnæ et supplicia, quæ improbitatis studiosos post mortem manent, sicuti formula *εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν* ibid. indicat felicitatem in altera vita exspectandam. Pro *βληθῇ* in codd. et verss. nonnull. est *ἀπέλθῃ*, quod tamen verbum e Marc. ix. 43. in hunc locum translatum est. Cæterum quæ v. 30. leguntur, idem flagitii genus respiciunt, de quo v. 29. sermo est.

(31.) Recte opinor *Pottus* et *Eichhornius Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 2. p. 354. monuerunt, ea quæ h. l. v. 31, 32. leguntur, a Christo dicta esse alio tempore, cum nimirum ei quæstionem captiosam proposuissent Pharisæi, coll. Matth. xix. 2 sqq. Matthæum vero propter argumenti similitudinem præceptis ante datis ea h. l. adjunxisse. Jam quod hunc locum attinet, tenendum est, licuisse Judæis uxores dimittere, re non denuntiata magistratui, deinde, Jesum neque h. l. neque Matth. xix. 3. leges civiles dare voluisse, (vid. *Reinhardi* System d. christl. Moral, B. 3. p. 434 ss. *Dœderleinius* de Christo a legibus civilibus ferendis alieno, in Opuscc. theologg. p. 73 sqq.), porro, eum reapse non contradixisse Mosi, qui nec ipse probaverit divortia sui temporis arbitraria, vid. xix. 8. ibique notata; denique, doctores Judaicos Christi ætate locum Deut. xxiv. 1. qui de divortiis agit, non uno modo explicuisse. Scilicet qui disciplinæ *Hillelis* erant addicti, provocantes ad verba Mosis Deut. xxiv. 1. *si invenerit maritus in uxore* ערות דבר (h. e. inhonestum, vitium), *scribat ei divortii libellum* etc. statuebant: uxorem repudiari posse, cum *ob crimen aliquod gravius et turpius*, tum *etiam* על כל דבר, *κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ob quamcunque caussam*, etiam *levissimam*, dummodo uxori daretur libellus divortii. Contra schola *Sammeæ*, quæ quoque ad illum locum provocabat, contendebat, non ob caussam *quamcunque*, sed tantum propter *rem turpem, μοιχείαν* s. *πορνείαν* uxorem posse dimitti. vid. *Seldenus* de uxore Hebræa iii. 18 ss. *Buxtorf.* de synagog. Jud. c. 29. *Lightfoot.* Hor. Hebr. et Talm. et *Wetstenius* ad h. l. *Hottinger.* de usu scriptt. Hebraicc. in N. T. p. 404. in Syntagm.

στάσιον· Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα 32
αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι·

Rhenferdiano. *Wolfius* in Curis et *Krebsius* ad h. l. Mosen eodem sensu illa verba Deut. l. c. cepisse, quem iis substituebant qui disciplinæ erant Hillelis, satis perspicue patet e verbis Christi Matth. xix. 3 ss. coll. Marc. x. 2 ss. neque tamen Mosen divortia arbitraria probasse, e Matth. xix. 8. et Gen. ii. 24. perspici potest. Doctores autem Judaici male ac perperam institutum civile commutabant cum præcepto morali. Jesus igitur, qui leges civiles dare nolebat, h. l. docet, quanam in caussa, salva religione, ita ut conscientia non exoneretur, uxori possit libellus divortii dari. ἐῤῥέθη scl. τοῖς ἀρχαίοις. Particula ὅτι redundat, cum verba doctorum Judaicorum laudentur, v. ad ii. 23. ἀποστάσιον prop. est *divortium, repudium*. Hesychius: ἀποστάσιον· τὸ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα καὶ γράψαι ἀποστάσιον. Deinde per metonymiam ita dicitur *libellus repudii*, βιβλίον ἀποστασίου xix. 7. Marc. x. 4. h. l. סֵפֶר כְּרִיתֻת. Deut. xxiv. 1, 3.

(32.) ὃς ἂν ἀπολύσῃ] in pluribus codd. legitur: πᾶς ὁ ἀπολύων e Luc. xvi. 18. παρεκτὸς λόγου πορνείας] pro simplici παρεκτὸς πορνείας id. qd. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ xix. 9. λόγος redundat more Hebræorum, qui עַל־דְּבַר ponere solent pro simplici עַל. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 372. Sic 2 Macc. iii. 6. πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον id. qd. πρὸς τὰς θυσίας. Tob. xii. 6. λόγοι τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, pro τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· coll. v. 7. Πορνεία latissime patet, et omnis generis impudicitiam indicat, h. l. intelligi debet *adulterium*, quo vinculum matrimonii dissolvitur, v. 1 Cor. vi. 16. Matth. xix. 6, 9. nam est de uxore sermo, ut v. 28. et Ex. xx. 14. Levit. xx. 10. Deut. xxiv. 1. quos locos Jesus respexit; etiam Hesych. atque Auctor Etymol. M. τὸν μοιχὸν dicit πόρνον· et de uxore, quæ Hos. iii. 1. vocatur μοιχαλὶς, ib. iii. 3. adhibetur verbum πορνεύειν· Amos. vii. 17. ἡ γυνή σου ἐν τῇ πόλει πορνεύσῃ, cf. et *Salmasius* Fœn. trapez. p. 142 ss. Cæterum ad παρεκτὸς πορνείας subintelligi debet: καὶ γαμήσῃ ἄλλην, coll. xix. 9. ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι] vulgo interpretantur: occasionem dat ad committendum adulterium; novo marito invento illa, leni de caussa a te dimissa, adulterium committit; καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται] et qui levibus de caussis dimissam ducit, adulterium committit, adulter est. coll. xix. 6, 9. Rom. vii. 2. At enimvero si locos parallelos comparamus, patet, Jesum non de uxore adulterium committente dixisse, sed ostendere voluisse, quomodo quispiam in crimen adulterii incurrere possit: Nam Luc. xvi. 18. legitur: πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ γαμῶν ἑτέραν, μοιχεύει Marc. x. 11. μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν· add. Matth. xix. 9. Præterea de uxore, quæ adulterium committit, Joh. viii. 4. adhibetur μοιχευομένη. Itaque adstipulor potius *Eichhornio Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. iv. p. 148. *Einleit.* Th. i. pag. 483. et *Boltenio* ad h. l. qui apposite monuerunt, inesse his verbis vitium interpretis Græci commentariorum Matthæi. Scilicet in archetypo extabat מְנָאֵף quod exprimi poterat: qui uxorem dimittit, *adulterium committit*, et ita cepit interpres Matth. xix. 9. et v. extr.; quodsi vero ad מְנָאֵף subintelligebatur אֹתָהּ, reddi poterat ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι, et ita h. l. minus recte interpres ille expressit. Sensus igitur est: qui uxorem repudiat, nisi intercesserit adulterium, aliamque ducit, is adulterium committit, et qui eam propter alias caussas, præter adulterium, dimissam ducit, is quoque committit adulterium. Respexit autem Jesus naturam matrimonii, et leges a natura Deoque (Gen. ii. 24.) præscriptas, e quibus matrimonium, nisi intercesserit adulterium, dissolvi nequit; v. xix. 6. 8. *Hugius* in Diss. *de conjugii christiani vinculo indissolubili*, Friburgi 1816. 4. verba quæ Matth. xix. 9. leguntur εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, contra codd. fidem, a grammaticis adscripta, et a librariis male sedulis in ordinem translata putat. Præterea statuit: Jesum in oratione in muneris aditu habita Matth. v. 32. mitiorem sententiam, posse dimitti uxorem ob crimen adulterii, dixisse de connubiis ante rei christianæ origines junctis a *Judæis*, qui societati christianorum adoptari vellent. Christum fere, ut Mosen, necessitati, quam anterior rerum status advexisset, cessisse, et quæ omni ex parte recusari non potuissent, cum temperamento admisisse; et ita conjugia superiora ad disciplinam civitate christiana dignam, quoad fieri potuisset, revocasse, jusque antiquum debito honore persecutum, cum sanctioribus præceptis pro tempore conciliasse (pag. 18). Sed Matth. xix. 9. Jesum declarasse, quid in schola christiana proprie scitum esse vellet, præsentibus et id postulantibus virorum discipulis, ex opinione gentis suæ, juris omnis divini et humani scientissimorum (pag. 16); Matthæum mentionem injecisse exceptionis a Jesu factæ in caussa adulterii, quod Evangelium ediderit, ut proxime popularibus suis inserviret, adeoque eum hanc legem prætermittere nullo modo potuisse (pag. 18). *Marcum* vero et *Lucam*, qui potissimum ad erudiendos gen-

33 καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. Πάλιν
ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀπο-
34 δώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,
μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ

tiles opera sua instituerint, probe gnaros legem e temporis necessitate originem traxisse, quamvis vetera conjugia Græcorum et Romanorum ex eadem lege æstimari potuerint, eam tamen ut temporariam, quæ cessaret aliquando, ad memoriam posteritatis transmittere noluisse, et unice retulisse in commentarios legem omnibus omnium temporum et populorum christiani cultus sectatoribus datam. Diversum igitur consilium effecisse, ut illi in ea una substiterint, Matthæus vero ambas memoriæ prodiderit (pag. 18). Equidem his rationibus non possum adduci ut assentiar. Etenim nullum reperitur indicium, e quo colligi possit, præceptum illud Christi, quod Matth. v. 32. legitur, fuisse temporarium, et tantummodo Judæis datum, qui ad Christi signa sese conferre vellent, et jam matrimonia contraxissent. Nec perspicitur, cur Jesus severius egerit cum gentilibus, qui antequam christiani fierent, connubia ita contraxerant, ut iis liceret divortia facere. Adversatur etiam *Hugii* sententiæ Augustini auctoritas, qui ep. 89. scribit: *ambobus quippe christianis dominus præcepit, ne quisquam dimittat uxorem excepta caussa fornicationis.* Quare statuendum, est Matthæum Christi sermones plenius et accuratius reddidisse, Marcum x. 11 sqq. et Lucam xvi. 18. brevius, adeoque verba Christi a Marco et Luca omissa, Matthæo auctore mente et cogitatione nostra addenda esse.

(33.) Pharisæi juramenta dividebant in gravia et levia; docebant, non esse pejerandum, si quis per Deum juraret: ejusmodi vero jurandi formulæ, in quibus nomen Dei omitteretur, sanctitatis opinionem apud eos habebant fere nullam, unde nec ipsi, nec ipsorum discipuli a juramentis vanis ac temerariis valde abhorrebant, v. *Lightfoot.* Hor. Hebrr. et Talm. ad h. l. Matth. xxiii. 16. Ab hac ad juramenta proclivitate sectatores suos h. l. Jesus dehortatur, neque adeo omne jusjurandum, etiam illud quod ad veritatem explorandam a judice exigitur, iis interdicit, sed tantum crebra illa, et temeraria juramenta, quæ in vita communi et in quotidiano sermone audiebantur, id quod vel exempla a Jesu deinceps prolata planissime docent. πάλιν] *porro, item*, ut iv. 7. οὐκ ἐπιορκήσεις κ. τ. λ.] respiciuntur loci Ex. xx. 7. Levit. xix. 12. ἐπιορκεῖν *pejerare, falsum jurare*, non ex animi sententia jurare, et *jusjurandum violare*, jurejurando promissa non servare, etiamsi ex animi tui sententia juraveris. Utramque verbi significationem h. l. conjungendam esse, ut Ex. et Lev. ll. ll. et Deut. v. 11. docuit *Raphelius* ad h. l. Sic Isocrat. ad Demonic. p. 10. verbo ἐπιορκεῖν opposuit verbum εὐορκεῖν h. e. *liquido jurare:* et ap. Xen. Anab. iii. 2, 6. verbo ἐπιορκεῖν opponitur formula ἐμπεδοῦν τοὺς ὅρκους i. e. *jusjurandum servare*, atque ἐπιορκεῖν exponitur τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους λύειν. cf. *Sturzii* Lex. Xenophont. s. v. ἐπιορκεῖν. ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου] *Sed quæ Deo juraveris, persolvito.* Alii hæc verba interpretantur: *servato vota Deo interposito jurejurando facta*, et respexisse putant Jesum locos Deut. xxiii. 21. Num. xxx. 3. et ὅρκους explicant εὐχὰς, נְדָרִים, vota autem ὅρκους dicta esse monent propterea, quod vota interposito jurejurando fieri soleant. At non est in sequentibus de votis, sed omnino de juramentis iisdemque in vita communi solennibus sermo; et voc. נדרים Alexandrini interpretes non expresserunt vocabulo ὅρκοι, sed voce εὐχαί. Itaque potius arbitror, verba ἀποδώσεις κ. τ. λ. pro interpretatione doctorum Judaicorum esse habenda, (ut v. 21. ὃς δ' ἂν φονεύσῃ κ. λ.) qui jusjurandum per Dei nomen præstitum sancte servandum esse præcipiebant; ut adeo verba ipsa reddi debeant: *serva, persolve, quæ Deo*, κυρίῳ, *jurasti.* Sic etiam nexus inter doctrinam Pharisæorum, his ipsis verbis expressam, et oppositam Christi doctrinam existit longe facilior. ἀποδιδόναι est *dare, persolvere*, et prop. dicitur de iis, qui debita solvunt; v. Theophr. Char. xi. 5. et *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. respondet h. l. verbo Hebr. שִׁלֵּם. Job. xxii. 27. Ps. lxvi. 13.

(34. 35.) ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ κ. τ. λ.] *ego vero vobis præcipio, ne omnino juretis; neque per cœlum* etc. Jesum his verbis non omnem omnino jurisjurandi usum, etiam in foro, prohibere voluisse, et contraria Apostolorum ac primorum christianorum consuetudo, et literæ sacræ v. Ex. xxii. 10. Deut. vi. 13. Hebr. vi. 16. et ipsa orationis series, satis superque docent. Interdicit Jesus h. l. juramenta illa solennia et vulgaria, quæ in quotidiano sermone audiebantur, ut Jacobus v. 12. qui hanc ipsam Christi cohortationem, ut perquam probabile est, respiciens, scribit: μὴ ὀμνύετε, μήτε τὸν οὐρανὸν κ. τ. λ. ubi v. *Pottius.* Non ergo audiendi sunt, qui cum *Heinsio* vulgarem interpunctionem h. l. delendam censent, ut verba sonent: *ego vero præcipio, ne omnino*

Θεοῦ· Μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· 35
μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασι-
λέως· Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι 36
μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι. Ἔστω δὲ ὁ λόγος 37

*juretis sive per cœlum* etc. quæ interpretatio contorta est, quave admissa, omnis vis oppositionis perit. ὀμόσαι] notat *jurare*, non, *pejerare*, ut nonnulli citra necessitatem, nec prolato, ad confirmandam hanc hujus verbi significationem, exemplo, voluerunt. Repudiat etiam hanc significationem v. 37. et locus parallelus Jac. v. 12 s. ubi Apostolus hæc Christi verba respexit; add. Matth. xxiii. 16. Verbum ὀμνύειν est Hebr. נִשְׁבַּע, quod construitur cum præpositione בּ, ἐν, Gen. xxii. 16. Jos. ii. 12. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 663 sqq. ἐν τῷ οὐρανῷ—ἐν τῇ γῇ] *per cœlum, per terram*, jurare aliquid tam certum esse, quam cœlum sit et terra. Ejusmodi autem jurandi formulæ non tantum usitatæ erant apud Judæos, v. *Carpzovius* in Exercitt. in ep. ad Hebr. vi. 8. p. 276 sq. Philo de spec. Legg. p. 770. A. ubi jurare quidem per Deum non permittit, sed per terram, solem, stellas, cœlum, totum denique mundum: προσλαβέτω τὶς εἰ βούλοιτο, μὴ μὲν τὸ ἀνωτάτω καὶ πρεσβύτατον εὐθὺς αἴτιον, ἀλλὰ γῆν, ἥλιον, ἀστέρας, οὐρανὸν, τὸν σύμπαντα κόσμον· *sed adjiciant, si libeat, juramento, non quidem summum et antiquissimum rerum conditorem, sed terram, solem, cœlum, mundum universum.* add. *Lightfootus* Horr. Hebr. et Talmudd. ad h. l. verum etiam apud gentiles. v. Aristoph. Plut. ii. 1, 15. Virg. Æn. xii. 176, 197. ix. 429. Catull. lxvii. 40. Juvenal. Sat. viii. 105. Apoll. Rhod. 699. *Jensius* in Ferc. Liter. p. 12. ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ] Athen. v. 4. p. 192. ὁ θρόνος αὐτὸ μόνον ἐλευθέριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες, ἐντεῦθεν αὐτὸν ὠνόμασαν θρόνον, τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καθίζεσθαι τάσσουσιν. Cœlum dictum est θρόνος, כִּסֵּא, τοῦ Θεοῦ h. l. Ies. lxvi. 1. coll. Act. vii. 49. ut declararetur insignis potentiæ ejus et majestatis magnitudo, ut significaretur eum esse dominum mundi. Christus autem his verbis ostendere voluit, eos qui per cœlum jurarent, censendos esse testem illum invocare, cui cœlum pro solio sit, qui dominus sit cœli et terræ, esse ergo ejusmodi jusjurandum sanctum, nec temere et pro arbitrio in vita communi jurandum. (35.) ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ] *subsellium ejus est*, הֲדֹם רַגְלָיו, Ies. lxvi. 1. qui per terram jurat, jurat per eum qui terram creavit, qui terrarum dominus est. ὑποπόδιον a Pausania v. 11. p. 402. viii. 37. p. 675. ὑπόθημα τὸ ὑπὸ τοῖς ποσὶ dicitur. εἰς Ἱεροσόλυμα, *per Hierosolymam.* εἰς pro ἐν, ut ii. 23. al. Hierosolymis Dei templum erat, eratque adeo hæc urbs Deo sacra. Deum Judæi sibi cogitabant tanquam ipsorum regem supremum, Ps. xcv. 3. Ies. xli. 21. hinc h. l. dicitur μέγας βασιλεὺς i. e. rex maximus, supremus, μέγας enim positum est pro μέγιστος. vid. ad v. 19. Qui per Hierosolyma jurat, jurat per Deum, cui urbs sacra est.

(36. 37.) μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς] *neque per caput tuum jurare licet.* Perdam caput, vitam, ni verum dixerim. Cod. Berachoth. f. 32. Elias quidem jurat: חיי ראשך וחיי *per vitam tuam et vitam capitis tui.* v. *Lightfootus* ad h. l. Gentiles quoque per caput suum non minus quam aliorum, qui ipsis carissimi essent, jurare solebant. Juvenal. Sat. viii. 106.—*juro caput, Anna, tibique Germanæque tuæ dilectum mitis Iuli.* Horat. ii. 8. 5. *Sed tu, simul obligasti Perfidum votis caput.* Virg. Æn. ix. 300. *Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.* Ovid. Trist. v. 4. 45. *Per caput ipse suum solitus jurare tuumque Quod scio non illi vilius esse suo.* add. Martial. ep. ix. 49. Plin. ep. ii. 20. —ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι] *nam ne unum quidem pilum album aut nigrum producere potes*, multo minus es vitæ tuæ auctor et dominus, sed caput tuum, vita tua, est Dei donum, si per caput tuum juras, Deum, vitæ tuæ auctorem, testem ac vindicem invocas. οὐ μίαν id. qd. οὐδεμίαν. Comæ nigræ cum apud auctores Græcos et Latinos laudentur tanquam juventutis signum, albæ, senectutis, et nemo facile nigredinem capillorum in canitiem mutari cupiat, sæpius contra capilli albi in nigros arte mutentur: *Wakefieldius* in Curis exeget. et crit. ad h. l. particulam ἢ delendam, et scribendum esse putabat, λευκὴν, μέλαιναν ποιῆσαι, *ex albo nigrum facere*, quam conjecturam etiam tuentur cod. Steph. Pers. et Chrysost. Sed vulgaris lectio sana est. Etenim non est h. l. de coloris capillorum mutatione, sed de nova productione unius capilli nigri vel albi, propriis viribus facta. (37.) ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν—ναὶ ναί· οὒ οὔ] hæc verba posita sunt pro: ὁ λόγος ὑμῶν ὁ ναὶ *oratio ajens*, ἔστω ναί· et ὁ λόγος ὑμῶν ὁ οὒ *oratio negans*, ἔστω οὔ· h. e. cum vobis aliquid affirmandum est, in vita communi, simpliciter affirmate; cum negandum, negate, haud addita jurandi formula. Sit simplici sermoni gravitas atque veritas eadem, ac si juramento esset firmatus. τὸ δὲ περισσὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ

ὑμῶν, Ναὶ ναὶ, Οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ
38 πονηροῦ ἐστιν. Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Ὀφθαλμὸν ἀντὶ
39 ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ
ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ· ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν
40 σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· Καὶ τῷ θέ-
λοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ

ἐστιν] *oratio non simpliciter affirmans vel negans, impia, nefaria est.* Neutrum πονηρὸν vim substantivi habet. Hebræi autem per substantivum addito מִן vel מ, ἐκ, exprimunt adjectivum, v. *Storrii* Obss. p. 449. ut Arabes, vid. Sura ii. 63, 100. iii. 28. Lokman. fab. 24. *Bolten* ad h.l. itaque ἐκ τοῦ πονηροῦ positum est pro πονηρόν ἐστιν. Alii vertunt: *a genio malo proficiscitur*, et per τὸν πονηρὸν intelligunt Satanan, ita ut particula ἐκ notet caussam efficientem, ut Hom. Il. α'. 63. καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

(38. 39.) ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος] scl. δώσεις, *oculum pro oculo, dentem pro dente.* Respiciuntur loci Exod. xxi. 24. Lev. xxiv. 19. Deut. xix. 21. Similis lex fuit Atheniensibus a Solone data; Diog. Laërt. in Solone i. 57. ἐὰν μὲν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο. Verisimile autem est, minorum injuriarum talionem apud Israelitas, si vulneratus vellet, pecunia potuisse redimi, quæ fuit etiam sententia Josephi Ant. iv. 8. 35. v. *Rosenmüllerus* in Schol. ad Ex. l. c. et *Michaëlis Mos. Recht*, P. 5. §. 240 ss. Ita etiam erat in legibus XII. tabularum: *Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio est.* Jam ex lege Mosis, præcipue e Deut. l. l. apparet, jus talionis non nisi judicis decreto exercitum fuisse, sed doctores Judaici idem jus talionis privato cuique, cui alter injuriam intulisset, liberum judicabant. Huic ergo perversæ opinioni Jesus h. l. sese opponit, ita ut omnino doceat, abstinendum esse cultoribus suis a vindicta privata, æquo animo potius injurias illatas esse patienter ferendas, si ex judicis decreto, (parum autem favebant magistratus disciplinæ christianæ alumnis) vindicari vel alia legitima et christiano digna ratione injuriæ illatæ depelli non possent. (39.) μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ] *ego vero vos jubeo, non vicissim malum rependere injurioso.* Cum hoc ipso versu et sqq. auctores varii generis injuriarum commemorentur: facile perspicitur, per τὸν πονηρὸν intelligendum esse eum, qui alteri injuriam quamvis inferat; quo sensu רָשָׁע legitur Ex. ii. 13. ubi οἱ ό· habent ἀδικοῦντι· coll. 2 Sam. iv. 11. ubi iidem interpp. usi sunt vocabulo πονηρός. ἀντιστῆναι ut קָלַו in lingua Syr. et Arab. non tantum notat *resistere, vim vi opponere*, sed etiam *rependere, retribuere*, ut h. l. v. *Michaëlis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. h. v. p. 785 sqq. et *Bolten* ad h. l. ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει κ. τ. λ.] *qui dextram maxillam tuam palma contuderit, ab eo sinas alteram quoque contundi.* Non esse hæc verba ad latum unguem resecanda, sed proverbialiter dicta, per se intelligitur. Sensus est: Noli vim vi opponere, et par pari referre, imo potius illatas injurias, quin et alias majores ac plures æquo animo perfer, quam de ultione et vindicta privata cogites. Seneca de Ira, ii. 34. *cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum. Percussit te? recede: referiendo enim occasionem sæpius feriendi dabis.* ῥαπίζειν quod distinguitur a κολαφίζειν, *os pugno cædere*, xxvi. 67. prop. est *alapare, os palma contundere:* deinde *palma cædere* sublata notione oris, vid. *Kypkius*, ut h. l. nam additum est σιαγὼν, *mala, maxilla:* denique omnino *cædere*, ita ut vel addatur vocabulum ejus, quo quis cædit, vel e contextu illud intelligi debeat, ut Anton. Lib. c. 23. add. Mich. v. 1. cf. *Fischerus* de vit. Lexx. N. T. p. 63 sqq. et not. ad Joh. xviii. 22. δεξιὰν in nonnull. codd. vel librariorum incuria, vel propter locum parall. Luc. vi. 29. omissum est v. *Griesbachius* ad h. l. ἄλλην pro ἑτέραν, ut xii. 13. Hebr. אַחֵר. Sic et ἕτερος pro ἄλλος positum legitur ap. Xen. Cyr. vi. 3. 3. Apol. 10. cf. et *Schraderus* ad Musæum p. 151. Latini quoque similiter *alius* pro *altero*, et *alter* pro *alio* quovis dicere solent vid. *Burmanus* ad Phædr. i. 4. 4. xix. 3. Ad στρέψον subaudiendum μᾶλλον, ut v. 40, 41. xviii. 6. Jer. vii. 19. ubi οἱ ό· οὐχὶ ἑαυτοὺς pro οὐχὶ ἑαυτοὺς μᾶλλον. cf. *Glassius* Phil. S. p. 418 sq. ed. *Dath.* Plena formula usus est Paulus 1 Cor. vi. 7. διατὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Cæterum στρέφειν id. qd. παρέχειν Luc. vi. 29.

(40.) Ad aliud injuriæ genus, quo fortunæ læduntur, transit. Exprimitur autem proverbiali formula, quam hic v. continet, eadem sententia, quæ v. 39. inest. κρινεσθαι, quod prop. verbum forense est, atque signif. *jus sibi dici jubere, litigare*, v. *Kästerus* de V. Med. ii. 6. etiam h. l. plures interpp. hoc ipso sensu capiunt. At loquitur Jesus de injuriis, quæ fieri solent in vita communi, et interdicit ultionem privatam. Verbum

καὶ τὸ ἱμάτιον. Καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε 41
μετ' αὐτοῦ δύο. Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· καὶ τὸν θέλοντα 42
ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς. Ἠκούσατε ὅτι 43

autem κρίνεσθαι respondet in vers. Alex. verbis ריב et רון quæ ut κρίνεσθαι (v. *Küsterus* l. c.) de omni genere certaminum et contentionum usurpantur, unde et Hesych. κρινώμεθα, ἀντὶ τοῦ μαχώμεθα καὶ διαλεγώμεθα· sic et h. l. κρίνεσθαι est *contendere, expostulare, pugnare verbis*. θέλειν redundat ut הואיל aliis verbis junctum, Deut. i. 5. Hos. v. 11. v. *Gatacker*. ad Antonin. p. 293. b. *Palairet*. Obss. p. 85, 273. et Lat. *velle*. v. *Broukhus*. ad Tibull. i. 2. 92. *Burm*. ad Petron. c. 70. p. 349. χιτὼν, *tunica*, vestis interior, כתנת, *Braun*. de Vestit. Hebr. ii. 2. ἱμάτιον, *pallium*, v. *Münthius* ad h. l. et λαμβάνειν id. qd. αἴρειν et ἀφαιρεῖσθαι, *auferre, eripere*. ἀφιέναι, *eripi sibi sinere*, μὴ κωλύειν, Luc. vi. 29. αὐτῷ, more Hebræorum, redundat, quam loquendi consuetudinem etiam scriptoribus Græcis usitatam esse docuit *Raphelius* Obss. Herodott. ad h. l. *Wassenberghius* in Diss. de trajectionibus in N. T. præmissa Selectis e scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. T. ii. p. 29. verba hujus v. hoc ordine legenda esse præcipit: καὶ τῷ θέλοντι τὸ ἱμάτιόν σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα, coll. Luc. vi. 29. Qui enim, inquit, exui potuit tunica, ante traditum pallium? Sed non necesse est, ut verbum λαμβάνειν explicetur, *exuere*; et cogitari potest homo, qui tantum tunica aut pallio indutus est, et tunicam aut pallium deposuit. cf. et not. ad Luc. l. l.

(41.) καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν] *qui coget te currere secum unum milliare*. ἀγγαρεύειν est verbum origine Persicum, auctoribus Hesych., Etym. M. aliisque antiquis grammaticis, sed successu temporis civitate Græca, Romana, et Judaica donatum. Scilicet Cyrus, rex Persarum, ut literæ regiæ quam primum perferrentur ad eos, ad quos perferri debebant, singulis locis, certo intervallo distantibus, constituit equilia, ἱππῶνας, et tabellarios, quorum ministerio, quam citissime, literæ ad remotiora loca perferrentur. Herodot. viii. 98. οὕτω τοῖσι Πέρσησι ἐξεύρετο τοῦτο, λέγουσι γὰρ ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι καὶ ἄνδρες διεστᾶσι καθ' ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι—ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ κ.τ.λ. *negotium hunc in modum a Persis est excogitatum. Quot ex diebus tota via constat, totidem equos ac viros ferunt esse distinctos ad singulorum dierum iter faciendum —Quorum cursorum primus mandata tradit secundo, secundus tertio et ita deinceps*. add. Xen. Cyr. viii. 6. 17. ubi v. *Fischerus*. Hoc institutum retinuerunt Cyri successores. ἀγγαρεύειν igitur prop. significabat *tabellarium regis esse*, et ἄγγαροι prop. dicebantur *tabellarii regii*; Hesych. ἄγγαρος—ἡ λέξις δὲ Περσική· σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους deinde vero ἄγγαροι dicti etiam sunt quivis alii *cursores publici*, etiam ii, *qui onera portarent publice, omninoque opus publicum facerent*. Hesychius: ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος, et ἀγγαρεία, dictum est de iis, qui cogerent alios onera publice portare, et facere opus publicum; atque de iis, qui cogerentur talia facere. Suidas: ἀγγαρεία, ἡ δημοσία καὶ ἀναγκαία δουλεία· ἀγγαρείαν ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν· et verbum ἀγγαρεύειν usurpatum est etiam ita, ut esset: *cogere aliquem onus aliquod publice portare*. Suidas: ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν, ὥσπερ ἡμᾶς ἔν, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι· omninoque notaret: *cogere*, ut h. l. Matth. xxvii. 32. Marc. xv. 21. Licebat enim istis tabellariis, pro auctoritate regia, obvios quosque homines, equos, naves, ad cursum rapere, quo celerius opus suum perficerent, v. Arrian. Diss. Epictet. iii. 18. add. Joseph. Ant. xiii. 3. *Rosenmüller, altes u. neues Morgenland*, B. 5. p. 26. et cf. de hujus verbi origine et notionibus variis *Relandi* Diss. Miscell. 8. p. 125 sqq. Vol. ii. *Georgius* Hierocrit. 1. p. 249 s. *Buxtorf*. Lex. Talmud. v. אנגריא p. 131. *Drusius* Obss. xii. 19. p. 274 ss. *Fesselius* Advers. Sacr. x. 2. 6. p. 505 s. *Rhodiginus* Antiq. Lectt. Lib. 10. c. 8. *Meursius* Exercitt. Critt. P. 2. L. 3. c. 29. *Salmasius* de Fœn. Trapezit. p. 275. *Brisson*. de princ. Pers. i. 238 s. et quos laudarunt *Wolfius* in Curis et *Kæcherus* in Anal. ad h. l. μίλιον, *milliare*, vox origine Latina, (cui respondet מיל, quod legitur in libris Rabbinorum, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v.) sed jam Polybii ætate, civitate Græca donata, v. *Raphelius* Obss. Polyb. ad h. l. spatium bis mille passuum. ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο] *curre potius* (μᾶλλον) *cum eo milliaria duo*, quam ut vim vi opponas, patienter potius injuriam perfer, quam ut de ultione et vindicta cogites.

(42.) δανείζειν] signif. *mutuum dare*, et quidem vel fine usuris atque gratuito, qui est usus verbi proprius, vel ita, ut usuram accipias, Lat. *fœnerari*; v. *Perizonius* ad Æl. H. V. iv. 1. et *Salmasius* de Usuris c. 2. p. 15. hinc δανείζεσθαι, *mutuari, sibi aliquid*

ἐρρέθη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν
44 σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν,
εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε ¹τοὺς
μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων

44. ∾ τοῖς μισοῦσιν.

*mutuum dari jubere*, vel ita ut nihil usuræ accipias, Theophr. Char. ix. 3. xi. 3. ubi v. ind. *Fischeri*, vel ut usuram des. v. Lysias p. 152. Tayl. min. *Elsnerus*, *Læsnerus* ad h. l. et *Dresigius* V. M. ii. 7. H. l. δανείσασθαι est *mutuari*, ita, ut nec usuram des, nec rem mutuo datam reddas. Nam etiam loco parallelo Luc. vi. 35. jubet Jesus sectatores suos δανείζειν, μηδὲν ἀπελπίζοντας, et sermo fuerat in antecedentibus de varii generis injuriis, neque vero is injuriosus est, qui rem mutuo datam reddit. Hinc vero etiam intelligitur, verba: τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, *petenti abs te, dato*, orationis seriei convenienter explicanda esse, inprimis de iis, qui volunt sibi a nobis dari aliquid, quo ipsi videant nos recte carere non posse, quod sine modestia concedere non possimus. μὴ ἀποστραφῇς] *noli aversari*. ἀποστρέφειν est *avertere alterum*, et in Medio ἀποστρέφεσθαι, *se ab aliquo avertere*; Hesych. ἀποστρέφεσθαι· ἀποστρέφειν τὸ πρόσωπον. Tob. iv. 7. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ παντὸς πτωχοῦ, *noli avertere vultum ab egeno*. Sir. iv. 5. ἀπὸ δεομένου μὴ ἀποστρέψῃς ὀφθαλμὸν, *noli avertere oculum a stipem rogante*. Joseph. Ant. vi. 14. 3. de Saulo: ἀντέχοντα δὲ καὶ τελέως ἀπεστραμμένον ἐβιάσατο καὶ συνέπεισεν, *cum vero ei resisteret, seque præ animi anxietate ab ea averteret, illa majori vi institit, eique persuasit*. Æl. H. V. iii. 30. Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς εἴποτε καὶ κύνας εἶδε συμπλεκομένους, ἀπεστρέφετο. Jam quem avertimus, vel a quo nos avertimus, eum e conspectu nostro removemus, hinc *removere* Sir. xxiii. 6. ἐπιθυμίαν ἀπόστρεψον ἀπ' ἐμοῦ, *cupiditatem pravam a me removeas*. Cum vero removere soleamus id, nos avertere soleamus ab eo, quod contemnimus, quod nobis invisum, odiosum est, adeoque repudiamus, hinc *repudiari*, *aversari*, ut h. l. Sap. xvi. 3. καὶ τὴν ἀναγκαίαν (h. e. τῶν ἀναγκαίων) ὄρεξιν ἀποστρέφονται. Joseph. Ant. iv. 6, 8. τὴν δέησιν ὑμῶν ἀποστρεφόμεθα, *preces vestras repudiamus*. Philo de spec. legg. p. 808. D. τὸ βρέφος — τὴν διὰ τοῦ γάλακτος (τροφὴν) ἀποστρεφόμενον, *infans — cibum e lacte aversans*. Aristænet. ep. 27. ἀποστρέφομαι τὸν νέον, καίπερ ὄντα καλόν. Artemidor. Onirocrit. i. 81. αὐτὸς ἀποστραφήσεται αὐτὸν πατήρ. vid. *Dresigius* V. M. i. 25. *Albertius*, *Krebsius*, *Læsnerus* ad h. l. et ad Tit. i. 14. Qui petierit a te aliquid, quod sine molestia atque incommodo tuo dare non possis, dabis; qui mutuari a te volet aliquid, etsi prævideas, neque usuram te esse accepturum, neque rem mutuo datam recepturum, noli aversari. His verbis omnibus Jesus omnino summam liberalitatem et humanitatem inculcare suis voluit.

(43.) ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου] Præceptum, cujus mentionem h. l. Jesus fecit, extat Levit. xix. 18. Legitur ibi vocabulum רֵעַ, quod, ut nomen πλησίον, omnino notat, *alterum*, cum socius hominis, qua hominis, sit quivis homo alius, unde et Alex. Ex. xviii. 16. רע expresserunt ἕκαστος· deinde vero sensu strictiori ita dicitur is, qui nobiscum arctiori quodam necessitudinis vinculo conjunctus est, et adhibetur de *amicis*, et *cognatis*, *de iis qui eadem patria nobiscum orti sunt*, *de iis qui eandem nobiscum religionem profitentur*, hinc etiam Alexandrini voc. אח: *frater*, *popularis*, reddiderunt πλησίον Gen. xxvi. 31. Joel. ii. 8. et hoc ipso strictiori sensu doctores Judaici, quorum legis illius interpretationem Christus h. l. affert, illud vocabulum רע accipiebant, et hanc ipsam ob caussam docebant, inimicos odio esse habendos, μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου] *inimicum odio habeto*, sed inimicos, ἐχθροὺς non eos tantum dicebant, a quibus læsi essent, verum etiam omnes non eandem cum ipsis religionem profitentes. v. Luc. x. 27 ss. Joseph. Ant. xi. 6. 5. Tacit. Annal. v. 4. 5. et *Wetstenius* ad h. l.

(44.) His perversis doctorum Judaicorum placitis Jesus opponit suam doctrinam, et ostendit legem illam divinam spectare etiam τοὺς ἐχθρούς. Sensum verborum ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν] satis aperte declarant verba, quæ sequuntur: εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς κ. τ. λ.] Scilicet εὐλογεῖν, ut vel ex ipsa verbi etymologia patet, significat: *bene* dicere; hoc cum fieri possit ita, ut alteri bona et fausta quævis appreceris, significat quoque, *bona et fausta apprecari*, ut 1 Macc. ii. 69. et hoc ipso sensu plures interpp. h. l. εὐλογεῖν dictum accipiunt, atque adeo καταρᾶσθαι vertunt *male precari alicui*, *execrari aliquem*, quo significatu legitur Xen. Anab. vii. 7. 28. ut verbum ארר Gen. xxvii. 29. verum cum sequatur προσεύχεσθαι ὑπὲρ *bona a Deo alicui apprecari*, *salutem alicujus Deo commendare*, alia significatio verbo εὐλογεῖν h. l. substituenda est. Notat vero etiam εὐλογεῖν, ut בֵּרֵךְ, *laudare aliquem*, *bene alicui*

ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς. Ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς 45
ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ
πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους·
Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τίνα μισθὸν 46

*dicere, gut von einem sprechen.* v. *Albertius* ad Gloss. N. T. p. 121. Hesychius: εὐλογεῖτω· ἐπαινεῖτω· ברך Judd. v. 2, 9. et oppopositum καταρᾶσθαι, *male alicui dicere, böses von einem reden*, ut Jac. iii. 9. Rom. xii. 14. 1 Cor. iv. 12. quo posteriori loco λοιδορεῖν et εὐλογεῖν sibi invicem opponuntur; atque hæ significationes his verbis h. l. tribuendæ sunt. καλῶς ποιεῖν, *benefacere*, id. qd. ἀγαθοποιεῖν, Luc. vi. 33, 36. respondet in versione Alexandrina verbo היטיב Zach. viii. 15. et cum hoc verbum construatur cum -את, lectio τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς tanquam exquisitior præferenda est lectioni τοῖς μισοῦσι ὑ. quæ in plerisque codd. extat. Attamen verba εὐλογεῖτε —μισοῦσιν ὑμᾶς in compluribus codd., verss. et patrum Græcorum Latinorumque allegationibus non reperiuntur et vel e Luc. vi. 27 sq. huc traducta, vel propter ὁμοιοτέλευτα perperam sunt omissa. Prius recte probabilius videtur *Griesbachio* in Comment. Crit. ad h. l. cum Origenes septies utrumque στίχον excluserit, omiserintque præter Origenem, Theophilus Antiochenus, Cyprianus, et codd. plurimi ac præstantissimi: v. omnino *Griesbachium* l. l. et *Gersdorfium* in Beyträgen zur Sprach-Characteristik d. Schriftstell. d. N. T. p. 107. 257. καὶ προσεύχεσθε—ὑμᾶς] *supplicate pro iis qui vos lædunt et vexant:* ἐπηρεάζειν, de cujus verbi notionibus cf. *Wassius* ad Thucyd. i. 26. p. 22. *Fabricius* ad Sext. Empir. p. 338. *Wesselingius* ad Herodo. v. 9. *Wetstenius, Kypkius, Münthius, Lœsnerus* ad h. l. et *Irmisch.* ad Herodi. ii. 4. 16. notat omnino *injuria aliquem afficere, tam re, quam verbis, nocere alicui, opprimere aliquem studere.* Sed est hoc verbum etiam in numero verborum forensium, et signif. *reum agere, falso criminari*, v. Pollux viii. 30. 1 Petr. i. 3, 16. Herodi. ii. 4. 16. ἐπεὶ καὶ τοὺς συκοφάντας τῆς πόλεως ἦν διώξας, καὶ τοὺς πανταχοῦ ἦν κολασθῆναι κελεύσας τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, *nam et delatores urbe exegerat*, et, ubicunque essent, *puniri imperaverat, ne quisquam in calumnias et vanas criminationes incideret.* Philostrat. V. Apollon. viii. 4. p. 324. ἐπηρεάσαντος δὲ τοῦ κατηγόρου τὴν ὑπεροψίαν, *cum negligentiam illam criminaretur actor*, unde etiam h. l. hunc in modum plures interpretes, ut *Elsnerus, Bosius*, alii, illud explicuerunt. At cum præcesserit verbum καταρᾶσθαι, cum Jesus antea monuerit, quales esse debeamus erga eos, qui *animo, qui verbis* nobis infesti sint, notandi etiam erant ii, qui re et factis inimicitiam suam demonstrent. Mallem ergo ἐπηρεάζειν latiori sensu h. l. accipere, ita, ut sit, *lædere, damno afficere.* Hæc vero ipsa verba ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ a libris nonnull., verss. et patrr. omittuntur, ab Orig. quinquies, sed bis ea habet, videtur autem hæc omissio librariorum incuriæ tribuenda esse. vid. et *Griesbach.* Comment. Crit. ad h. l.

(45.) ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς] *ut appareatis similes patri vestro cœlesti*, sequentes nimirum Dei lenitatem, benignitatem et liberalitatem. υἱοὶ τοῦ Θεοῦ id. qd. μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, Eph. v. 1. Ut enim υἱοὶ τοῦ διαβόλου Joh. viii. 44. 1 Joh. iii. 10. dicuntur ii, qui referunt ingenium genii mali, ei similes sunt, ita υἱοὶ τοῦ Θεοῦ in literis sacris dicuntur ii, qui Dei virtutes imitantur et sequuntur. Quam interpretationem horum verborum satis evidenter orationis series confirmat. ὅτι] *qui*, ut Hebr. כי quod LXX. Gen. iv. 25. expresserunt ὅς et ὅστις Ps. xc. 4. ἀνατέλλειν quod prop. Neutrum est, h. l. positum est ut Activum, ut Jes. lxi. 11. et sic Hebræi quoque verbis conjugationis primæ tribuunt vim verborum conjugationis quintæ, ut נסע Judd. xvi. 3, 16. add. *Glassius* Phil. S. p. 252. est *transferre, loco movere:* etiam Græcis scriptoribus hæc loquendi ratio usitata est. v. *Portus* Lex. Pind. p. 76. *Barnes.* ad Eurip. Ion. 1596. et *Fischerus* ad Plat. Phædon. lxvi. 21. βρέχει] המטיר Gen. ii. 5. ubi additum legitur ὁ Θεός. Sic et Græci verbo ὕει interdum addunt ὁ Θεὸς, Pausan. iv. 20. p. 329. aut ὁ Ζεὺς, Hom. Il. μ'. 280. v. *Kypkius, Raphelius*, et *Palairetus* ad h. l. In verbis δίκαιοι, ἀγαθοὶ, ἄδικοι et πονηροὶ non argutandum; ἀγαθοὶ sunt *probi*, טובים, δίκαιοι, *integri vitæ, probitatis et sanctitatis studiosi*, צדיקים πορευόμενοι ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου, Luc. i. 6. ἄδικοι, πονηροὶ, *mali, improbi*, רעים, רשעים. Seneca de Benefic. iv. 26. *Si deos imitaris, da et ingratis beneficia. Nam et sceleratis sol oritur, et piratis patent maria.* v. *Gatacker.* ad Antonin. p. 267. 317.

(46.) ἀγαπήσητε] vid. v. 44. deest autem μόνον, coll. v. 47. quæ ellipsi nihil frequentius. Sic et רק omittitur Deut. iii. 2. Jer. xxxvii. 10. τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς] *qui vos amant*, parentes, propinquos et amicos. τίνα μισθὸν ἔχετε ;] Luc. vi. 34. ποία ὑμῖν χάρις ἐστί ; *quid præmii a Deo consequemini?* coll. vi.

47. ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; Καὶ ἐὰν
ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε;
48 οὐχὶ καὶ οἱ [1]τελῶναι οὕτω ποιοῦσιν; Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς
τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός
ἐστι.

47. ∾ ἐθνικοὶ

1. ἔχετε positum est pro ἕξετε, quod et in codd. nonnull. extat, cujusmodi cod. usus est Vulgatus interpres, qui vertit: *quam mercedem habebitis?* οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι;] *nonne hoc idem faciunt portitores,* qui vobis tanquam homines insigniter improbi cum maxime exosi sunt? τελῶναι, *portitores, vectigalium exactores,* publicanorum (h. e. equitum Romanorum, quibus solis libebat vectigalia populi Romani redimere, et conducere) operæ, homines viles et ignobiles, maximam partem gentiles, qui utpote homines acerbi et iniqui, provincialibus, inprimisque Judæis, maxime invisi et odiosi erant, adeo, ut, si homines perditissimi et flagitiosissimi nominandi essent, nominarentur τελῶναι. cf. *Burmanus* de vectigalibus populi Romani c. 9. p. 125. *Salmasius* de Fœn. Trapezit. p. 253 s. *Suiceri* Thes. Eccl. sub h. v. *Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de Vitiis Lexx. N. T. p. 22 sq. Hinc τελῶναι numerantur in hominibus flagitiosis ap. Lucian. Necyom. p. 332. T. i. Græv. ubi commemorantur: μοιχοὶ, πορνοβοσκοὶ καὶ τελῶναι, καὶ κόλακες, καὶ συκοφάνται, et ap. Theophr. char. vi. 2. πορνοβοσκῆσαι et τελωνῆσαι conjunguntur. Hinc etiam Matth. ix. 10, 11. Luc. xv. 1. τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ et Matth. xxi. 31, 32. τελῶναι καὶ πόρναι copulantur. Inest autem verbis τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ Hendiadys, *portitores famosi, scelestissimi,* unde et Zachæus, qui ἀρχιτελώνης erat, Luc. xix. 2. vocatur ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς, coll. v. 7. Jadæis enim non tantum gentiles, utpote deos alienos colentes, dicebantur ἁμαρτωλοὶ, רשעים, Ps. lxviii. 3. unde etiam τελώνης et ἐθνικὸς junguntur Matth. xviii. 17. sed etiam omnino *homines famosi, improbi et scelerati.*

(47.) καὶ ἐὰν — ὑμῶν μόνον] *et si populares tantum vestros benivolentia complectimini:* ἀσπάζεσθαι, *salutare,* respondet Hebr. שאל לשלום Exod. xviii. 7. 2 Regg. iv. 29. *salutare,* h. e. *quærere, an quis salvus sit,* (unde οἱ ο' Gen. xliii. 27. vertunt: ἠρώτησεν αὐτούς· πῶς ἔχετε; et 1 Sam. x. 4. ἐρωτᾷν τὰ εἰς εἰρήνην) *eique salutem et prospera quævis apprecari,* s. dicere alicui שלום לך (v. Matth. x. 12. coll. Luc. x. 5.), qua formula solenni utebantur Hebræi in adeundo et in abeundo; v. Act. xx. 1. xxi. 6. respondet quoque verbo ברך (quod Chaldæus interpres 2 Regg. iv. 29. expressit: שאל בשלם, et LXX. εὐλογεῖν), quod etiam de iis adhibebatur, qui in adeundo 1 Sam. xiii. 10. Prov. xxvii. 14. et in abeundo salutarent alios, Gen. xxviii. 1. 6. xlvii. 10., hinc ἀσπάζεσθαι etiam est *blande alloqui.* Suidas: ἀσπάζεσθαι, προσαγορεύειν· *convenire, adire aliquem,* Act. xviii. 22. xxi. 7. et sensu latiori, *officiosum esse erga aliquem, benevolentia complecti aliquem, amare aliquem,* ut h. l. quo significatu apud Græcos quoque scriptores frequenter occurrit, ut ap. Xen. Ages. ii. 3. τοὺς προθυμοτάτους ἠσπάζετο, oppon. ἐμίσει. add. Xen. Cyr. iii. 3. 7. v. Obss. Miscell. T. iii. p. 337. omninoque de variis hujus verbi notionibus: *Jensius* in Ferc. liter. p. 13 sqq. *Münthius, Læsnerus* ad h. l. et *Sturzii* Lexicon Xenoph. sub h. v. τοὺς ἀδελφοὺς] *populares vestros.* Pro ἀδελφοὺς in codd. nonnull. legitur φίλους, quod aperte glossema est, profectum ab eo, qui orationem magis Græcam efficere vellet; neque tamen h. l. commode intelligi possunt *amici,* quoniam de iis v. 46. fuerat sermo, sed ἀδελφὸς, quod omnino eum notat, qui cum altero aliquo necessitudinis vinculo conjunctus est, refertur h. l. ad Judæos, qua Judæos, atque adeo notat *popularem,* ut אח Deut. xv. 2, 3. Job. xxii. 30. add. Act. ii. 29. iii. 17, 22. τί περισσὸν ποιεῖτε;] *quid eximii et præclari agitis?* nihil facitis, quod non et faciant alii. Pro οἱ τελῶναι plures codd. optimæ notæ, et verss. antiquæ habent οἱ ἐθνικοί. Recte. τελῶναι enim e versu præced. non minus in h. l. translatum videtur, quam τὸ αὐτὸ, quod etiam complures codd. ac verss. tuentur.

(48.) ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι] *sitis ergo sancti.* τέλειος est *perfectus,* sensu morali i. sanctus, omni vitio ac labe carens, שָׁלֵם, 1 Reg. viii. 61. Col. i. 28. תָּמִים, Gen. vi. 9. Deut. xviii. 13. Sic τέλειος, auctore Philone de Abrah. p. 354. C. in libris sacris vocatur Noachus, ut indicetur, ὡς οὐ μίαν ἀρετὴν, ἀλλὰ πάσας ἐκτήσατο, καὶ κτησάμενος ἑκάστῃ κατὰ τὸ ἐπιβάλλον χρώμενος διετέλεσεν· *quod non unam, sed omnes virtutes consecutus, et singulis pro tempore semper usus sit.* Docet vero h. l. vel particula οὖν, qua sententia hujus versus copulatur cum antecedentibus, respici præcepta singularia omnia a Jesu hactenus data, atque τέλειος de sanctitate et virtute christiana omni esse explicandum.

## ΚΕΦ. ς'.

ΠΡΟΣΕΧΕΤΕ τὴν ¹ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν 1
τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν
οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὅταν 2
οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ

1. ∾ δικαιοσύνην.

### CAP. VI.

(1.) Docet Jesus disciplinæ suæ alumnos, in virtute colenda et exercenda non esse sequendam et imitandam Pharisæorum perversitatem, qui omnia ad ostentationem et vanitatem, nihil ad conscientiam referre solerent. προσέχειν h. l. *videre, cavere*, id. qd. φυλάττεσθαι et ὁρᾷν, Hebr. נִשְׁמַר et רָאָה. vid. *Keuchenius* ad h. loc. Pro ἐλεημοσύνην ὑμῶν plures codd., verss. et patrr. legunt τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν· quæ lectio, utpote difficilior, præferenda est, altera illa τὴν ἐλεημοσύνην glossema redolet, et e marg. cod. nescio cujus in textum irrepsit. In constituenda autem vocabuli δικαιοσύνη notione, in diversas partes interpretes abeunt. Scilicet cum צְדָקָה, ut δικαιοσύνη, nonnunquam *liberalitatem, benignitatem* significet, ut Ps. cxii. 9. 2 Cor. ix. 9. Prov. xi. 4. *Vorstius* de Hebraismis N. T. p. 58 s. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1891. unde et צדקה ab Alex. exprimitur ἐλεημοσύνη, Dan. iv. 4. et ἐλεημοσύναι atque δικαιοσύνη tanquam synonyma conjunguntur Tob. xii. 9.: alii formulam δικαιοσύνην ποιεῖν h. l. vertunt, *beneficentiam, liberalitatem exercere erga pauperes.* Aliis contra formula δικαιοσύνην ποιεῖν, est, *virtutem exercere, virtutis documenta dare.* Recte. Scilicet δικαιοσύνη, ut צדקה, generatim notat *virtutem, virtutis ac pietatis studium*, Psal. xvii. 1. vii. 9. Matth. 5. 20. vi. 33. Luc i. 75. et δικαιοσύνην ποιεῖν est *virtutem exercere*, atque huic formulæ opponitur ἁμαρτάνειν 1 Joh. iii. 7, 8. et צְדָקֹת sunt *recte facta*, Ps. xi. 7. Hanc vero vocabuli δικαιοσύνη significationem h. l. contextus flagitat. Docere enim voluit Jesus suos, ut orationis series, et v. 2. particula οὖν docent, quomodo sectatores ipsius omnino *virtutes* colere et exercere deberent; et hoc ipsum præceptum deinde singulatim ad liberalitatem erga inopes, v. 2., ad preces, v. 5., et ad jejunia, v. 16., transfert. Articulus τὴν et pronomen ὑμῶν necessario addi debuerunt, quia certa quædam virtutis genera significantur, in quibus exercendis christianos omnem ostentationis speciem fugere deceret. Quo minus δικαιοσύνη h. l. de *beneficentia* explicari possit, impedit etiam hoc, quod tum v. 2. idem dictum esset, quod h. l. Cf. omnino quæ post *Olearium* accurate hanc in rem disputavit *Fischerus* in Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 517.—*Wakefieldius* in Silva Crit. P. 5. p. 7 sq. interpungit verba nostra hunc in modum: προσέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν, μὴ ποιεῖν κ. τ. λ. ut δικαιοσύνη referatur ad προσέχετε, et μὴ ποιεῖν positum sit pro εἰς τὸ μὴ ποιεῖν αὐτήν· male; verba enim τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν conjunguntur h. l. cum verbis μὴ ποιεῖν, more Hebræorum, qui nomina proprie copulanda cum verbo posteriori jungunt priori, ut Exod. ii. 2. quæ loquendi ratio etiam scriptoribus exteris usitata fuit. v. *Davis.* ad Hirt. B. Afr. 20. *Cortius* ad Sallust. Jug. xiv. 11. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων] est *palam* et accuratius definitur verbis: πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς] i. ὑπ' αὐτῶν, *ut vos admirentur; ostentandi caussa.* De verbo θεᾶσθαι v. *Valcken.* ad Theocrit. p. 342. Thom. Mag. et Ammon. h. v. εἰ δὲ μήγε κ. τ. λ.] *alioqui nulla virtutum vestrarum a Deo reportabitis præmia*, v. v. 46.

(2.) ποιεῖν ἐλεημοσύνην] est, *liberalitatem exercere erga inopes, stipem iis dare*, ut Sir. vii. 10. ἐλεημοσύνην ποιῆσαι μὴ παρίδῃς. add. Tob. xii. 10. Sap. xxxv. 2. μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου] *ne tuba cani ante te cures.* Plures interpretes hæc verba proprie accipiunt atque contendunt, Pharisæos stipem pauperibus daturos, buccinatoribus usos fuisse, non modo ut pauperes ad stipem accipiendam concurrerent, sed etiam ut spectandi gratia populi multitudo conflueret. v. *Wolfius* in Curis, et *Kæcherus* in Anal. ad h. l. Hanc vero sententiam suam argumentis non satis firmis et gravibus muniunt, nec hujus ritus indicium usquam in veterum Hebræorum monumentis occurrit. Provocant inter alia ad locum ex Gemara Hierosol. ad Cod. Demai fol. xxiii. 2. *collectores eleemosynæ non proclamant die festo, sicut de communi.* Sed illo loco sermo est de collectore eleemosynæ, non de ritu Pharisæis solenni ac proprio nec additur buccina signum datum esse. Multo minus probanda est eorum sententia, qui verba μὴ σαλπίσῃς ad ipsos mendicos tuba canentes referunt, hoc sensu: ne mendicos, stipem abs te petentes, tuba canere sinas; scilicet quoniam hodie solent in Oriente mendici stipem petentes tuba canere, v. *Niebuhr Reisebeschreib.* Th. i. p. 181. Itaque rectius alii verba nostra improprie dicta accipiunt. Nempe σαλπίζειν prop. notat φωνεῖν διὰ σάλπιγγος, *tuba*, vel *buccina canere*, nam Alexandrini שׁוֹפָר, *buccinam*, et חֲצֹצְרָה, *tubam*, vertunt σάλπιγγα. Tuba populos con-

ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις,
ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ-
3 έχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ
4 γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου· Ὅπως ᾖ σου
ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν

vocabatur, v. Judd. vi. 34. 1 Sam. xiii. 3. unde σαλπίζειν translatum est etiam ad eos, *qui magno cum strepitu et ostentatione aliquid faciebant, qui virtutem suam jactabant insolentius*, ut h. l.; quo sensu etiam ap. Cic. ad Div. xvi. 21. *buccinator existimationis* dicitur is, qui alicujus laudes pervulgat. Achill. Tat. 8. p. 507. ὑπὸ σάλπιγγι καὶ κήρυκι μοιχεύεσθαι, simili modo legitur. Itaque verba σαλπίζειν ἔμπροσθεν ἑαυτοῦ, in proverbii consuetudinem tum abiisse videntur, ut recte indicavit *Schottus* in Adagg. N. T. p. 8. atque h. l. sensus eorum esse: noli populum liberalitatis tuæ testem quærere. Cæterum addita verba ἔμπροσθέν σου aperte docent, σαλπίζειν non ut Neutrum, sed ut Activum accipi debere, vid. v. 45. add. *Glassius* Phil. S. p. 252. h. e. buccina alios canere jubere, jubere per alios aliquid vulgari. οἱ ὑποκριταὶ] ὑποκρίνεσθαι, *simulare*, 2 Macc. v. 25. vi. 21. ὑποκριτὴς, *simulator*, Sir. xxxiii. 2. A Græcis ὑποκριταὶ proprie dicebantur *actores*. Hesychius: ὑποκριτὴς, ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ἀποκρινόμενος. Hinc cum actores, ludii, alienas partes agant, translatum est hoc nomen ad simulatores, qui alii intus sunt, alii extrinsecus se gerunt et haberi cupiunt; h. l. xv. 7. xvi. 3. ita vocantur Pharisæi eorumque asseclæ, quia volebant videri virtutis nominatimque liberalitatis studiosi, cum tamen vanam tantummodo gloriam in virtute et liberalitate sequerentur. ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις] ῥύμαι, *vici, plateæ*, ut חוּצוֹת, Ies. xv. 3. quod οἱ ό· vertunt ῥύμαι, quas reliqui interpp. Græci πλατείας nominant. Per συναγωγὰς non possunt intelligi *synagogæ* proprie sic dictæ, vid. not. ad iv. 23. neque enim publice in synagoga orare, aut eleemosynas dare, unquam solorum hypocritarum fuit, ut recte monuit ad h. l. *Wolfius*; sed συναγωγὴ indicat quoque *conventum quemlibet*, et cum per ῥύμας significentur loca: necesse est ut συναγωγαὶ explicetur de locis, in quibus conveniunt homines, de locis publicis. ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων] *ut laudibus extollantur ab hominibus, sermonibus hominum celebrentur*, Luc. iv. 10. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν] *habent, receperunt mercedem suam*, nempe laudes hominum neque a Deo vanæ liberalitatis suæ præmia exspectare possunt. Cic. Tusc. ii. 26. *Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditatione, et sine populo teste fiunt, — nullum theatrum virtuti conscientia majus est.* ἀπέχειν, *habere*, Phil. iv. 18. Luc. vi. 24. xvi. 25. Gen. xliii. 43. id. qd. ἀπολαβεῖν· Suidas: ἀπέχω, τῇ αἰτιατικῇ, ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. Callim. epigr. 38. ἀπέχειν χρέος. Epigr. 54. ἡ γρῆϋς μασθῶν ὡς ἀπέχει χάριτας, *ut vetula mammarum mercedem ceperit*. v. *Læsnerus* ad h. l. *Raphelius* ad Phil. iv. 18. *Stephanus* Thes. Gr. h. v. *Gatackerus* ad Antonin. iv. 49. p. 135. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 612 s. quæ quidem verbi significatio cum orationis seriei apprime conveniens sit, non necesse est, ut cum *Knachtbullo* et *Boltenio* ἀπέχειν explicetur, *impedire, arcere, prohibere, delere, perdere*, quo significatu verbum Syr. et Chald. בטל in Pael et Aphel. et Conj. Arab. sec. et quarta occurrit.

(3. 4.) Proverbialem locutionem continet, cujus sensus est: beneficia tua ita exhibe, ut te ipsum quasi lateant, liberalitatem exerceas clam omnibus. v. *Schottus* de Adagg. N. T. p. 11. et *Gatackerus* ad Antonin. v. 6. ἀριστερὰ—δεξιὰ scil. χείρ· qua ellipsi etiam ap. scriptt. Græcos nihil frequentius. (4.) ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ] *ut adeo liberalitas tua sit clam omnibus.* ἐν τῷ κρυπτῷ, *clam*, בַּסֵּתֶר Ps. cxxxix. 15. ubi οἱ ό· ἐν κρυφῇ. Symmachus, ἐν τῷ κρυπτῷ. ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, *quem nihil fugit eorum, quæ clam omnibus fiunt.* ἐν τῷ κρυπτῷ positum est pro τὰ ἐν κρυπτῷ, ut xxii. 23. ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ pro οἱ ἐν οὐρανῷ· quomodo et Hebr. אשר haud rarenter omittitur. ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ] verba ἐν τῷ φανερῷ, quo antitheto Judæis solenni, v. *Schœttgen*. Hor. Hebr. ad h. l., omnino oratio elegantior et gravior fit, in pluribus codd. desunt. *Griesbachio* judice, ἐν τῷ φανερῷ in vulgatis edd. v. 4, 6, 18, recurrens, semel a Matthæo, nempe v. 6. scriptum est, et bis a librariis intrusum, ut ter repetitum ἐν τῷ κρυπτῷ haberet, quod ipsi opponeretur. vid. eum in Commentar. Crit. ad h. l. Sensus autem horum verborum est: Deus beneficiis te ornabit, quæ occurrant in oculos, quæ veniant in notitiam omnium. ἐν τῷ φανερῷ, *palam*, in hac et in altera vita, coll. v. 6. et Luc. xiv. 14. ubi quoque liberalitas commendatur, atque verba leguntur hæc: ἀνταποδοθήσεται σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων.

τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Καὶ ὅταν 5
προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί· ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς
συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσ-
εύχεσθαι, ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω
ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ ὅταν προσ- 6
εύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου,
πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου
ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Προσ- 7
ευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥσπερ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι

(5.) Non tantum ab eleemosynis, verum etiam a precibus, omnem ostentationem abesse Christus voluit. *καὶ ὅταν προσεύχεσθε, οὐκ ἔσεσθε*] quam lectionem plures codd., verss., patrr. tuentur, haud dubie vera lectio est, pro qua Grammatici, cum in antecedentibus et sequentibus singularem numerum positum viderent, *καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ*, reposuerunt. Pro *φιλοῦσι ἐν — ἑστῶτες προσεύχεσθαι* cod. Cantabrigiensis habet: *φιλοῦσι στῆναι ἐν—ἑστῶτες καὶ προσευχόμενοι·* alii codd. omittunt *ἑστῶτες*, alii pro *προσεύχεσθαι* exhibent *προσευχόμενοι* vel *προσεύχονται*. Scilicet Hebræi verbum עמד, *stare*, simpliciter ponere solent, ita ut sit, *orare*, *preces facere*, ut Jer. xv. 1. coll. xiv. extr. add. Gen. xviii. 22. ubi in textu legitur: *Abrahamus stabat coram Deo*, quod Chaldæus interpres uno verbo reddidit, *orabat*. vid. *Wetstenius* ad h. l. Itaque cum *Griesbachio* arbitror, legendum esse: *φιλοῦσι στῆναι ἐν — πλατειῶν, ὅπως κ. τ. λ.* et lectiones *ἑστῶτες, προσεύχονται, προσευχόμενοι*, e Marc. xi. 25. Luc. xviii. 11. marginibus codd. tanquam interpretamenta adscriptas, a librariis in ordinem fuisse receptas. *φιλοῦσι*] *libenter solent* preces facere. Hesychius: *φιλεῖ, εἴωθε·* verbum enim *φιλεῖν* infinitivis additum notat, *solere*, adjuncta haud raro notione libentiæ. Ita quoque Hebræi usurpare solent אהב, Ies. lvi. 10. al. Græci scriptores *φιλεῖν*, v. Soph. Aj. 1014. *τοῖς θανοῦσί τοι φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾷν*, *mortuis et jacentibus omnes insultare solent*. Electr. 908. *Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὐθ' ὁ νοῦς φιλεῖ Τοιαῦτα πράσσειν* Herodi. i. 2. 8. *φιλεῖ πᾶς ἀεὶ τὸ ὑπήκοον — βιοῦν*, *solent subjecti* etc. Æl. H. V. xiv. 37. *φιλῶ μὴ ἀργῶς ὁρᾶν τοῦτο*, *soleo hoc cum quadam cupiditate videre*. Electr. 916. *Vechnerus* Hellenol. ii. 2. p. 189. *Palairetus* ad h. l. et *Fesselius* Advers. Sacr. ii. p. 441 s. et Latini, *amare*, Horat. Carm. iii. 16. 9. *ὅτι*, *quippe*. Vocabulum *συναγωγαὶ* eodem sensu recurrit, quo legebatur supra v. 2. nempe de locis publicis, in quibus magna hominum multitudo convenire solet; quam interpretationem confirmant etiam adjecta verba: *ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν*, quibus significantur *anguli, loca, ubi semita desinit et se quasi diffindit, atque in alias semitas vertit*, Lat. dicuntur, bivia, trivia, quadrivia; cujusmodi in locis frequentia hominum major esse solet, vid. *Olearius* ad h. l. *ὅπως ἂν φανῶσι*] particula *ἂν* in codd. nonnull. omissa, recte se habet, et ob sequens *φαν.* a librariis facile potuit omitti, a quibus omissa est etiam in codd. quibusdam seq. particula *ὅτι*, forte, quia v. 2. non addita legitur.

(6.) *ταμιεῖον*] respondet Hebr. עֲלִיָּה i. *cœnaculum* in superiore parte ædium, secessibus apud Orientales destinatum, quod etiam dicebatur *ὑπερῷον·* v. *Warnekros Hebr. Alterthümer* p. 29. *Faber Archæologie d. Hebr.* p. 442. et not. ad Marc. ii. 3. Judæi in hac ædium parte precibus vacare solebant; v. *Vitringa* de Synagoga i. 1. 6. p. 151. intelligitur ergo *oratorium privatum*. Deus dicitur *ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ* scl. *ὢν*, vel *βλέπων* et *βλέπων (τὰ) ἐν τῷ κρυπτῷ*, quatenus scit et observat etiam ea, quæ clam, atque remotis arbitris, fiunt. Sed articulus *τῷ* ante *ἐν τῷ κρυπτῷ* in codd. nonnull. omittitur; recte, opinor. Nam *ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ* otiosum fere est, cum sequatur *ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ·* cohærent potius verba *ἐν τῷ κρυπτῷ*, ut vel v. 4. satis perspicue docet, cum verbo *προσεύξαι*, unde et interpres Vulgatus verba hæc expressit: *ora patrem tuum in occulto*. Epictet. Arrian. i. 14. *ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, ὅτι μόνοι ἐστέ· οὐ δὲ ἐστὲ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἔνδον ἐστί.* Cæt. *ἀποδίδωμι* notat etiam, *do*, *largior*, Hebr. נתן; Exod. v. 18. Sir. xxxiii. 16. h. l. *exaudio*. Mechilta fol. xl. 1. *Tu clamas ad me in occulto, ego vero exaudiam te in propatulo.*

(7. 8.) *προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε*] *nolite precibus uti verbosis*. De verbi *βαττολογεῖν* origine et significatione variæ sunt interpretum sententiæ. v. *Stolbergius* de Solœcism. p. 365 ss. *Suiceri* Thes. Eccl. h. v.

8 γὰρ ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται. Μὴ οὖν
ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε,
9 πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Οὕτως οὖν προσεύχεσθε

*Deylingii* Obss. S. P. 3. p. 267. *Casaubonus* Exercitt. Antibarb. xiv. 8. *Dougtæus* Analect. Sacr. P. 2. p. 10. *Fullerus* Miscell. Sacrr. ii. 16. *Wetstenius* ad h. l. et *Michaëlis* Diss. de Battologia. Götting. 1753, in Syntagm. Commentatt. P. 2. p. 571. Alii nimirum originem illius deducunt a verbo נִבָּא, *effutivit, copiose eructavit*, quo forte Matthæus usus est. Rectius vero plerique verbi βαττολογεῖν (quo interpres Matthæi Græcus usus est) originem quærendam esse præcipiunt in Græcia, atque derivandam a Batto quodam, poeta inepto et loquaci, Suidas: βαττολογία· ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίαν ἔχοντας. *Albertii* Gloss. N. T. p. 202. μὴ βαττολογήσητε· Βάττος ἦν Λίβυς τὸ γένος Κυρηναῖος αἰπόλος ἢ ποιμὴν ὕθλος καὶ στωμύλος, παρ' οὗ τὸ βαττολογεῖν καὶ ὑθλεῖν. In libris Græcis, qui ad nostra tempora pervenerunt, hoc verbum non legitur, illud tamen in usu fuisse, patet etiam exinde, quod Hesychius βαττολογία explicat ἀργολογία, ἀκαιρολογία· et Gloss. vett. βαττολάλος, *garrulus*. Quam potestatem βαττολογεῖν h. l. obtineat, addita verba: δοκοῦσι ὅτι κ. τ. λ. satis superque docent. Ex iis enim apparet βαττολογεῖν significare, *loquacem, verbosum esse, eandem rem pluribus verbis repetere*, atque adeo respondere verbis πολυλογεῖν (hinc Suidas: βαττολογία· πολυλογία) et δευτερεῦν, quod verbum hoc sensu extat ap. Sirac. vii. 14. μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου· *noli in precibus tuis verbosus esse.* πολυλογία est Hebr. רֹב דְּבָרִים, quam vocem Alexandrini, Prov. x. 19. expresserunt πολυλογία, sed Eccles. v. 3. πλῆθος λόγων. Ita quoque *loquax* vocatur πολύμυθος Homer. Odyss. β'. 200. ἐν est *propter*; Hebr. בְּ Deut. ix. 4, 5. reddiderunt διὰ, sed Ion. i. 14. per ἕνεκεν, et 1 Sam. xxviii. 10. iii. 13. expresserunt per ἐν, add. *Glassius* Phil. S. p. 461. — (8.) ὁμοιωθῆναι] *imitari* garrulitatem barbarorum; Hebr. דָּמָה, Ez. xxxi. 18. xxxii. 2. id. qd. γίνεσθαι ὡς v. 16. εἶναι ὡς v. 5. μιμητήν τινος γίνεσθαι, Eph. v. 1. Mens igitur atque sententia Christi hæc est: in precibus faciundis ab omni verbositate abstinete, nec imitamini barbarorum exempla, quibus persuasum est, multis verbis argumentisque opus esse ad informandos et exorandos deos. Etenim Deus, quem nihil latet, priusquam preces adhibeatis, scit, quibus rebus egeatis. Similis locus Terent. Heaut. v. 1. 6. *Ohe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere—Illos tuo ex ingenio judicas, ut nihil credas intelligere, nisi idem dictum est centies.*

(9.) Precandi formula hoc loco obvia, est eadem quæ Luc. xi. 1 sqq. legitur, id quod Matthæi et Lucæ in ipsis verbis ac sententiarum ordine consensus satis perspicue docet. Matthæus autem in descriptione illius formulæ, plenius et accuratius Christi sententias et verba reddidit; Lucas, more suo, omnem formulam brevius exhibuit. v. *Wetstenii, Griesbachii* N. T. Quanam vero occasione Jesus hanc formulam proposuerit diligentius notavit Lucas l. c., nempe postquam discipulorum aliquis Christum rogarat, ut discipulos orare doceret. Matthæus igitur, qui in commentariis suis perquam frequenter nullam temporis rationem habere, vid. not. ad c. 5., imo diversis temporibus dicta complecti solet, hanc precum formulam, data opportunitate, orationi montanæ inseruit.—Varias in hac precandi formula occurrere voces, quibus Judæi illius ætatis suis in precibus uti consueverint, ostenderunt *Lightfootus* in Hor. Hebrr. et Talm. *Witsius* Exercitt. Sacrr. Exercit. 6. §. 32 sqq. *Schættgenius* Hor. Hebrr. ad h. l. *Vitringa* de synagoga p. 292. et *Wetstenius* ad h. l. Ac sapienter quidem Jesus, discipulos orare docens, precandi formulas Judæis usitatas respexit, et voces nonnullas in illis occurrentes retinuit, cum sic discipulorum aures non tanquam re nova offenderentur, imo potius eorum animi caperentur institutorum vetustate, qua ipsa nihil haberent carius. Neque tamen adstipulari possum iis interpretibus, qui opinantur, Jesum hanc precandi formulam omnem ex variis Judæorum precibus concinnasse, v. *Wolfius* et *Kœcherus* ad h. l. neque adeo *Moellero*, qui in *Augusti theol. Monatsschrift für d. Jahr* 1801. p. 23 sqq. et in libro: *Neue Ansichten schwieriger Stellen d. vier Evangelisten* p. 39 ss. suspicatur, septem hujus formulæ sententias, partim referre verba, quibus incepissent tunc temporis solennes Judæorum precandi formulæ, quas precandi formulas Jesus loco aliarum precum verbositate et prolixitate insignium suis commendasset, partim his sententiis a Christo propositis allegari a potiori argumento, ejusmodi Judæorum precandi formulas. Rationes enim ad has conjecturas confirmandas prolatæ leves sunt et nullius ponderis; consensus, si formulæ illæ a *Lightfooto, Schættgenio, Vitringa, Wetstenio* allatæ, cum hac nostra accuratius

ὑμεῖς· ΠΑΤΕΡ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἁγιασθήτω τὸ

comparantur, non est tantus, ut exinde colligi possit id, quod illi interpretes inde colligere volunt, et exempla allata respiciunt potissimum partem hujus formulæ priorem, non ea quæ v. 11 ss. leguntur. Cæterum fuerunt etiam qui putarent, præeuntibus *Lightfooto* Opp. T. i. p. 205. et *Wolfio* in Curis ad h. l., voces illas in scriptis Rabbinorum occurrentes, desumtas esse ex hac ipsa precandi formula a Christo discipulis proposita. Quæ tamen conjectura improbabilis omnique fundamento destituta est. vid. *Mölleri neue Ansichten* etc. p. 38.

Varia quoque disputata sunt ab interpretibus *de consilio*, quod Jesus in proponenda hac precandi formula secutus sit. Alii nimirum arbitrati sunt, Jesum discipulis suis propriam ac solennem formulam præscribere voluisse, quam ipsis verbis, ipsoque eorum ordine servato, sequerentur. Rectissime vero observavit *Næsseltus* in Obss. ad orationem dominicam (insertis ejusd. Exercitt. Sacrr. p. 2 ss.) p. 41. Lucam non plures sententias hac in oratione prætermissurum fuisse, si, quod in formula solenni exspectatur, easdem omnino sententias, eaque ipsa verba servanda putasset; nec discipulos tam hebetes atque rudes sermonis fuisse, ut ne verba quidem reperire potuerint, quibus ubivis obvia, et sensus omnibus Dei cultoribus communes, redderent, ut doceri v. c. debuerint, si vellent petere, ut omnes Deo obsequerentur, his verbis uti: *fiant, quæ velis, in cœlo et terra.* Alii ut *Schulzius* in *Anmerkk. über Michaëlis Anmerkk.* ad h. l. p. 45 sq. orationis cohærentiam et continuationem nullam videntes, putarunt, continere hanc Christi orationem, singulorum exemplorum quendam quasi cinnum, quibus docere voluisset Jesus, quomodo, quæ animo sentiremus, Deo proponere deberemus. Aptam vero omnium orationis partium cohærentiam uberior demonstrabit illius explicatio. Amiciss. *Pfankuchius, über die Gebetsformel der Messiasschüler*, in *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. x. p. 846 ss. statuit: conceptam hanc precum formulam, a Christo discipulis suis traditam, potius *symbolum, archetypum* quasi, novæ reipublicæ sacræ dici debere, in quo, externa precum forma adhibita, partim proprie, partim per imagines, more Orientis, exprimatur lætissima et certissima spes, fore, ut proxime instet tempus, quo Deus effecturus sit finem omnium bonorum, qui contineatur vera emendatione animorum hominum, qua, tanquam una lege, Deo dirigente, digni sint liquidissima felicitate, hujusque participes futuri. Istam unam et summam cogitationem verorum bonorum contineri quatuor, quæ in hac oratione legantur, sententiis primis, quintam autem et sextam cum septima conjunctam, de removendis hujus rei impedimentis et obstaculis loqui, atque sic unam quasi ideam per hanc omnem formulam regnare. Disputavit contra *Pfankuchium* *Næsseltus* in libello supra laudato, monuitque, hanc formulæ faciem et adspectum sumtum magis esse, quam idoneis rationibus confirmatum. Argumenta a *Næsselto* ad *Pfankuchii* sententiam refellendam prolata, sunt fere hæc: a) non apparet, cur necesse sit statuere, unum veluti principium per universam hanc Christi formulam regnare, unamque eandemque rem multifariam esse expressam; cur minus conveniat cum modo precandi Judæis usitato, varia conjunctim ad Deum deferre, quam eadem aliis verbis et imaginibus repetere? b) Non apparet, cur Christus discipulis suis symbolum tradiderit et confessionem, cum *precum formulam* diserte e discipulis quidam flagitaverit. c) Hujus generis formulæ precum, etiam Johannis baptistæ quædam, v. Luc. xi. 1., inter Judæos ferebantur, confessionis exempla nulla. d) Si Jesu consilium fuisset, ut discipulis adumbraret *regnum cœleste*, sententiam, *adveniat regnum tuum*, primo loco posuisset. e) Formula plana satis atque perspicua: *panem nostrum da nobis hodie*, illa sententia admissa, perquam obscura redditur. f) Christus ipse Matth. vi. 7, 8. discipulis suis interdixit, ne loquaces essent atque verbosi in precibus fundendis, plane ergo improbabile est, eum ipsum in formula, quæ exemplo aliis in orando esse deberet, eandem rem toties, adhibita aliqua verborum varietate, repetiisse. — Itaque adstipulor *Næsselto*, statuenti, Jesum h. l. non tam formulam quandam præscribere voluisse, quam potiora enumerare, quæ sectatoribus suis a Deo essent efflagitanda. Cæterum dixit quidem Jesus hanc orationem proxime discipulis suis, ut e Luc. xi. 1. cognoscitur, neque tamen negandum, bene eam a christianis retineri, servarique ipsa quoque verba quæ præivit, dummodo ea recte intelligantur. vid. *Næsseltus* l. c. p. 41. et *Pottus* de natura et indole orat. montanæ p. 20. et *Ravii* Disp. de oratione dominica, an oratio dominica præcipue Apostolis fuerit destinata. Erlang. 1804. 4.

A Deo tanquam omnium bonorum auctore et largitore principium est, ad eum virtus christiana omnia refert. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] scl. ὢν (vid. *Bosius* de Ellips. sub h. v.) *Deus Optime Maxime, potentissime et benignissime*, v. ad v. 16, 35. Non plane contemnenda est *Olearii* in Obss. ad h. l. p. 177 ss. observatio, Deum propterea h. l.

10 ὄνομά σου· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά

a Christo dictum esse *patrem cœlestem*, ut viderent sectatores ipsius ad Deum preces se mittere posse ubique, cum Judæi opinarentur, a Deo non exaudiri preces, nisi fierent in templo Hierosolymitano, certe ita, ut is, qui preces faceret, os converteret ad plagam eam, ubi nosset templum esse. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου] *nobilitetur nomen tuum, precamur, ut omnes homines numen tuum nobilitent*, quæ quidem verba curatius illustrantur sententiis, quæ proxime sequuntur. ἅγιος, קָדוֹשׁ, vocatur Deus, quatenus est *veneratione dignissimus*, Luc. i. 49. Ies. vi. 3. ἁγιάζειν est *venerari Deum*, 1 Petr. iii. 15. ut הִקְדִּישׁ Ies. viii. 13. unde et Phavorin. ἁγίαζε· σέβου. Conjungitur porro ἁγιάζεσθαι de Deo usurpatum cum verbo μεγαλύνεσθαι, v. Ezech. xxxviii. 23. coll. Sir. xxxvi. 4. ὥσπερ ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν, οὕτως ἐνώπιον ἡμῶν μεγαλυνθείης ἐν αὐτοῖς. add. Ies. v. 6. נִקְדַּשׁ Alexandrini expresserunt δοξασθῆναι, quo ipso verbo etiam nostrum ἁγιάζεσθαι explicuit Chrysost. Homil. xix. ἁγιασθήτω· τοῦτ' ἔστι δοξασθήτω. Jam in literis sacris δοξάζειν τὸν Θεὸν, *illustrare, nobilitare Deum*, dicuntur ii, qui cognita Dei voluntate agunt id, quod huic voluntati atque consilio Dei consentaneum est, v. Act. xiii. 48. 1 Petr. iv. 16. add. *Nœsseltus* in Opuscc. T. ii. p. 14. Exercitt. sacrr. p. 12 sqq. et Deus dicitur ἁγιάζεσθαι s. δοξάζεσθαι, *nobilitari*, (Cic. Tusc. i. 15.) *illustrari*, ab hominibus, recta divinæ voluntatis cognitione et obsequio, quam quidem vim huic voci inesse, præter locos modo allatos, docet etiam Joh. xii. 28. xv. 8. et hanc potestatem etiam h. l. verbis ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου tribuendam esse, sat clare demonstrant sententiæ, quæ hanc nostram excipiunt. ὄνομά σου, i. *tu*, ὄνομα enim, ut שֵׁם, nominibus Dei junctum, facit periphrasin, v. Mal. i. 14. coll. Act. iii. 16. Ies. xxix. 23. add. *Glassius* Phil. S. p. 111 sq. 896. unde et Ez. xxxvi. 23. ἁγιάσω τὸ ὄνομά μου et ἁγιασθῆναί με tanquam synonyma permutantur. Ad verba autem ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, subintelligi debet διὰ τῶν ἀνθρώπων. *Pfankuchius* verba nostra interpretatur: *Impios puniendo, cultores tuos felices reddendo, sanctitatem tuam demonstra!* hanc enim, monet, divinæ sanctitatis demonstrationem exspectatam esse sub initiis τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. coll. 2 Thess. i. 4 ss. subintelligit præterea h. l. διὰ σαυτοῦ· quæ ellipsis salva interpretatione a nobis supra proposita, locum habere posset. Quicquid enim, ut scite observavit *Nœsseltus* p. 17. Deus agit ad suum de hominum salute perficiendum consilium, suamque gloriam illustrandam, utitur sane libera hominum voluntate, quo fit, ut, cum homines vera pietate Deum colant, ipse Deus auctor hujus pietatis hominum recte dicatur. Sed quo minus cum *Pfankuchio*, et *Paulo*, (qui in s. *Krit. Kommentar* ad h. l. etiam de voluntatis divinæ sanctitate sermonem esse putat,) faciamus, atque majestatem divinam in has angustias compellamus, impediunt vel addita verba: Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, et ipsa orationis series.

(10.) ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου] *adveniat regnum tuum!* cum Christus sua doctrina auctor fuerit veræ in Deum pietatis, rectæque Dei cognitionis, e qua, tanquam ex uberrimo fonte purior Dei cultus promanabat, perquam apposite h. l. additur: *regnum Dei ad nos deferatur*. Jam constat, βασιλείαν τῶν οὐρανῶν sæpius significare *ipsam religionem divinam, ipsam Christi doctrinam, illiusque propagationem*, vid. not. ad iii. 2. et hoc ipso sensu hæc vox h. l. posita est. Illo vero tempore, quo Jesus hæc verba proferebat, jam dudum homines doctrina sua imbuere cœperat. Itaque per se intelligitur, sensum horum verborum esse: doctrina tua majora et lætiora inter homines incrementa capiat! Nobilitatur autem Deus et propagatione doctrinæ christianæ, et hujus doctrinæ obsequio, Matth. vii. 21. hinc additur: γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς] *conforment sese, ut in cœlo genii, ita in terris homines ad tuam voluntatem*. His ergo precibus junctis, non eadem declarantur, sunt potius sententiæ, conjunctissimæ quidem, attamen diversæ. Nam non eo, quod doctrina Dei propagatur, aut quod sumus in numerum sectatorum Christi relati, statim etiam divinæ voluntati convenienter agimus. cf. et *Baur Exegetisch-praktische Bemerkungen über die dritte Bitte im Vater Unser* in *Süskind. Magazin für christl. Dogmat. u. Moral*, St. xiv. p. 39 sqq. ὡς ἐν οὐρανῷ intelliguntur *genii cœlestes, angeli*, v. Luc. xv. 7, 10. et Judæi Deum regem ipsorum supremum, magna geniorum caterva stipatum sibi cogitabant, quorum ministerio ad exsequenda sua mandata uteretur, v. ad Matth. xviii. 10. ὡς — καὶ positum est pro ὡς — οὕτως, more Hebræorum, qui ו post כ aut כַּאֲשֶׁר ponere solent, v. Num. i. 19. Ies. liii. 7. quo posteriori loco Alexandrini vertunt οὕτω, sed priori καί. vid. *Noldius* Concordd. Particc. p. 437. et *Glassius* Phil. S. p. 603 sq. Neque vero hæc loquendi ratio Græcis scriptoribus insolens est Thucyd. viii. 1. καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐποίουν ταῦτα i. e. οὕτω καὶ ἐποίουν. add. Xen. Mem. ii. 2. 2.

(11.) Jubebat Jesus discipulos suos a Deo petere, et quæ ad animum, et quæ ad corpus tuendum pertinerent, atque ita eos quoque

11 σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν

edocere volebat, nimiam de vita sustentanda sollicitudinem et curam abjiciendam, et in Dei providentia spem esse reponendam, coll. v. 33. hinc adjiciebat: τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον] *da nobis hodie ad vitam tuendam necessaria.* Luc. xi. 3. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν. — ἄρτος, ut voc. לחם, non tantum *panem*, sed omnino *victum* indicare, tralatitium est. Sic legitur v. c. Prov. xxx. 8. לֶחֶם חֻקִּי, ubi Aquila ἄρτος ἀκριβασμῶν· Symmach. δίαιτα ἱκανή· Alex. τὰ δέοντα καὶ αὐτάρκη· Vulg. *victui meo necessaria.* In explicanda autem voce ἐπιούσιος vehementer interpp. inter se dissident. cf. *Wolfius* in Curis et *Wetstenius* ad h. l. *Suicerus* Thes. Eccl. h. v. *Stolbergii* Exercitt. L. Gr. p. 220. *Salmasius* de Fœnore Trapezit. p. 812 s. *Toupius* Opuscc. P. 2. p. 114 ss. *Segaarius* Obss. Philoll. ad Luc. XI. priora capp. p. 298 sq. *Albertius* ad h. l. *Fischerus* de Vit. Lexx. N. T. p. 311 ss. *Valckenarius* (Selecta e scholis Lud. Casp. Valckenarii in libros quosdam N. T. Vol. i. Amstel. 1815. p. 190.). Alii nimirum arbitrantur, ἐπιούσιος, quod præter hunc locum et Lucæ l. l. nuspiam legitur, e verbi ἔπειμι participio ἐπιοῦσα effictum atque formatum esse. Comparant formulam ἐπιοῦσα ἡμέρα, *sequens dies*, Act. vii. 26. xxi. 18. et ἡ ἐπιούσῃ νύξ Act. xxiii. 11. ἐπιούσιος respondere aiunt Hebraico voc. מָחָר, quod Hieronymus in Evangelio secundum Hebræos inscripto, se reperisse profitetur, atque adeo ἄρτος ἐπιούσιος, ut לחם מחר explicandum esse præcipiunt: *victum crastinum; victum crastini diei*, i. *quo nobis ad tuendum corpus opus est crastino die.* Ita præter alios *Fischerus*, *Valckenarius* l. l. *Næsseltus* vero, cum ἐπιέναι proprie significet, *ad manus* s. *in promtu esse*, vertit: *victum semper paratum da nobis hodie.* Alii, ut *Paulus* in *Krit. Komment.* ad h. l., explicant: *victum futuri temporis* i. victum quotidie necessarium da nobis hodie, et observant: vocem ἐπιοῦσα ἡμέρα non tantum *diem crastinum*, sed omnino etiam tempus instans, notare.

Alii ἐπιούσιος deducunt ab οὐσία. Vocabulum οὐσία notat *substantiam, vitam*, unde etiam cum βίος, ita tamen ut *opes, facultates* significet, commutatur Luc. xv. 13, 30. add. Tob. xiv. 13. Illa igitur derivatione admissa, ἄρτος ἐπιούσιος explicandum est: *victus ad substantiam, ad vitam tuendam necessarius*, i. *victus quotidianus*, id. qd. ὁ καθ' ἡμέραν βίος Eurip. Electr. 235. ἡ καθ' ἡμέραν ἀναγκαῖος τροφὴ Heliodor. vi. p. 284. ἡ ἐφήμερος τροφὴ Jac. ii. 15. atque hunc in modum interpretatus est hæc verba Theophylactus, ἄρτον ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη· et Syrus interpres: *da nobis panem necessitatis nostræ quotidie*, quin et ipse Hieronymus Opp. f. 10. b. T. ix. Basil. expressit ἄρτον ἐπιούσιον, *panem supersubstantialem.* Auctor Etymol. M. ἐπιούσιος· ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων· Suidas: ἐπιούσιος ἄρτος, ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων, ἢ ὁ καθημερινός· ubi v. *Kusterus.* Chrysost. Opp. T. v. p. 187. ἄρτον ἐπιούσιον, τουτέστιν ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα καὶ συγκρατῆσαι ταύτην δυνάμενον. Commendat hanc interpretationem etiam linguæ analogia, nam v. c. ἐπιλήνιον est, *quod ad torcular pertinet*, ἐπιτάφιον, *quod ad sepulturam pertinet.* *Salmasius* quidem, *Scaliger*, aliique monuerunt, ἐπιούσιος non posse deduci ab οὐσία, quod tunc dicendum esset ἐπούσιος. Sed, ut jam dudum alii recte monuerunt, non desunt exempla, in quibus iota ex ἐπὶ in compositis, ante vocalem, aut diphthongum sequentem retinetur, ut ἐπιεικὴς, ἐπίορκος, ἐπιάλλω, ἐπίουρος, ἐπιίστωρ, ἐπιόσσομαι etc.

Cæterum nomen ἐπιούσιος ab Evangelistis ipsis confictum esse statuerunt Origenes, alii. Origen. de Orat. p. 94. scribit: ἡ λέξις ἡ ἐπιούσιος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων, οὔτε τῶν σοφῶν ὠνόμασται, οὔτε ἐν τῇ τῶν ἰδιωτῶν συνηθείᾳ τέτριπται, ἀλλ' ἔοικε πεπλάσθαι ὑπὸ τῶν Εὐαγγελιστῶν. *Pfankuchius* l. l. animadvertit: in lingua Aramæa verba לְחֶם דִּי לְקִיוּם respondere verbis ὁ ἄρτος ἐπὶ οὐσίαν i. *panis ad sustentationem*, victus ad vitam tuendam, *necessarius;* in scriptura autem continua α facile potuisse mutari in ι, vel sciolum qui pro adjectivo habuisset, et scribendi vitium commissum suspicatus esset, pro ΑΡΤΟΝ-ΕΠΙΟΥΣΙΑΝ scripsisse ἐπιούσιον. Ingeniosa quidem conjectura, quæ tamen probabilior foret, si vocabulum ἐπιούσιος hoc tantum loco extaret. Equidem potius arbitror, ἐπιούσιος, quod haud dubie ab οὐσία deducendum est, Matthæi interpretem Græcum et Lucam (xi. 3.) depromsisse ex scriptis popularium suorum Græciensium. Nec mirandum hanc vocem nusquam alibi repertam. *Vix enim*, ut apposite monuit *Salmasius* Commentarr. de Hellenistica p. 107. *millesima pars restat eorum, qui aliquid Græce commentati sunt. Si omnes extarent; nulla vox tam μονήρης in nova, et vetere, pagina reperiretur, quin χρῆσις ejus ex aliquo auctore, qui periit, confirmari posset: præcipue si illi extarent, qui plebeio stilo, et idiotico, res, ac vitas privatorum scripserunt.*

Improprie etiam plures verba nostra ceperunt, et vario modo explicuerunt. v. *Wolfius* in Curis ad h. l. In his nominandus quoque est *Pfankuchius*, qui verba nostra interpretatur hunc in modum: *da nobis panem promissum, vere nos sustentantem*, ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἀληθινόν, Joh. vi. 32. i. e. fac nos participes felicitatis civium regni Messiani.

12 ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα
13 ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Καὶ μὴ
εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ

Ad confirmandam hanc sententiam suam V. D. his potissimum argumentis usus est:— a) nimis præcipitem transitum a rebus ad animum pertinentibus eos facere, qui hæc verba proprie interpretentur. b) Judæos felicitatem in regno Messiano exspectandam cum cœna et convivio comparare solitos esse, vid. Matth. viii. 11. Luc. xiv. 15. Apoc. ii. 17. et Jesum ipsum quoque se propterea nominasse τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦ Θεοῦ, τῆς ζωῆς Joh. iv. Sed, ut recte contra monuit *Næsseltus*, quidni licuerit Christo, præceptis ad animorum salutem pertinentibus, immiscere etiam ea, quæ contrariam plane spei in Dei providentia ponendæ sollicitudinem de vita sustentanda ex animis Apostolorum evellerent, præsertim cum Apostoli, in gravi isto propagandæ religionis christianæ negotio, rei domesticæ nullam prorsus curam habere possent, ac deberent? Nec profecto divinando Christi discipuli hujus sensus obscuritatem assequi poterant, cum vel ipsum additum σήμερον *hodie*, sive ut ap. Luc. legitur, καθ' ἡμέραν, *quotidie*, doceat, non esse cogitandum de *futuro* in cœlis gaudio, sed de victu quotidiano; neque illam epularum lætitiam Christus iis, his in terris, sed ipsis aliquando in cœlum advectis promisit, v. *Næsseltus* p. 34.

(12.) Ad vitiorum declinationem Christi oratio sese convertens, ea vel jam admissa spectat, vel imminentia christianis. Illa quæ semel admissa cum dolore sentiuntur, nec fieri infecta possunt, hactenus deleri precibus jubet, ut Deum de eorum condonatione rogemus, qui et avertere pœnas, et benevolentiam suam conservare nobis queat; cætera, hoc est futura, præverti deprecando, ne libidinis blanditiis, quibus difficile est obsistere, auferamur. Sunt verba Nœsselti l. l. p. 45. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν κ. τ. λ.] *condona nobis peccata in te nostra, sicut et nos condonamus* (i. e. condonare volumus v. ad Luc. i. 59.) *injurias nobis illatas earum auctoribus.* ἀφιέναι respondet verbo Chald. et Syr. שְׁבַק, quod non modo valet: *dimittere, relinquere, sinere,* sed etiam *condonare, remittere,* et tunc ei fere jungitur חוֹב, ὀφείλημα, v. *Buxtorf.* Lex. Talm. h. v. atque sic etiam h. l. ἀφιέναι notat, *condonare, remittere,* Hebr. סָלַח, ut ap. τοὺς ό· Ps. xxv. 18. ἄφες τὰς ἁμαρτίας μου· add. Num. xiv. 19. Ies. lv. 7. hoc significatu apud scriptores exteros quoque verbum ἀφιέναι legi, docuerunt *Wolfius* et *Wetstenius* ad h. l. et *Albertius* Peric. Crit. p. 44. ὀφείλημα prop. est *debitum,* et ἀφιέναι ὀφειλήματα, *condonare debita,* ut 1 Macc. xv. 8. πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν ἀφιέσθω σοι· add. Matth. xviii. 32. coll. v. 27. deinde vero, ut חוֹב et חַיָּב etiam de *peccatis* usurpatur, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 714 s. et *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 74 ss. hinc et ap. Luc. xi. 4. pro ὀφειλήματα legitur ἁμαρτίας, et infra v. 14. ὀφειλήματα commutatur cum παραπτώματα. Ita quoque ὀφειλέται prop. sunt *debitores,* Chald. חַיָּבִין χρεωφειλέται, v. Hesych. Matth. xviii. 24. deinde, *impii, scelesti,* qui vel in Deum peccant, vel alios injuriis lædunt. v. *Vorstius* l. l. et *Schleusneri* Lex. h. v. Cæterum ad verba τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν subintelligi debet: τὰ ὀφειλήματα αὐτῶν· nam etiam Hebr. סָלַח, *condonare,* vel simpliciter ponitur, omisso casu rei et personæ, Ies. lv. 7. vel addito casu personæ, omisso casu rei, v. Num. xv. 25.

(13.) καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν] *nec sine virtutem pietatemque nostram tentari a Satana.* πειρασμὸς h. l. legitur de omnis generis peccandi illecebris, de insidiis, quas Satanas struit Christi cultoribus, ut eas a Christi partibus ad suas abstrahat. v. *Pottii* Commentar. in ep. Jacob. Excurs. 2. p. 181 ss. Eodem sensu πειράζεσθαι extat i. 13. 1 Cor. x. 13. Ergo μὴ εἰσενέγκῃς ἡ. ε. π. erit: *nec sine nos succumbere tentationi, incidere in insidias, quas nobis Satanas struit et tendit.* Sic Matth. xxvi. 41. προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, *precamini Deum, ne intretis in insidias, quas vobis Satanas struit, ita, ut a me desciscatis.* Comparetur etiam locus Luc. xxii. 31 sq. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ] *imo nos ab insidiis ejus immunes præsta.* τοῦ πονηροῦ non esse genitivum neutrius generis, ut voluerunt nonnulli, ita, ut intelligantur omnis generis mala et res adversæ, sed genitivum masculini generis, atque significari *Satanan,* in promtu est. Etenim Satanas etiam aliis in locis dicitur ὁ πονηρὸς, ut Matth. xiii. 19. 1 Joh. ii. 13, 14. iii. 12. coll. v. 8. et Satanæ, quicquid malorum esset, etiam πειρασμοὺς, tanquam auctori tribuebant Judæi, et in libris N. T. omnia quæ religioni christianæ contraria sunt, ad eum tanquam auctorem referuntur, v. Eph. vi. 11. 1 Petr. v. 8. Luc. xxii. 31. Joh. xvii. 15. Verbum ῥύεσθαι respondet Hebr. הִצִּיל, quod construitur vel cum particula מִן vel cum nomine מִיַּד sequente Genitivo vel Ablativo personæ, v. Ex. ii. 19. al. ut sit: *liberare aliquem ab insidiis, vi alicujus,*

πονηροῦ· [1]ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ
δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. Ἐὰν γὰρ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώ- 14
ποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ
ὑμῶν ὁ οὐράνιος. Ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ 15
παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παρα-

13. † ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

unde ῥύσασθαι modo copulatur cum ἐκ Rom. vii. 24. modo cum ἐκ χειρὸς Luc. i. 74. modo cum ἀπὸ, ut h. l.; hæc vero ipsa observatio confirmat sententiam supra propositam, τοῦ πονηροῦ esse Genitivum masculini generis v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 310 sq. ὅτι σου ἐστιν ἡ βασιλεία κ. τ. λ.] *tu enim es potentissimus et maximus, isque æternus.* In utramque partem de hac doxologia, sive Ætiologia, ut hanc enuntiationem nominavit *Bengelius* (cum afferantur caussæ, cur christiani sperent, se a Deo, quæ petierint, impetraturos esse), disputarunt Critici. Authentiam illius evincere conati sunt *Baumgartenius* in Diss. authentia doxologiæ Matth. vi. 13. obviæ, a recentissimis oppugnationibus vindicata, Halæ 1753. *Benzenbergius* in Symboll. literarr. Duisburgg. T. ii. p. 1. add. quos laudavit *Kœcherus* in Anal. ad h. l. et *Matthæi* edit. N. T. ad h. l. Spuriam vero eam esse, docuerunt *Bengelius* in Apparatu critico ad h. l. *Wetstenius, Griesbachius, Fischerus* l. c. p. 526 ss. alii. Nempe omittunt hæc verba codd. Græci, pauci quidem, sed præstantissimi, patres Latini omnes, etiam ii, qui commentarios in hanc orationem scripserunt, et singulas ejus partes diligenter illustrarunt, inter quos etiam antiquissimi sunt Tertullianus et Cyprianus. Origenes quoque, qui omnes hujus orationis sententias singulari libello (περὶ εὐχῆς Opp. T. i. p. 226 ss. ed. de la Rue) pertractavit, et diserte indicavit, quibusnam rebus codices Lucæ, qui doxologia semper caruerunt, a Matth. codicibus differrent, hanc ultimam formulæ partem plane præteriit, unde patet, eam ab Origenis codd. abfuisse. Reperiuntur quidem hæc verba in verss. Syriacis tribus, (Peschito, Philoxeniana, Hierosolymitana,) in Æthiopica, Armenica, Gothica, in constitutionibus Apostolorum, et apud Chrysostomum. Sed horum testium nullus, ut *Griesbachius* in Commentar. Crit. ad h. l. monuit, si Syriacam Peschito excipias, probare potest, quarto seculo antiquiorem hanc clausulam esse, versionem autem Peschito, serioribus temporibus passim ad Græcos libros juniores, cum vulgari textu consonantes, recognitam esse. Adstipulor igitur *Griesbachio*, cui hæc doxologia seculo IV. post Chr. N. e liturgiis, quæ et huic orationi, et aliis precum formulis, modo hanc ipsam, modo similes doxologias subnecterent, in codices irrepsisse videtur. δύναμις, גבורה, *potentia*, δόξα de Deo ita poni solet, ut indicet vel virtutes Dei omnes, laude et admiratione dignissimas, vel certum quoddam earum genus, pro dicentis vel scribentis consilio, vid. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 368, 526. et ita h. l. δόξα inprimis Dei benignitatem notare videtur, ita, ut δύναμις ostendat, Deum bona illa cultoribus suis largiri posse, δόξα eum bona illa pro benignitate sua precantibus concedere velle. ἀμὴν legitur quidem in nonnull. libris, qui doxologia carent, sed omittunt hanc vocem etiam plures, in quibus illa extat. Haud dubie ea e consuetudine ecclesiastica (Deut. xxvii. 15. 1 Cor. xiv. 16.) adjecta fuit. v. *Griesbach.* Est autem hæc vox in fine orationis adjecta, approbantis et optantis, unde etiam Alexandrini eam expresserunt γένοιτο, Num. v. 22. Deut. l. l. Suidas: ἀμήν· πεπιστευμένως, ἀληθῶς, ἢ ἀντὶ τοῦ γένοιτο.

(14. 15.) Non semel, sed sæpius Jesus discipulis et sectatoribus suis, quibus in profitenda et propaganda doctrina divina, varii generis molestiæ, calamitates ac persecutiones perferendæ erant, lenitatem, pacis concordiæque studium inculcavit. Has virtutes iis etiam h. l. commendat, et quo gravius eas iis commendet, more Hebræorum, ut Ies. xxxviii. 1. iii. 9. Jer. xxix. 11. Deut. ix. 7. eandem sententiam affirmative et negative proponit. Neque tamen hi versus satis accurate cum proxime præcedentibus cohærent, unde apparere videtur, hæc verba a Christo alio tempore dicta, et adjecta esse h. l. a Matthæo ob v. 12. ἐὰν γὰρ ἀφῆτε — ὁ οὐράνιος] *si hominibus delicta condonaveritis, et pater cœlestis vobis vestra condonabit.* Sir. xxviii. 2. ἄφες ἀδίκημα τῷ πλησίον σου, καὶ τότε δεηθέντος σου αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται. Particula γὰρ, de cujus usu præter alios v. *Irmischius* ad Herodi. T. i. p. 894. h. l. redundat, ut Gal. i. 10. al. Post verba v. 14. ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος in codd. nonnull. addita leguntur verba, τὰ παραπτώματα ὑμῶν, quæ vero verba, ut recte judicavit *Griesbachius*, adscripta sunt haud dubie ab iis, qui orationem integram reddere vellent.

16 πτώματα ὑμῶν. Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ
ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν,
ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι
17 ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου
18 τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι. Ὅπως μὴ φανῇς

(16—18.) Sermo est de jejuniis privatis, ut Luc. xviii. 11. Ea Jesus h. l. non omnino improbat, v. et ix. 15. sed reprehendit tantum Pharisæorum, qui ὑποκριταὶ dicuntur, ut v. 2. et 5. in jejuniis instituendis vanitatem. Cf. de jejuniis Judæorum et Pharisæorum *Buxtorfii* Synagoga Jud. c. 14. p. 279. c. 30. p. 574. et *Drusius* ad Luc. l. l. μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποὶ] σκυθρωπὸς generatim dicitur is, *cui sunt supercilia contracta*, hæc cum sint indices iræ, morositatis, insolentiæ, σκυθρωπὸς 2) est, *torvus, morosus.* Philo de vita Mos. 1. p. 605. D. de præceptis Mosis: καίτοι ἀνίσως ἔχειν ἐπιτρεπόντων καὶ μηδὲν ἐπιδεικνυμένων σκυθρωπὸν, *quamvis cessationes ipsi concederent, nec quicquam morositatis præ se ferrent,* add. Alciphron. 3. ep. 64. et *Kypkius* ad h.l. Supercilia contracta cum sint etiam indices mœstitiæ, σκυθρωπὸς 3) est, *tristis, mæstus,* nam ap. Xen. Mem. ii. 7, 12. opponitur ἱλαρῷ, et ib. iii. 10. 4. φαιδρῷ· verba sunt: ἐπὶ ἀγαθοῖς φαιδροὶ, ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς σκυθρωποί· Æschin. ep. 2. πρόσωπον σκυθρωπὸν καὶ ὅμοιον δεδακρυμένῳ. ap. Aristoph. Plut. 756. ὀφρῦς συνάγειν, *supercilia contrahere* (tristitiæ signum), et σκυθρωπάζειν *vultu esse tristi atque moroso*; et ap. Theophr. Char. 14. σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας junguntur. Phavorinus: σκυθρωπὸς, στυγνὸς, λυπηρός. Respondet Hebr. זֹעֵף, Gen. xl. 6. ubi Alex. habent τεταραγμένοι· Aquila: ἐμβρασσόμενοι. Symmachus σκυθρωποί. vid. *Albertius, Elsnerus, Krebsius* ad h. l. et *Majus* Obss. S. Fasc. 1. p. 93. Quoniam vero ii, qui mœsti sunt ac lugent, quales sunt ii, qui cibis abstinent, ora habere solent pallida, hinc σκυθρωπὸς 4) est, *pallidus,* זֹעֵף, Dan. i. 10. ubi Theodot. vertit πρόσωπα σκυθρωπὰ, *ora pallida et macilenta*, quibus opponuntur ἰδέαι ἀγαθαὶ καὶ ἰσχυραὶ, *plena et vivida.* Quia denique ii, qui mœsti erant, lugebant, quales jejunantes erant, vid. ad ix. 14. illoti, incomti, squalidi, cineris conspersione maculati, vultu corrugato, apparebant, et horrorem quendam aliis incutiebant, v. 2 Sam. xii. 20. Ruth. iii. 3. Plutarch. quæst. Rom. 285. διὸ καὶ τὴν φλαμινικὰν ἱερὰν τῆς Ἥρας εἶναι δοκοῦσαν, νενόμισται σκυθρωπάζειν, μήτε λουομένην τηνικαῦτα, μήτε κοσμουμένην· vid. *Kypkius* ad h. l. add. Terent. Phorm. i. 2, 56. de muliere mortem matris lugente: *Capillus passus, nuda pes, ipsa horrida, Lacrumæ, vestitus turpis*; hinc σκυθρωπὸς 5) dicitur etiam is, *cui sunt ora illota, sordibus repleta.* Jam h. l. ut omnis contextus flagitat. coll. v. 17. significatur, tristitia conjuncta cum squalore, in habitu corporis et vestitu; atque adeo μὴ γιν. σκυθρωποὶ est, *videte, ne ora præ vobis feratis lugubria et sordida.* ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν] *deturpare enim solent vultum.* ἀφανίζειν, prop. est, *abolere aliquid ita, ut ne vestigium ejus appareat.* Suidas, ἀφανίσαι· ὅλως τὸ ἀπολεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι· Xen. Mem. i. 2. 58. de sepultura: τὸ σῶμα ἐξενέγκαντες ἀφανίζουσι. Arrian. Exp. Alex. i. 9. ἀφανίσαι τὴν πόλιν, *destruere urbem.* Joseph. Ant. i. 11. 1. de urbis Sodomitarum excidio: καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν καταστρέψασθαι, καὶ τὴν χώραν οὕτως ἀφανίσαι, ὡς μήτε φυτὸν ἔτι, μήτε καρπὸν ἕτερον ἐξ αὐτῆς ἀναδοθῆναι: Isocrat. Panegyr. c. 26. αἱρετώτερόν ἐστι τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, ἢ δούλαις ὀφθῆναι γινομέναις. add. Æl. H. V. iii. 43. Esth. iii. 6, 13. ubi v. τοὺς ὀʹ *Albertius, Krebsius* et *Læsnerus* ad h.l. Deinde ἀφανίζειν adhibetur *de iis, qui aliquid perdunt, deformant, corrumpunt, deturpant.* Joseph. Ant. ix. 3. 2. τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν διήρπασαν, καὶ ἠφάνισαν, πληροῦντες τῶν ἐκ τῶν χειμάῤῥων λίθων· et ap. Xen. Ephes. legitur de tormentis, quæ pulchritudinem et vigorem corporis delent. v. *Hemsterhus.* in Obss. Misc. Vol. iii. p. 411. *Valckenarius* ad Eurip. Phœnn. p. 132. add. *Kypkius* ad h. l. Hoc loco per τὸ ἀφανίζειν intelligitur *deformatio et deturpatio vultus* h.e. caput non unctum, capillus horridus, barba non composita, vultus cineris conspersione maculatus. conf. v. 17. 2 Sam. i. 2. Ies. lxi. 3. Ez. xxvii. 30. Dan. x. 3. *Lightfootus* et *Schœttgen.* in Horis ad h. l. πρόσωπον prop. est Lat. *facies,* Hebr. מַרְאֶה, sed h. l. respondet Hebr. פָּנִים atque *os* et *caput* significat, coll. v. 17. ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες] *quo cognoscant alii eos jejunia instituere,* atque hæc eorum pietatis et sanctitatis specimina admirentur. Quod verba ultima attinet, vid. notata ad v. 2.—(17. 18.) Hebræi non nisi loti accubare, et ut omnino in rebus lætis, ita inprimis etiam in conviviis, capita unguentis perungere solebant; vid. 2 Sam. xii 20. (ubi ab Alex. etiam junguntur: ἐλούσατο καὶ ἠλείψατο·) Cant. i. 13. Joh.

τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ·
καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι †ἐν
τῷ φανερῷ. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, 19
ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι
καὶ κλέπτουσι. Θησαυρίζετε δὲ ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, 20
ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ

18. † ἐν τῷ φανερῷ.

ix. 7, 8. Luc. vii. 46. quod ipsum hodieque in terris Orientis fieri solet. v. *Niebuhr Beschreibung von Arabien* p. 59. Quibus ergo ora lauta erant, neque squalentia, et capilli uncti, ii nec jejunare videbantur. ὅπως μὴ φανῇς κ. τ. λ.] *ut nemo nisi Deus sciat, te abstinere cibo*, ut non tam aliis hominibus, quam Deo jejunium tuum innotescat. τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ] vid. ad v. 6.

(19. 20.) Varii generis gnomæ atque præcepta, modo brevius, modo copiosius explicata sequuntur, v. xix.—vii. 23. Avocat Christus hoc versu et sqq. discipulos suos ab avaritia, a cupiditate et studio divitiarum, omninoque nimia rerum terrenarum cura, excitatque eos ad studium rerum, bonorumque cœlestium. Ille enim, cujus animum ista rerum terrenarum cura cruciabat, qui honores, opes, externumque splendorem desiderabat et affectabat, non poterat doctoris religionis christianæ munere fungi, muneris sui partibus exacte satisfacere, atque Christi sectator hoc nomine dignus esse, illis præsertim temporibus, quibus christianos crudelissime persequebantur religionis eorum adversarii. Cæterum ea quæ h. l. v. 19, 20, 24ss. leguntur, Jesum alio tempore discipulis dixisse, docet locus Lucæ xii. 22 sqq. add. Luc. xvi. 13. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς] *nolite studium ponere in coacervandis divitiis terrenis.* Vocabulum θησαυροὶ *de rebus pretiosis quibuscunque*, quæ recondi solent, usurpatur. Præter aurum et argentum, etiam frumenti acervos, et vestium pretiosarum apparatum divitiis annumerare solebant Hebræi, vid. Gen. xlv. 22. Jos. vii. 21. Judd. xiv. 12. 2 Sam. xii. 20. Amos. viii. 5. ubi Alexandrini voc. θησαυρὸς de frumenti copia adhibuerunt, sicut et θησαυρίζειν de frugibus reconditis legitur ap. Æl. H. V. vi. 12. Hist. Animal. iii. 10. Illa vero ipsa tria divitiarum genera, nempe vestimentorum, frumenti, auri argentique copia, h. l. ut contextus docet, nomine θησαυροὶ significantur. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει] *quas tinea perdit, et curculio corrumpit.* ἀφανίζειν id. qd. διαφθείρειν Luc. xii. 33. *corrumpere, perdere, ita, ut iis uti non possis.* σὴς est *tinea*, vermiculus, qui in vestibus maxime laneis, nascitur, easque perrodit, *die Motte*, Sir. xlii. 19. in versione Alex. respondet Hebr. סָס Ies. li. 8. et עָשׁ Job. iv. 19. xxvii. 18. Vocabulum βρῶσις, *Casaubonus*, *Drusius*, alii, conjungendum putarunt cum σὴς, ut σὴς καὶ βρῶσις per ἓν διὰ δυοῖν dictum sit pro σὴς βιβρώσκουσα, *tinea corrodens*; cui sententiæ repugnat v. 20. e quo patet βρῶσις notare aliquid, quod diversum sit a tineis; legitur enim ibi σὴς οὔτε βρῶσις. Æque male *Ludovicus Deus* βρῶσις accepit de hominibus, de ipsa edendi actione, cum penus per βρῶσιν absumatur. Alii explicant, *rubigo*, *ærugo*, vitium auri et argenti ab humore et situ contractum, ut adeo βρῶσις sit idem quod ἰός. Provocant inprimis ad Jac. v. 2, 3. quem verba nostra respexisse putant. Legitur ibi τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονε *a tineis adesa*, ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν.—Equidem vero per βρῶσιν intellexerim potius *curculionem*, *den Kornwurm.* Scilicet βρῶσις, *arrosio*, *corruptio*, ut Hebr. אֹכֵל, dicitur de iis omnibus, quæ perdunt, corrumpunt, consumunt aliquid, ut de tinea, Gloss. vett. βρῶσις, ἡ σῆψις *tinea*; de animalibus et vermibus frumento nociferis Mal. iii. 11. ubi Alexandrini habent βρῶσις. Locus Ies. l. 9. ubi pro עָשׁ, *tinea*, Aquila habet βρῶσις, huc non pertinet, quoniam βρωτὴς ibi legendum. Ut ergo intelligatur, quænam notio loco quoque huic vocabulo βρῶσις tribuenda sit, orationis series respicienda est. Jam h. l. σὴς, *tinea*, refertur ad vestes; ratione auri et argenti commemorantur fures, ut adeo βρῶσις, quod plures interpretes *ærugo* explicant, non commode etiam referri possit ad aurum et argentum; in divitiis præterea etiam Hebræi, ut supra notatum est, numerabant frumenti copias, has quoque Christus h. l. respexit, ad eas vero βρῶσις, si explicatur *ærugo*, referri non potest; sed frumenta perdit et corrumpit *curculio*, et hoc vocabuli βρῶσις significatu admisso, omnia plana sunt atque perspicua, optimeque cohærent. Confirmant hanc nostram interpretationem vers. Syr., Æthiop., Pers., quarum auctores quoque nomen βρῶσις tanquam synonymum Hebr. אֹכֵל, de vermiculi specie intellexerunt. Clemens Alexandrinus, qui locum nostrum sæpius,

21 διορύσσουσιν οὐδὲ κλέπτουσιν. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς
22 ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν. Ὁ λύχνος τοῦ σώ-
ματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός· ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ,
23 ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται. Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός
σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται· εἰ οὖν τὸ

omissa voce βρῶσις, laudavit, videtur quoque de vermiculo cogitasse, atque σὴς tanquam vocabulum speciei pro vocabulo generis posuisse. Cæterum lubenter concedamus, Jacobum l. l. verba nostra respexisse, sed exinde nihil ad refellendam sententiam, a nobis propositam, colligi potest, nam verba ipsa non laudavit, nec vero etiam furum mentionem fecit. καὶ ὅπου — κλέπτουσι] *furesque fossa domo* (l. *perfossis parietibus*) *auferunt.* διορύσσειν absolute positum est pro, διορύσσειν τὰς οἰκίας, חָתַר בָּתִּים Job. xxiv. 16. ubi v. LXX. add. Luc. xii. 39. Matth. xxiv. 43. vel διορύσσειν τοὺς τοίχους, חָתַר בַּקִּר Ez. xii. 7. ubi v. LXX. uno verbo τοιχωρυχεῖν Aristoph. Plut. 565. πάνυ γοῦν κλέπτειν κόσμιόν ἐστιν, καὶ τοὺς τοίχους διορύττειν, *omnino igitur furari honestum est, et parietes perfodere.* add. Xen. Mem. i. 2. 62. v. *Kypkius* ad h. l. Absolute autem ut h. l. διορύττειν adhibitum extat ap. Aristoph. Vesp. 349. θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ *bona cœlestia,* ὅπου οὔτε σὴς κ. τ. λ.] i. e. *perpetuo duratura,* quæ ap. Luc. xii. 33. vocantur θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Sensus: reddatis potius, studio doctrinæ divinæ tradendæ et propagandæ virtutisque cujuscunque exercitio, vos dignos gaudiis propriis atque perpetuis, quibus fruamini aliquando in cœlo.

(21.) Nimia cura divitiarum, quæ fragiles sunt atque caducæ, avocat et abstrahit animum a cogitatione rerum divinarum, virtutisque studio. Ad hanc sententiam exprimendam usus est Christus proverbio, quod tunc versabatur in ore omnium. ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν κ. τ. λ.] *quicquid enim summum bonum esse existimaritis, eodem omnia studia vestra et consilia conferetis.* Pro ὑμῶν bis posito cod. B. et r. cum verss. ac patrr. pluribus legunt bis σου haud male, cum apud Matthæum singularis sæpius pluralem sequatur, ut adeo e Luc. xii. 34. fortassis in hunc locum translatum sit ὑμῶν, quoniam v. xix. 20. pluralis præcesserat.

(22. 23.) *Oculus est corporis lumen: si oculus sanus est et integer, omne corpus in luce versabitur; si oculus æger atque affectus est, omne corpus errabit in tenebris. Si igitur mens tua luce caret, quantæ illæ tenebræ!* Nexus horum versuum cum præcedentibus est paulo laxior, magis idonea ratione annecti potuissent v. 16. accuratius cohærent v. 20 s. et 24 ss. unde recte colligitur alio tempore ac loco protulisse Jesum sententiam, quam v. 22. 23. continent; neque apud Lucam, qui alia gnomologia usus est, c. xi. 34. accuratior est verborum cohærentia. Nonnulli interpretes ὀφθαλμὸς πονηρὸς interpretati sunt *animus liberalis,* ἁπλοῦς contra, *animus liberalis.* v. *Wolfius* in curis ad h. l. Sed hanc interpretationem plane repudiat ipsa orationis series. Rectissime *Olearius* in Obss. ad h. l. p. 126. animadvertit, hæc verba proprie capienda, et totum hoc dicendi genus παροιμιῶδες esse, cujus primam partem constituat parœmia: *oculus est corporis lux;* secundam, deductio ejus per consequentiam inde derivatam: *si igitur oculus tuus integer est* etc.; tertiam denique applicatio absolvat: *si igitur quæ in te esse debebat lux, in tenebras degenerat, quantæ illæ tenebræ!* Oculi dicuntur λύχνος τοῦ σώματος] i. corpori instar luminis esse, quia reliqua corporis membra oculorum lumine adjuvantur, ut suo quodque munere recte fungatur, unde ab Artemidoro Onirocr. i. 28. oculi dicuntur τοῦ σώματος ὁδηγοὶ καὶ ἡγεμόνες. Opponitur h. l. ὀφθαλμῷ πονηρῷ, ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς. Jam σῶμα πονηρὸν dicitur a Græcis scriptoribus, *corpus ægrotum,* et πονήρως ἔχειν *ægrotare.* v. *Kypkius* et *Elsnerus* ad h. l. Justin. M. Apol. i. p. 34. ἐκ γενετῆς πονηροὺς ὑγιεῖς πεποιηκέναι. Sic in hac orationis serie, ὀφθαλμὸς πονηρὸς] est *oculus cæcus,* certe *vitio laborans, affectus* et ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς est *oculus sanus, omni labe et vitio carens,* ut cernere omnia possit. Ita quoque voc. תָּם sensu physico adhibetur Ez. xv. 5. al. ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινόν ἐστι] *omne corpus lucidum est* i. omnia corporis membra suo officio recte fungi possunt; atque adeo contraria sententia ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινόν ἐστι] *omne corpus est obscurum;* nullum corporis membrum suo officio recte fungi potest. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ] τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ esse debet aliquid, quod et ipsum videat, quid sit agendum, et animo ejusque affectionibus et cupiditatibus quid sit agendum, ostendat. hæc vero est *mens,* ea est σκότος, si non videt, quid sit agendum, neque animum ejusque cupiditates regere potest. Sensus igitur, et cohærentia, quæ Matthæi singulas partes coagmentantis artificio tribuenda est, constitui debet hunc in modum: Si mens, quæ animum regere debet, solas res terrenas, opes atque divitias curat et spectat, bona vero cœlestia, doctrinæ divinæ cognitionem, pietatis virtutisque studium

φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; Οὐδεὶς δύνα- 24
ται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν
ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρο-
νήσει· οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ [1]μαμμωνᾷ. Διὰ τοῦτο 25
λέγω ὑμῖν, μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί

24. ∾ μαμωνᾷ.

et exercitium negligit; necesse est, ut animus quoque totus, ejusque cupiditates ferantur ad bona terrena et caduca, neglecto bonorum cœlestium studio. Cæterum similes loci sunt: Aristot. Topic. i. 14. ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, νοῦς ἐν ψυχῇ. Philo de Condit. mundi, T. i. p.12. ὅπερ νοῦς ἐν ψυχῇ, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν σώματι· add. locus Epicharmi ap. *Grotium* in Excerptt. p. 477. ab *Albertio* laudatus: καθαρὸν ἂν τὸν νοῦν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸν εἶ.

(24.) οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν] *nemo potest duobus servire dominis.* Verbum δουλεύειν, ut verba, quæ sequuntur, satis evidenter docent, explicari debet, servire omni ardore et studio, ita, ut officio tuo omni ex parte satisfacias, et utrique proberis. Sic quoque δουλεύειν de ardentiori cura, quæ alicui rei impenditur, occurrit Rom. vi. 6. vii. 25. Tit. iii. 3. Cæterum recte observarunt ad h. l. interpretes, omissas esse particulas comparationis, ὥσπερ οὐδεὶς δύναται — οὕτως οὐ δύνασθε· ut nec hoc notare omiserunt, apud οὐδεὶς subintelligendum esse vocabulum δοῦλος, quod inhæreat verbo δουλεύειν, cum et loco parallelo Luc. xvi. 13. legatur, οὐδεὶς οἰκέτης. — δυσὶ κυρίοις, i. e. *inter se repugnantibus*, quod docent verba Θεῷ καὶ Μαμωνᾷ. Chrysostomus Homil. 22. in Matth. δύο κυρίους, τοὺς τὰ ἐναντία ἐπιτάττοντας λέγει ἐνταῦθα ὁ Χριστός· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο εἴη, οὐδὲ δύο ἂν εἶεν, i. e. *alioquin ne duo quidem essent, cum plures inter se prorsus consentientes, pro uno ducerentur*, ut hæc Chrysostomi verba interpretati sunt *Camerarius* in notat. figur. Serm. in libr. Evangelist. p. 40. et *Beza* ad h. l. Verbum μισεῖν plurimi interpretes explicant, *minus amare, posthabere*, atque ἀγαπᾷν *præferre*, et laudant hanc in rem Gen. xxix. 31. Joh. xii. 25. Luc. xiv. 26. Rom. ix. 13. sed non opus est, ut h. l. a propria utriusque verbi significatione recedamus, τὸν ἕνα μισήσει, *odio persequetur*, ei nocebit, detrimentum afferet; τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, *alterum amabit*, saluti et commodis ipsius omni modo prospiciet, ei soli totus serviet. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει] *vel saltem hunc curabit, illum negliget s. in hujus mandatis exsequendis diligens, in illius negligens erit.* Nempe ἀντέχεσθαί τινος est omnino, *curam alicujus habere, rei alicujus studiosum esse*, ut Xen. Cyr. ii. 2. 15. τῆς ἀρετῆς ἀνθέξονται. 1 Thess. v. 14. ἀντέχεσθε ἀσθενῶν, hinc quoque notat, *diligentem esse in exsequendis alicujus mandatis*, quam verbi potestatem copiosius probavit *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 126. Et Hesychius verbum ἀντέχεται explicat φροντίζει, ut et Theophylactus Tit. i. 8. ἀντεχόμενον· φροντίζοντα. Hinc καταφρονεῖν vi oppositionis notat, *non magnopere curare*, negligentem esse in exsequendis domini jussis. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ] *non potestis Deum* verum, *et simul Deum divitiarum colere.* Μαμωνᾶς (Suidas: μαμωνᾶς· χρυσὸς, γήϊνος πλοῦτος·) Chald. מָמוֹן, Syr. ܡܲܡܘܿܢܵܐ, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. cum hoc loco opponatur τῷ Θεῷ, cum præcesserit vocabulum κύριος, et cum voci μαμῶνας (ita enim cum codd. antiquissimis et Judæis ipsis scribendum, non ut vulgo fieri solet μαμμωνᾶς) copulatum sit verbum δουλεύειν, satis perspicue patet, intelligendum esse *idolum*, quod divitiis præesse putabatur, et a Græcis dicebatur πλοῦτος· v. *Barthii* Adversar. L. 55. c. 4. L. 60. p. 2978. Sensus vero verborum est: vos non potestis Deum colere, ita, ut doctrinæ meæ propagationem omni studio promoveatis, pietati atque virtuti omni ardore indulgeatis, et simul in eo occupati esse, ut vobis opes colligatis. Dixit quidem Jesus hæc Apostolis et discipulis suis, futuris religionis doctoribus, qui omnem vitam suam, omneque studium doctrinæ Christi tradendæ et propagandæ consecrare debebant; vid. Luc. xvi. 13. et supra not. ad v. 19. et ad c. 5. init. sed pertinet hæc cohortatio etiam ad alios ipsius sectatores. Nam qui nimia divitiarum cupiditate flagrat, Deum non potest satis recte colere.

(25.) Quare ut Deum recte colere, officiis vestris omni ex parte satisfacere possitis, λέγω ὑμῖν μὴ μεριμνᾶτε] *vos cohortor ne nimia sollicitudine distrahamini, nolite anxie curare.* μεριμνᾷν in se spectatum, omnis generis curam et studium declarat, ut verba φροντίζειν et ζητεῖν 1 Cor. vii. 32 ss. 2 Cor. xi. 28. sæpius tamen etiam ponitur de anxiis curis et sollicitudinibus, ut Luc. viii. 14. xxi. 34. Phil. iv. 6. et sic hoc quoque loco significat curam nimiam et anxiam, quæ excludit et impedit rerum cœlestium curam, quam interpretationem confirmant v. 27, 31, 32. et locus Lucæ xii. 29. ubi legitur: μὴ μετεωρίζεσθε i. ne suspenso sitis animo. v. *Krebsius*

πίητε· μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε· οὐχὶ ἡ ψυχὴ
26 πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; Ἐμ-
βλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ
θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν
ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν;
27 Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν

in Obss. p. 122. In versione autem Alexandrina μεριμνᾶν respondet Hebr. דאג 1 Sam. x. 2. Ps. xxxviii. 19. et cum verbum דאג (v. 1 Sam. l. c.) construatur cum particula ל, hinc verbo μεριμνᾶν h. l. junctus est Dativus τῇ ψυχῇ] pro, περὶ τῆς ψυχῆς. Quanquam vero ψυχὴ aliis in locis, cum ei opponitur σῶμα, *animum* indicat, hoc tamen loco, cum sequatur τί φάγητε καὶ τί πίητε] *vitam* significat, *nolite de vita vestra anxie solliciti esse*, quo significatu ψυχὴ sæpius legitur, vid. ad x. 39. Nec audiendus est *Bergerus*, qui in *Versuch einer moralischen Einleitung in das N. T.* Th. i. p. 166. ante vocem τῇ ψυχῇ, particulam ἐν subintelligit, et verba vertit: *ne sollicite curate in animo vestro;* hanc enim interpretationem vel verba quæ sequuntur: μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν] aperte repudiant. Verba καὶ τί πίητε a duobus codd., verss. et patrr. nonnullis omittuntur. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. an genuina sint, dubitat. Etiam Erasmus olim ea supervacanea judicabat, quod nomine *cibi*, potus quoque intelligatur. Sed v. 31. τί φάγητε ἢ τί πίητε conjuncta quoque leguntur, et Hebræi cum verbo אכל copulare solent verbum שתה, præterea reliqui codd. omnes hæc verba tuentur, et facile potuerunt induci a male sedulo, qui videret Luc. xii. 22. extare tantum formulam τί φάγητε, vel qui vocabulum τροφὴ, quod sequitur, de cibo tantum capiendum esse putaret. οὐχὶ ἡ ψυχὴ κ. τ. λ.] *nonne vita est præstantior cibo, et corpus præstantius vestimento?* Sensus est: cum Deus vobis vitam et corpus, quæ pluris sunt, concesserit, providentiam ipsius vobis quoque alimenta, ad vitam sustentandam, et vestimenta, ad defendendum corpus contra cœli injurias, quæ minoris sunt, largituram esse, sperare potestis ac debetis. πλεῖον, *præstantius, excellentius,* Matth. v. 20. xii. 41, 42.

(26.) Cum Dei providentia volucres quoque curet, nonne multo magis vos, homines, et doctrinæ meæ præcones curabit? Facite tantum, quod vestri muneris est, de vita sustentanda ne sitis nimis solliciti, aviculas Deus alit, de vita sua sustentanda minime sollicitas, multo magis vobis providebit et prospiciet, si quod vestrum est, faciatis; neque ulterius comparatio debet extendi, ut jam recte monuerunt interpretes. ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ] *considerate aves.* ἐμβλέπειν id. qd. κατανοεῖν, quo verbo Lucas xii. 24. usus est, *considerare, attendere, animo contemplari,* ut 2 Macc. xii. 45. τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, עוף השמים, solent enim Hebræi nominibus animantium addere nomina locorum, in quibus versantur et degunt. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 430. et *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 94. οὐρανὸς, aer, cœlum aërium. ὅτι οὐ σπείρουσιν, κ. τ. λ.] *quæ neque ferunt, neque metunt, neque in granaria fruges colligunt.* Addita sunt hæc verba ad exornandam imaginem. Particula ὅτι posita est pro ἃ, sicuti Hebr. כי sæpius obtinet vim pronominis אשר; v. *Noldii* Concordd. Particc. s. v. כי, add. v. 45. vel potest etiam ὅτι explicari, *etsi, quamquam.* εἰς τὰς ἀποθήκας vid. ad iii. 12. καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτὰ] *et tamen pater vester cœlestis eas alit.* καὶ, *et tamen,* Hebr. ו Exod. v. 18. Ez. xvi. 20. etc. οὐχ] id. qd. οὐχὶ *nonne?* Sic Hebr. לא ponitur pro הלא Hos. iv. 14. Thren. iii. 36. et Alexandrini לא 2 Regg. v. 26. vertunt οὐχὶ, sed הלא Gen. iv. 7. οὐ. Denique verba μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν] exponenda sunt: *vos iis longe præstantiores estis.* Etenim verbum διαφέρειν comparationem indicat, et notat, *antecellere, præstare,* ut Matth. x. 31. μᾶλλον autem emphatice adjectum est, ita, ut exprimi debeat, *multo longe,* et idem sit quod πολύ. vid. *Glassius* Phil. S. p. 443.

(27.) Illæ anxie curæ omnes, vanæ sunt atque inanes. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν κ. τ. λ.] *quisnam vestrum sollicitudinibus suis vel brevissimum spatium vitæ suæ addere potest?* Senec. Œdip. 981. *Non sollicitæ possunt curæ mutare rati stamina fusi.* ἡλικία et *staturam,* et *ætatem, vitæ decursum* indicat, et de *statura* quidem legitur Luc. xix. 3. de *ætate* Joh. ix. 21, 23. Luc. ii. 52. Etiam a scriptoribus exteris vocabulum ἡλικία utroque significatu adhibetur. cf. *Albertius* ad h. l. Nostro tamen loco ἡλικία *ætatem, vitæ cursum* notat, est enim sermo de re, quam avide desiderare homines solent, et in præcedentibus dictum est de cura *vitæ* et *corporis;* de posteriori agit v. 28. de priori ergo

αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; κατα- 28
μάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ
νήθει· Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ 29
αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ 30
ἀγροῦ, σήμερον ὄντα, καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον,

v. 27. ad vitam vero sustentandam, corpusque vestiendum, nihil facit staturæ incrementum. vid. *Wolfius* in Curis, et *Wetstenius* ad h. l. Neque huic interpretationi obstat nomen *πῆχυς*, *cubitus*, adhibetur enim ad significandum *spatium minimum*, unde et Lucas xii. 16. habet *τὸ ἐλάχιστον* quam observationem confirmat etiam locus Ps. xxxix. 6. טפחות נתתה ימי *ætatem meam fecisti quasi palmarem*, ubi Symmach. *ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου.* Sic et ap. Diog. Laërt. viii. 16. legitur *σπιθαμὴ τοῦ βίου* et Alcæus ap. Athen. x. 7. dixit *δάκτυλος ἁμέρα*· et Mimnermus ap. Stobæum: *πηχύϊον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης τερπόμεθα*· v. *Munckerus* ad Antonin. Lib. c. 22. Ætas hominis spectatur tanquam continuum aliquod filum, adeoque mensuræ capax; unde et Parcis sua cuique a mythologis data opera, v. *Albertius* ad h. l. Nos quoque dicere solemus: *eine Spanne Zeit.* cf. etiam Ies. xxxviii. 12. ibique *Rosenmüllerus.*

(28.) *Et de vestitu quare* (*τί* pro *διατί*) *anxie solliciti estis? diligenter considerate lilia.* *καταμανθάνειν* non est simpliciter *videre*, sed *cum attentione videre, diligenter contemplari, accurate considerare*, id. qd. *κατανοεῖν*, quod verbum posterius Lucas habet, loco parallelo xii. 27. Job. xxxv. 5. Alex. *κατάμαθε δὲ νέφη, ὡς ὑψηλὰ ἀπό σου*· ubi in textu Hebraico legitur verbum שׁוּר. Epictet. Enchir. c. 33. *τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν.* Sir. ix. 8. *μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον*· *ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν*, *noli considerare formam alienæ fœminæ, multos enim decepit fœminæ formositas.* xxxviii. 28. *χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος, καὶ καταμανθάνων ἔργον σιδήρου*, *faber ferrarius, sedens juxta incudem, et considerans opus ferri.* cf. *Kypkius, Albertius, Læsnerus* ad h. l. *κρίνα*] sunt *lilia*, quibus valles Judææ repletæ erant. v. Cant. ii. 1. In versione Alex. respondet *κρίνον* vocabulo שׁוֹשַׁן. v. *Celsius* Hierobot. P. 1. p. 383 s. Athen. xii. 1. *σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον.* Speciatim autem est intelligendum illud liliorum genus, quod rubro et purpureo colore se commendat, quod propter insignem pulchritudinem vocari solet corona imperialis, *Kaiserkrone, Königslilie*, Dioscorides, iii. 116. *κρίνον βασιλικόν*· *τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι καλούμενον ὑπ' ἐνίων λείριον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ χρίσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λείριον, οἱ δὲ Σούσινον καλοῦσι.* Plinius H. N. xxi. 5. *est et rubens lilium, quod Græci* Crinon *vocant; alii florem ejus Cynorrhodon; laudatissimum in Antiochia et Laodicea, Syriæ mox in Phaselide.* Commemorat ergo Jesus lilia, utpote florum genus, quod pulchritudine sua reliquos flores omnes superabat, et in sequentibus hæc ipsa lilia purpurea comparat cum vestimentis regiis, purpureis et splendidis Salomonis. *πῶς αὐξάνει· οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει*] *quomodo crescant, cum tamen neque laborent, neque filum e colo ducant*, i. e. omnino non laborant; et addita sunt posteriora verba tantum ornatus caussa. Medium *αὐξάνεσθαι* apud optimæ notæ scriptores Græcos significat *crescere*, quo significatu in lingua vulgari activum *αὐξάνειν* adhibetur. vid. *Grævius* ad Lucian. Solœc. T. iii. p. 559. et *Kypkius* ad h. l.

(29. 30.) *Mihi credite, quanquam Salomo splendidissimis utebatur vestibus, tamen ejus cultus omnis non accessit ad cultum unius lilii.* Salomo laudatur, utpote rex Judæorum ditissimus et splendidissimus. Sed in hac orationis serie, nomine *δόξα* inprimis *vestimenta splendida* indicantur, quæ in versione Alexandrina Esth. xv. 2. *ἱμάτια δόξης* vocantur, add. v. 1. *περιεβάλλετο τὴν δόξαν αὐτῆς*· v. *Keuchenius* ad h. l. Verbum autem *περιβάλλειν* etiam scriptores exteros de vestitu usurpare, vel docet locus Herodi. vii. 5, 7. *χλαμύδι πορφυρᾷ περιβάλλουσιν.* add. Diog. Laërt. vi. 90. (30.) *εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ κ.τ.λ.*] *cum Deus gramina quæ hodie florent, postridie in fornacem conjiciuntur, tanto splendore ornet.* Vocabulum *χόρτος* (*τοῦ ἀγροῦ* redundat), ut חָצִיר Ps. xc. 5. et Lat. *gramina* (Justin. xxxvi. 4. *omissa deinde regni administratione*, hortos *fodiebat*, gramina *seminabat*), non tantum gramen, sed et flores, quicquid in hortis et pratis nascitur, indicat, v. *Wetstenius* ad h. l.; nostro tamen loco speciatim, ut contextus docet, *τὰ κρίνα*, *lilia*, indicat, quorum caules arefacti, utpote grandiores et crassiores, ut omnino herbæ, frutices, flores, apud Orientales adhibebantur ad alendum ignem in fornacibus. Laudat hanc in rem *Grotius* ad h. l. Ulpiani L. 55. de leg. 3. verba: *lignorum appellatione in quibusdam regionibus, ut in Ægypto, ubi arundine pro ligno utuntur, et arundines et papyrum comburitur, et herbulæ quædam, vel spinæ vel vepres contine-*

ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγό-
31 πιστοι; Μὴ οὖν μεριμνήσητε, λέγοντες· Τί φάγωμεν, ἢ
32 τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ
ἔθνη ἐπιζητεῖ· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι
33 χρῄζετε τούτων ἁπάντων. Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν
τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα
34 προστεθήσεται ὑμῖν. Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον·

*buntur.* v. Matth. xiii. 30. *Harmar Beobachtt. üb. d. Orient.* Th. i. 239. **σήμερον ὄντα, αὔριον**—i. e. quæ cito, brevi flaccescunt. *Lüdecke* in *glaubwürdige Nachrichten vom türkischen Reiche* p. 24. *Der Frühling ist hier (in Smyrna) ausserordentlich lieblich, aber nur von einer sehr kurzen Dauer. Der Sommer fällt grösstentheils schon im April mit starker Hitze ein. Um die Zeit des Pfingstfestes sieht man noch alles grün; plötzlich aber entsteht zuweilen ein warmer Mittags- oder Südwind, und in vier und zwanzig Stunden, höchstens in zwey bis drey Tagen ist alles welk.* Cf. etiam *Michaëlis* ad Ies. xxvii. 11. **κλίβανον**] ut Hebr. תַּנּוּר omnis generis fornacem declarat; v. Gen. xv. 17. Hos. vii. 4. Mal. iv. 1. sed *βαλλόμενον* explicari debet, *conjiciendum*, ut participium *λυομένων* 2 Petr. iii. 11. *ἐλεγχόμενοι edocendi* Eph. v. 13. **ἀμφιέννυσι**] Græci frequenter utuntur verbis **ἀμφιέννυσθαι, ἐνδύεσθαι**, ut Latini verbis, *indui, vestiri, cingi*, de plantis arboribusque utuntur, quæ fructu, flore, ac soliis ornantur. v. Virg. Ecl. iii. 39. Georg. i. 188. ii. 219. *Barthius* ad Claudian. p. 524. 782. et *Wolfius* in Curis ad h. l. **οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς ὀλιγόπιστοι;**] *nonne multo magis vos, quibus tam parum inest fiduciæ ejus?* scl. amiciet et curabit. **ὀλιγόπιστοι**, קְטַנֵּי אֲמוּנָה, v. *Lightfootus* ad h. l. *dissidentes providentiæ Dei.*

(32.) Sicuti in libris V. T. cum a re turpi et inhonesta, a vitiis sceleribusque populus Deo dicatus avocatur, gentiles nominatim inducuntur, tanquam ii, qui ejusmodi vitiis et sceleribus indulgeant, Jer. x. 2. Ez. xxxvi. 20. Hos. ix. 1. Tob. viii. 5. ita quoque h. l. Jesus, dum avocare studet discipulos suos a nimia divitiarum, victus et amictus cura, eos monet, hanc esse gentilium consuetudinem, **πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ**] qui maximam partem nulla, vel perversa et imperfecta Dei et providentiæ ipsius cognitione præditi essent. Verbum **ἐπιζητεῖν**, ut simplex **ζητεῖν**, quocum ap. Lucam xxii. 30. commutatur, est id. qd. **μεριμνᾷν** v. 31. et nimiam sollicitudinem, curam anxiam indicat. Diod. Sic. p. 108. B. **τῆς μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἄγρας εὐπορεῦσιν, ὑγρὰν δὲ τροφὴν οὐκ ἐπιζητοῦσι,** *de nutrimento humido non sunt solliciti.* **οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος**] probe enim scit Deus O. M. Deus potentissimus (**οὐράνιος** id. qd. **ὕψιστος** Luc. vi. 35.), qui vos paterno amore (**ὁ πατὴρ ὑμῶν**) amplectitur, **ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων**, vos his omnibus (v. 31.) ad vitam valetudinemque tuendam opus habere, ergo etiam ea, quæ vobis necessaria sunt, suppeditabit.

(33.) *Imo vero inprimis curam agite felicitatis in regno Messiano exspectandæ, ita ut studiosi sitis probitatis, quam Deus flagitat.* **βασιλεία τοῦ Θεοῦ**] h. l. est futura christianorum felicitas in altera vita exspectanda, coll. Luc. xii. 31. 33. **δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ** indicat, virtutem, pietatem ac probitatem, quam Deus flagitat; quæ ei placet, ut Ps. li. 19. זִבְחֵי אֱלֹהִים, *sacrificia quæ Deo placent, qualia flagitat*; h. e. uno verbo, veram, non fucatam. **πρῶτον**, quod in nonnull. libris omissum est, quoniam Luc. xii. 31. non legitur, reddi debet, *inprimis, præcipue, ante omnia*, ut Luc. xii. 1. Joseph. Ant. x. 10. 5. cf. et *Glassius* Phil. S. p. 390. **καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν**] *et hæc omnia vobis appendicis quasi loco tribuentur*; ut nec illa studia vestra felici eventu carebunt, ita concedentur vobis quoque **ταῦτα, πάντα**, ea, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, coll. v. 31. **προσθήκη** id. qd. **ἐπίδοσις, πρόσδομα, ἐπίμετρον** Latinorum, *corollarium, accessio, auctarium*, unde **προστίθεσθαι** de eo dicitur, quod supra mensuram, aut justum pondus adjicitur. v. *Bosii* Exercitt. p. 9.

(34.) **μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον**] scl. **ἡμέραν**. *ne sitis de crastino die nimis solliciti.* Sed **εἰς τὴν αὔριον** positum est pro **τὰ εἰς τὴν αὔριον**· nam sequitur **τὰ ἑαυτῆς**. Præterea **αὔριον** non tantum *crastinum diem*, imo omnino, *futurum tempus* notat. v. *Olearii* Observatt. p. 232. Antonin. xii. 1. **τὸ μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ**, *futura providentiæ permitte.* add. iv. 53. vii. 8. x. 11. ibique *Gatackerus.* Athen. 7. p. 20. **εἰς αὔριον δὲ φροντίζειν — περίεργόν ἐστι.** Senec. ep. 12. *ille beatissimus est, et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat.* ep. 24. *Quid enim necesse est mala arcessere, et satis cito patienda, cum venerint, præsumere, ac præsens tempus futuri metu perdere?* Plu-

ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς· ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

## ΚΕΦ. ζ'.

Μη κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, 2
κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ʼἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

2. ∾ μετρηθήσεται.

res ejusmodi scriptorum vett. locos laudavit ad h. l. *Wetstenius*. ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς] *nam futurum tempus suis necessitatibus prospiciet* i. Deus prospiciet; victum et cultum, omnia quæ vobis necessaria ac salutaria sunt, suppeditabit. Videtur autem hæc ipsa formula, ut illa altera ἀρκετὸν κ. τ. λ. proverbium redolere. Diei vero, sive tempori, solet id ipsum tribui, quod illo die vel tempore evenit, quocunque cæteroquin auctore eveniat, ut 1 Cor. iii. 13. Ps. cxxxvii. 7. Mal. iii. 19. et ita h. l. Deus intelligendus est, omnia futuro tempore curaturus. Denique μεριμνᾷν in hac orationis serie, ut scite observavit *Olearius*, non tam curam ipsam, quam potius effectum curæ, per metonymiam caussæ pro effectu, notat, ita ut sit *prospicere*. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς] *satis est quemque diem suas habere afflictiones*. Neutrum ἀρκετὸν junctum est h. l. vocabulo κακία, more loquendi Græcis quoque perquam usitato, qui adjectiva neutra cum substantivis diversi generis copulant, ita, ut omissum sit τί, vel πρᾶγμα, Plutarch. de PP. Educ. iv. 3. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλὸν, ἡ δὲ μάθησις ἄνευ φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελὲς, *natura enim, absque disciplina si sit, cæca est, disciplina, si a natura destituatur, mutila est; exercitatio, cui et natura et disciplina deest, imperfecta est*. Exempla hanc in rem plura congesserunt *Wetstenius, Kypkius, Raphelius* ad h. l. Fischerus Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 310. Liban. ep. 9. p. 3. φροντὶς καλόν· add. Anacr. lvi. 12. Virg. Ecl. iii. 80. *triste lupus stabulis*. τῇ ἡμέρᾳ scl. ἑκάστῃ. Præterea κακία h. l. idem est quod κάκωσις, ταλαιπωρία, *calamitas*, quibus verbis explicuit hanc vocem Chrysostomus ad h. l. respondet Hebr. רעה Eccles. xii. 1. Alex. ἕως ὅτου μὴ ἔλθωσιν αἱ ἡμέραι τῆς κακίας, *priusquam veniant tempora adversa*. Ez. vii. 5. Alexandrini usi sunt vocabulo κακία, sed Symmachus adhibuit nomen κάκωσις, ut Ps. xvii. 21. voc. ταλαιπωρία· et Alex. רעה 2 Par. vii. 22. expresserunt κακία, sed 1 Par. vii. 23. τὰ κακὰ, *mala, afflictiones*. Sic Sapient. vii. 30. σοφίας δὲ οὐκ ἀντισχύει κακία, *sapientiam non vincit res adversa*. 1 Macc. vii. 23. καὶ ἴδεν Ἰούδας πᾶσαν τὴν κακίαν, *cum videret Judas omnem miseriam*. add. x. 46. Tertull. adv. Marc. ii. 24. *apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus et læsuris, non pro malignitatibus ponuntur*. cf. et *Kypkius* ad h. l. *Vorstius* de Adagg. N. T. c. 9. atque *Schœttgenius* in Hor. Hebrr. ad h. l. Itaque sensus est: sufficit cuivis diei sua molestia et afflictio, quacum conflictandum est, nolite ergo anxia et vana cura afflictiones, quibus his in terris premi solent homines, adaugere, et vitam vobis injucundam reddere, mala quovis die perferenda, fiduciam vestram in Deo collocantes, feliciter superabitis; ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Apostolis autem, quos hæc verba spectabant, plures quotidie calamitates et afflictiones sustinendæ erant.

### CAP. VII.

(1. 2.) Criminationes temerarias, et judicia iniqua, ita ut aliorum facta omnia in malam partem rapiantur, Christus h. l. interdicit, atque inprimis respexisse videtur, injustam superbiam doctorum Judaicorum, nominatim Pharisæorum, eorumque sectatorum, qui speciem sanctitatis pietatisque eximiæ præ se ferebant, se solos probos et sanctos putabant, alios improbos et vitiosos judicabant. v. Luc. xviii. 9 sqq. μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε] *nolite alios improbitatis damnare, ne ipsi damnemini* nempe ab aliis. Scilicet κρίνειν h. l. est id. qd. κατακρίνειν, v. *Taylor* ad Lycurg. c. Leocr. p. 320. quocum Rom. ii. 1. commutatur, et καταλαλεῖν Jac. iv. 21. notat ergo, *sinistre judicare, male et ita existimare de aliis, ut eos improbos ac sceleratos esse dicas*, quo eodem sensu etiam verba שפט atque דין usurpari solent. v. *Suiceri* Thess. Eccl. s. v. κρίνειν. Expressit igitur Jesus his verbis eandem sententiam, quæ infra v. 12. legitur; *quales vultis alios esse erga vos, tales sitis erga eos*. Confirmant hanc interpretationem verba Lucæ vi. 37. μὴ καταδικάζετε (nolite male et inique judicare) καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε· quæ verba ex illo loco translata sunt a librariis in nonnull. Matthæi codices.—(2.) ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κ. τ. λ.] *quale enim judicium de aliis tuleritis, tale de vobis quoque feretur: qua mensura aliis mensi fueritis, eadem hi vobis remetientur*. vid. de hac proverbiali locutione *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. et *Buxtorfii* Lex. Talm. P. 1171. *Similis* sententia legitur ap. Cic. Verr. iii. 1. *Qui sibi hoc sumsit, ut corrigat mores aliorum, atque peccata*

3 Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ
4 σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; Ἢ πῶς
ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ
ὀφθαλμοῦ σου· καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου;
5 Ὑποκριτὰ, ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου,
καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ
6 τοῦ ἀδελφοῦ σου. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε

*reprehendat, huic quis ignoscat, si qua in re ipse a religione officii aberraverit?—Non modo accusator non, sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.* ἐν ᾧ ex Hebraismo positum pro simplici ᾧ. Pro ἀντιμετρηθήσεται, quod e Luc. l.c. in hunc locum venisse videtur, plurimi et optimi codd. legunt μετρηθήσεται.

(3 sqq.) Qui in mores aliorum inspicit, eo consilio ut de iis judicet, eosque damnet, in suis vitiis libenter cæcutire solet. Aliena vitia facilius animadvertuntur, quam propria. De locutionibus proverbialibus, quibus Christus h.l. usus est, v. *Lightfoot*. Hor. Hebrr. et Talm. atque *Albertius* ad h.l. *Vorstius* de Adagg. N.T. c. 5. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 2080. *Wetstenius* ad h.l. add. *Tollius* ad Longin. p. 28. Bava Bathra fol. 15. 2. *Scriptum est in diebus cum judicarent judices, in generatione quæ judicavit judices suos, cum diceret quis* (judex) *alicui; ejice festucam ex oculo tuo; respondit ille: ejice et tu trabem ex oculo tuo.* Menander. Fragm. p. 214. extr. Οὐδεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε, Σαφῶς ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται, *nemo in se vitia videt, Pamphile, Perspicue, sed in alio indecore se gerente videbit.* Horat. Serm. i. 3, 25 sqq. *Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius! At tibi contra Evenit, inquirant vitia ut tua rursus et illi.* Seneca de vit. beata c. 27. *Papulas observatis alienas, obsiti ulceribus.* κάρφος] est *lignum tenue, fragmen ligni aridi tenue.* Hesychius: κάρφος—κεραία ξύλου λεπτή· idem κάρφη ξύλα λεπτὰ καὶ ξηρά· deducitur enim a verbo κάρφεσθαι i. ξηραίνεσθαι· nostro loco hoc verbo notantur vitia leviora, quæ ab Horat. Sat. i. 3, 74. *verrucæ*, a Seneca l.l. *papulæ* dicuntur. Itaque oppositum δοκὸς, *trabs*, notat vitia graviora.—(4.) ἄφες ἐκβάλω] pro ἄφες ἵνα vel ὡς ἐκβάλω, *permitte ut eximam.* ἐκβάλλειν respondet Hebr. הוֹצִיא, *exire facere*, quocunque modo id fiat, h.l. *extrahere, eximere*, ut Marc. ix. 47. h. e. si sensum spectamus, efficere admonendo, reprehendendo, ut quis sibi caveat a vitio quodam, ab eoque abstineat. cf. de variis hujus verbi significationibus *Leuschnerii* Diss. in Misc. Lips. Nov. Vol. iii. P. 1. Cæterum πῶς in hac orationis serie, non tam est interrogantis, quam potius admirantis et indignantis, *qua fronte!* ut אֵיךְ Jer. viii. 8.—(5.) ὑποκριτὰ κ. τ. λ.] *simulator pietatis et sanctitatis, exime prius ex oculo tuo trabem, tunc accinge te ad eximendum ex oculo alterius ligni fragmentum.* διαβλέψεις] futurum vim imperativi habet, διάβλεψον sed διαβλέπειν, quod proprie est *perspicere, ab omni parte spectare, considerare,* h. l. significat omnino, *se componere ad aliquid, curare.*

(6.) De proverbio, quod hic versus exhibet, v. *Schottus* in Adagg. N.T. p. 17. *Vorstius* de Adagg. N.T. c. 4. et *Bosius* ad h.l. cohærent autem hæc verba neque cum iis, quæ præcesserunt, neque cum iis, quæ sequuntur, atque adeo alio tempore dicta videntur; satis idoneo nexu legerentur infra x. 11. Qui monent τὸ ἅγιον dici, quicquid Deo sit consecratum, et per τὸ ἅγιον intelligendam esse doctrinam christianam, non satis accurate in explicanda hac enuntiatione versantur. Cum enim mox margaritæ porcis non objiciendæ commemorentur, cum duæ priores hujus versus sententiæ sibi respondeant, ut imago omnibus partibus ac numeris absoluta appareat, necesse est, ut per ἅγιον accuratius significetur aliquid, quod canibus objici possit. Hinc rectius alii notarunt, per τὸ ἅγιον intelligendum esse carnis victimarum particulam. Ego vero cum *Eichhornio Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 978. *Einleit.* Th. i. p. 504. ed. 1. p. 545. ed. 2. adstipulor *Boltenio Bericht des Matth.* ad h.l. qui arbitratur, in Evangelio Matthæi Hebraico extitisse vocab. קודשא aut ܩܘܕܫܐ, hoc vocabulum Græcum Matthæi interpretem minus recte expressisse per τὸ ἅγιον, cum tamen illud nomen etiam *annulum auricularem* significet, ut h.l. nam Exod. xxxii. 2. ubi de annulis auricularibus sermo est, Hebraicum נזמי Onkelosus exprimit קדשי et Syrus ܩܕ̈ܫܐ et inaures dicebantur sanctæ, quod fascinum, malignasque voces auribus arcere credebantur, cf. *Buxtorfii* Lexic. Chald. p. 1980 sq. *Rosenmüllerus* in libro *das alte u. neue Morgenland*, B. 1. p. 171 sq.

τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε
καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες
ῥήξωσιν ὑμᾶς. Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ 7
εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ 8
αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι
ἀνοιγήσεται. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν 9
αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Καὶ 10
ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Εἰ οὖν ὑμεῖς, 11

Idem ad Ies. iii. 20. et *Gesenius* in *Philologisch-kritischen u. histor. Kommentar über den Iesaia*, Th. i. p. 211 sq. Annulus autem auricularis egregie h. l. *μαργαρίταις* respondet. Etenim cum unionibus, monilibus, omninoque rebus pretiosis Judæi doctrinam divinam comparare solebant. v. Prov. ii. 4. xxv. 22. Matth. xiii. 45. Sic igitur et h. l. annuli auriculares et uniones pro re pretiosissima quavis ponuntur, et significant *doctrinam christianam*. *ἔμπροσθεν τῶν χοίρων*] *porci* etiam apud scriptores exteros sunt symbolum hominum immunditiei, voluptatibus, desidiæ deditorum, v. *Vorstius* l. l. ut *canes*, hominum impudentium Phil. iii. 2. Hesychius: *κύνες· ἀναιδεῖς*. v. *Vorstius* l. l. et ad h. l. *Wetstenius*. H. l. *porci* et *canes* sunt symbolum hominum, qui non valent sapientiæ et doctrinæ divinæ excellentiam capere, imo eam aspernantur, præcepta ejus illudunt, et doctores illius persequuntur. Sensus igitur hujus proverbii h. l. est hominibus impuritia et immunditie animi insignibus, qui canum acrium instar in vos irruunt, vos persequuntur et lædunt, monita vestra contemtui habent, doctrinamque divinam plane repudiant et aspernantur, hanc doctrinam nolite porro tradere, sed eos mittite et fugite. v. x. 14. Luc. x. 10. Prov. ix. 8. xxiii. 9. Verba *καταπατήσωσιν αὐτοὺς* referri debent ad porcos; ut, *καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς* ad canes. Est enim h. l. Chiasmus, ut xii. 22. *ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν*. Theophylactus ad h. l. *στραφέντες ῥήξωσιν οἱ κύνες δηλαδή· μετάθεσις γὰρ τῶν λόγων, ὥσπερ ἐν τῷ· ὥστε τὸν τυφλὸν κ. τ. λ.* Matth. xii. 22. Hinc recte Juvencus, i. 668. *Ne canibus sanctum dederitis, neve velitis Turpiter immundis jactare monilia porcis Namque illa in cœno pedibus subjecta jacebunt, Conversique canes vos vulnere rumpent.* *καταπατεῖν* proprie notat *conculcare pedibus*, et vel nude ponitur, ut v. 13. vel additur *τοῖς ποσὶ* ex Hebraica ratione, v. Ies. xxviii. 3. ut h. l. hinc *καταπατεῖν* *profanare, contumeliose tractare*. Suidas: *πατεῖν—ὑβρίζειν*· 1 Macc. iii. 45. *καὶ τὸ ἁγίασμα καταπατούμενον*, *templum erat profanatum*, iv. 60. *μή ποτε παραγενηθέντα τὰ ἔθνη καταπατήσωσι αὐτὰ*, *ne templum profanarent*. Ea quæ profanantur, contumeliose tractantur, contemnuntur, hinc *καταπατεῖν* *contemnere, repudiare*. Suidas: *πατήσας· καταφρονήσας — πατεῖν· καταφρονεῖν*, Eustath. ad Hom. Il. δ'. *πολλὴν δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατῆσαι*. Sic Job. vi. 3. Alexandrini habent: *τὰ ῥήματά μου ἐστι φαῦλα*, sed Aquila vertit *κατεπατήθησαν*. Hoc significatu legitur Hebr. x. 29. et hoc *sensu* etiam h. l. *καταπατεῖν* usurpatur de iis, qui Christi doctrinam contemnunt et repudiant. *ῥῆξαι* *lacerare οἱ ό'·* Job. ii. 12.

(7 sqq.) Præcepta h. l. allata, alio tempore a Christo sunt data, v. Luc. xi. 9 sqq. ubi accuratiori nexu leguntur. Sensus: bona quæque, omnia, vobis, in rebus ad munus vestrum spectantibus, necessaria, a Deo exspectare potestis ac debetis; at precibus piis et castis ab eo vobis sunt efflagitanda. cf. vi. 8. Tribus diversis formulis, quæ tum proverbiales fuisse videntur, eadem res v. 7. exprimitur. *κρούειν*] simpliciter positum est pro *κρούειν τὴν θύραν* Luc. xiii. 25. qua formula etiam usus est Xen. Sympos. i. 11, v. *Albertius* ad Apoc. iii. 20. *Grævius* ad Lucian. T. ii. p. 758.—(9.) Laudat Christus exemplum benignitatis parentum erga liberos, quo ostendat, Deum patrem benignissimum ipsis petentibus optima quæque libenter esse largiturum. *ἢ*] vim habet orationis continuandæ, ut v. 4. Luc. xi. 11. legitur *δὲ*, quod æque ac partic. *ἢ* respondet Hebr. ו, atque interdum idem valet quod *γάρ*. v. xxiii. 39. coll. Luc. xiii. 35. Gen. xx. 3. *τίς* pro *εἴ τις*, ut Hebr. מי legitur Judd. vii. 3. Ies. l. 10. Exod. xxiv. 11. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 211 sqq. *ἄνθρωπος*, ut Hebr. איש, post מי redundat, v. Deut. xx. 5. Ps. xxxiv. 12. *ὃν ἐὰν* pro *ὃν ἂν*, ut viii. 19. coll. Luc. ix. 57. Verbum *αἰτεῖν* construitur cum duplici accusativo ut שאל Esr. vii. 21. Jos. xv. 18. Ies. lviii. 2. ubi v. *τοὺς ό'·* Græci jungunt ei genitivum personæ cum præpositione *παρὰ* vel *ἐκ*. v. *Gronovius* ad Arrian. i. 1. p. 3. *μὴ*] interrogantis est, et respondet in vers. Alex. Hebr. ה Gen. xxvii. 37. 2 Sam. xiv. 19. al.

(11) Sermo popularis hoc in versu regnat. *πονηροὶ ὄντες*] *quamvis sitis avari*; *πονηροὶ* non

πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις
ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς,
12 δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Πάντα οὖν ὅσα ἂν
θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε
13 αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Εἰσ-
έλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύ-
χωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί

possunt esse *mali, improbi*, nam πονηροὶ opponuntur h.l. Deo, quatenus est liberalissimus et benignissimus, sed πονηροὶ sunt h.l. *avari, illiberales*, quam significationem Hebræorum usus loquendi confirmat, apud quos עין רע LXX. πονηρόφθαλμος· notat *avarum*, Prov. xxiii. 6. oppos. טוב עין Prov. xxii. 9. add. Sir. xiv. 15. *ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, avarus, qui ob avaritiam durius corpus suum tractat, τίνι ἀγαθὸς ἔσται; καὶ οὐ μὴ εὐφρανθήσεται ἐν τοῖς χρήμασι αὐτοῦ.* vid. et not. ad xx. 15. Sensus igitur h.l. est: si vos, quamvis avari, liberis vestris, munera iis utilia et salutaria (δόματα ἀγαθὰ) præbetis, quanto magis Deus O.M. vobis petentibus bona quæque largietur. οἴδατε διδόναι] *scitis dare*, pro datis, ut ידע sequente Infinitivo legitur Ies. lvi. 11. Eccl. iv. 17. vi. 18. Propert. i. 2. 12. *sciat currere* pro currat.

(12.) Quæ hoc in versu leguntur, non possunt referri ad ea, quæ proxime præcesserunt, nam in proxime præcedentibus non erat sermo de officiis mutuis, sed referenda sunt ad ea, quæ v. 1—5. extant, atque vel exinde patet, præcepta illa, quæ v. 6—11. continent, a Christo alio tempore esse proposita. Particula οὖν, quæ ad nexum cum antecedentibus spectat, codd. nonnulli, Syr., Ar., Arm. male omittunt; omissam eam fuisse putat *Griesbachius* ad h. l. vel quia lectio ecclesiastica ad h. l. incipiebat, vel quoniam hic versus sententiam continet, quæ proverbii loco, v. *Vorstius* de Adagg. c. 10., centies a christianis adhibebatur. *πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε κ. τ. λ.] quales igitur vultis esse alios erga vos, tales sitis erga alios.* Tob. iv. 15. *ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς.* Sir. xxxiv. 15. *νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ, καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι διανοοῦ.* Seneca ep. 94. *ab altero exspectes, alteri quod feceris.* Codex Talmudicus Sabbath fol. xxxi. 1. *Gentilis—venit ad Hillelem, isque proselytum ipsum fecit, eique dixit, quod exosum tibi est, alteri ne facias. Hæc tota lex est, cætera sunt explicatio ejus.* Cf. *Wetstenius* et *Albertius* ad h. l. *οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται] hæc est summa doctrinæ, quam Mosis prophetarumque libri continent.* vid. ad v. 17. add. Rom. xiii. 8. Sermo autem est h. l. de præceptis mutua hominum inter se officia spectantibus. Pro οὗτος codd. complures habent οὕτως, librariorum negligentia, quoniam præcessit οὕτω illud οὕτω omiserunt etiam nonnulli, et induxisse videntur, quoniam nec Luc. vi. 31. legitur.

(13. 14) De felicitate in regno Messiano, in altera vita exspectanda, Jesus h. l. ita loquitur, ut sedem hujus felicitatis, τῆς ζωῆς, comparet cum arce, ad quam per viam arctam, per portam angustam sit enitendum. Cujus generis imagines leguntur quoque Matth. xxiii. 13. Luc. xiii. 24 sqq. εἰσέλθετε] *contendite, operam date ut ingrediamini* (ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν Luc. xiii. 24.), nempe εἰς τὴν ζωὴν, coll. v. 14. Jam præcepta divina, ipsæ quoque actiones et instituta hominum, eorum sentiendi et agendi ratio, in libris utriusque testamenti sæpius vocantur דֶּרֶךְ, ὁδὸς, vid. Deut. v. 30. 2 Petr. ii. 21. et vita præceptis divinis consentanea comparatur cum via, in qua neque in sinistram, neque in dextram partem secedendum sit; v. Deut. xxviii. 14. ejusmodi via Hebræis dicitur arcta, צַר, στενὸς] Num. xxii. 26. via contra improborum h. e. studium impietatis, ad interitum, perniciem ducere dicitur. v. Ps. i. 6. Hinc h. l. *per portam angustam*, et *viam arctam*, si sensum spectamus, intelligitur studium virtutis, pietatis et sanctitatis, quod comparatur cum *porta angusta*, et *via arcta*, quia animum quasi coercet, ne feratur, quocunque velit, quia magnam diligentiam postulat, multas etiam molestias affert. Contra studium improbitatis, vita impia et flagitiosa comparatur cum *porta ampla*, et *via spatiosa*, quæ ad pœnas et supplicia in altera vita subeunda, ad interitum ducit, quia animum ferri patitur, quocunque gestiat, quia nullas molestias, voluptates contra multas offert et præbet. Similes imagines atque sententiæ plures in libris scriptorum vett. reperiuntur. Pertinet huc locus Cebet. Tab. c. 12. de via, quæ ad veram eruditionem ducit: *οὐκοῦν (ὁρᾷς) καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα πρὸ τῆς θύρας, ἥτις οὐ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δι' ἀνοδίας τινὸς καὶ τραχείας καὶ πετρώδους εἶναι δοκεῖ.—αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἡ ἄγουσα πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν. Καὶ μάλα γε χαλεπὴ προσιδεῖν, ergone et januam parvam* (vides) *et viam*

εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. ¹"Οτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τε- 14
θλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ
εὑρίσκοντες αὐτήν. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, 15
οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ
εἰσι λύκοι ἅρπαγες. Ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε 16

14. ∾ Τί.

*quandam ante januam, parum frequentem, et a perpaucis tritam, ut quæ et præceps, et aspera, et prærupta esse videatur?— Hæc nempe via est, quæ ad veram eruditionem ducit. Et quidem adspectu valde ardua.* Diod. Sic. p. 296. B. καταφερὴς ἡ πρὸς τὸ χεῖρον ὁδὸς, ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ὁδοιπορίαν, *declivis ad pejora via, descensum habens perquam facilem.* Sir. xxi. 10. ὁδὸς ἁμαρτωλῶν ὡμαλισμένη ἐκ λίθων (lapidibus complanata i. e. plana, facilis) καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ αὐτῆς βόθρος ᾅδου. Seneca de vit. beata 1. *Tritissima quæque via et celeberrima maxime decipit.* add. Hesiod. Ἔργ. 285 sqq. Æl. H. V. xiii. 32. Xen. Cyrop. ii. 2. 24. Cic. Offic. i. 32. Locum illustrem de duabus viis, altera in hortum Eden, altera in Gehennam ducente, in Gemara Berachoth. c. 4. §. 11. exposuit *Vitringa* Obss. Sacrr. 3. p. 199. ὅτι *quippe*, כִּי. εὐρύχωρος, *ampla, spatiosa,* unde ap. Polyæn. ii. 5. 2. et ii. 10. 2. εὐρυχωρία et χωρίον στενότερον sibi opponuntur. ἀπάγουσα, *quæ fert, ducit* ad perniciem; nam ἀπάγειν id. qd. ἄγειν. vid. *Læsnerus* ad h. l.— (14.) Pro ὅτι] *sed,* v. Esr. iii. 3. Ez. xlvi. 9. ibique τοὺς ο'. 2 Regg. i. 4. Jer. xxxv. 7. *Keuchenius* ad h. l., in multis codd. et verss. legitur τί, quam lectionem utpote difficiliorem et exquisitiorem *Grotius, Hammondus, Griesbachius,* recte probarunt, et τί, præeunte Theophylacto, positum accipiunt pro ὡς, ut Hebr. מַה, *quam angusta est porta!* ὅτι ex præced. versu, ubi legitur ὅτι πλατεῖα, facile in textum irrepere potuit. Cæterum v. 13, 14. *Reichardus* in vers. N. T. Lat. præclare hunc in modum interpretatus est: *Per angustam sane portam ad salutis* veluti arcem *vobis contendendum est. Etenim valde ampla est porta, et via latissima, quæ ad interitum ducit; unde et multi per eam grassantur. Quum contra angustissima sit ad salutis* arcem *porta, itemque via ad ipsam ducens, ut etiam pauci eam reperiant.*

(15.) Cohortatur Christus sectatores suos velint sibi cavere a doctoribus falsis, doctrinam divinam quidem profitentibus, sed vitam agentibus a regulis atque præceptis hujus doctrinæ alienam, v. 21. coll. xxiv. 11. 24. Pharisæis similibus, aditu ad salutem ipsos prohibentibus xxiii. 13. προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν] *cavete vobis a doctoribus falsis.* Formula προσέχειν ἀπό τινος respondet formulis φοβεῖσθαι ἀπό τινος Luc. xii. 4. et φεύγειν τι. Hebræi enim sequi jubent verbum שָׁמַר particulam מִן. vid. Deut. xxiii. 10. Ps. xviii. 6. Sir. vi. 13. ἀπὸ τῶν φίλων σου πρόσεχε. xi. 33. πρόσεχε ἀπὸ κακούργου. v. *Fischerus* ad *Leusden.* de Hebraism. N. T. p. 135. ψευδοπροφῆται, *doctores falsi,* sunt h. l. ii, qui vitam agunt doctrinæ Christi, quam profitentur, contrariam. Qui h. l. ψευδοπροφῆται dicuntur, alias nominantur ψευδοδιδάσκαλοι, ut Petr. ii. ep. ii. 1. Nempe vocabulum προφήτης, ut Hebr. נָבִיא, non tantum eum notat, qui fata hominum populorumque singulari quodam numinis afflatu prædicit, sed omnino etiam *doctorem, voluntatis divinæ interpretem.* v. de hac voce *Koppii* Exc. iii. in ep. ad Ephes. *Dresdii* Proluss. duæ, de notione prophetæ in cod. sacro, Viteb. 1788. 89. *Bardili* de significatu primitivo vocis προφήτης, Götting. 1786. *Schleusneri* Lex. sub h. v. *Jerusalem Briefe üb. die Mosaischen Schriften,* Br. 4. *Niemeyer Allgem. Versuch üb. Amt, Charakter und Reden Israel. Propheten,* in s. *Charakteristik d. Bibel* B. 5. p. 250 ss. *Eichhorn Einleitung ins A. T.* Th. iii. p. 1 ss. *Hartmann üb. d. Grundbegriff des Worts* Nabi, *und den öffentl. Vortrag der Proph.* Exc. iii. adj. versioni Michæ, Lemgo 1800. *Meyer Versuch einer Hermeneutik des A. T.* Th. ii. *Histor. Entwickelung des bibl. Begriffs des Worts Prophet,* in *Henke Neuem Magazin* B. 4. p. 540 ss. οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ.] qui ad vos veniunt induti palliis ex pellibus ovinis confectis. Ejusmodi enim pallia indicant verba ἐνδύματα τῶν προβάτων. Talia erant Eliæ, aliorumque prophetarum, pallia. vid. ad iii. 4. ἐν ἐνδύμασι] reddi debet: *induti, amicti palliis.* Hebræi ita usi sunt præpositione בְּ, ut Esth. i. 11. iv. 2. quam formam loquendi imitati sunt scriptores N. T. v. Jac. ii. 2. Luc. xxiv. 4. Neque insolens est hic usus particulæ ἐν, scriptoribus exteris, Joseph. Ant. xviii. 6. 7. de Agrippa: ὁ ἐν τῇ πορφυρίδι, *veste purpurea indutus,* pro quo Luc. Act. xii. 21. habet: ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικήν. add. Herodo. ii. 159. Ovid. AA. ii. 292. *Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus, sive erit in Cois, Coa decere puta* i. vestimentis Tyriis et Cois induta. cf. *Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. *Grævius* Lect. Hesiodd. c. 18. *Dukerus* ad Flor. i. 1. not. ad Marc. i. 23. Joh. xx. 13. ἔσωθεν] quod vero eorum cogitandi et sentiendi rationem at-

αὐτούς. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ἢ ἀπὸ
17 τριβόλων σῦκα; Οὕτω πᾶν δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς καλοὺς
18 ποιεῖ· τὸ δὲ σαπρὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖ. Οὐ
δύναται δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ δένδρον
19 σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν
20 καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Ἄραγε
21 ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. Οὐ πᾶς ὁ
λέγων μοι, Κύριε Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν

tinet, *εἰσὶ λύκοι ἅρπαγες*] *sunt lupis rapacibus similes.* *ἅρπαγες* epitheton luporum perpetuum. Lycophr. Cass. 1309. *ἐπιμψαν ἅρπαγας λύκους.* Horat. Carm. iv. 4. 50. *cervi luporum præda rapacium.* v. *Wetstenius* ad h. l. qui idem laudavit locum Horat. Epist. i. 16. 46. *Sed videt hunc omnis domus, et vicinia tota, Introrsum turpem, speciosum pelle decora.* Itaque his verbis nostris, quæ omnino proverbium redolere videntur, significantur doctores, qui speciem pietatis et sanctitatis præ se ferunt, quorum tamen sentiendi ratio perversa est, quorum mores sunt depravati, quique adeo auditoribus suis perniciem et exitium moliuntur. Similis locus Act. xx. 29. Ovid. Am. i. 8. 21. *Impia sub dulci melle venena latent.*

(16.) *ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτοὺς*] *ex animi fructibus illos dignoscere poteritis.* Apposite laudavit ad h. l. *Wetstenius* verba Lysiæ, *ὀλίγῳ χρόνῳ δύναιτ' ἄν τις πλάσασθαι τὸν τρόπον τὸν ἑαυτοῦ·* et P. Syri: *Cito ad naturam facta recidunt suam.* Vocabulum autem *καρπὸς* h. l. ut sæpius tropice adhibetur, et in hac orationis serie nominatim indicat, *mores, actiones et facta* falsorum doctorum. Quo minus enim cum interpretibus aliis per *καρποὺς* etiam errores, et per *ψευδοπροφήτας* doctores errores spargentes intelligam, me impediunt ea quæ v. 21. 24. leguntur. Et si Jesus de doctoribus falsis, quatenus errores sparsuri essent, dicere voluisset, haud dubie mentem suam dilucidius explicuisset, et de erroribus ipsis verba fecisset, ut alias fecit; v. xxiv. 5, 11, 24. *ἐπιγινώσκειν* copulatur h. l. cum præpositione *ἀπὸ*, quæ Hebr. particulæ מִן respondet, ut Sir. xix. 29. Sed Luc. vi. 44. extat præpositio *ἐκ*, cujus vicem etiam h. l. *ἀπὸ* obtinet. *ἐπιγινώσκεσθε*, *cognoscere poteritis, ita* יָקִּיר 2 Sam. xxii. 39. loco parallelo Ps. xviii. 39. explicatur יָכֹלוּ קוּם. v. *Glassius* Phil. S. p. 197. *μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν κ. τ. λ.*] *num possunt de spinis colligi uvæ, aut de tribulis ficus?* Locutio proverbialis; ab homine malæ indolis non possunt continui pietatis et probitatis fructus exspectari. Seneca ep. 87. *Non nascitur ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata respondent.* cf. *Schotti* Adagia p. 20.

(17. 18.) *οὕτω*] habet h. l. non comparandi, sed potius continuandi vim. Opponuntur porro sibi invicem *δένδρον ἀγαθὸν* et *δένδρον σαπρόν.* Jam *σαπρὸν* prop. dicitur *putridum*, ut ap. Theophr. Char. c. 11. *ἔλαιον σαπρὸν*, ad quem locum v. *Casaubonus.* At h. l. non potest intelligi arbor quæ computruit, hæc enim ne folium quidem, multo minus fructus proferre potest. Sed *σαπρὸν* dicitur etiam *quicquid est malæ indolis, inutile, non idoneum*, ut adeo sit idem quod *πονηρὸν*, sicuti Aquila et Symmach. הִבְאִישׁ expresserunt Exod. v. 21. verbo *σαπρίζειν*, pro quo Alexandrini Gen. xxxiv. 30. usi sunt voce *πονηρὸν εἶναι*, atque *καρποὶ*, qui h. l. Matthæo dicuntur *πονηροὶ*, Luc. vi. 43. sunt *καρποὶ σαπροί.* Etiam Levit. xxvii. 14. reperitur in fragmm. interpretum Græcorum *σαπρὸς* pro Heb. רַע. Caussa et origo hujus significationis cum *Ludovico de Dieu* ad Matth. xii. 33. et *Boltenio* ad h. l. inde repetenda est, quod Syri voc. ܒܝܫ de *putrido* et *malo* usurparunt, atque hoc ipsum vocabulum in Matthæi Evangelio Hebraico extitisse videtur. Ergo *δένδρον σαπρὸν*] est *arbor malæ indolis, ein Baum schlechter Art, eine schlechte Sorte von Bäumen*, atque adeo vi oppositionis *δένδρον ἀγαθὸν*] *arbor bonæ indolis.* Ejusmodi vero arbor malæ indolis significat in hoc orationis contextu, doctorem falsum, qui *e malo animi sui thesauro*, *ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ* Luc. vi. 35. malos fructus profert, male facta committit.—(19 sqq.) Pœnas gravissimas luent, cf. notata ad iii. 10.—(20.) *ἄραγε* affirmantis, *profecto, utique*; in versione Alexandrina respondet Hebr. אַךְ Gen. xxvi. 9. et in Aquilæ reliquiis *τῷ* אָכֵן Gen. xxviii. 16. Profecto e factis horum hominum intelligetis, eos neutiquam esse doctores hoc nomine dignos, coll. v. 16.

(21.) Versus qui sequuntur, continent in universum sententiam hanc: non nisi pietatis et probitatis studiosus fieri potest felici-

οὐρανῶν· ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν
οὐρανοῖς. Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Κύριε, 22
Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι
δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς
ἐποιήσαμεν; Καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων 23
ὑμᾶς. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν.
Πᾶς οὖν ὅστις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ 24

tatis in regno Messiano expectandæ particeps; sola doctrinæ meæ professio nihil facit ad rem, ne doctores quidem religionis meæ, virtutis præcepta si negligunt, vitamque agunt a regulis doctrinæ meæ alienam, commoda et ornamenta, quæ mea religio cultoribus meis piis et probis offert ac præbet, adipiscentur, coll. v. 22, οὐ πᾶς] *non unusquisque*, κύριος, ut tritum est, sæpius in libris N.T. vim habet vocabuli διδάσκαλος, v. Joh. xiii. 13, 14. 16. et Judæi hoc nomine magistros suos appellabant, et reverentiam præcipuam declaraturi, hanc appellationem iterabant, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. s. v. רב. Hinc formula λέγειν, Κύριε, Κύριε, significatur is, *qui magno ardore doctrinam Christi profiteri, et discipuli atque religionis Christi doctoris partes agere videtur*, Luc. vi. 46. εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν] vid. ad v. 19. ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός] *sed qui patris mei cœlestis voluntati convenienter vivit.* θέλημα τοῦ πατρὸς indicat h. l. ipsa religionis christianæ præcepta. Nam loco parallelo Luc. vi. 46. pro eo legitur καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω. Cæterum verba οὗτος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, quæ in cod. 33. et apud Latinos plerosque verbis τοῦ ἐν οὐρανοῖς addita leguntur, pro grammatici additamento habenda sunt. v. *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l.

(22.) Ut accuratius intelligatur, quinam sint illi λέγοντες, Κύριε, Κύριε] nempe non tam omnino Christi sectatores, quam potius religionis doctores, tanquam nota characteristica discipuli et doctoris religionis illorum temporum affertur τὸ προφητεύειν, — δαιμόνια ἐκβάλλειν — δυνάμεις ποιεῖν. Itaque mihi hæc verba non videntur esse nimis urgenda, sed cogitandum, Jesum omnino hanc sententiam exprimere voluisse: repudiabuntur a me, felicitatem regni mei non adipiscentur, plures doctores religionis meæ, utpote facinorosi et improbi. Præterea rectissime *Storrius* Diss. Exeget. in libror. N. T. historic. aliquot loca P. 3. Tubing. 1794. p. 3. observavit hæc: "Sicuti sermo, qui v. 23. tribuitur judici, non (2 Sam. xv. 26.) jubet de sententia his nominatim *verbis pronuntianda* cogitare, sed commemoratum *supra* (v. 21.) decretum de eo, quod futurum sit, *illuminat oculisque subjicit*, introducendo judicem ea, quæ τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν modo (v. 21.) fuerat minatus, tandem ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ (v. 22.) exitu præstantem, adituque ad regnum divinum τοὺς μὴ ποιήσαντας τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ re ipsa arcentem: ita etiam sermo, qui amandandis a regno divino v. 22. assignatur, non, quid isti sint *re vera dicturi*, sed quid accommodate ad personam, supra (v. 21.) iis impositam, dicere possint, (cf. יאמרו, dicere *possint*, Jos. xxii. 24, 27. ἀπαλλοτριώσουσιν, avertere *possint*, v. 25. ואמרנו, respondere *possimus*, v. 28.) exponit, omninoque comparatus est ad generale illud λέγειν, Κύριε, Κύριε, quod v. 21. *non ut res futura*, sed ut præsens, atque *ad hanc vitam pertinens*, spectabatur, insigni τῶν τῷ ὀνόματι κυρίου πολλὰς δυνάμεις ποιησάντων, *exemplo illustrandum atque subjiciendum sub sensus.* Quantopere libri sacri hoc genus προσωποποιΐας frequentent, *Dathius* ostendit in *Glassii* Phil. S. p. 1359 sqq." ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ] i. *tempore judicii*, ut Matth. xi. 24. et Luc. x. 12. voces ἡμέρα ἐκείνη et ἡμέρα κρίσεως tanquam idem valentes, inter se permutantur. οὐ pro οὐχὶ v. vi. 26. τῷ σῷ ὀνόματι] *jussu et auctoritate tua*, v. *Krebsius* ad h. l. i. e. quoad sensum, utpote tui, utpote religionis tuæ doctores. Verbum προφητεύειν plures h. l. eo sensu capiunt, ut sit *futura prædicere*, cum de factis insignibus sermo sit: nobis secus videtur, existimamus potius, illud vertendum esse *docere*, cum voc. προφήτης v. 15. eodem modo adhibitum reperiatur, cum Jesus accuratius constituere voluerit, quinam sint οἱ λέγοντες, κύριε· nempe doctores. δυνάμεις] miracula, ut Act. ii. 22. viii. 13—23. ὁμολογήσω αὐτοῖς] *palam profitebor*, ita ὁμολογεῖν legitur Æl. H. V. ii. 4. Herodi. 3. c. 6. p. 572. T. ii. ed. *Irmisch.* ὅτι ut sæpius redundat, xxvii. 47 etc. οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς] *nunquam vos probavi, pro meis habui.* Etenim γινώσκειν haud raro notat, *amare, probare*, ut Hebr. ידע Ps. i. 6. lxxxix. 16. Amos. iii. 2. 1 Cor. viii. 3. 2 Tim. ii. 19. v. *Glassii* Philol. S. p. 829. ἀποχωρεῖτε κ. τ. λ.] sunt verba Ps. vi. 9. *discedite a me facinorosi*, indigni estis præmiis et felicitate cultorum meorum.

(24. sq.) Sequitur epilogus. πᾶς οὖν ὅστις]

αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν
25 οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν. Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ
ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέπεσον
τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν
26 πέτραν. Καὶ πᾶς ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους τούτους, καὶ
μὴ ποιῶν αὐτοὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ, ὅστις ᾠκοδόμησε
27 τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον. Καὶ κατέβη ἡ βροχὴ,
καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσ-
έκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔπεσε, καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς
μεγάλη.
28 Καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους,
29 ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· Ἦν γὰρ διδά-
σκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς.

*quicunque igitur*, Hebr. אֲשֶׁר, Græc. ὃς ἂν· more Hebræorum in casu absoluto positum est; neque adeo cum nonnullis pro ὁμοιώσω e v. 26. reponendum est ὁμοιωθήσεται. Per τοὺς λόγους τούτους intelliguntur vitæ morumque præcepta hactenus tradita. ὁμοιώσω αὐτὸν] *eum similem esse affirmo*: nam futura indicant continuationem, atque adeo accipienda sunt ut præsentia, unde et ὁμοιωθήσεται v. 26. reddi debet, *similis est*, Luc. vi. 48. ὅμοιός ἐστιν. — φρόνιμος, נָבוֹן, *prudens, providus*, γινώσκων ἃ δεῖ ποιεῖν, ut exponitur a Xen. Œcon. xi. 8. vid. *Raphelius* ad h. l. ἐπὶ τὴν πέτραν] *in solo saxoso.* — (25.) βροχὴ] גֶּשֶׁם, v. Symm. Prov. xxv. 23. LXX. Ps. lxvii. 10. *imber*, pluvia vehemens et procellosa, quam inundatio sequitur. κατέβη] ירד, Ies. lv. 10. καταβῇ ὁ ὑετὸς ἢ χιὼν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· add. Ps. lxxi. 6. sic *decidere* Tibull. i. 2. 10. vid. *Schleusneri* Lex. et *Bielii* h. v. ἦλθον οἱ ποταμοὶ] *fluvii* exundantes *ruebant* per campos, ut ἔρχεσθαι h. l. ita quoque בוא usurpatum legitur Ezech. xlvii. 9. Ies. lix. 19. προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ] *irruebant* fluvii et venti *in eam, neque corruit, nam fundata est saxo.* πίπτειν, *corruere*, ut נפל, de domo Judd. xvi. 30. τεθεμελίωτο] positum est pro ἐτεθεμελίωτο· nempe destitutum est h. l. plusquamperfectum suo augmento. Ita sæpius non tantum Iones, sed etiam Attici loquuntur, solo augmento perfecti contenti, more poëtarum, vid. *Hemsterhusius* Obss. Miscell. Vol. iv. p. 291. *Wesselingius* ad Diod. Sic. ii. 8. et *Albertius* ad h. l.

(26. 27.) Contrariam sententiam hi versus continent. καὶ] sed, ut ו Deut. xii. 27. ubi οἱ ο΄· per δὲ expresserunt. μωρὸς cum opponatur φρονίμῳ, est *stultus, imprudens*, qui non videt, quid sit faciendum, ὁ μὴ γινώσκων ἃ δεῖ ποιεῖν· ab Alexandrinis conjungitur cum ἄφρων Ps. xciii. 8. ἐπὶ τὴν ἄμμον] *in solo arenoso*, ἐπὶ τὴν γῆν χωρὶς θεμελίου Luc. vi. 49. πτῶσις μεγάλη] *ruina magna*, quæ fit ingenti sonitu, magno fragore. Virg. Æn. ii. 310. *jam Deiphobi dedit ampla ruinam, Volcano superante, domus.* ib. 465. *Ea lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit.* Gloss. vett. πτῶσις, ἐπὶ οἰκοδομῆς, *ruina, rues.* Cæterum summa hujus similitudinis est: Qui mea præcepta vita et factis exprimit, is suæ saluti consulit, contra qui ea negligit, nec vita factisque exprimit, is deest suæ saluti.

(28. 29.) καὶ ἐγένετο ὅτι] ut Hebr. וַיְהִי vim obtinet particulæ δέ· sic et ipsi Alexandrini Exod. iii. 21. וְהָיָה כִּי simpliciter reddiderunt ὅταν δέ· itaque καὶ ἐγένετο ὅτε id. qd. ὅτε δέ· vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 601 sq. ἐκπλήσσεσθαι h. l. notat, *vehementer admirari*, et respondet Hebr. תָּמַהּ, quod Ps. xlviii. 6. Symm. reddidit ἐκπλήσσεσθαι, sed Alex. habent θαυμάζειν· Hesychius: ἐξεπλάγη ἐθαύμασεν. ἐξέστη· v. et *Münthius* Obss. ad h. l. et cum תמה construatur cum עַל, v. Eccles. v. 7. hinc h. l. ἐξεπλήσσοντο] sequitur præpositio ἐπί. Per διδαχὴν h. l. et doctrina ipsa, et ratio qua quis in docendo ac præcipiendo utitur, intelligi debet. — (29.) ἦν διδάσκων] pro ἐδίδαξε, ex Hebraica ratione. ὡς ἐξουσίαν ἔχων] tanquam dominus, tanquam Messias, cui non solum interpretatio, sed etiam latio legum esset permissa. Ita *Wolfius, Læsnerus, Paulus*, alii hæc verba explicant. Ego vero ea interpretari mallem de orationis vi et efficacia ad persuadendum et commovendum. Hom. Il. ί. 689. ὡς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, Μῦθον ἀγασσάμενοι· μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευσε. Judæorum vero doctores vanis dis-

## ΚΕΦ. η΄.

Καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ
ὄχλοι πολλοί. Καὶ ἰδοὺ λεπρὸς ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, 2
λέγων· Κύριε, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Καὶ 3
ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Θέλω,
καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα.

putationibus et controversiis tempus consumebant, nugas et commenta cum sua, tum antiquiorum doctorum populo proponebant et inculcabant. Quantum discrimen inter Christi et Judaicorum doctorum doctrinam intercesserit, quam parum horum institutio valere potuerit ad feriendos et emendandos auditorum animos, facile perspiciet is, qui vel hanc Christi orationem, quam inde a cap. v. legimus, comparaverit cum commentationibus illis, quæ in scriptis Rabbinorum reperiuntur. cf. etiam *Weisii* Diss. de more domini acceptos a magistris Judaicis loquendi ac disserendi modos sapienter emendandi; in Commentatt. theoll. a *Velthusenio*, *Rupertio* et me editis Vol. v. p. 117 sq. Cæterum verba αὐτῶν et καὶ οἱ Φαρισαῖοι, quæ post οἱ γραμματεῖς, in nonnullis codd. addita leguntur, glossemata sunt.

### CAP. VIII.

(1. 2.) Finita oratione illa, quæ montana vulgo dicitur, descendit Jesus de monte, atque sanavit in vicinia Capharnaumi, coll. v. 5., leprosum, qui auxilium ipsius implorabat. καταβάντι δὲ αὐτῷ] positum est pro καταβάντος δὲ αὐτοῦ, ut xxi. 23. Ita et Græci scriptores Dativis uti solent. v. *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. ii. p. 187. ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί] *eum secuta est magna populi caterva.* αὐτῷ, quod more Hebræorum junctum est verbo ἠκολούθησαν, redundat, hanc tamen pronominis redundantiam non prorsus ignotam fuisse Græcis, docet locus Thucyd. iv. 93. male in nonnull. codd. ad evitandam pronominis αὐτῷ repetitionem, legitur καταβάντος s. καταβαίνοντος αὐτοῦ· v. *Wetsten.* et *Griesbach.* ad h. l.— (2.) λεπρὸς ἐλθὼν] *accessit leprosus*, λέπρα, Hebr. צָרַעַת Levit. xiii. 2. est cutis vitium, scabies albida, vitiligo, cujus tres species affert Celsus v. 28. De variis lepræ gradibus et generibus v. *Celsus* l. c. *Bartholinus* de morbis biblicis p. 39. *Rhenferd.* de Lepra cutis Hebr. in *Meuschenii* N. T. ex Talmude illustr. *Murray* historia lepræ, quæ adjuncta est ejus libello de vermibus, in lepra obviis, Götting. 1749. *Schilling.* Commentatio de lepra, Lugd. Bat. 1778. *Eschenbachii* scripta Medico-biblica, Rostoch. 1779. *Michaëlis Arabische Fragen*, Fr. xi. 12, 28, 36. ejusdem *Oriental. u. exeget. Biblioth.* Th. iv. p. 106. Th. xvii. p. 1. et *Mosaisches Recht*, Th. iv. §. 208. *Niebuhr Beschr. von Arabien*, p. 130 ss. *Hensler vom abendländischen Aussatze im Mittel-alter nebst einem Beytrage zur Kenntniss und Geschichte des Aussatzes*, Hamb. 1794. *Jahn Bibl. Archäologie*, Th. i. Abschn. 2. p. 355 sq. et interpp. ad Exod. iv. 6. Levit. xiii. 14. Job. ii. 7. προσεκύνει αὐτῷ λέγων· Κύριε] *supplex eum rogabat*, γονυπετῶν αὐτὸν Marc. i. 40. πεσὼν ἐπὶ τὸ πρόσωπον Luc. v. 12. κύριε, *domine*; nomen honoris, quo, ut recte Grotius ad h. l. observavit, Judæi etiam ignotos appellare solebant. v. Joh. iv. 19. xii. 21. xx. 15. Ita quoque Latini loquebantur, Seneca ep. 3. *obvios, si nomen non succurrit*, dominos *salutamus*. Martial. i. 113. *cum te non nossem*, dominum, *regemque vocabam, Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris;* cum vero discipuli magistrum hoc nomine compellabant, κύριος id. qd. διδάσκαλος, רבי. v. ad vii. 21. ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι] *si vis, potes me purgare* i. *pristinam mihi valetudinem restituere.* Verbum enim καθαρίζειν, *purgare*, ut Hebr. טהר, cui in versione Alex. respondet, v. Num. xii. 15., proprie adhibetur de leprosis, quoniam leprosi impuri judicabantur, ita ut sit omnino *sanare*, quæ verbi potestas vel exinde patet, quod pro ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρα v. 3. apud Lucam v. 13. legitur ἀπῆλθεν ἡ λέπρα ἀπ᾽ αὐτοῦ. add. Marc. i. 42.

(3.) ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ] *extensa manu leprosum tetigit.* Est Hebraica loquendi forma, nam priora verba: ἐκτείνας τὴν χεῖρα commode abesse poterant, cum ἥψατο hanc notionem involvat. v. Gen. viii. 9. xix. 10. etc. Attigit vero Jesus leprosum, quo palam faceret omnibus præsentibus, sanationem certo secuturam esse; proprie enim is, qui leprosum attingebat, excepto sacerdote polluebatur. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρα] *et statim sanatus est leprosus.* Hæc verba *Kypkius* reddenda esse præcipit: *remota, sublata est lepra.* καθαρίζειν enim, ait, significare etiam *removere, tollere*, ut Deut. xix. 13. ubi οἱ ό. verbum בִּעֵר reddunt verbo καθαρίζειν. Sed ibi בער potius est *expiare*, et additum legitur ἐξ Ἰσραήλ· et καθαρίζειν, ut supra notatum est,

4 Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅρα μηδενὶ εἴπῃς· ἀλλὰ ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον, ὃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.

h. l. respondet verbo טהר. *Wolfius* in Curis et *Kæcherus* in Analectis ad h. l. vertunt: *munda declarata est ipsius lepra*, sed Jesus eum non declaravit mundum, id facere debebat sacerdos, cf. v. 4. ibique notata; et repudiant hanc interpretationem verba Lucæ v. 13. et Marc. i. 42. καὶ εὐθέως ἀπῆλθεν ἡ λέπρα ἀπ' αὐτοῦ. Præcedit etiam v. 2. *Domine, si vis, potes me purgare*, et v. 3. Jesus, volo, inquit, καθαρίσθητι, *purus esto.* Itaque λέπρα est potius abstractum pro concreto, atque idem quod λεπρός.

(4.) Caute et prudenter satis jussit Jesus leprosum festinare Hierosolymam, et observare omnia, quæ lex leprosis præscriberet; nondum enim venerat tempus, quo verbis ac factis declarari posset, legem Mosaicam nihil amplius valere; per legem autem Mosaicam nonnisi sacerdos leprosum mundum pronuntiare poterat. Volebat præterea etiam Jesus ita impedire, quo minus quisquam de hominis leprosi sanatione dubitaret. Imposuit vero etiam homini illi silentium, non tamen in perpetuum, nam silentii perpetui idonea caussa afferri nulla potest, aderat enim eo ipso momento, quo Christus hominem sanavit, magna populi multitudo; sed silere debebat leprosus, quamdiu nondum coram sacerdote apparuisset, ne fama hujus rei prius ad sacerdotis aures perveniret, ne hic nancisceretur occasionem tergiversandi, aut calumniandi, ne Christi laudibus invidens, mundum declararet immundum. σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ] *ostende te sacerdoti.* Versio vulgata habet: *sacerdotum principi*, in nonnullis quoque codd. Marc. i. 44. legitur ἀρχιερεῖ, et ab Hebræis pontifex maximus haud raro simpliciter nominatur הכהן, ut 1 Regg. i. 8. quare etiam h. l. interpretes haud pauci τῷ ἱερεῖ interpretantur, *pontifici maximo.* Hæ tamen rationes omnes non satis graves mihi videntur esse, ut a vulgari et recepta vocabuli significatione recedamus, cum omnibus sacerdotibus hæc provincia demandata esset, ut judicarent de lepra. v. Levit. xiii. 2. *Michaëlis Mos. Recht* Th. iv. p. 102, 210. καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον] *et offer sacrificium*, nempe duos passerculos, quorum alter mactabatur, alter dimittebatur. v. Levit. xiv. 4 ss. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] *in testimonium iis.* Interpretes in his verbis explicandis variant. Nempe alii αὐτοῖς referunt ad populum præsentem, ad ὄχλους v. 1. hoc sensu: ut præsens multitudo edoceatur, te esse vere sanatum. Alii αὐτοῖς referunt ad ἱερεῖ, ita ut hoc ipsum nomen vel positum sit collective, vel αὐτοῖς, more Hebræorum, distributive sumendum sit, *unicuique eorum*, v. *Storrii* Obss. ad anal. et synt. p. 374. *ostende te sacerdoti, quo unusquisque eorum intelligat, te esse sanatum.* μαρτύριον enim dicitur omne argumentum, quo aliquis potest convinci, omnis res, qua alicui aliquid significatur et declaratur. v. 1 Tim. ii. 6. Jac. v. 6. Equidem tamen mallem hæc verba explicare: *quo contra eos* (nempe, sacerdotes) *testimonium dicere posses*, si scilicet vellent in posterum negare, me tibi sanitatem restituisse. Verbum enim העיד construitur cum particula ב, ita ut sit *testimonium dicere in* s. *contra aliquem;* αὐτοῖς ergo respondet Hebr. בהם et Alexandrini particulam ב cum affixo, sæpius dativo pronominis exprimere solent. v. Deut. xxxii. 46. 1 Sam. viii. 9. Ps. l. 7.

*Paulus* in *Kritischem Kommentar* ad h. l. contendit: Jesum hominem illum leprosum non sanasse, sed tantummodo mundum pronuntiasse i. e. declarasse, morbum non esse contagiosum, eum brevi sanatum, et a sacerdote mundum declaratum iri. Verbum θέλω explicat: *lubenter te edocere volo, quæ sit natura morbi tui;* atque monet: hac data promissione, Jesum attigisse leprosum, ut cognosceret, an eum pronuntiare posset mundum, quo cognito addidisse: καθαρίσθητι. Verba: καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα, interpretatur: *brevi et feliciter lepra ipsius sanata est;* εὐθέως enim h. l. ut sæpius poni de re, quæ non statim, illico, sed successu temporis, brevi, evenerit, ut Matth. xiii. 5. Marc. iv. 8. Sed ut ex omni narratione apparet, leprosus a Christo thaumaturgo valetudinis pristinæ restitutionem exspectabat et efflagitabat, non vero ut ipsum declararet mundum. Per leges Judæorum, ut supra monitum est, nonnisi sacerdos leprosum pronuntiare poterat mundum, et Jesus ipse hominem illum ad sacerdotem ablegabat, coll. v. 4. Verbum καθαρίζειν altera vice positum, sanationem notare in promtu est, et vero etiam conceditur, Marcus enim et Lucas ll. parall. habent: εὐθέως ἀπῆλθεν ἡ λέπρα. Itaque contextus et leges grammaticæ postulant, ut voci καθαρίζειν uno tenore positæ, eadem vis tribuatur, atque adeo exprimatur *sanare* coll. Luc. xvii. 14, 15. ubi legitur ἐκαθαρίσθησαν — ἰάθη. Morbum non fuisse levem, patet ex verbis Luc. v. 12. ubi homo ille πλήρης λέπρας fuisse dicitur. Non probabile est, hominem gradus, genera et symptomata lepræ, morbi

Εἰσελθόντι δὲ ¹τῷ Ἰησοῦ εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθεν αὐτῷ 5

5. ∾ αὐτῷ.

adeo vulgaris, ignorasse, cum ea etiam Levit. xiii. curatius exposita reperiantur. Si morbus hominis ita comparatus fuisset, ut sacerdos leprosum, mundum i. e. morbum non contagiosum esse, declarare potuisset, de quo tamen in Evangelistarum commentariis nihil legitur, non potest satis idonea ratio afferri, cur homo ille Jesum, nec sacerdotem adierit, ut mundus declararetur. Si Jesus leprosum tantummodo mundum pronuntiasset, et hic *brevi*, *εὐθέως*, sanatus esset, non facile intelligitur, quare homo ille, quem Jesus *εὐθέως*, *statim* abire jussit v. Marc. i. 43. tam studiose laudes Jesu divulgarit ut Marc. i. 45. refert, quare, ut Luc. v. 15. legitur, cum hujus rei fama percrebuisset, tanta hominum ægrotorum multitudo concurrerit, ut a Jesu sanaretur. Itaque leprosi sanatio evenerit necesse est, antequam ipse exiret, et *εὐθέως* reddi debet: *protinus, nulla mora interjecta;* et vox *θέλω καθαρίσθητι, volo,* sanitatem tibi restituere, *sis sanus.* Atque sic vel ex hactenus notatis apparet, Evangelistas rem ita exposuisse, ut appareat, eos credidisse, sanationem hominis fuisse extraordinariam, atque miraculis annumerandam. cf. etiam *Krummacher über den Geist und die Form der Evangel. Geschichte,* p. 201 sqq.

Ut vero per hanc occasionem in universum moneamus de miraculorum Christi explicatione, quæ nostra ætate regnat, quæque eo tendit, ut omnia facile ad leges naturæ nobis cognitas perspici possint, ea vix videtur omnino apta esse Evangelistarum indoli et orationi. Fautores hujus explicandi rationis plerumque non accurate discernunt, quid creditum narratumque fuerit, et quomodo res sese habuerit, atque etiam iis in locis, in quibus nullum, ne levissimum quidem vestigium deprehenditur, e quo appareat, rem enarratam posse cum nostris notionibus et ratione cogitandi componi, usum loquendi et leges grammaticas sæpius negligentes, verba Evangelistarum torquent, iisque suas fictiones obtrudunt, et novas historias, a narrationibus scriptorum illorum prorsus alienas, proferunt. Reperiuntur quidem loci nonnulli, in quibus etiam sobrius interpres, sentiendi et cogitandi et dicendi illorum temporum rationem respiciens, a vulgari et antiqua interpretatione, quæ singula verba premit, recedere, et probabilem saltem conjecturam proferre possit (vid. Matth. viii. 28.), neque propterea in invidiam adducendus est; sed longe plures reperiuntur loci, in quibus libere profitendum sit: non liquet! nimis enim remoti ab illis temporibus, quibus res expositæ evenerunt, vivimus, et nihil certi definire possumus de *περιστάσει* singulis in locis ab Evangelistis, qui sæpissime nil nisi factum ipsum enarrarunt, omissis. Præferenda igitur mihi videtur eorum interpretum ratio, qui, quod Christi miracula attinet, ab omnibus conjecturis abstinent, et veritatem historiæ simpliciter sequuntur, iis saltem in locis omnibus, in quibus nullum vestigium deprehenditur, quod ostendat, naturali modo rem enarratam explicari posse. Cf. quæ et hanc in rem disputata reperiuntur in *Gabler Neuestem theolog. Journal,* B. ix. p. 285 sqq. *Augusti theol. Monatsschrift,* 1 Jahrg. Heft 4. p. 316 sqq. *Bellermann Uebersicht der neuesten Fortschritte in den Wissenschaften,* B. 3. p. 83. *Krummacheri* libro *über den Geist* etc. p. 203 sq. et *Heubneri* Diss. miraculorum ab Evangelistis narratorum interpretatio grammatico-historica, asserta contra eos, qui e naturæ caussis illa deducere conantur, et ab ipsis scriptoribus sacris deducta esse affirmant. Viteb. 1807. 4. Quo vero lectores, de illis miraculorum Christi explicationibus, a viris doctis, nominatim a *Paulo* prolatis, accuratius ipsi judicare possent, subinde eas attulimus, ita tamen, ut conjecturas tantum probabiles, certe ingeniosas seligeremus.

(5.) Historiam aliam, et maxime diversam ab ea, quæ Luc. vii. 1. legitur, h. l. enarrari, plures opinati sunt, v. c. *Andr. Osiander* Annott. harmonn. i. 36. *Beza, Piscator,* alii. Sed in constituendo loco et tempore Matthæus atque Lucas conveniunt, occurrunt præterea in utraque narratione eædem *περιστάσεις*, omnisque diversitas in eo est, quod ille centurio nostro loco ipse venisse dicitur et cum Jesu collocutus esse, Lucæ autem l. l. legatos misisse, et per eos cum Jesu egisse. Ad hanc vero repugnantiam sive potius diversitatem removendam provocarunt alii ad usum loquendi Hebræorum, cum apud Hebræos sæpe dicatur fecisse aliquis id, quod alii fecerint, nomine ejus atque jussu. v. *Keuchenius* ad h. l. *Heumannus* in *Erklärung des N. T.* Vol. i. p. 107. suspicatur centurionem primum per legatos cum Jesu egisse, tum vero ipsum ad eum accessisse. Augustinus de consensu Evang. i. 20. *non absurde Matthæus, per alios facto accessu centurionis ad dominum, compendio dicere voluit, accessit ad eum centurio.* Scilicet Matthæus et h. l. ut alias sæpius brevitatis studiosus fuit; quæritur etiam, an Matthæus interfuerit colloquio, quod Jesus cum centurionis amicis instituit. v. Marc. i. 29. Lucas in archetypo, quo utebatur, rem accuratius et plenius expositam reperiebat, et ita eam referebat. Omnis omnino diver-

6 ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν, Καὶ λέγων, Κύριε, ὁ παῖς

sitas levioris momenti est, et in omnibus fere scriptorum historicorum libris, ubi de eadem re agunt, ejusmodi diversitates occurrere solent, v. *Perizonii* Animadvv. hist. et *Keuchenii* Annotatt. ad h. l. faciuntque ejusmodi diversitates, qualis illa est, quæ h. l. deprehenditur, cum in utraque narratione reliquæ περιστάσεις occurrant eædem, ad muniendam et confirmandam fidem Evangelistarum historicam. προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος] hunc centurionem fuisse gentilem, non Judæum, neque proselytum, plures interpretum opinantur. Provocant hanc in rem ad verba Christi v. 10. quibus eum a gente Judaica distinxerit; ad verba legatorum ipsius, qui Judæi erant, Luc. vii. 5. ἀγαπᾷ τὸ ἔθνος ὑμῶν· et ad Luc. vii. 6. coll. Matth. viii. 8. οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· quæ explicant: tibi non licet, utpote Judæo, ne sis offensioni popularibus tuis, meam domum intrare; Judæos, notant, omni familiariori cum gentibus abstinuisse consuetudine, v. Luc. xix. 7. Joh. xviii. 28. Act. x. 28. atque eo hæc ipsa centurionis, sive amicorum ipsius verba spectasse. Argumentis tamen haud contemnendis *Ravius*, Theologus Erlangensis, in Diss. Præterita quædam ad narrationes Matth. viii. 5 sqq. et Lucæ vii. 2 sqq. illustrandas, Erlang. 1792. 4. demonstravit: centurionem illum, natione quidem gentilem, sed veri Dei cultorem, per baptismum proselytorum ad religionem Judaicam admissum fuisse, atque adeo in ecclesiæ Judaicæ venisse communionem. Argumenta autem, a V. D. ad hanc sententiam suam muniendam comprobandamque allata, potissimum hæc sunt: a) Verbis οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, non propterea usus est centurio ille, quia nefas putabatur Judæis, domum gentilis intrare, et cum eo familiariter vivere, sed sunt hæc verba summæ modestiæ documentum, quibus similia sunt quæ Luc. v. 9. leguntur, et docent quoque ipsum de vi ac potestate Jesu tam præclare sensisse, ut eum vel absentem, servo ægrotanti opem ferre posse, putaret. b) Ipsi Judæorum seniores Jesu opem his verbis implorabant: ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, *ut ipse veniret* etc. Luc. vii. 3. et Jesus respondebat: ἐλθὼν θεραπεύσω. Amici centurionis, cum Jesus jam propius ad ejus domum accessisset, nomine ejus dicebant: οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς. Patet exinde, seniores Judæorum non accepisse a centurione mandatum, ut Jesum arcesserent, eos autem, quia de Jesu potestate minus præclare sentiebant, quam ille, id ultro fecisse, quod confirmatur voce Christi, cum comperisset, quantam spem in ipso collocaret centurio, se inter Israelitas non tantam fidem reperisse. Jam si centurio non fuisset Judæorum religioni addictus, quomodo Judæi Jesum rogassent, ut se in domum gentilis conferret? cum inter omnes constet, quanto odio persecuti sint, quantopere contemserint Judæi gentiles, quam studiose eorum consortium fugerint. Neque dici potest, illud ἐλθὼν Luc. vii. 3. redundare. Nam ut scite observavit *Ravius*, pleonasmi figura non sic æstimanda est, quasi vocabula adhiberi possint plane otiosa, et nullam potestatem habentia, quod in vitiis sermonis esset habendum; et Jesus ipse legatorum preces respiciens, respondet: ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν. Matth. viii. 7. c) Judæi de centurione judicium ferebant perhonorificum, et laudabant eum, quod synagogam ipsis exstruxisset i. sumtus ad eam exstruendam suppeditasset; tale autem singularis erga Judæos amoris documentum ab homine gentili vix sperari poterat, sed qua ratione impelli potuerit ad synagogam exstruendam, in promtu est, si statuitur eum ad sacra Judæorum transiisse. d) Centurio denique ille, utpote gentilibus oriundus, optime discerni poterat ab Israelitis, verbis v. 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον· Israelitæ enim omnes Israelis posteri dicuntur, nec omnibus in locis, in quibus hoc nomen legitur, ad veri Dei cultum, quo Israelitæ reliquis gentibus præstabant, respicitur.

Centurio ille, utrum fuerit Romanus, an Herodi tetrarchæ militaverit, ambigitur. Nempe Cæsarum ætate in provinciis majoribus erant legiones, in minoribus cohortes, ad tuendam pacem et tranquillitatem. Cohortibus, quæ in Judæa provincia minori erant, singulis præerant tribuni, χιλίαρχοι, et his subjecti erant ἑκατόνταρχοι, qui centum fere peditibus præerant. Ex horum igitur numero fuisse centurionem illum, de quo h. l. sermo est, plures opinati sunt. Sed Romanos in Galilæa habuisse præsidia, argumentis historicis demonstrari nequit, v. *Michaëlis Anmerkk.* ad h. l. constat vero, ex Herodis Antipæ subditis plurimos fuisse gentiles, itaque hunc hominem ab Herode centurionem fuisse constitutum, coll. Marc. vi. 21. recte statuunt *Chrysostomus, Wetstenius, Michaëlis, Rosenmüllerus, Ravius, Paulus*, alii. παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ λέγων] *rogans ipsum, his verbis.* Verbo παρακαλεῖν sæpius *rogandi, obsecrandi* notio inest, ut v. 31. Luc. xiv. 18. Act. xiii. 42. Joseph. Ant. xiii. 5, 8. θυσίας τῷ Θεῷ προσφέροντες, καὶ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας τε καὶ νίκης αὐτὸν παρακαλοῦμεν.

(6 sqq.) ὁ παῖς μου] *servus meus*, nam Luc. vii. 2. legitur δοῦλος, coll. v. 7. ita παῖς etiam occurrit Aristoph. Ran. 192. eodem sensu Lat. *puer* Prop. iii. 23. 23. Pollux iii. 8.

μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, δεινῶς βασανιζόμενος.
Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν. 7
Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη· Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς 8
ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς· ἀλλὰ μόνον εἰπὲ [1]λόγον,
καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι 9
ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας· καὶ λέγω τούτῳ,
πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται·
καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. Ἀκούσας δὲ 10
ὁ Ἰησοῦς, ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν· Ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον. Λέγω 11

8. ∾ λόγῳ.

καλοῦνται παῖδες οἱ δοῦλοι παρὰ τοῖς ἀττικοῖς, κἂν ὦσι πρεσβύτεροι. Mœris: παῖδα τὸν δοῦλον, κἂν ᾖ γέρων, ἀττικῶς· cf. *Wetstenius*, *Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Ind. Theophr. sub h. v. Alexandrini hoc vocabulo exprimunt Hebr. נער et עבד. Sic Judd. ix. 54. 2 Sam. ii. 14. נער vertunt παιδάριον, sed Gen. xxii. 5. παῖς· et עבד 2 Sam. xv. 14. 2 Regg. x. 5. παῖς, sed Prov. ix. 3. δοῦλος. βέβληται] *decumbit*, οἱ ο' נֹפֵל Ex. xxi. 18. vertunt βεβλημένος, *decumbens*. παραλυτικὸς] vid. ad iv. 24. δεινῶς βασανιζόμενος] *gravissimos dolores sustinet*, vid. not. ad iv. 24. et *Krebsius* ad h. l.—(8.) οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς] *non sum dignus, quocum sub iisdem trabibus sis*: ἱκανὸς id. qd. ἄξιος Joh. i. 27. στέγη, *domus*, ut Lat. *tectum*, Virg. Æn. iii. 344. Æl. H. V. iv. 1. Gen. xix. 8. εἰπὲ λόγον] i. e. *jube*, λόγον enim ex Hebraismo redundat v. Deut. xviii. 20. et *Boltenius* ad h. l. Sed pro λόγον legendum est λόγῳ, hanc enim lectionem plurimi ac præstantissimi codd. tuentur, et versionum ac patrum auctoritas confirmat. εἰπὲ λόγῳ *dic verbo* (Vulg.), *verbo impera* i. simplic. *jube*. Etiam Græci scriptores formula εἰπεῖν λόγῳ utuntur, ita, ut λόγῳ redundet, v. *Olearius* Obss. Sacrr. in Matth. p. 251. et *Irmischius* ad Herodi. viii. 6. 16. Ineptam *Clerici*, aliorumque, v. *Wolfium* in Curis ad h. l., opinionem, verbis εἰπὲ λόγῳ respexisse centurionem, inconspicuos Dei angelos, ut satellites adstantes, quasi rogasset Jesum, ut angelo præciperet, et injungeret sanationem perficiendam, accurate refutavit *Olearius* l. l. *Paulus* opinatur, centurionem verbis εἰπὲ λόγῳ dicere voluisse: mitte unum de tuis discipulis. Quodsi vero nonnisi hoc centurio a Christo efflagitare voluisset, non intelligitur, quare rem planam tot verbis expresserit, et adeo verbosa interpretatione precationis ipsius opus fuerit, nec quare Jesus admirabundus dixerit, se tantam fidem inter Israelitas non reperisse. cf. etiam *Mölleri neue Ansichten schwieriger Stellen* etc. p. 47. add. Matth. viii. 16.

(9. 10.) ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν] *etenim ego homo* (miles) *imperio subjectus*, si quendam militum meorum mihi subjectorum jubeo ire aliquo etc. ὑπὸ ἐξουσίαν scil. τασσόμενος, quod participium diserte additum legitur Luc. vii. 8. Diod. Sic. p. 201. B. οὐκ ἦσαν ὑπὸ μίαν ἡγεμονίαν τεταγμένοι, *non erant omnes sub unius imperio*. Sed ἐξουσία est abstractum pro concreto, ut Rom. xiii. 1. coll. 3. Luc. xii. 11. coll. Matth. x. 18. ut adeo significetur: is, qui imperium habet, h. l. præfectus, tribunus. Comparatio ipsa non justo ulterius extendi debet, sed mens et sententia centurionis, more militum loquentis, hæc est: Tibi parent leges naturæ, tu, utpote insignis propheta, facile, etiam absens, servum meum sanare potes; etenim mihi, neutiquam tecum comparando, parent imperio meo subjecti, et faciunt, quæcunque iis præcipio, quanto magis ergo, cum tua potestas plane eximia sit, tibi parebunt morbi, ita ut sine mora servum meum sanare possis. —Morbos etiam nos in sermone quotidiano mutare solemus in personas, utimur formulis: morbus me deseruit, medicus morbum profligavit, et similibus.—(10.) ἐθαύμασε καὶ εἶπε] *admirabundus dixit*. Non enim necesse est, ut cum aliis a vulgata verbi θαυμάζειν significatione recedamus, et eo sensu accipiamus, ut sit: *honorare, laudare*, 2 Regg. v. 1. Deut. xvii. 18. 50. πίστις] h. l. persuasio de potentia Christi, cum etiam absentem morbos sanare posse.

(11.) Jam laudata centurionis fide ac probitate profitetur Jesus, ex omnibus civitatibus plures gentilium se Messiam agnituros suamque doctrinam amplexuros esse, eosque fore felicitatis civium regni Messiani participes, quam Judæi unice, exclusis gentilibus omnibus, qui non ad sacra Judaica transiissent, se consecuturos esse sperarent. Intel-

δὲ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ
ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν
12 τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· Οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκ-
βληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθ-
13 μὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ

ligebant hoc auditores haud dubie de proselytis ad Judæorum sacra transgressuris. *βασιλεία τῶν οὐρανῶν* significat h. l. *felicitatem in altera vita exspectandam*; nam ei opponitur *τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον*, ubi sit *κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς ὀδόντων*· quæ verba eandem continent futuræ miseriæ et infelicitatis descriptionem, quam aliis quoque locis legimus, v. 13. 42. xxii. 13. xi. 22. xii. 41, 42. *ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν*] scl. *ἡλίου*· coll. LXX. Jos. i, 4, 15. *ab oriente et occidente* h. e. ex omnibus gentibus. Hebræi enim, cum universum terrarum orbem indicare volunt, nominant, vel, orientem et occidentem, ut Ies. xlv. 6. lix. 19. vel, dextrum et sinistrum latus, s. meridiem et septentrionem, vel omnes quatuor cœli plagas commemorant, v. Ps. lvii. 3. Luc. xiii. 29. vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 101. qui verba nostra apposite vertit: *mihi credite, multi ex omnibus civitatibus barbaris felicitate æterna donabuntur.* Similis locus Xen. Cyrop. i. 1. 5. *ἤν τι πρὸς ἕω, ἤν τι πρὸς ἑσπέραν, ἤν τι πρὸς ἄρκτον, ἤν τι πρὸς μεσημβρίαν.* Sed *πολλοὶ* sunt *gentes exteræ*, opponuntur enim iis *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας* h. e. Judæi. *ἀνακλιθήσονται*] *accumbent, cœnabunt*: *ἀνακλίνεσθαι* verbum convivale, id. qd. *ἐσθίειν, δειπνεῖν μετά τινος*· synonyma sunt: *κατακεῖσθαι* Marc. ii. 15. et *ἀνακεῖσθαι* Luc. vii. 36, 37. atque Matth. ix. 10, 11. *συνανακεῖσθαι* et *ἐσθίειν μετά τινος* inter se permutantur, et Judith. xii. 15. legitur *ἀνακλίνεσθαι εἰς τὸ ἐσθίειν.* Illis nimirum temporibus, ut tralatitium est, convivæ non sedebant ad mensam, sed accumbebant ad cœnam, et hinc factum est, ut *ἀνακλίνεσθαι*, quod proprie notat *recumbere*, eo quoque poneretur sensu, ut esset, *convivari.* Sed *convivari cum Abrahamo, Isaaco, et Jacobo* est: eadem felicitate frui, qua illi perfruuntur. Etenim imagines a saturatione, abundantia, et convivio petitæ, frequenter in libris V. T. v. Ps. xxxvi. 9. xvi. 5. etc. et scriptorum etiam profanorum, v. *Raphelius* ad h. l., ad describendam felicitatem adhibentur. Hinc Judæi quoque felicitatem, in regno Messiano exspectandam, comparare solebant cum cœna et convivio, Matth. xxvi. 29. Luc. xxii. 30. xiv. 15. et inter convivas nominabant inprimis majores suos, Abrahamum, Isaacum et Jacobum; quo significarent, unice Judæos illius felicitatis participes fore, adeo enim sanctos sese existimabant, ut in vita quoque communi cum nullo extraneo cibum capere vellent, vid. ad v. 5. et *Schœttgenii* Hor. Hebrr. ad h. l. Ad hanc igitur Judæorum cogitandi et loquendi consuetudinem Jesus h. l. respexit.

(12.) *οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας*] *ii ad quos illa felicitas in regno Messiano exspectanda pertinet, quibus destinata est.* Quæ forma loquendi Hebraica est. Hebræi enim, ut scite notavit *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 516. vocabulum בֵּן aliis nominibus ita adjungunt, ut significet eum, ad quem res illæ, quæ istis nominibus declarantur, quocunque modo pertinent. Sic Luc. x. 6. *ὁ υἱὸς τῆς εἰρήνης*, *filius pacis* s. felicitatis, est, felicitate, bonis dignus. Ps. cii. 21. בְּנֵי תְמוּתָה sunt, *ad mortem destinati.* add. Ps. xl. 10. lxxxviii. 12. cf. etiam *Beckhaus Bemerk. üb. d. Gebrauch der Apocryph. Bücher d. A. T. zur Erläuterung der Schriften des N. T.* p. 49 sq. Jam vero h. l. *Judæi* dicuntur *υἱοὶ βασιλείας*, quatenus ipsis, reliquas gentes contemnentibus, falso quidem persuasum erat, felicitatem regni Messiani ad se unice pertinere, ipsis, utpote Judæis, unice destinatum esse. Huic vero præconceptæ opinioni ita occurrit nostro loco Jesus, ut affirmet: *ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον κ. τ. λ.*] *ejicientur in tenebras easdemque densissimas, ubi est fletus et crepitus dentium*; quibus verbis omnino inest notio hæc: *felicitate illa*, me, Messiam, meamque doctrinam repudiaturi, *privabuntur, et improbitatis suæ pœnas gravissimas luent.* Imago h. l. desumta est ab ergastulo; nam etiam Hebræi vocabula חֹשֶׁךְ atque צַלְמָוֶת usurpabant de *carcere.* v. Ps. cvii. 10, 14. Ies. xlii. 7. et Sap. xviii. 4. *φυλακισθῆναι* atque *σκότος* conjunguntur; ut adeo *σκότος ἐξώτερον* carcerem teterrimum, i. e. miseriam maximam depingat. vid. et *Fischeri* Proluss. p. 97 sqq. atque *Krebsii* Opuscula p. 524 sqq. Quæ de ejulatu et crepitu dentium h. l. leguntur, ea sunt imago hominis invidi, indignabundi et miseri, Ps. xxxv. 16. xxxvii. 12. cxviii. 18. et mirifice augent descriptionem miseriæ maximæ. Confirmant hanc interpretationem ea quæ leguntur xxii. 13.

(13.) *καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι*] scl. *οὕτω*· quoniam credidisti, me etiam absentem, servum tuum sanare posse, me absente valetudinem pristinam recipiat! *καὶ ἰάθη ὁ*

¹ἑκατοντάρχῳ· Ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι·
Καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν 14
πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν. Καὶ ἥψατο 15
τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός· καὶ ἠγέρθη,
καὶ διηκόνει αὐτοῖς. Ὀψίας δὲ γενομένης προσήνεγκαν 16
αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλούς· καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα
λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν. Ὅπως 17
πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Αὐτὸς
τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.

Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν 18

13. ∾ ἑκατοντάρχῃ.

παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ] *et servus ipsius continuo convaluit.* ὥρα respondet Chaldaico et Syriaco שָׁעָה, v. Dan. iii. 6, 15. quod ut Hebr. רֶגַע fere de momento, puncto temporis dicitur, et ut στιγμὴ χρόνου Luc. iv. 5. ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ 1 Cor. xv. 52. idem est quod εὐθέως Matth. viii. 3. παραχρῆμα Act. iii. 7. ἐξαυτῆς Act. x. 33. v. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 102 ss. Lectio codd. nonnull. ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης e locis similibus ix. 22. xv. 28. xvii. 18. irrepsit. Lectiones autem: καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, εὗρε τὸν παῖδα (s. αὐτὸν s. τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον· vel ut in aliis codd. legitur: καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέντες εἰς τὸν οἶκον, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα) a Grammaticis e Luc. vii. 10. margini adscriptæ, in textum a librariis receptæ sunt. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

(14. sqq.) Una cum Jacobo et Johanne, v. Marc. i. 29. ingressus est Jesus domum Simonis Petri, vid. ad iv. 18. ibique deprehendit hujus πενθερὰν] חֹמוֹת, *socrum*, uxoris matrem, βεβλημένην] *ægrotantem*, vid. ad v. 6. et quidem πυρέσσουσαν] *febri laborantem.*—(15.) Verbum διακονεῖν] refertur h. l. ad mensam, ita, ut Petri socrus, Christo et comitibus ipsius accumbentibus ministrasse dicatur cibum potumque, quo sensu διακονεῖν sæpius legitur, vid. ad iv. 11. Pro αὐτοῖς codd. plures, verss. et patrr. legunt αὐτῷ· recte, opinor; αὐτοῖς e Marci et Lucæ locis parallelis margini adscriptum, librarii in ordinem receperunt.—(16.) ὀψίας] scl. ὥρας, [quod addit Marc. xi. 11.] γενομένης *vesperi*, Marc. i. 32. addit: ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος. Hesychius: ὀψίας, ἑσπέρας· sed ἑσπέρα est Hebr. עֶרֶב, et de omni tempore pomeridiano adhibetur. Duas fuisse Hebræis vesperas, docent loci Exod. xii. 6. Levit. xxiii. 5. Matth. xiv. 15.; una fuit ab hora IX, nostra pomeridiana tertia, usque ad horam sextam, altera ab hora nostra sexta, usque ad noctis principium, ὀψία δευτέρα, quæ etiam simpliciter, ὀψία et ἑσπέρα dicebatur, v. *Grotius* ad h. l. *Moschii Erklärung der Sonntags-Evangelien,* Th. ii. p. 1111. *Ernesti Theol. Bibl.* B. 9. p. 104., et hoc quidem loco altera illa pars temporis pomeridiani intelligi debet, ut Luc. xxiv. 29. al. προσήνεγκαν κ. τ. λ.] vid. ad iv. 24. ἐξέβαλε λόγῳ] Cic. Catil. 2. *ego vehemens ille Consul, qui verbo cives in exilium ejicio.*—(17.) ὅπως πληρωθῇ κ. τ. λ.] ut adeo quod morborum sanationem attinet, recte de Christo dici possit, quod legitur ap. Ies. liii. 5. Locum illum prophetæ, quem Petrus 1 ep. ii. 24. ad remissionem peccatorum retulit, accommodavit Matthæus et in rem suam transtulit, vid. ad xx. 28. Verba, quæ h. l. leguntur, ex Hebraico textu expressa sunt. λαμβάνειν] respondet Hebr. נשׂא, quod ut סבל, cui h. l. respondet βαστάζειν, non tantum notat, *ferre, perferre,* sed etiam *depellere, auferre, tollere,* ut h. l. v. 40. xv. 26. v. Exod. xxxiv. 7. Levit. x. 12. Num. xiv. 8., ubi Alexandrini habent ἀφαιρεῖν· verbum βαστάζειν hoc modo occurrit etiam Joh. xx. 15., ubi in nonnull. codd. pro ἐβάστασας e glossemate legitur ἦρας· cf. de verbo βαστάζειν *Krebsius* ad h. l.

(18.) Jesus, qui Capharnaumi in ædibus Petri erat, cum ingenti hominum turba sese cinctum videret, vid. Marc. i. 33., ne diutius interpellaretur ab iis, qui sibi ab ipso opem ferri vellent, comites suos, v. Marc. i. 29. Matth. viii. 23., admonuit, ἐκέλευσεν] ut secum trajicerent mare Galilæum. ἀπέρχεσθαι, ut ἔρχεσθαι, et Hebr. בוא, dicitur etiam de navigantibus, v. Deut. xxx. 13. Jon. i. 3. Marc. iv. 35.—Jesum cum discipulis Genasaram trajecturum adiit, ut v. 19. legitur, εἷς γραμματεὺς] *quidam legisperitus.* εἷς id. qd. τίς,

19 ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. Καὶ προσελθὼν εἷς Γραμματεὺς,
εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ.
20 Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι,
καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ
21 ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. Ἕτερος δὲ τῶν

nam etiam Hebr. אחד haud raro obtinet vim pronominis indefiniti, ut Gen. xxvii. 44. ימים אחדים, ubi οἱ ό. habent: ἡμέρας τινάς· add. Joh. vi. 19. xx. 7. Luc. v. 12. xxi. 19. Græcis quoque hunc usum loquendi fuisse frequentem, pluribus exemplis docuerunt *Kypkius* ad h. l. et *Berglerus* ad Alciphr. i. 3. p. 15. Quæ h. l. v. 19 sqq. afferuntur, ea Lucas ix. 57 sqq. alio loco et temporê, nempe in itinere Hierosolymam, evenisse refert, cum Jesum non recepissent incolæ oppidi cujusdam Samaritanorum. Parum vero probabile est, ut recte observavit *Paulus* ad h. l. eo ipso tempore legisperitum accelerasse, et a Jesu petiisse, ut ipsum in numerum perpetuorum comitum reciperet. Matthæus ergo, saltem quod attinet ea, quæ v. xix. 20. extant, haud dubie accuratius temporis rationem habuit quam Lucas; attamen illa admodum brevis et succincta narratio, quam v. 21, 22. continent, a Matthæo, propter argumenti tantum similitudinem, adjecta esse videtur, sicuti et ea, quæ l. l. v. 59 sqq. commemorata leguntur, eandem ob caussam iis, quæ præcesserunt, annexa esse putamus. ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ, *comitem me tibi offero, sequar te, quocunque abibis*, perpetuus tuus comes fieri cupio.

(20.) αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι κ. τ. λ.] *vulpes habent lustra, et aves latibula.* φωλεοὶ sunt *lustra, ferarum habitacula.* Sic de serpentibus legitur ap. Pausan. viii. 16. p. 632. Kuhn. Apollod. Bibl. i. 9. 11. Diod. Sic. p. 119. A. de lustro ursæ Ælian. H. V. vi. 3. v. *Wetstenius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 287. Per κατασκηνώσεις non *nidi*, sed *latibula* significantur, loca, ubi volucres consident et quiescunt, tuti ab injuria cœli. Sic verbum κατασκηνοῦν de avibus in ramis arborum considentibus et quiescentibus legitur xiii. 32. Luc. xiii. 19., neque κατασκηνοῦν respondet Hebr. קָנַן, sed verbo שָׁכַן, quod de avibus ita usurpatur, ut sit *commorari, quiescere, versari, considere*, ut Dan. iv. 18., ubi Theodot. ita adhibuit κατασκηνοῦν· et Latinus interpres, qui h. l. habet, *habitare*, ibi usus est verbo *commorari*; Ps. xlvi. 5. pro מִשְׁכָּן in fragm. Symmachi legitur κατασκήνωσις. Alexandrini autem Ez. xvii. 23. שָׁכַן reddiderunt verbo ἀναπαύσθαι· cf. omnino *Fischerus* l. l. p. 286 sqq. Cæterum bene Juvencus: *Vulpibus in saltu rupes excisa latebras Præbet, et aëreis avibus dat silva quietem: Ast hominis nato nullis succedere tectis Est licitum: gentis sic sunt molimina vestræ.* ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει κ. τ. λ.] *ego vero, ubi quiescam, non habeo.* υἱὸς ἀνθρώπου prop. id. est, quod ἄνθρωπος, *homo*, ut υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων sunt simpliciter ἄνθρωποι, Marc. iii. 28. al. ita enim Hebræi vocabulum בן copulare solent cum nomine אדם, ut Ps. viii. 5. ubi אנוש et בן אדם tanquam synonyma junguntur. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 333 sq. et *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 85. In libris autem N. T. Christus κατ' ἐξοχὴν nominatur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου quod cognomentum alii explicant *homo contemtissimus, hominum infimus*, alii *homo præstantissimus, promissus Messias*, alii aliter. vid. interpp. ad h. l. *Heumann.* solutio quæstionis: cur filius Dei perfrequenter se appellaverit filium hominis? in Sylloge Dissert. T. i. P. 4. p. 488 sqq. *Less* de filio hominis, in Opusc. T. ii. Diss. 6. *Rullmann Beantwortung der Frage: in welchem Sinn nennt sich Jesus des Menschen-Sohn?* Rinteln 1785. *Schmidt über den Ausdruck Menschen-Sohn im N. T.* in *Henke neuem Magazin für Religionsphilosophie*, B. 1. St. 1. No. 18. add. *Augusti theolog. Monatsschrift*, Jahrg. ii. p. 393 sqq. *Scholten* Specimen Hermeneutico-theolog. de appellatione τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, qua Jesus se Messiam professus est, Traj. ad Rhen. 1809. 8. Equidem arbitror Christum se nominasse τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, quatenus fuerit *homo præstantissimus, Messias*, v. Joh. v. 27. Matth. xvi. 13, 28. xxiv. 27, 30. Joh. i. 51. coll. v. 49. Act. vii. 55. et respexisse locum Dan. vii. 13. (vid. *Eichhorn Allgem. Bibl. der bibl. Literat.* B. 6. p. 687.) eum vero hac voce ambigua, (quæ et simpliciter hominem notare poterat, et vero etiam de hominibus, qui inter alios eminuerunt, v. c. de prophetis, in libris V. T. occurrebat, v. Ez. ii. 1. iv. 1. al.) de industria usum esse, eaque obscurius dignitatem suam significasse, propterea quod jam tum dignitatem suam palam prædicare neque potuerit, neque voluerit, vid. *Scholten* l. c. p. 67 sq. Cæterum υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου h. l., ut sæpius, est id. qd. ἐγὼ, vid. xvi. 13. coll. Marc. viii. 27. Matth. x. 23 etc. amant enim Hebræi loqui de se in tertia persona. Sic Bileamus Num. xxiv. 3. ubi in Hebr. legitur גבר. vid. et *Boltenius* ad Matth. v. 16. οὐκ ἔχει

μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον
ἀπελθεῖν, καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν 22
αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς
ἑαυτῶν νεκρούς.

ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, *careo habitaculo*, ἄοικός εἰμι, ut bene explicuit Theophylactus: ἔχειν ἐμὲ μηδὲ οἰκίαν, Luc. ix. 58. Cum ergo videret Jesus, illum legisperitum consuetudinem ac familiaritatem suam appetere eo animo, ut frueretur honoribus et divitiis, eum petentem ita rejiciebat, ut ei affirmaret, suam inopiam esse tantam, ut ipso etiam habitaculo careat.

(21.) Alio tempore, v. not. ad v. 19., Jesus quendam e sectatoribus suis alloquebatur, ut Lucas ix. 59. refert, verbis his: ἀκολούθει μοι, *sequere me*, sis meus discipulus, meus comes perpetuus. Ille vero promptus quidem paratusque erat, volebat tamen antea sepelire parentem suum, hinc, *magister*, inquiebat, *permitte mihi, ut ante, quam te sequar, patrem meum sepeliam*. Cum apud Judæos pariter atque gentiles præcipuum filiorum officium esset, sepelire parentes, cum apud Judæos mortui eodem die sepelirentur, quo obiissent, v. ix. 23. Act. v. 7, 10. Sir. xxxviii. 17. interpretum plurimi verborum ἐπίτρεψόν μοι κ. τ. λ.] sensum ita constituunt: *permitte, ut ad patrem senem jam, (fortasse etiam) ægrotantem redeam, ad mortem usque illi opem feram, mortuumque tandem sepeliam*. Monent præterea, Jesum hominis precibus ac votis non respondisse, sed ei dixisse: ἄφες τοὺς νεκροὺς κ. τ. λ.] quod ille, si ad familiam rediisset, propinquorum admonitionibus, vitæque negotiis, a proposito suo, Christique disciplina, facile abstrahi atque abalienari potuisset. Cum vero hæc sententia: *permitte, ut patri ad mortem usque opem feram*, verbis proprie non insit, atque Jesus v. 22. omnino de mortuis loquatur, alii rectius, ut videtur, statuunt, hominis illius parentem mortuum fuisse, eumque sepelire voluisse parentem mortuum, antequam in numerum discipulorum Christi reciperetur. Scilicet qui mortuum attingebat, efferebat, sepeliebat, domum, in qua mortuus erat, intrabat, vel mortuum lugebat, polluebatur. Neque pontifici maximo, neque Nasiræis licebat parentes vel propinquos lugere, eorumque sepulturam curare. v. Levit. xxi. 11. Num. vi. 7. Hæc si perpendimus, atque simul reputamus, interposita cunctatione, mentem hominis illius Christo jam deditam facile iterum abalienari, vitæque negotiis distrahi potuisse; non amplius nos offendet, quod Christus votis ejus non annuerit, coll. v. 22. Hinc non omnino male *Hammondus* Lucæ loco parallelo ix. 60. verba Christi explicavit hunc in modum: "Sed respondit Jesus, Naziræos semel Deo consecratos non debuisse se polluere funere paterno; sed id muneris aliis relinquere, ut et pontificem maximum; ideoque illum, qui se Christi disciplinæ et ministerio consecraverat, munus sepeliendi patris iis debere mandare, qui idem non susceperant, et suo muneri attentum esse, ac prædicare evangelium." Fateor tamen nonnisi incertam esse posse hujus loci interpretationem, cum ipsa Matthæi narratio nimis brevis sit atque concisa. Quæcunque autem interpretatio admittatur, hoc certum est, Jesum ostendere voluisse: rerum divinarum cœlestiumque curam anteponendam esse curæ rerum humanarum terrenarumque omnium, a suis discipulis, doctrinæque divinæ præconibus. cf. xix. 29. x. 37. ἕτερος, *alter* (v. Ammonius v. ἄλλος) id. qd. ἄλλος, *alius*, ut Hebr. אַחֵר. vid. not. ad v. 39. θάπτειν, ut Lat. *sepelire*, latissime patet, omnesque modos indicat, quibus corpus mortui tollitur, et transfertur ex oculis atque conspectu viventium in locum, ubi putrescat et consumatur, ut adeo h. l. omnino exprimi possit: *funus parenti facere*. vid. Obss. Misc. Vol. 5. T. i. p. 21 sqq. et *Schleusneri* Lexicon sub h. v.

(22.) ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς] *sine mortuos sepeliri a mortuis*. Per τοὺς νεκρούς, a quibus sepeliendi sint mortui, *vespillones* intellexerunt *Hofmanus* in Diss. de singulari Hebr. cura sepeliendi mortuos, Jen. 1726. et *Stichtius* in Diss. ad Matth. viii. 22. Alton. 1770. quos secuti sunt *Heumanus*, *Moldenhauerus*, alii. Notarunt, vocem νεκροὶ respondere Hebr. מֵתִים et per νεκρούς, ut per מֵתִים, si subintelligatur אַנְשֵׁי, significari commode posse homines illos, apud Judæos lege constitutos, ut mortuorum, quibus vel propinqui non essent, vel quorum propinqui abessent, sepeliendorum curam gererent. Hinc verba nostra vertunt: *relinque istis mortuorum viris hoc negotium, ut mortuos sepeliant*. Recte vero *Michaëlis* ellipsin illam duriorem nominavit in *Oriental. und Exeget. Biblioth.* Th. iii. p. 59 sq. nec potest idoneis exemplis demonstrari, Christi ætate ejusmodi *viris mortuorum* lege constitutis, negotium mortuos sepeliendi fuisse injunctum. Etiam *Boltenius* ad h. l. per τοὺς νεκροὺς vespillones intelligendos esse statuit; at in lingua Syriaca, inquit, loco infinitivi sæpius poni solet participium; in versione

23 Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ
24 μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ
θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων·
25 αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ ⸆αὐτοῦ
ἤγειραν αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.

25. ⸆ αὐτοῦ.

Peschito, infinitivus θάψαι expressus legitur participio ܡܩܒܪܝܢ, atque *Trostius*, *Gutbirius* et *Schaafius*, Syri interpretis verba reddiderunt verbotenus: *sine mortuos sepelientes mortuos suos.* Etiam in versione Philoxeniana participium ܡܩܒܪܝܢ extat. Quodsi igitur in Matthæi evangelio Syrochaldaico ita quoque legebatur, Græcus Matthæi interpres omnino uti poterat infinitivo θάψαι, sed si participium participio expressisset, processisset sententia (quam Boltenius præfert) hæc: *relinque mortuos sepelientibus mortuos suos.* Alii vocabulum νεκροὺς bis positum, proprie accipiunt, atque subintelligunt μᾶλλον, ut sensus sit: insepultus potius jaceat pater tuus, quam ut meam disciplinam doctrinamque, negligas et deseras. Equidem accedo interpretibus iis, qui voc. νεκροὶ primo loco positum, improprie accipiunt, ut per νεκροὺς intelligantur ii, qui curantes unice res terrenas ad altiora non adspirant, resque divinas negligunt, qui a studio veritatis, virtutis atque sanctitatis alieni sunt. Etiam Hebræi idolorum cultores, et a vera religione alienos, dicere solebant *mortuos.* vid. not. ad Luc. xv. 24. interpp. ad Apoc. iii. 1. Rom. vi. 13. Clem. Alexandr. Strom. 5. ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι ψυχικοῖς. Itaque sensus hujus sententiose dicti est: permitte curam sepeliendi mortuos iis, qui sunt inepti ad rerum divinarum studium, qui res terrenas unice curant, nec occupari volunt tradenda mea doctrina.

(23. 24.) ἐμβάντι αὐτῷ] *cum conscendisset naviculam;* vid. ad v. 1. et *Kypkius* ad h. l. ἐμβαίνειν autem, ut ἀναβαίνειν Marc. vi. 51., frequenter dicitur de iis, qui navem conscendunt, ut 1 Macc. xv. 37. 2 Macc. xii. 5. Xen. Mem. i. 3. 6. v. *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. interpp. ad Thom. M. p. 45. et *Raphelius* ad h. l. unde Phavorinus: ἐμβαίνει· εἰσέρχεται — καὶ ἐπὶ νηὸς, καὶ ἐπὶ οἴκου. ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, *secuti eum sunt discipuli,* neque hi tantum, sed et alii navigia conscenderunt, et Jesum secuti sunt, auctoribus Marco iv. 36. et Matthæo viii. 27. — (24.) Illo ipso tempore, Luc. viii. 23. πλεόντων δὲ αὐτῶν, *iis navigantibus vehemens tempestas coorta est.* σεισμὸς] *motus, commotio,* adhibetur proprie de terræ motu, Luc. xxiv. 7. Xen. Hist. Gr. iv. 7. 4. v. *Læsnerus* ad Matth. xxiv. 7. ponitur vero etiam de *commotione maris, turbine, procella, tempestate,* et idem est quod λαίλαψ (h. e. interprete Aristot. de mundo c. 4. πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω, *ventus violentus, qui sursum deorsum versus repente convolvitur*); quo vocabulo utuntur Marc. et Luc. l. l. atque in versione Alexandrina respondet vocabulo סַעַר, quod Ion. i. 4. redditur κλύδων (i. e. Hesychio auctore, ἡ τῶν κυμάτων σφοδρότης), sed Jer. xxiii. 19. σεισμὸς, et Job. xxxviii. 1. λαίλαψ — ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων] *ita ut navigium fere fluctibus tegeretur.* Lucas habet συμπληροῦσθαι, Marcus vero, τὰ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ventus conjiciebat fluctus in istam naviculam. Post κυμάτων in nonnull. codd. et in Syra Hierosolymitana additur legiturque, ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς ex xiv. 24. αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε, ipse vero Jesus defatigatus, somno indulgebat.

(25.) Discipuli terrore perculsi accedebant ad Jesum, eumque excitabant, ἤγειραν αὐτὸν] sive, ut Marc. et Luc. eodem sensu scripserunt, διεγείρουσιν αὐτὸν, nempe ἐξ ὕπνου, quæ plena formula extat Homer. Il. ι', 422. ἐξ ὕπνου — οἰκῆας ἐγείρῃ. Cæterum αὐτοῦ plures codd. omittunt, ut et μαθηταὶ, cod. Vatic. et verss. nonnullæ; prius librarii negligentia facile potuit omitti, quoniam sequitur αὐτὸν, et μαθηταὶ omitti potuit, quoniam nec Marc. iv. 38. nec Luc. viii. 24. legitur. κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα] *magister, serva nos, actum est de nobis.* Ante ἀπολλύμεθα subintelligi debet particula ὅτι, ut כִּי 2 Sam. xiii. 20. sed ἀπολλύμεθα quoad sensum notat, *in summo vitæ discrimine versamur, actum est fere de nobis.* Ita usus est hoc verbo incertus auctor in Anthol. Gr. I. 7. epigr. 200. a *Palaireto* ad h. l. laudatus. Εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις, κἀμὲ τὸν ἐν γῇ Ναυηγὸν φιλίης σῶσον ἀπολλύμενον, *si eos, qui in pelago sunt, servas Venus, me quoque in terra Naufragum amicitiæ serva, cum in pereundi periculo sim.* Eodem sensu sæpius legitur ἀποθνήσκω, ut 1 Cor. xv. 31. 2 Cor. vi. 9. v. *Markland.* ad Max. Tyr. xxiv. 9. p. 698. σῶσον ἡμᾶς, *eripe nos e præsentissimo mortis periculo.* Ita σώζειν usurparunt Alexandrini Ps. vii. 13. Ez. xiv. 14. add. Matth. xxiv. 22.

Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; Τότε ἐγερ- 26
θεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο
γαλήνη μεγάλη. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν, λέγοντες· 27

Act. xxvii. 30, 31. v. *Keuchenii* Annotata ad h. l.

(26.) Qui magno ac forti animo præditus est, cui persuasum est, se magnis rebus destinatum esse, is rebus adversis non desperat, sed spem fovet certissimam, se non facile interiturum esse. Sic Julius Cæsar, cum, coorta tempestate, nautæ de salute sua desperarent, *αἰσθόμενος ἀναδείκνυσιν ἑαυτὸν καὶ τοῦ κυβερνήτου λαβόμενος τῆς χειρὸς, ἐκπεπληγμένου πρὸς τὴν ὄψιν, ἴθι, ἔφη, τόλμα καὶ δείδιθι μηδέν· Καίσαρα φέρεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην συμπλέουσαν·* vid. Plut. V. Cæs. Dio Cass. xli. p. 113. Jesus, qui has in terras venerat, ut salutem ac felicitatem hominibus largiretur, eorumque animos veritatis, virtutis ac pietatis studio inflammaret, sciebat, se et suos in Dei tutela esse, adeoque in medio periculorum turbine tranquillus et imperterritus, discipulorum suorum timiditatem reprehendebat verbis sat lenibus his: *τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι;*] *quid desperatis de salute, o exigua fide præditi!* nam *ὀλιγόπιστοι*, Hebr. קְטַנֵּי אֲמָנָה vid. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talm. ad vi. 30., sunt, homines exiguæ fidei, parum fidentes, qui animum et fiduciam temere abjiciunt, h. l. ita nominantur discipuli, quatenus præ nimia timiditate animum abjiciebant, et putabant, Jesum nullam ipsorum curam habere; ap. Marc. enim iv. 38. dicunt: *οὐ μέλει σοι· ὅτι ἀπολλύμεθα;* *ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ*] Marc. iv. 39. *εἶπε τῇ θαλάσσῃ, Σιώπα.* Virg. Æn. i. 155. *cœlum tempestatesque serenat.* *ἐπιτιμᾷν*, quod Hebr. גער respondet, non modo est, *reprehendere, objurgare, interdicere*, sed etiam omnino, *quiescere jubere, coercere, comprimere, vim et potestatem infringere*, Luc. iv. 35, 39. Nah. i. 4. Ps. lxviii. 31. xviii. 16. civ. 7. *καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη*] *et mare tranquillum redditum est.* Auctor Etymol. M. sub *γάλα· γαλήνη, ἡ πραεῖα καὶ ἐφισταμένη θάλασσα·* vid. *Lennepii* Animadvv. ad Coluth. p. 108.

(27.) *οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν κ. τ. λ.*] Discipuli, et reliqui homines, qui Jesum in aliis navibus concomitati erant, v. Marc. iv. 36., *admirabundi dicebant: qualis quantusque hic vir est* (*ποταπὸς*, quam insignis propheta et legatus divinus), *cui venti et fluctus maris obtemperent.* Neque tamen h. l. de miraculo cogitandum esse, plures recentiorum interpretum opinati sunt. *Paulus* in *kritisch. Kommentar*, ad h. l. observavit, in lacu, montibus et faucibus incluso, tempestates subito oriri, subito vero etiam tranquillitatem redire solere. Sumitur ergo, nautas, discipulos, reliquosque Christi comites hoc ignorasse; quodsi enim id non ignorassent, subito orta maris tranquillitas eos non in tantam admirationem rapuisset; Jesus vero certo scire debebat, illo ipso temporis momento maris tranquillitatem redituram esse. (*Möllerus*) in *Kritik des Kommentars von Paulus* p. 47. conjecit: alta voce, et extensis manibus orasse Jesum; spectatores ob tempestatis vehementiam singulas tantum voces audire potuisse, neque ex iis, quæ locutus fuisset, sed ex eventu, cum paulo post tranquillitas rediisset, collegisse, Jesum ventos et fluctus molliri atque quiescere jussisse. Eodem fere modo rem explicare studuerunt *Krummacherus über den Geist der Evangel. Gesch.* p. 86 ss. et *Thiessius* in *Krit. Kommentar* p. 81. Erat, inquiunt, *λαίλαψ*, ventus vehemens, qui improviso et repente surgere, celeriter vero etiam abire solet. Jesus igitur fiduciæ Dei plenissimus, animoque vehementius commoto, et timidos comites confirmabat, et ipsos ventos ac fluctus alloquebatur, qui cum brevi se ponerent, spectatores, summa admiratione affecti, judicabant, Christum mare tranquillum reddidisse.

(28.) Mirifice exercuit hic locus interpretum industriam, quorum alii duo Gadarenos illos, de quibus h. l. sermo est, a geniis malis obsessos, alii eos furiosos fuisse contendunt. Ac furiosos quidem illos homines fuisse, vel exinde patet, quoniam dicuntur fuisse inprimis sævi, fugisse consuetudinem hominum, commorati esse in locis desertis, nullisque vinculis coerceri potuisse. vid. Marc. v. 3. Luc. viii. 29. add. not. ad iv. 24. Prioris tamen sententiæ defensores urgent inprimis hoc, quod dæmoniaci Jesum appellarint Messiam v. 29., cum tamen Christus nunquam antea in hac regione versatus sit, neque adeo eum propius nosse potuerint. Monuerunt contra alii interpretes, homines illos, antequam in *μανίαν* incidissent, Jesum a multis pro Messia haberi, ab aliis percipere potuisse, fortassis etiam eos alio tempore et loco Jesum vidisse, docentemque audivisse, vid. *Eichhorn Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 6. p. 836. et *Rosenmülleri* Scholia ad h. l. et cum jam temporis Jesus unum eorum allocutus esset, v. Marc. et Luc. l. l. ipsos esse recordatos eorum, quæ de Jesu antea audivissent, vid. *Grimm Exegetische Aufsätze* B. i. Duisb. 1793. eos ex uno de Jesu co-

Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;
28 Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργε-

mitibus comperisse, quisnam Jesus esset, suspicatur *Paulus* ad h. l. — Qui opinantur Gadarenorum illorum corpora fuisse geniorum malorum domicilia, animadvertunt quoque non facile explicari posse, quomodo grex porcorum, (Marc. v. 11. refert, porcorum fuisse duo millia,) in mare irruere potuerit, nisi concedatur ope geniorum malorum hoc effectum esse. *Grimmius* l. l. ad hanc difficultatem removendam, statuit, non genios malos fuisse hujus rei effectores, sed cogitandum esse de miraculo a Jesu patrato. Probabilius hanc rem explicuerunt alii, ut statim videbimus. Liceat enim e pluribus conjecturis, quas interpretes, quo facilius sibi explicarent ea omnia, quæ h. l. leguntur, protulerunt, in medium afferre eas, quæ probabilitate inprimis sese commendant.

*Eichhornio*, vid. ejusd. *Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 6. p. 835., res omnis h. l. enarrata, explicanda videtur esse hunc in modum: Audiverat maniacus de admirandis Christi facinoribus, audiverat etiam eum dæmonia subigere, atque ex hominum corporibus ejicere posse. Animo dæmoniaci fixa inhærebat opinio hæc, geniorum malorum legionem corpus suum occupasse. Adspectu Christi consternabatur, cumque mente captus se dæmonum legionem esse putaret, timebat, ne a Christo cruciaretur atque in tartara abire cogeretur. (Se pridem ab exorcistis in catenas conjectum ac male tractatum fuisse, recordabatur, vid. *Bolten.* ad h. l. *Ammon. bibl. Theologie*, Th. i. p. 155.) Jesus hominis opinioni convenienter loquebatur, eamque ex animo ipsius evellebat, atque ita efficiebat, ut mentis egens, rursus mentis compos fieret. Furiosus irruebat in gregem porcorum, (subulcos fugabat, et gregem ita consternabat, ut omnes in mare ruerent; ita *Paulus* ad h. l. *Ammon.* l. l. alii,) et cum jam crederet, genios malos migrasse in porcorum corpora, valetudinem pristinam recipiebat. Plures de grege porci, in litore prærupto stantes, se præcipitabant in lacum, rumor rem augebat, omnemque gregem in mare præcipitatum esse, fingebat. —*C. C. L. Schmidt Exegetische Beyträge* Th. ii. St. 1. opinatur, subulcos, cum vidissent dæmoniacum ad Jesum accurrentem, ipsos advolasse, partim curiositate ductos, partim ut Jesum admonerent vellet sibi ab homine isto cavere, partim etiam ut ei, necessitate cogente, auxilium ferrent; interea porcos, sibi relictos, propius accessisse ad litus præruptum, se invicem lacessisse, et plures eorum e præcipitio in mare ruisse, quorum audito clamore, reliquum gregem perturbatum, terrore correptum, et, ut delapsis succurreret, eos cum impetu esse secutum; Jesum eo ipso momento, quo grex terrore correptus se præcipitaret, casu, dæmoniaco ideæ fixæ ipsius convenienter dixisse, genios malos, qui ipsum obsiderent, posse in corpora porcorum migrare; hinc subulcos fugientes, reliquosque spectatores credidisse, genios malos e corpore dæmoniaci profectos esse in corpora porcorum. conf. etiam *Thiessius Kritisch. Kommentar* ad h. l. et *Möller Neue Ansichten schwieriger Stellen* p. 55.

Cum omnia, quæ Christus prodigiose fecerit, hominibus fuerint salutaria atque utilia, per gregem vero aquis enectum, grave damnum Gadarenis illatum sit, hanc difficultatem vario modo removere studuerunt interpretes. Observarunt nimirum, voluisse Jesum hoc modo gentiles illam regionem incolentes, porcorum dominos, excitare, ut considerarent, quis ipse esset, et quam digna doctrina ipsius, quæ susciperetur; vid. *Grimmius* l. l. vel Jesum docere voluisse, quanto pluris facienda sit vita et valetudo hominis, vid. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l. et viæ publicæ securitas, grege porcorum, v. *Horn die Lebensgesch. Jes. nach den drey ersten Evangel.* Th. i. p. 186. vel, dæmoniacum, audita Christi voce, ὑπάγετε, in gregem porcorum esse impetum facturum, eumque præcipitem dejecturum esse, id quidem prævideri non potuisse. vid. *Paulus* ad h. l. Sed admissa *Schmidtii* sententia paulo superius laudata, nulla defensione Christi opus videtur; neque Evangelistæ tradunt, dæmoniacum in gregem irruisse, sed genios malos in corpora porcorum migrasse referunt: Matth. v. 32. οἱ δὲ (δαίμονες) ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Marc. v. 13. καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους. Luc. viii. 33. ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου εἰσῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους.

Cæterum Matthæus duo dæmoniacos commemoravit, Marcus et Lucas unius tantum mentionem fecerunt. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Marc. l. l. cum aliis animadvertit: Marcum et Lucam aut de duobus memorasse insigniorem, aut ea de caussa de uno tantum locutos esse, quod duorum mentio facta, parum ad potentiam Christi ostendendam contulisset, et quæstionibus dubiisque occasionem præbuisset, cum furiosi societatem inire non soleant. *Ammonius* in *bibl. Theol.* p. 255. alterum comitem dæmoniaci perpetuum atque custodem fuisse, suspicatur.

σηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι, ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν

*Möllerus Neue Ansichten* etc. p. 58. alterum tunc temporis mania non correptum fuisse autumat. *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. opinatur, narrationem de duobus dæmoniacis inde ortam esse, quod qui primi rem narrassent, plura dæmonia memorassent, coll. v. 31. hinc conclusum esse, plures, saltim duo dæmoniacos a Jesu fuisse sanatos; Matthæum autem ipsum sanationi non interfuisse. Etiam *Thiessius* p. 83. *Schmidtius* l. l. Matthæum non e numero spectatorum fuisse contendunt. Provocant ad ix. 9. sed argumentum ex h. l. desumtum non satis firmum est; constat enim, Matthæum in commentariis suis quam sæpissime temporis ordinem neglexisse, vid. etiam Luc. v. 27 ss. coll. viii. 29 ss. Marc. ii. 14. coll. v. 3 ss. Conjecturis autem hactenus prolatis liceat adjicere etiam hanc: in illa regione præter hunc dæmoniacum, cujus sanatio a Marco atque Luca, et vero etiam Matthæo ipso memoratur, etiam alii dæmoniaco Jesus valetudinem pristinam restituit, hinc Matthæus duos commemoravit dæmoniacos; quam quidem conjecturam nostram probabilem reddit alius locus c. xviii. 6. ubi v. notata. Marcus et Lucas in evangelio illo primitivo, quo in conscribendis suis commentariis utebantur, v. Proleg. §. 1., unum tantum dæmoniacum memoratum reperiebant, illum nimirum, cujus sanationem memorabiliorem reddiderat gregis porcorum interitus.

*εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν*] non tantum h. l. sed et Marc. v. 1. et Luc. viii. 26, 27. in aliis codd. legitur Γεργεσηνῶν, in aliis Γερασηνῶν, in aliis denique Γαδαρηνῶν. Cum Γέρασα fuerit *τῆς Ἀραβίας πόλις οὔτε θάλασσαν, οὔτε λίμνην ἔχουσα πλησίον, urbs Arabiæ*, (in ea Arabiæ parte, quæ, auctore Hieron. ad Obad. 1. prius vocabatur *Galaad*, et nunc *Gerasa* nuncupatur) *in cujus vicinia neque mare neque lacus*, v. Origenes Opp. T. iv. p. 140. atque librarii sæpius in codd. Græcis errarint quoad nomina locorum: Origenes Γερασηνῶν mutandum esse censuit in Γεργεσηνῶν· monuitque Gergesam fuisse olim oppidum ad lacum Gennesaret situm. Verba ejus sunt: *ἀλλὰ Γέργεσα, ἀφ' ἧς οἱ Γεργεσηνοὶ, πόλις ἀρχαία, περὶ τὴν νῦν καλουμένην Τιβεριάδος λίμνην, περὶ ἣν κρημνὸς παρακείμενος τῇ λίμνῃ, ἀφ' οὗ δείκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλῆσθαι·* rejecit idem Origenes etiam lectionem Γαδαρηνῶν, nam Γάδαρα, inquit, *πόλις μὲν ἐστὶ τῆς Ἰουδαίας, παρὰ ἣν τὰ διαβόητα θερμὰ τυγχάνει, λίμνη δὲ κρημνοῖς παρακειμένη οὐδαμῶς ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἢ θάλασσα.* Sed cum Josephus, qui de illa regione ad lacum Gennesaret sita, aliquoties accuratius verba fecit, oppidum Gergesa non commemoraverit: dubitarunt Critici, an ipse Origenes oppidum hujus nominis viderit, et lectionem Γεργεσηνῶν e mera Origenis conjectura enatam esse suspicati sunt. Rectissime vero *Griesbachius* monuit: cum aliæ conjecturæ ab Origene in medium prolatæ, in nullis, certe in paucissimis codd. ac verss. reperiantur, contra vero Γεργεσηνῶν cum codd. fere omnium, tum antiquarum etiam verss. multarum lectio sit: eam neutiquam pro mera cerebri Origeniani figmento esse habendam, sed antiquiorem Origene, et ab hoc in uno et altero cod. æque ac Γερασηνῶν et Γαδαρηνῶν fuisse inventam. Itaque h. l. et Luc. viii. 26. legendum esse puto Γεργεσηνῶν, sed Marc. v. 1. et Luc. viii. 37. Γαδαρηνῶν· ita tamen ut non tam urbs *Gadara*, quam potius regio, ager Gadarenorum ibi significetur. Ostendere nimirum voluit Lucas v. 37. omnes gentiles, illam regionem incolentes, *ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν*, optasse, ut Jesus e finibus ipsorum excederet. Res enim h. l. exposita in confiniis Gadarenorum et Gergesenorum evenit, et gregis porcorum domini non tantum Gergeseni erant, ut *Wetstenius* arbitratur, sed et Gadareni. Ex illis autem Marci et Luc. l. l. et studio conciliandi inter se trium Evangelistarum narrationes lectio Γαδαρηνῶν in nonnullos Matthæi codd. venit, et vicissim Γεργεσηνῶν e Matthæo in quosdam Marci et Lucæ (v. 37.) libros, et ita quoque lectio Γερασηνῶν, quæ origenem suam debet librariis, qui sæpius in codd. Græcis errarunt, quod nomina locorum attinet, quibus Gerasa nomen erat notius quam Gergesa, in codd. Evangelistarum irrepsit. Lectionis Γερασηνῶν auctores fuisse librarios suspicatur quoque ad h. l. *Michaëlis*. Josephus *Gergesam*, tanquam oppidum ignobile silentio præteriit; neque tamen *Gergesenorum* nomen plane ignotum fuit, memoratur enim gens Gergesenorum a Josepho Ant. i. 6. 2. *Gergesam* dictam fuisse etiam *Gerasam*, monuerunt quidem interpretes nonnulli, sed non probarunt. Cf. omnino *Wetstenius*, *Griesbachius* et *Paulus* ad h. l. Cæterum *Gadarenorum regio*, quam Josephus B. I. iii. 3. 1. Γαδαρίδα vocat, nomen accepit ab urbe *Gadara*, cujus incolæ maximam partem gentiles erant; hinc πόλις Ἑλληνὶς vocatur a Josepho Ant. xvii. 11. 4. erat metropolis Perææ. v. Joseph. B. I. iv. 8. 3. v. 3. et *Schleusneri* Lex. sub v. Γαδαρηνός. — *ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι*] *prodibant e sepulcris.* Hebræi extra urbem, plerumque in speluncis mortuos sepelire solebant. vid. Gen. xxiii. 19. Judd. vi. 2. xx. 33. *Nicolai* de Hebr.

29 διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης. Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν, λέγοντες· Τί
ἡμῖν καί σοι, †Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ
30 βασανίσαι ἡμᾶς; Ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων
31 πολλῶν βοσκομένη. Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν,

29. † Ἰησοῦ.

sepulcris, L. B. 1706. *Lowth* de S. P. Hebr. P. 1. p. 127. "Hebræorum sepulcra, saltem honestiora, quæque familiis principum patria erant ac gentilitia, speluncæ erant amplæ, sub terram, ex nativa rupe arte manuque excavatæ, quædam tam spatiosæ, ut columnis suffulcirentur; ad latera circumquaque excidebantur cellæ recipiendis sarcophagis." Unde et Judæi, hostium suorum sævitiam fugientes, concurrere solebant ad monumenta. v. Philo in Flacc. p. 973. B. οἱ δὲ ἐξήρχοντο διὰ τὸ πλῆθος εἰς αἰγιαλοὺς, καὶ κοπρίας, καὶ μνήματα, πάντων στερούμενοι τῶν ἰδίων, *at illi, quod permulti essent, egrediebantur in litora, et sterquilinia et monumenta, exuti rebus suis omnibus.* Commorati sunt dæmoniaci illi in sepulcris, quia hujusmodi loca non frequentantur, melancholici autem fugere solent conspectum et consuetudinem hominum. Hinc Ætius iii. 8, 9. de melancholicis: οἱ πλείους μέντοι ἐν σκοτεινοῖς τόποις χαίρουσι διατρίβειν, καὶ ἐν μνήμασι, καὶ ἐρήμοις· χαλεποὶ λίαν] *admodum terribiles.* χαλεπὸς, Hebr. נוֹרָא, Ies. xviii. 2. ἰσχύειν, *posse, audere*, Alexandrini hoc verbo utuntur pro δύνασθαι Gen. xxxi. 29. quod ut יָכֹל interdum etiam notat *audere*. 2 Sam. xvii. 17. Gen. xxiv. 50.

(29.) τί ἡμῖν καί σοι] *quid nobis tecum rei est?* quare nobis molestus es? מַה־לָּנוּ וָלָךְ Jos. xxii. 24. 2 Sam. x. 10. formulæ, quibus contemtus, vel indignationis caussa utebantur veteres, cum monere vellent alterum, ne ipsis aliqua re molestus esset. vid. *Raphelius* et *Wetstenius* ad h. l. nec non *Heupelius* ad Marc. i. 24. Ἰησοῦ plures omittunt, et ut *Griesbachius* in Comment. ad h. l. monuit, facile e Marco et Luca irrepere potuit, cum σοΙΥΙΕ (σοι υιε) speciem vocabuli ΙΥ (Ἰησοῦ) præberet. υἱὸς τοῦ Θεοῦ] *Messias.* ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;] *num tu venisti huc, ut nos ante tempus abire juberes in tartara?* χρόνος et καιρὸς ita inter se differunt, ut χρόνος tempus incertum, non definitum, καιρὸς autem opportunitatem temporis, atque adeo tempus certum et definitum significet. v. *Albertius* ad Rom. v. 6. H. l. intelligitur dies judicii extremi, quo ex opinione Judæorum genii mali, omni potestate sua in homines privati, graviora supplicia subituri essent. v. 2 Petr. ii. 4. Jud. v. 6. βασανίσαι, *cruciare*, ita, ut nos in tartara detrudas, nec amplius versari sinas in terris; nam v. 31. legitur ἐκβάλλειν, et ap. Luc. viii. 31. εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. Maniaci non omnia penitus oblivisci solent, quæ antea viderunt vel audiverunt; cum ergo dæmoniaci illi (s. dæmoniacus ille) conspicerent Jesum, primo momento recordabantur eorum, quæ de ipso, cum morbo illo non laborarent, audiverant, eum Messiam esse, eum genios malos subigere posse, subito igitur ad eum advolabant, auxilium et medelam ab eo efflagitaturi, sed hoc ipso momento mania rursus corripiebantur, et cum a geniis malis sese obsessos putarent, nomine geniorum malorum loquebantur, et ab exorcistis olim male tractati, ejectionem metuebant.

(30. 31.) ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν] *non longe ab iis pascebat grex porcorum.* Cum apud Marc. et Luc. legatur ἐκεῖ· interpretes nonnulli putarunt excidisse in codd. particulam οὐ· v. *Pricæus* ad Luc. viii. 32.; alii eam more Hebræorum, qui particulam לֹא interdum omittere solent, h. l. etiam omissam esse statuerunt. v. *Noldius* Concordd. particc. p. 1454. Sed Hebræi רָחוֹק, cui respondet μακρὰν, usurpare solent de quovis intervallo, etiam breviori. vid. *Lud. de Dieu* ad h. l. Ita μακρὰν legitur quoque in vers. Alex. Exod. xxxiii. 7. Diod. Sic. p. 558. B. *Rhod.* et Lat. *procul*, pro *juxta, prope*, Virg. Æn. vi. 10. *Horrendæque procul secreto Sibyllæ antrum immane petit;* ubi Servius: *procul, non longe; procul enim est, quod præ oculis et quod porro ab oculis est.* Terent. Hecyr. iv. 3. 1. *Quem cum istoc sermonem habueris procul hinc stans accepi;* ubi Donatus: *procul, prope.* add. Liv. xl. 8. Nep. V. Pausan. v. 5. coll. Thucyd. i. 13. v. *Albertius* ad h. l. ad Hesych. T. i. p. 1131. et Obss. Misc. Vol. i. p. 386 s. χοίρων πολλῶν] ἦσαν ὡς δισχίλιοι, *circiter duo millia*, Marc. v. 13. Judæis porcos alere non licebat. vid. *Lightfootus* Horr. Hebrr. et Talmm. ad h. l. Itaque domini hujus gregis fuisse videntur gentiles; incolas autem regionis Gadarenorum maximam partem gentiles fuisse, jam supra notatum est. — (31.) Audito clamore porcorum, qui se invicem lacessebant, vid. *Schmidtii* loci nostri explicatio, ad v. 28. proposita, maniaci in gregem oculos convertunt, agunt ut maniaci, nomine geniorum malorum rogant Jesum, si ipsos ejicere constituisset, migrare potius sineret in corpora porcorum, quam in tartara. ἐκβάλλειν, שִׁלַּח, *abire jubere*, Exod. x. 11. h. l.

λέγοντες· Εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, 'ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς
τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑπάγετε. 32
Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς 'τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ
ἰδοὺ, ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη ||τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ
εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ 33
βόσκοντες ἔφυγον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν
πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Καὶ ἰδοὺ, πᾶσα ἡ 34
πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ· καὶ ἰδόντες αὐτὸν,
παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.

## ΚΕΦ. θ'.

ΚΑΙ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν 1
πόλιν. Καὶ ἰδοὺ, προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης 2

31. ∾ ἀπόστειλον ἡμᾶς. 32. ∾ τοὺς χοίρους. || † τῶν χοίρων.

simpliciter positum est ita, ut omissum fit θέλειν, velle. ἐπίτρεψον ἡμᾶς ἀπελθεῖν] in libris nonnull. legitur, ἀπόστειλον ἡμᾶς· quam lectionem cum *Griesbachio* præferendam duco. Lectio vulgata e Marci et Lucæ locis parall. in hunc translata est a grammaticis, quibus sic Jesus tantum *permisisse* videretur, ut grex porcorum in mare præcipitaret.

(32—34.) Pro εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων] v. 32. in codd. et verss. pluribus extat εἰς τοὺς χοίρους, et mox ad voc. ἡ ἀγέλη omittunt τῶν χοίρων, puto, propter locos parallelos, et ob sonum auribus ingratum, cum ter ἀγέλη τῶν χοίρων repetitum legatur, a grammaticis εἰς τοὺς χοίρους intrusum, et τῶν χοίρων altero loco inductum esse. Frequenter autem Hebræi nomen, quod præcessit, repetere, et loco pronominis ponere solent: v. v. 24. et sic h. l. ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων positum est pro εἰς αὐτήν. — κρημνὸς, *locus præruptus, præcipitium* Diod. Sic. p. 102. D. λακτίσματι ἄφνω τύπτων περιεκύλιε κατὰ τῶν κρημνῶν εἰς θάλασσαν, *calcibus subito impulsos per rupes in mare deturbare solebat*, sc. Sciron latro; et κατὰ, quod respondet Hebræor. ב, est id. qd. ἀπό. vid. Casaub. ad Strabon. p. 233. Almelou. — (33.) πάντα scl. τὰ συμβεβηκότα, quod appositum legitur 1 Macc. iv. 26. 5. ἀπήγγειλαν πάντα τὰ συμβεβηκότα. Omnia nuntiaverunt subulci, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων· recte *Abreschius* in Annotatt. p. 542. animadvertit, ita quoque loqui solere scriptores probatissimos, ut quod præcipuum ac primarium sit, etsi jam comprehendatur sub generali, in specie insuper subjiciant. Cæterum v. 34. ἐξέρχεσθαι εἰς συνάντησιν est id. qd. συναντᾷν, Hebr. יָצָא לִקְרַאת מֶלֶךְ Gen. xiv. 17. ubi v. τοὺς ο'· et μεταβαίνειν est *discedere, abire*, 2 Macc. vi. 1, 9. id. qd. ἀπέρχεσθαι Marc. v. 17. Luc. viii. 37. Hebr. עבר quod οἱ ο'. 1 Regg. xix. 10. reddiderunt ἀπέρχεσθαι.

CAP. IX.

(1. 2.) Trajecit Jesus lacum Gennesaret, et contulit se εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν] *in suam urbem;* ἰδίαν pro αὐτοῦ· intelligitur Capharnaum, ubi Jesus domicilium sedemque suam habebat. vid. iv. 13. coll. Marc. ii. 1. Nam πόλις ἰδία non tantum dicitur urbs, in qua quis natus est, sed etiam in qua quis habitat. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. et Xenophh. ad h. l. 1 Sam. viii. 22. Ovid. Trist. 2. 414. Senec. Consolat. ad Helv. c. 6. — (2.) παραλυτικὸν] vid. ad iv. 24. θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου] *bono sis animo, mi fili, remissa sunt tibi tua peccata.* Disputant viri docti, num ἀφέωνται sit Aor. 2. Conjunct. an Præter. Passivi Ind. Priorem sententiam præter alios defendit *Olearius* ad h. l. et verba nostra reddit: *remissa tibi sint* 1. *sunto tua peccata*. Rectius tamen alii docuerunt, ἀφέωνται esse Præt. Pass. Ind. et ἀφέωμαι attice dici pro ἀφεῖμαι, ἀφέωνται pro ἀφεῖνται, ut 1 Joh. ii. 12. Luc. vii. 47, 48. sicuti ἀφέωκα attice dicatur pro ἀφεῖκα, vid. *Erasm. Schmidius* ad h. l. *Mettairius* p. 51. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Anal. ad h. l. Hanc vero ipsam formulam ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας haud pauci interpretes explicant: *pœnam peccati removere*, cum nomen ἁμαρτία, ut Hebr. חַטָּאת sæpius *peccati pœnam* indicet. v. Lev. x. 17. Sir. xviii. 21. xxiii. 11, 16. Jac. v. 14. et Alexandrini interpretes חֳלִי reddiderint vocabulo ἁμαρτία Ies. liii. 4. xl. 2. add. Ps. ciii. 3, 10. ut adeo ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου sit: *a morbo tuo liberaberis*, atque præteritum ἀφέωνται h. l.

βεβλημένον· καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, εἶπε τῷ παραλυτικῷ· Θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.

vim futuri obtineat. His vero interpretibus, ita statuentibus, *Schottus* in diss. secunda: de consilio, quo Jesus miracula edidit, ex ipsius sermonibus recte cognoscendo Viteb. 1810. 4. p. 5. Opuscc. T. i. p. 227 ss. opposuit argumenta fere hæc: 1) non demonstrari potest argumentis idoneis vocabulo ἁμαρτία in formula ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας notionem *pœnæ* peccatorum recte tribui. [Sed vid. Sir. ii. 11. Luc. vii. 47. et *Süskindius* in *J. F. Flatt Magazin für bibl. Dogmatik u. Moral*, St. 3. p. 200, 203 ss. posset ergo hæc formula in se spectata, omnino h. l. notionem illam obtinere.] 2) caussa nulla apparet idonea, quare Jesus, homini ægrotanti liberationem a morbo futuram annuntiaturus, hujus potissimum formulæ usum fecerit, cum aliis locis, ubi vel eadem, vel similia promittuntur, verba magis propria adhibeat. 3) Si Jesus verbis laudatis nihil exprimere voluisset, nisi spem certam sanitatis ægroto restituendæ, ne ullam quidem justitiæ speciem habuisset illa legis doctorum circumstantium accusatio v. 3. qua effatum Christi βλασφημίαν judicaverant, omninoque rei exitus iis exspectandus erat. 4) Ipsa forma ἀφέωνται κ. τ. λ., e rationibus grammaticis (ut supra notatum est) rectius vertitur, *remissa sunt*, quam remissa *sint*, l. *sunto, tollatur, auferetur* pœna peccatorum tuorum. Quam parum commode vero Jesus, priusquam ægroto sanitatem restitueret, eum his verbis alloqui potuerit: *jam sublata est peccatorum tuorum pœna*, morbus tibi tua culpa contractus, in promtu est. — Scilicet morbus hominis, vitæ olim actæ, dissolutæ, pœna naturalis erat. Jam cum paralyticus sibi conscius esset, se sua culpa et intemperantia hunc ipsum morbum sibi contraxisse, etsi de *potestate* et *facultate* Jesu ipsum sanandi haud dubitaret, tamen illa ipsa vitæ ante actæ recordatio animum ejus dubium et hæsitantem reddebat, quomodo Jesus ipsum excepturus, utrum dignum esset judicaturus, cui sanitatem restitueret. Itaque Jesus, priusquam homini liberationem a morbo nuntiaret, ut animum ipsius sollicitum erigeret et tranquillaret, fiduciam ipsius confirmaret, et quantopere sibi πίστις illa (v. 2.) probaretur, declararet, ut simul etiam hominem illum factis suis, moribusque in posterum emendandis, corporisque viribus restitutis rectius adhibendis obligaret v. *Schottus* l. c. p. 7. cf. Joh. v. 14.: cum his verbis allocutus est: ἀφέωνται κ.τ.λ. *veniam nactus es peccatorum tuorum*, quorum pœna est ægritudo tua, *Dei favorem recuperasti* Luc. vii. 47. non amplius pro pœna imbecillitas tua habenda est, non indignus es, qui saneris. Cæterum nonnulli interpretes, nominatim *Paulus* et *Thiessius*, opinati sunt, hominem illum fuisse melancholicum, animumque induxisse, ut crederet, se summa virium debilitate laborare, atque de restitutione virium eo magis desperaret, quo certius sibi persuasum haberet, (præconceptam plerorumque Judæorum opinionem secutus), istam corporis imbecillitatem esse pœnam peccatorum. Jesum ergo, quem ægrotus ille Messiam esse crederet, quo hominem metu, sollicitudine atque mœrore oppressum erigeret et confirmaret, eique adimeret opinionem illam præconceptam, quæ valetudinis ipsius restitutioni officeret, ad hanc ipsam opinionem sapienter se accommodasse, atque ita eum confirmatum, viribus suis sponte rursus usum, pedibus suis domum rediisse. Laudant locum Livii ii. 36. *Ludis mane servum quidam paterfamiliæ, nondum commisso spectaculo, sub furca cæsum medio egerat circo; cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset. Haud ita multo post Ti. Atinio, de plebe homini, somnium fuit. Visus Jupiter dicere: Sibi ludis præsultatorem displicuisse; nisi magnifice instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore; iret ea Consulibus nuntiaret. Quamquam haud sane liber erat religione animus, verecundia tamen majestatis magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Magno illi ea cunctatio stetit. Filium namque intra paucos dies amisit. Cujus repentinæ cladis ne caussa dubia esset, ægro animi eadem illa in somnis observata species visa est rogitare: Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem? majorem instare, ni eat propere, ac nuntiet Consulibus. — cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est* debilitate subita. *Tum enimvero* deorum ira *admovit. Fessus igitur malis præteritis — in forum ad Consules* lectica defertur. *Inde in curiam jussu Consulum delatus, eadem illa cum Patribus* ingenti omnium admiratione *enarrasset; ecce aliud miraculum;* qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum rediisse, *traditum memoriæ est.*

Sed contra hanc a *Paulo* et *Thiessio* prolatam hujus loci explicationem, *Schottus* inprimis l. c. apposite monuit hæc: Non alia suppetunt exempla hujus accommodationis, qua Jesus, ægrotum sanaturus, ad illam præconceptam opinionem se demiserit, etsi inter alios ægrotos ab ipso sanatos, haud dubie plures fuerint, eadem vana Judæorum opinione capti; neque caussa apparet ido-

Καὶ ἰδοὺ, τινὲς τῶν Γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτος 3
βλασφημεῖ. Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν, 4
Ἱνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί 5
γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι·
ἢ εἰπεῖν, Ἔγειραι καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν 6

5. ∾ σου.

nea, quare cum illo potissimum paralytico ita egerit, ut ipse hanc vanam Judæorum persuasionem confirmare videretur (v. *Flattus* in *Süskindii Magazin* etc. St. 16. p. 167.), quam eum haud quaquam suo consensu approbasse, docent loci Luc. xiii. 2. Joh. ix. 2, 3. vid. et not. infra ad v. 4. In tota hujus eventi narratione apud Matthæum, Marcum et Lucam, ne verbulum quidem deprehenditur, quod illam *Pauli* conjecturam, totam hominis ægritudinem opinariam fuisse, adjuvet, imo, quod scriptores illi unanimi consensu perhibent, debuisse hunc paralyticum aliorum hominum ope, in lecto decumbentem ad Jesum deferri, satis aperte veram paralysin innuit. Neque intelligitur, quomodo persuasio illa, qua paralysin tanquam pœnam peccatorum sibi putaret inflictam, eam vim habere potuerit, ut de restituenda corporis valetudine prorsus desperaret, ideoque non prius posset de viribus (quibus etiamnum gauderet) serio ac strenue tentandis cogitare, quam Jesum audiisset veniam peccatorum ei confidenter annuntiantem. Ex illa enim persuasione nulla necessitate hoc sequebatur, ægritudinem, cui obnoxius sibi videretur, sanari (s. pœnam illam removeri) *non posse.* Si fuisset paralytici morbus opinarius, cui non nisi ita mederi potuerit Jesus, ut venia peccatorum nuntianda, vanam ejus depelleret opinionem, qua toto corpore debilitatus sibi videretur, demta hac opinione viribus suis uti et pedibus ire debuisset. Fabula a Livio l. l. enarrata, efficta est, ut ostenderetur, quam periculosum esset, dies festos profanare. Conf. etiam, quæ contra *Paulum* disputarunt *Langius* in *Bemerkungen über die psychologisch-historische Erklärungsart der Neutestamentl. Schriften* in *Flatti Magazin für christl. Dogmat. u. Moral* St. 11. p. 41 ss. et *Storr, hat Jesus seine Wunder für einen Beweis seiner göttl. Sendung erklärt* in St. 4. p. 233 ss. *Antonius, Das Vorurtheil der Juden, dass die Krankheiten Strafen der Sünden wären, wird Matth. ix. 2 ss. nicht von Jesu bestätigt, sondern vielmehr widerlegt* in *Rehkopfii Prediger-Journal für Sachsen,* Jahrg. 1808. p. 419 ss. *C. C. Flattus Bemerkungen über Matth.* ix. 6. in *Süskindii Magazin für christl.* etc. St. 16. p. 158 sqq. *Köster, Immanuel od. Charakteristik der Neutestamentl. Wundererzählungen* p. 197 sq. et not. ad v. 4.

(3.) εἶπον ἐν ἑαυτοῖς] *cogitabant; et animi cogitata nutu ac murmuratione significabant* v. Luc. v. 21 sqq. λέγοντες, *hunc in modum, hæc.* οὗτος βλασφημεῖ] *hic impie loquitur, injurius est in Deum.* Hoc sinistrum et perversum legisperitorum judicium Lucas l. l. expressit verbis his: τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός; Cogitabant, utor *Wetstenii* verbis, neminem posse peccata remittere, nisi Deum, et qui nomine Dei loqueretur, et a Deo missus esset 2 Sam. xii. 23. Tum vero Jesum a Deo missum non esse sumunt, et hinc colligunt eum, qui sibi potestatem, a Deo, qui solus eam concedere potest, non acceptam, arrogaret, se ipsum Deum facere, adeoque blasphemum esse.

(4—6.) Jesus perspectis horum hominum perversis cogitationibus, his eos alloquebatur verbis: ἱνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;] *cur adeo sinistre de me judicatis?* me impie esse locutum, non esse a Deo missum, me mihi auctoritatem divinam arrogantius vindicare, neque posse peccata remittere? *utrum facilius est, dicere: remissa sunt tibi tua peccata, an dicere: surge et incede! Quo vero cognoscatis, filium hominis potestatem habere peccata remittendi, surge, inquit ad paralyticum, tolle lectum tuum, domumque abi.* Interrogando Jesus v. 5. affirmat, ejusmodi doctori, quem Deus ita suo auxilio adjuvet, ut aliis verbo valetudinem pristinam restituere possit, non posse non auctoritatem competere, quæ sufficiat, ad veniam peccatorum aliis annuntiandam. Qui verba ἀφίενταί κ. τ. λ. v. 2. explicant: *liberaberis a pœna peccatorum tuorum*, sensum verborum v. 4 sqq. ita constituunt: divina potestate instructus est is, qui morbum quemcunque sanare potest, et is quoque potest morbum tollere, peccatis contractum, adeoque peccatum remittere. Sed vid. not. ad v. 2. *Paulus* sensum et nexum verborum Christi hunc esse statuit: quid est quod adeo perverse de me judicetis (me pietatem Deo debitam violasse, cum paralytico nuntiarim, ipsius peccata esse remissa)? Potuissem omnino ægrotum statim his verbis alloqui: surge et incede (*tenta confidenter corporis vires tibi non ereptas, senties te sanum et restitutum*). Utrumque non majori difficultate laborat. Consulto tamen (qui fiduciam ægroti excitarem) hæc præmittere volui: peccata

ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας·
(τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ) Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην,
7 καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ἐγερθεὶς, ἀπῆλθεν εἰς τὸν
8 οἶκον αὐτοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν
τὸν Θεὸν, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις.
9 Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον
ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον· καὶ λέγει αὐτῷ,

tibi sunt remissa. Eventus ipse vos doceat, quonam consilio ita fecerim, et quonam jure mihi pariter atque cuivis homini peccata remissa pronuntiare (*opinionem præconceptam, qua quis peccatorum pœnæ physicæ obnoxius sibi videatur, sanitati officientem, removere*) liceat. Agedum, surge etc. Verum ut præclare observavit *Schottus* l. l. p. 14. in hac argumentationis Jesu explanatione plura in subsidium vocari debent addenda et tacite subintelligenda, quorum vestigia in ipsa orationis serie non reperiuntur. Et unde legisperiti, quorum ineptæ criminationi Jesus satisfacturus erat, colligere poterant, eum formula ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας non ita usum esse, ut remissionem peccatorum proprie sic dictam intelligeret, sed formula declarare voluisse ægroto, persuasionem ipsius de pœna peccatorum cui obnoxius esset physica, esse meram opinionem præjudicatam? Quodsi hoc sensu voluisset intelligi, et eam sententiarum seriem exprimere, de quo *Paulus* cogitavit, debuisset pluribus uti verbis et formulis minus ambiguis. cf. et *Storrius* l. l. p. 234. *Flattus* in *Süskindii Magazin* etc. St. 16. p. 167. ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν ex Hebraismo redundat. Notio quæ his verbis exprimitur, jam verbo ἐνθυμεῖσθε inest. Ad verba τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ alii repetunt ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ita, ut τότε in apodosi latine non exprimatur, sed respondeat Hebr. אז Ps. cxix. 92. εἰ μὴ-τότε, *wenn nicht-so* v. Marc. ii. 10. alii hæc verba in parenthesi posita putant. Recte. Est hic quasi ἀποσιώπησις, cum Jesus sermonem ad legis peritos abrumpit, seque ad paralyticum convertit, eique dicit ἐγερθεὶς etc. coll. Luc. v. 27. Similes locos v. ap. *Albertium* et *Kypkium* ad h. l. Alias aliorum interpretationes attulerunt *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. ἀφιέναι ἁμαρτίας est id. qd. εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι coll. v. 5. 2. Joh. xx. 23. v. *Storrius* l. l. p. 233. et *Flattus* l. l. p. 163. Formulæ ἐπὶ τῆς γῆς cui opponitur οὐρανὸς, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ Matth. xvi. 19. xviii. 18. hæc sententia inest: mihi divinitus data est potestas peccatorum veniam annuntiandi cf. Matth. xxi. 24 sq. 27. xxviii. 18. cf. et *Flattus* l. l. p. 171.

(8.) Cives adstantes, οἱ ὄχλοι] hominis ægroti sanationem repentinam vehementer admirati, celebrarunt Deum, τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις] *qui tantam potestatem homini concessisset.*—*Cludius* in *Henkii Museum für Religionswissenschaft* etc. B. 3. St. 2. conjicit, in Evangelio Matthæi Hebraico scriptum quidem fuisse לאדם *homini* (Jesus Christo), sed in versione Græca consulto pluralem ἀνθρώποις esse substitutum, ne Matthæus Jesum simpliciter hominem appellasse videretur. Talis vero dubitatio dogmatica, ut recte monuit *Schottus* l. c. p. 11. vix in illam cadebat primam Christianorum ætatem, cui nostra debemus Evangelia. Alii ἐξουσίαν positum esse putant, pro ἐξουσίαν ἔχοντα, vertunt: *virum adeo potentem concessisset hominibus*; cui tamen interpretationi minime favet v. 6., ut jam scite monuit ad h. l. *Wolfius*. Imo τοῖς ἀνθρώποις populariter dictum est, pro τῷ ἀνθρώπῳ l. τινὶ ἀνθρώπῳ *cuidam ex hominibus*, ita, ut intelligatur Jesus, quem Judæi, ob factum insigne ab eo editum, Deum celebrantes, jam prophetam certe agnoscebant, omnibus, qui unquam fuerant majorem. Luc. vii. 16. Cæterum pro ἐθαύμασαν in pluribus codd. et verss. legitur ἐφοβήθησαν. Sensus idem manet, sed ἐθαύμασαν est interpretamentum verbi ἐφοβήθησαν ex aliis locis similibus a grammaticis in marg. adscriptum, et a librariis in ordinem receptum. ἐφοβήθησαν h. e. *vehementer admirati sunt*, ut Marc. iv. 41. Luc. viii. 35. ut Hebr. ירא 1 Regg. iii. 28. et פחד Jer. xxxiii. 9. נורא *timendus* Dan. ix. 4. ubi LXX. habent θαυμαστός.

(9) Sanato paralytico, Jesum ex urbe ad mare Galilææ sese recepisse, ibi doctrinam divinam omnis generis hominibus exposuisse et hac occasione Matthæum comitem sibi perpetuum adjunxisse, referunt Marc. ii. 13. Luc. v. 27. et Matth. h. l. (coll. Luc. viii. 29. vi. 15. Marc. v. 3.) παράγων ἐκεῖθεν] *digressus illinc*; nam παράγειν, ut Hebr. עבר, non tantum significat *præterire*, sed etiam *abire, discedere*, ita ut sit id. qd. ἀπέρχεσθαι, quo verbo עבר expresserunt Alexandrini Jos. x. 29, 31. et hoc posteriori sensu h. l. παράγειν capiendum esse, vel additum ἐκεῖθεν docet. τελώνιον, quod etiam scribitur τελωνεῖον, Hebr.

Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς, ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ 10
ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ, πολλοὶ τε-
λῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες, συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ
τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, εἶπον τοῖς 11
μαθηταῖς αὐτοῦ· Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν
ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, εἶπεν 12
αὐτοῖς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ

בֵּית הַמֶּכֶס, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1065. dicitur *locus, domus, in qua portitores sedent, et portitorium exigunt*. v. Suidas h. v. Ματθαῖον λεγόμενον] Matthæus de se ipso scribit, ita ut tertia persona utatur, more scriptorum historicorum exterorum plurium, Julii Cæsaris, Herodoti aliorumque, vid. et Dan. i. 6. Jer. xxxii. 27. Joh. xiii. 23. Sed quæ h. l. de Matthæo leguntur, eadem Luc. et Marc. ll. ll. de Levi quodam enarrantur, quem Marcus nominat τὸν τοῦ Ἀλφαίου, Alphæi filium. Disputarunt igitur interpretes, num Matthæus idem sit cum Levi, an Matthæus et Levi differant, atque varias hanc in rem conjecturas protulerunt. vid. *Marshii Anmerkk. u. Zusätze zu Michaëlis Einleit.* Th. ii. p. 69 ss. *Eichhornii Einleit. in das N. T.* Th. i. p. 456. ed. sec. Alii opinati sunt, utrumque fuisse illo tempore a Christo in numerum discipulorum receptum, Levin fuisse ἄρχοντα τελωνῶν, in cujus ministerio Matthæus fuerit, neque in Matthæi, sed in illius præfecti portitorum ædibus convivium fuisse celebratum, de quo v. 10. sermo est, Matthæum autem in convivis fuisse. Fuerunt etiam qui affirmarent, Levin, Jacobi minoris fratrem, ex numero sectatorum Christi, minime autem Apostolum, Matthæum vero Apostolum fuisse. At quare Matthæus hac omni de re nihil tradidit, et patroni sui prorsus oblitus est? Alii Levin eundem cum Juda Thaddæo fuisse affirmarunt. v. *Hasæi* Disq. de Levi a Christo ad Apostolum vocato, qua eum non, ut vulgo putatur, Matthæum, sed Judam Thaddæum esse ostenditur, in Bibl. Brem. Cl. 5. p. 475 ss. *Bielii* Observatiuncula de Levi, Juda Thaddæo, ibid. Cl. 6. p. 1038. Contradixerunt *Lardner* Supplement to the Credibility of the Gospel History T. iii. et *Michaëlis Einleit.* T. ii. p. 935. vid. *Thiess Krit. Kommentar* ad h. l. Equidem, cum tanta inter narrationes Matthæi, Marci et Lucæ similitudo intercedat; cum Levi neque in catalogo Apostolorum memoretur, nec alio loco ejus amplius mentio facta sit; cum Matthæus in catalogo Apostolorum x. 3. dicatur ὁ τελώνης, cum ipsa formula Ματθαῖον λεγόμενον x. 3. ostendere videatur, hoc viri cognomentum fuisse; cum etiam alii Apostoli binomines fuerint, v. c. Simon Petrus, Lebbæus Thaddæus: adstipulor interpretibus iis, qui statuunt, Matthæum fuisse eundem cum Levi, eum fuisse binominem, Levi dictum, antequam in numerum Apostolorum esset receptus, postea vero cognominatum Matthæum x. 3. Ματθαῖος deducitur a נתן, *dedit*, hinc מַתָּן *donum*, et מַתְּיָה *donum Dei*. Hesychius: Ματθαῖος· δεδωρημένος. — ἀκολούθει μοι] sis meus comes perpetuus atque discipulus, vid. notata ad iv. 18. *Paulus* ad h. l. arbitratur, Jesum verbis ἀκολούθει μοι significasse: se apud Matthæum cœnare velle. Sed huic interpretationi repugnat locus iv. 18. et si hæc Christi fuisset mens atque sententia, haud dubie dixisset, ut recte monuit *Thiessius* ad h. l.: tecum domum abibo, apud te cœnare volo, coll. Luc. xix. 5.

(10 — 12.) αὐτοῦ ἀνακειμένου] in honorem Jesu lautum convivium appararat in ædibus suis Matthæus. vid. Luc. v. 29. ἀνακεῖσθαι a Græcis scriptoribus dicitur plerumque de statuis atque donariis, vid. Cebes tab. c. 1., interdum tamen etiam de *accumbentibus, convivantibus* occurrit, qui a Xen. atque Platone κατακεῖσθαι dicuntur. v. Athen. i. 19. p. 23. Marc. ii. 15. not. ad Matth. viii. 11. Ammonius, Phrynichus, interpp. ad Tho. Mag. et *Wetstenius* ad h. l. τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ] vid. ad v. 46. ἐλθόντες συνανέκειντο] simpl. *cœnabant cum Jesu*. — (11.) Finita cœna, cum Jesus e Matthæi ædibus discederet, (non enim probabile est, ut recte monuit ad h. l. *Paulus*, Pharisæos portitoris domum intrasse), admirabundi Jesu discipulos interrogabant Pharisæi, cur ipsorum magister cum tam malæ notæ hominibus communiter cibum cepisset? v. ad Luc. xv. 3. ἐσθίειν] sive, ut Marc. ii. 16. et Luc. v. 30. habent, ἐσθίειν καὶ πίνειν (e quibus locis in nonnull. libros h. l. irrepsit καὶ πίνει), est id. qd. δειπνεῖν, συνεσθίειν, Luc. xv. 2. *cœnare cum aliquo*, vid. Gen. xliii. 25, 32. ubi Alexandrini usi sunt verbis ἀριστᾶν et συνδειπνεῖν. — (12). Jesus, audita Pharisæorum oratione, simulationem eorum carpens, his utebatur verbis: οὐ χρείαν ἔχουσι οἱ ἰσχύοντες κ. τ. λ.] *valentes non indigent medici ope, sed*

13 κακῶς ἔχοντες. Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστιν· Ἔλεον
θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους,
ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς †εἰς μετάνοιαν.
14 Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες·

13. † εἰς μετάνοιαν.

*ægroti*, h. e. si vos tales estis, quales vobis videmini, sancti virtutumque omnium studiosissimi, mea opera, mea institutione, non indigetis; sed qui a vobis facinorosi dicuntur et pessimæ notæ homines, me opus habent, qui eos a vitiis ad virtutem revocem. Ovid. Pont. iii. 4. 7. *Firma valent per se, nullumque Machaona quærunt, Ad medicam dubius confugit æger opem.* Tralatitium autem est, peccata ab Hebræis comparari cum morbis, v. Ps. li. 9. et a Græcis voc. νόσος, ut a Latinis *morbus*, de vitio animi quocunque usurpari, v. Soph. Antig. 747. et *Dœringius* ad Catull. T. i. p. 121. κακῶς ἔχοντες] sunt *ægroti*, ut iv. 24. viii. 16. hinc ἰσχύοντες vi oppositionis, sunt *sani*, et h. l. cum Pharisæi respiciantur: qui sibi sani videntur, ut δίκαιοι legitur v. 13. et σοφοὶ xi. 25. Ab Hebræis quoque sani vocantur הַחֲזָקִים, vid. Ies. xxxix. 1. Ezech. xxxiv. 16. et a Latinis *valentes*, Cic. Off. ii. 4. atque *firmi*, Cic. ep. xvi. 2. coll. ep. 3.

(13.) Cohærentia: Vos, Pharisæi, me graviter reprehenditis, quod socium me adjunxerim hominibus, qui facinorosi a vobis dicuntur, cujus generis sunt vectigalium exactores: revoco igitur vobis in memoriam verba illa Dei apud prophetam: cultus mei externus, omissa et neglecta benevolentia erga alios, nullus est, eoque neutiquam delector. Laudatur locus Hos. vi. 6. Veteres autem Hebræorum doctores sæpe sine formula allegandi, scripturæ loca adduxisse, illisque statim explicationem, id quod et h. l. factum est, adjecisse, ostendit *Surenhusius* in βίβλῳ καταλλαγῆς p. 233 sq. πορευθέντες] Hebr. לְכוּ redundat. μάθετε τί ἐστιν] *videte, quid sibi velint, quo spectent verba illa.* ἔλεος] חֶסֶד, h. l. *benevolentia erga alios, misericordia*, ut Tit. iii. 5. Hebr. iv. 6. ad quam etiam pertinet, ut verseris cum peccatoribus, quo eos ad virtutem revoces. θέλειν, חָפֵץ, *delectari aliqua re*, id. qd. εὐδοκεῖν, ut Hebr. x. 5. et apud τοὺς ό'. Ps. iv. 7. Ipsa autem sententia h. l. proposita, est comparativa, non absolute negativa, atque adeo θέλω] reddi debet h. l. *magis mihi placet, magis delector.* Similem locum Æl. H. V. xii. 56. attulit *Kypkius*: τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς τῶν παίδων, *Megarensibus magis curæ sunt pecora quam liberi.* Scilicet καὶ οὐ] positum est pro μᾶλλον ἤ, *magis quam.* vid. *Albertius* ad h. l. *Bosius Ellips.* v. μᾶλλον. *Glassii* Philol. S. T. i. p. 418 ss. Dath. θυσία] autem in hac orationis serie omnino indicat *cultum Dei*, quem leges Judæorum cærimoniales præscribebant. Cæterum similis sententia adscribitur Zaleuco apud Diod. Sic. p. 299. C. οἱ θεοὶ οὐ χαίρουσι ταῖς τῶν πονηρῶν θυσίαις τε καὶ δαπάναις, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν δικαίαις τε καὶ καλαῖς ἐπιτηδεύσεσι, *dii non sacrificiis et impensis, sed justis ac bonorum virorum honestis moribus et institutis gaudent.* Alios hanc in rem locos attulit *Kypkius* ad h. l. vid. et not. ad xii. 7. οὐ γὰρ ἦλθον κ. τ. λ.] *non in has terras veni, ut ad officium revocarem eos, qui credant se sanctos virtutisque studiosos esse* (τοὺς δικαίους, v. Luc. xviii. 10.), *sed facinorosos homines, et qui sibi facinorosi videantur.* Verba εἰς μετάνοιαν plures codd., verss. et patrr. omittunt, et cum nulla possit idonea afferri ratio, cur Luc. v. 32. ea omnes retinuerint sive librarii sive grammatici, h. l. autem plures omiserint; haud dubie e Luc. l. l. in codd. Matth. venerunt. vid. *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l. Quodsi vero etiam verba illa inducuntur, sensus tamen idem manet, et manere debet propter ea quæ v. 12. leguntur. Nempe καλεῖν, קָרָא, quo Christus a vectigalium exactore ad *cœnam invitatus* (καλεῖσθαι autem inprimis de iis dicitur, qui ad cœnam invitantur, v. xxii. 3. ut קָרָא, Prov. ix. 3. 1 Sam. ix. 13. et ipsa regni Messiani tempora cum convivio comparari solent, v. Luc. xvi. 22. xiv. 15. Matth. viii. 11.), de industria usus est, in libris N. T. κατ' ἐξοχὴν notat: invitare ad regnum Messiæ, offerre felicitatem in eo exspectandam, et vero etiam eam conferre. vid. *Schleusneri* Lex. h. v. Jam Pharisæi cum suis popularibus existimabant, Messiam brevi venturum esse, atque ἁγίους et δικαίους, exclusis ἁμαρτωλοῖς, regni ab eo instituendi cives fore, sed se ipsos ἁγίους καὶ δικαίους et dicebant et credebant. v. Joh. iii. 3 ss. Itaque verba Christi per Ironiam dicta explicari debent hunc in modum: vos, utpote δίκαιοι, a me ad regnum Messianum non estis invitandi, vobis, ut probe nostis, certa est illa felicitas; sed invitandi a me sunt ἁμαρτωλοὶ, atque reddendi δίκαιοι, quo adipiscantur regni Messiani bona. Ergo καλεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς est invitare eos ad regnum Messianum, ita, ut revocatis ad officium et δικαιοσύνην conferri possint regni Messiani bona. Videtur autem Matthæus accuratius reddidisse Christi verba, quam Lucas.

(14.) τότε] tum, cum Jesus Pharisæorum reprehensioni occurrisset. προσέρχονται αὐτῷ

Διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλὰ, οἱ δὲ μα-
θηταί σου οὐ νηστεύουσι; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ 15
δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν
ἐστιν ὁ νυμφίος; ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ'
αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν. Οὐδεὶς δὲ ἐπι- 16

οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου] *adierunt eum Johannis discipuli.* Quæstionem, quam Johannis discipuli Christo h. l. proposuisse dicuntur, Luca auctore v. 33. proposuerunt ei legisperiti, e secta Pharisæorum. Marc. ii. 18. refert illo ipso die Pharisæos, (qui statis diebus jejunare solebant, Luc. xviii. 12.) et ipsos quoque Johannis discipulos, cibo abstinuisse, et conjunctim Jesu illam quæstionem proposuisse. διατὶ ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλὰ κ. τ. λ.] *quare nos et Pharisæi cibo abstinemus crebrius, non item tui discipuli?* Agitur et h. l. ut vi. 16. non de jejuniis publicis, sed privatis. Illo autem tempore Johannes captivus tenebatur, et Johannis discipuli jejunabant crebrius ob captivitatem magistri; jejunium enim erat etiam luctus signum, v. 1 Macc. iv. 47. 2 Macc. xiii. 12. Judith. viii. 6. add. not. ad vi. 16. Pharisæorum discipuli autem jejunabant ob magistrorum suorum mandata. Duplex ergo erat quæstio, quam Johannis discipuli sive Pharisæi Christo proponebant, nempe, quare discipuli ipsius omnino non jejunarent ut Pharisæi, et quare inprimis nunc temporis non jejunarent ac lugerent captivitatem Johannis, tanti viri, cujus sectatores, ipsi nonnulli de discipulis Christi, (veluti Petrus et Andreas. v. Joh. i. 40 sq.) antea fuissent? Ad utramque quæstionem Jesus v. 15. et 16 sq. respondet. πολλὰ] id. qd. πολλάκις, πυκνῶς, *sæpenumero, crebro,* ut ap. Aristoph. Plut. 253. Herodo. iii. 124. Rom. xv. 22. Sic, *multa venerari deos,* Cæcina ap. Cic. ep. vi. 7. 4. v. *Passeratius* ad Propert. iii. 12. 4. *Cortius* ad Sallust. Catil. xxvii. 3. xlvi. 4. et not. ad Luc. v. 33.

(15.) Notio universalis, quam v. 15. sqq. continet, hæc est: nemo in vita communi facere solet, quod a tempore, loco et natura alienum est. Hæc si transfertur ad Johannis discipulos v. 15. sensus est: vobis, magistro vestro, qui captivus tenetur, privatis, est caussa jejunandi atque dolendi, non item meis discipulis, quibus, quamdiu (ἐφ' ὅσον scl. χρόνον, Marc. ii. 19.) ego iis intersum, non est caussa dolendi. μὴ δύνανται πενθεῖν] *num lugent? μὴ num,* respondet Hebr. הֲ, v. Gen. xxvii. 38. 2 Sam. xiv. 19.; interrogatio autem ipsa h. l. est negantis; *non lugent amici sponsi, quamdiu cum eo versantur.* Verbum δύνασθαι, ut Hebr. יָכֹל et Lat. *posse,* aliis verbis ita jungi solet, ut redundet, et circumlocutioni inserviat, ut Gen. xliii. 32. οὐ γὰρ ἐδύναντο Αἰγύπτιοι συνεσθίειν μετὰ τῶν Ἑβραίων ἄρτους i. *non cœnabant cum iis.* add. Xen. Œc. xi. 11. Joh. xii. 39. coll. 37. *Canterus* Lectt. Novv. ii. 2. *Heinsius* Exercitt. S. p. 202. 219 sqq. πενθεῖν, pro quo verbo Marcus l. l. et Luc. l. l. verbo νηστεύειν usi sunt, significat *jejunare et lugere,* sicuti et νηστεύειν notionem luctus involvit, cum jejunia inter luctus signa referebantur, v. 1 Macc. iii. 17. iv. 47. 2 Macc. xiii. 12. Judith. viii. 6. al. υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος] νυμφὼν est conclave sponsi et sponsæ, in quo est lectus conjugalis. Tob. vi. 13. καὶ πάντες ἐν τῷ νυμφῶνι ἀπολώλεισαν, *et omnes in thalamo nuptiali mortuos.* add. v. 16. Respondet νυμφὼν Hebr. חדר, Joel. ii. 16. ubi Alex. ἐκ τοῦ κοιτῶνος, alius vero interpres apud Montefalc. νυμφῶνος, cujus synonymum est חֻפָּה Ps. xviii. 6. Dicuntur autem υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος ii, ad quos pertinet thalamus, qui versantur circa thalamum, et quæ ad eum pertinent. vid. not. ad viii. 12., h. e. sponsi socii, ei peculiariter addicti, qui etiam eum ad cubiculum deducebant, qui Joh. iii. 29. vocantur οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου, quos Græci vocant παρανυμφίους. Ejusmodi socii sponsi occurrunt Judd. xiv. 12., sicuti et sponsa suas habebat virgines, peculiariter ei addictas. Comparavit ergo h. l. Jesus se cum *sponso,* et discipulos suos cum *amicis et comitibus sponsi.* Neque hæc comparatio Johannis discipulis nova atque insolens erat, coll. Joh. iii. 29. Nec improbabilis est conjectura, quam *Borgerus* fecit in libello: de constanti et æquabili J. C. indole, doctrina, ac docendi ratione, Lugd. Bat. 1816. p. 50. Jesum respexisse Baptistæ verba Joh. l. l. quæ discipuli ipsius, postquam in Jesu disciplinam se tradidissent, ad eum pertulerint. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι] *futurum est,* Hebr. יָמִים בָּאִים, Amos. viii. 11. ubi οἱ ο'· ἔρχονται ἡμέραι, et poterat commode hæc formula omitti, ut simpliciter legeretur ὅταν δὲ et postea καὶ ante τότε omitteretur. ἀπαρθῇ, *discesserit,* ἀπαίρειν, *discedere,* Hebr. לקח, 1 Regg. xx. 9. נסע Gen. xii. 9. τότε νηστεύσουσιν] *tunc lugebunt et jejunabunt,* vel ut alii vertunt: tunc poterunt *lugere et jejunare.* Neque enim mandatum hæc verba continent, sed loquitur Jesus tantum de eventu discessus sui.

βάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ·
αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον
17 σχίσμα γίνεται. Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς πα-
λαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται,
καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται· ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς
ἀσκοὺς καινοὺς, καὶ ¹ἀμφότερα συντηροῦνται.
18 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ, ἄρχων ¹ἐλθὼν,

17. ∾ ἀμφότεροι. 18. † εἷς.

(16.) Omnino discipulis meis jejunia præscribere nolo. Nemo in vita communi agere solet, quæ aliena sunt a tempore, loco et natura. Nec ego talia agere volo. Mea disciplina nova atque præstantior, aliena est a disciplina antiqua et severa Pharisæorum, qui suos discipulos severis præceptis obruunt. vid. xi. 28. xxiii. 4. Non possunt vetera illa instituta ceremonialia doctrinæ meæ tanquam necessario observanda adjungi, instar supplementi necessarii; id enim magno detrimento rei christianæ foret. Hæc sententia duabus similitudinibus e vita communi depromptis illustratur, in quibus tamen non omnia ad latum unguem sunt resecanda. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα κ. τ. λ.] *nemo assuere solet panniculum rudem pallio veteri.* ἐπίβλημα dicitur id, quod adjicitur et immittitur ad supplendum. Suidas: ἐπίβλημα τὸ τῷ προτέρῳ ἐπιβαλλόμενον· et ut ἐπιβάλλειν est idem qd. ἐπιῤῥάπτειν, *assuere*, Marc. ii. 21. ita ἐπίβλημα est id. qd. ἐπίῤῥημα. Gloss. vet. *assumentum*, ἐπίῤῥημα. Sic calcei Gibeonitarum, quibus assutæ erant variæ corii particulæ, a Symmacho dicuntur ὑποδήματα ἐπιβλήματα ἔχοντα, vid. *Fischerus* de Verss. Grr. libror. V. T. p. 121. s. *Albertius* ad h. l. et *Gronovius* ad Arrian. 6. 29. H. l. ita vocatur *particula, quæ assuitur* pallio lacero, quo redintegretur. ῥάκος ἄγναφον] est *pannus, cui γναφεὺς, fullo nondum manum adhibuit*; ergo *recens*, καινὸν, v. Luc. l. l. αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ κ. τ. λ.] *nam ejusmodi panni particula tollit aliquid de tali pallio, ita, ut ruptura major fiat.* πλήρωμα id. qd. ἐπίβλημα, *assumentum, panniculus pallio assutus*, quatenus eo integrum fit pallium ante lacerum. αὐτοῦ referendum est ad ἱμάτιον παλαιὸν, et αἴρει ἀπὸ τοῦ ἱματίου positum existimandum est, pro αἴρει τι ἀπὸ τοῦ ἱματίου, vel μέρος τοῦ ἱματίου· quam quidem interpretationem confirmat locus Levit. x. 18., ubi Alexandrini: οὐ γὰρ εἰσήχθη ἀπὸ τοῦ αἵματος scl. τί· add. 2 Chron. xxxvi. 7. ubi οἱ ό. מִכְּלֵי quod prop. esset ἀπὸ τῶν σκευῶν, expresserunt μέρος τῶν σκευῶν. Per σχίσμα, *scissura, fissura*, intelligitur fissura quæ erat in veste, antequam illud supplementum accederet, ut recte notavit *Albertius* ad h. l. Supplementum igitur novum et firmum, postquam assutum est, trahit etiam integras, cum quibus inepte copulatum est, veteris vestimenti particulas, suoque rigore, usuque agitatum, divellit partem vestimenti, et pejor fit scissura, quam fuerat ante. Alias aliorum interpretationes minus probabiles (quibus annumeranda videtur quoque *Boltenii*: *sondern man schneidet lieber die ganze schadhafte Stelle vom Kleide weg, dass das Loch erst grösser wird*) expositæ et refutatæ reperiuntur ap. *Albertium* in Obss. Sacrr. et *Wolfium* in Curis ad h. l.

(17.) βάλλουσι] pro βάλλεται usurpari autem solet hoc verbum, ut Hebr. שלח Job. v. 10., etiam de rebus fluidis, ita ut sit *infundere* h. l. xxvi. 12. Joh. xiii. 5. οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς] *mustum* (עָסִיס, Alex. Ies. xlix. 26.) *in utres veteres.* Solebant enim veteres vinum includere utribus, v. Jos. ix. 13. Hom. Il. γ'. 247. Herodo. ii. 121. εἰ δὲ μήγε] scl. οὕτως ἔχει, *alioquin*, si vinum novum in utres veteres conditur. ῥήγνυνται] *dirumpuntur*, Hebr. מְבֻקָּעִים Jos. ix. 13. Pro ἀμφότερα in plurimis codd. legitur ἀμφότεροι, quod e Luc. v. 38. in hunc locum translatum videtur, et ἀμφότερα exquisitior lectio est. v. *Reizius* ad Lucian. T. ii. p. 140. Sic ap. Isocrat. Nicocl. p. 76. post οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες et βασιλεὺς sequitur ἀμφότερα.

(18.) Discesserat Jesus e Matthæi ædibus, vid. v. 11. contuleratque sese in domum eam, in qua Capharnaumi habitabat v. 19. quæ forte Petri erat, viii. 5. Accedebat ad eum *Jaïrus*, Marc. v. 22. Luc. viii. 41. synagogæ præfectus. Marcus hunc hominem l. l. dixit ἕνα τῶν ἀρχισυναγώγων, Luc. l. l. ἄρχοντα τῆς συναγωγῆς. Scilicet synagogis Judaicis præerant plures spectatæ probitatis viri, qui Chaldaico vocabulo dicebantur פרנסים, ab Hellenistis ἀρχισυνάγωγοι Act. xiii. 15. et princeps eorum simpliciter ὁ ἀρχισυνάγωγος Luc. xiii. 14. cf. ad h. l. *Grotius* et *Vitringa* de Synagoga vet. ii. 2. ἐλθὼν] in aliis libris legitur εἰσελθὼν, in aliis εἷς ἐλθὼν, quam posteriorem lectionem verss. vett. fere omnes tuentur, eaque reliquis omnino præferenda videtur. Primitiva nimirum

προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· Ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτε-
λεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν, ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ
ζήσεται. Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ 19
μαθηταὶ αὐτοῦ. (Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη, 20
προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου
αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· Ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ 21

scriptura fuit ΕΙΣΕΛΘΩΝ, quod legi poterat vel εἷς ἐλθὼν vel εἰσελθών. Scriptura εἰσελθὼν fortassis inde orta est, quia v. 10. legitur, Jesum Capharnaumi in Matthæi ædibus interfuisse convivio, et v. 19. sequitur καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς. Cæterum εἷς positum est pro τὶς ut viii. 19. xvi. 14. xviii. 28. al. προσεκύνει αὐτῷ, λέγων κ. τ. λ.] supplicum more, *ad genua provolutus, filia, inquit, mea jam morti proxima est, sed veni, impone ei manum tuam et vitam recipiet.* ὅτι post λέγων redundat, ut sæpius, Epictet. Enchir. c. 14. μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα, *nunquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse.* Verba ἄρτι ἐτελεύτησεν non possunt Latine reddi, *jam mortua est*, nam, auctore Luca, patri adhuc cum Christo colloquenti, nuntiabat servus, filiam jam exspirasse, ergo nondum mortua erat, cum pater ad Jesum accederet, Luc. viii. 49. præterea Marcus l. l. v. 23. patrem ita loquentem induxit: τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει h. e. in summo vitæ periculo versatur. Sed aoristus sæpius vim præsentis habet, atque Hesychius ἄρτι explicat per εὐθὺς, νῦν, itaque hæc verba interpretanda sunt: *jam moritur, animam agit, est morti proxima.* Nec adeo Lucæ l. l. verba καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν reddi possunt: *et illa mortua erat;* sed, ut vel v. 49. docet, verti debent: *morti proxima erat;* et hoc ipso significatu ἀποθνήσκειν apud alios quoque scriptores legitur. Joseph. Ant. v. 1. 1. ubi Josua, Mose rebus humanis erepto, Israëlitas cohortatur, ut in illius gratiam nullum vitæ periculum subire dubitarent: ὑπεμίμνησκεν δὲ ὑπέσχοντο Μωϋσῇ, καὶ παρεκάλει, χαριζομένους τῇ τε ἐκείνου προνοίᾳ, μηδ' ὅτε ἀπέθνησκε περὶ αὐτοὺς καμούσῃ, τῷ τε κοινῇ συμφέροντι παρέχειν αὐτοὺς εἰς τὰ παραγγελλόμενα προθύμους, *eos illorum admonebant, quæ Mosi polliciti essent, obsecrabatque, ut in ejus gratiam, qui ne tunc quidem,* cum morti esset proximus, *prospiciendo iis defessus erat, et propter communem utilitatem, alacriter semet ad promissorum fidem liberandam accingerent.* v. *Krebsius* et *Wetstenius* ad Luc. viii. 42. add. Eurip. Alc. 138. coll. v. 141. Etiam Hebræorum מות adhibetur de moribundis, et morti proximis. vid. Gen. xlviii. 21. coll. Ps. xliv. 23. Gen. xx. 3. l. 5, 24. Deut. v. 22. Ies. xxxviii. 1. ἐπίθες τὴν χεῖρά σου] *impone ei manum tuam*, sicuti eam aliis imposuisti, qui a te sanati sunt. Moris vero etiam erat, ut, qui alteri bona quævis apprecarentur, manum ei imponerent, v. xix. 13. καὶ ζήσεται, *in vivis manebit, non morietur, valetudinem recipiet*, quo sensu ζῆν recurrit quoque Act. xxii. 22. et Hebr. חיה Num. iv. 19. xiv. 38. add. *Kypkius* ad Marc. v. 23.

(20.) καὶ ἰδοὺ, γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα κ. τ. λ.] *et mulier quædam, quæ sanguinis profluvio per duodecim annos laboraverat, a tergo accedens, tetigit fimbriam pallii ipsius.* Accessit mulier a tergo et occulte, quoniam nimirum immunda, adeoque a populo removenda erat, cum id, quod attingeret, immundum esset, Levit. xv. 24 sqq. αἱμοῤῥοοῦσα *Bartholinus* de morbis bibl. c. 17. "Non ex uteri venis, sed iis, quæ in collo uteri et cervicis aperiuntur, quas hæmorrhoïdes vocant, sicut illas in ano, profluxit sanguis. Hac quippe via naturalis mensium fluxus procedit—caussam habet vel sanguinis serosi tenuitatem, vel viarum laxitatem, cujus prognosticon est, vel nullam curationem, vel difficilem admittere." *Mead* in Medicina sacra, c. 11. "cum dicitur γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα, sanguinis fluxum ex partibus naturalibus fuisse opinor, quem ῥόον αἱματώδη appellat Hippocrat. de Morb. i. 3." adde quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. Cum duodecim annos illo sanguinis profluvio laboraverit fœmina, fluxus vero immodici, si diutius durant, auctoribus medicis, vitæ noceant; patet fluxum neque perpetuum, neque semper æque vehementem fuisse. ἱμάτιον est *pallium*, quod erat quadratum et apertum. Angulis inferioris partis pallii annexa erant fila contorta lanea, quæ Hebr. dicebuntur ציצת, et quæ Moses annecti jusserat palliis Judæorum, ut se a gentilibus distinguerent, et memores essent legis. vid. Num. xv. 38. Deut. xxii. 12. Zach. viii. 23. Matth. xxiii. 5. Hæc ipsa filamenta, ex ora pallii dependentia, dicebantur κράσπεδα, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. v. ציצת et *Lundii Jüd. Alterthümer* xiv. 14. 18 sqq. a quo etiam species exhibetur. Hesychius: κράσπεδα· τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα. Sed qui filamenta illa erant pars vestis, ideo Marc. v. 27. simpliciter scripsit: ὄπισθεν ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ.

(21.) *Sperabat enim, si modo pallium Jesu potuisset attingere, fore ut convalesceret.* Ar-

22 ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ
ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε· Θάρσει θύγατερ· ἡ πίστις σου σέσωκέ
23 σε. Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.) Καὶ ἐλθὼν
ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς,
24 καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, Λέγει αὐτοῖς· Ἀναχωρεῖτε·
οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατεγέ-
25 λων αὐτοῦ. Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν ἐκράτησε

bitrabatur fœmina illa, cum aliis ægrotis v. Luc. vi. 19. ut videtur, vestibus Jesu vim sanandi inesse, neque hæc illius præconcepta opinio ab Evangelista probatur, sed recensetur tantum, (similes loci Act. v. 15, 16. xix. 12.) neque Jesus eam probabat, sed probabat animum fiduciamque fœminæ, neque dicebat ex filamentis vestis suæ egressam esse virtutem aliquam; apud Lucam enim viii. 46. add. Marc. v. 30. legitur: ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ· ubi interpretes observant γινώσκειν non ad corporis, sed ad animi sensum atque scientiam referri debere, et ἐξῆλθε relate ad δύναμιν esse, exserit se potentia, cum ἐξέρχεσθαι, ut Hebr. יצא, Ruth. i. 13. LXX. haud raro idem sit quod ἐνεργεῖν, et efficacem aliquam operationem notet, adeoque verba illa exprimenda esse, cognovi potentiam meam efficacem fuisse. — *Paulus* in *Philologisch-Krit. Kommentar* ad h. l. monuit: fœminam illam, quæ spem fiduciamque suam omnem in Jesu collocaret, cum attigisset laciniam pallii ipsius, sensisse subitam in corpore suo mutationem, et inde conjecisse, se pristinam valetudinem recuperasse (καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης v. 22. καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα, Luc. viii. 47.); eam voluisse sese subducere, cum vero Jesus quæsivisset, a quonam contactus esset? eam prodiisse, et a Jesu his verbis confirmatam esse: *bono sis animo*, fiducia tua *tibi sanitatem restituit.* Cum Marcus et Lucas expressis verbis notarint: Christum sensisse vim salutiferam exeuntem, conjecit *Paulus*, Jesum non nisi hæc dixisse: ἥψατό μου τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων· Luc. viii. 46. fuisse vero, qui ubique aliquid insoliti videntes, se invicem interrogassent, quid cognovisset, sensisset Jesus? atque collegissent, effluxu quodam sanasse Jesum mulierem, eosque hanc explicationem et conjecturam adeo certam habuisse, ut supplerent, ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ· Lucam vero rem ita relatam retulisse; esse igitur h. l. judicium, conjecturam, cum re in facto posita permutatam et commixtam.

(23.) καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν — ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς] *cum Jesus deinde domum præfecti synagogæ ingressus esset, et vidisset tibicines.* Apud veteres, Græcos et Romanos non minus quam Judæos, *cantabat mæstis tibia funeribus*, Ovid. Fastt. vi. 660. et canebantur næniæ, Jer. ix. 17. vid. *Buxtorf* Lex. Talm. p. 766. et 1524. *Geierus* de luctu Hebr. c. v. p. 16. *Bartholinus* de tibiis vett. p. 274. *Kirchmannus* de Funerib. Rom. ii. 5. *Hammondus* et *Wetstenius* ad h. l. hinc commemorantur h. l. αὐληταὶ, *tibicines.* Per τὸν ὄχλον θορυβούμενον] plerumque intelligunt hominum multitudinem ad funeris pompam concurrentem. Rectius tamen intelliguntur maxime *præficæ* h. e. mulieres mercede conductæ, quæ nænias i. e. carmina lugubria in funeribus ad tibias canebant, et alii qui aderant, nam ὄχλος θορυβούμενος commemoratur post αὐλητάς. Apud Marcum v. 38. legitur: θεωρεῖ θόρυβον κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά· add. Luc. viii. 52. et verbum θορυβεῖσθαι notat quoque *lamentari, nænias canere*, ut Hebr. הגה Ies. lix. 11. Cæterum apud Judæos mortui maturius componebantur. v. ad viii. 21.

(24.) Verbum καθεύδειν alias quidem, εὐφημίας caussa, de mortuis adhibetur, ita ut sit *mortuum esse*, etiam Hebr. שָׁכַב Alexandrini interpretes et verbo κοιμᾶσθαι et ἀποθνήσκειν exprimere solent; vid. 2 Chron. xii. 16. add. Joh. xi. 11. coll. xiv. h. l. tamen cum ei oppositum legatur ἀπέθανε, per se intelligitur, καθεύδειν esse proprie capiendum. Usus est, monente *Beza*, hac formula Jesus, quia puella mox a mortuis erat excitanda. Ita quoque *Wetstenius* hæc verba cepit: non mortua est, ut vos putatis, nempe eam ita mortuam esse, ut nulla spes vitæ supersit. Probabilior tamen est sententia maximæ partis recentiorum interpretum, Jesum verbis οὐ γὰρ ἀπέθανε, ἀλλὰ καθεύδει] usum esse, ut ostenderet illam puellam non vere mortuam, sed animi deliquium passam esse, atque mœstitiam parentum cognatorumque leniret. vid. *Michaëlis* ad h. l. καὶ κατεγέλων αὐτοῦ] *irridebant eum*, ut solent, qui quæ audiunt, vel non facta esse, aut omnino non fieri posse, arbitrantur. Putabant enim puellam vere mortuam esse.

(25. 26.) ὅτε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος] *cum turba dimissa esset.* Verbum enim ἐκβάλλειν h. l. notat *dimittere*, ut Marc. i. 43. Act. xvi. 37.

τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ 26
φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην.

Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο 27
τυφλοὶ, κράζοντες, καὶ λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς υἱὲ Δαβίδ.
Ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ, καὶ 28
λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆ-
σαι; Λέγουσιν αὐτῷ, Ναὶ Κύριε. Τότε ἥψατο τῶν ὀφ- 29
θαλμῶν αὐτῶν, λέγων· Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω
ὑμῖν. Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ ἐνεβριμή- 30
σατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω.
Οἱ δὲ ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ. 31

Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ, προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον 32

et in versione Alex. respondet Hebr. הוֹצִיא Esr. x. 3. Exod. xii. 23. εἰσελθὼν] *ingressus*, nempe conclave, in quo puella jacebat, una cum parentibus puellæ, Petro, Jacobo et Johanne, Marc. v. 37, 40. ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς] *manum puellæ prehendit*. Etenim αὐτῆς referri debet ad vocabulum κοράσιον per synesin generis, ut xxviii. 19. al. — (26.) *Et totam illam regionem hujus rei fama pervasit.* cf. iv. 24. Luc. vii. 17.

(27—30.) καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν] *abeuntem* (vid. not. ad v. 9.) *illuc* nempe e domo Jaïri. ἐλέησον ἡμᾶς] חָנֵּנוּ (Ps. cxxiii. 3.), restitue nobis oculorum lumina. υἱὸς Δαβὶδ, *nepos Davidis* i. Messias. Judæi enim Messiam κατ' ἐξοχὴν nominare solebant τὸν υἱὸν Δαβίδ. v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talmudd. ad Matth. i. 1. add. Joh. iv. 29. coll. Matth. xii. 23. xxii. 41 sqq. Pro υἱὲ Δαβὶδ, ut vulgo legitur, multi libri habent υἱὸς Δαβίδ. Recte opinor; librarii nimirum mutarunt nominativum in vocativum, sicuti et aliis in locis structuram Hebraicam mutarunt in Græcam. — (28—30.) Jesus ut effugeret turbam hominum ipsum comitantem, præsertim cum cœci illi eum publice Messiam salutassent, contulit se εἰς τὴν οἰκίαν, eam nimirum, in qua, cum Capharnaumi commoraretur, habitare solebat. Sequuntur eum cœci, eos interrogat: num se ab ipso sanari posse, certo confiderent. Affirmant. καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ] *et visum recuperarunt*; est hæc forma loquendi Hebraica, vid. Ies. xxxv. 5. et *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 698 sqq. idemque valet quod ἀναβλέπειν, coll. Matth. xxi. 33. s. Marc. x. 32. ἐμβριμᾶσθαι est *interminari*, *interdicere*, *graviter admonere*, Hebr. גָּעַר. v. Ies. xvii. 13. ubi Symmachus habet ἐμβριμᾶσθαι· Aquila, ἐπιτιμᾷν. add. Marc. i. 43. coll. Luc. v. 14. Joh. xii. 16. Suidas: ἐμβριμώμενος· μετὰ ἀπειλῆς ἐντελλόμενος· Id. ἐνεβριμήσατο· μετ' αὐστηρότητος ἐπετίμησεν· quæ glossa ex hoc loco desumpta est. Chrysost. Homil. 13. in h. l. οὐχ ἁπλῶς κελεύει, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς σφοδρότητος, ἐνεβριμήσατο γὰρ αὐτοῖς. — ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω] *nolite rem sermonibus divulgare.* Non perpetuum silentium Jesus his verbis cœcis imposuit, sed cum illo die Jaïri filiam in vitam revocasset; cum cœci ipsi eum publice Messiam appellassent, quem titulum Jesus ipse in sermonibus suis ad populum studiose evitabat, ne occasionem ad seditionem præberet populo, v. xvi. 20. xiv. 22. Joh. vi. 14. terrenum Messiam exspectanti: vetuit, ne statim rem divulgarent. *Episcopius* in Respons. ad LXIV. Quæstiones, Quæst. 11. et *Witsius* Miscell. Meletem. p. 350. Christum ideo vetuisse putant, quod intra privatos parietes miraculum illud patrasset; fraudis autem suspicio videri potuisset subesse, si illud divulgari pateretur.

(31—35.) οἱ δὲ ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ] *illi vero cum exiissent, eum per omnem illum tractum*, (in quo nempe sita erat Capharnaum,) *celebrarunt*. διαφημίζειν cum de persona sermo sit, est, *celebrare*, *prædicare*, φανερὸν ποιῆσαί τινα, Marc. iii. 12. Apud ἐξελθόντες autem, ut v. 32. ad ἐξερχομένων, subaudiendum est, ἐκ τῆς πόλεως, non ἐκ τῆς οἰκίας· parum enim probabile est, ut recte observavit ad h. l. *Paulus*, homines illos, qui ad vesperam oculorum lumina recepisse videntur, præceptum Christi statim violasse, et in ipsa urbe rem divulgasse; neque videtur homo ille mutus, de quo v. 42. sermo est, illo ipso die ad Jesum deductus fuisse, vid. v. 34. coll. Luc. xi. 14 sqq. — (32.) κωφὸν δαιμονιζόμενον] h. e. *hominem, quem genius malus reddiderat mutum*; ita enim hæc verba interpretanda esse, docent verba quæ sequuntur, καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου, ἐλάλησεν ὁ κωφὸς et Lucæ l. l. ubi

33 κωφὸν δαιμονιζόμενον. Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου,
ἐλάλησεν ὁ κωφός· καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες·
34 ¹Ὅτι οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι
ἔλεγον· Ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.
35 Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας,
διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐ-
αγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ
36 πᾶσαν μαλακίαν ¹ἐν τῷ λαῷ. Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους,
ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ¹ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμ-

33. † ὅτι. 35. † ἐν τῷ λαῷ. 36. ∼ ἐσκυλμένοι.

legitur, dæmonium fuisse mutum, et ejecto dæmonio, mutum illum locutum esse; ex his igitur satis perspicue patet, per *κωφὸν δαιμονιζόμενον* intelligendum esse hominem a genio malo facultate loquendi privatum. Sed cum homo ille ex morbo haud dubie fuerit mutus; (alii de morbo nerveo, alii de apoplexia, alii probabilius de melancholia cogitant,) atque Judæi omnes morbos graviores a geniis malis, tanquam auctoribus derivare solerent; probe monuerunt interpretes, Evangelistam retinuisse hoc quoque loco popularium suorum cogitandi et loquendi consuetudinem. *Paulus* autumat, hominem illum credidisse, se obsessum esse a genio malo, qui nollet ut loqueretur; Jesum vero Messiam, ad quem mutus adductus fuisset, ademisse ei hanc opinionem, et hominem illum rursus lingua sua usum esse. *κωφὸς* est *mutus*, Hebr. אִלֵּם, ut xv. 31. Hab. ii. 18. ubi Symmach. habet *ἄλαλος*, alias significat etiam *surdum*, Hebr. חֵרֵשׁ, Exod. iv. 11. Matth. xi. 5. v. *Jensius* Ferc. Liter. p. 32. unde Hesych. *κωφὸς οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων.* — (33.) *οὕτως*] dictum est pro *τοιοῦτο τι* vel *τοῦτο*, atque ita ponitur quoque Hebr. כֵּן, ut sit *talis*. vid. Nehem. viii. 17. *Noldius* Concordd. particc. h. v. Populus hanc sanationem, tanquam victoriam de Satana deportatam, inprimis admirabatur. Pharisæi igitur, v. 34., hac populi persuasione et admiratione graviter offensi, atque in rabiem acti, dicebant, Jesum ejecisse genium malum, ope auxilioque principis geniorum malorum adjutum. Cf. Luc. xi. 15. Matth. xii. 24. *ἐν*, *ope, auxilio*, ut ב legitur 2 Sam. xxii. 30. Ps. xviii. 30. etc.— (35.) *κώμας*] nempe Galilææ; v. not. ad iv. 23. et ex illo ipso loco verba versus ultima; *ἐν τῷ λαῷ*] in nonnullos codd. venerunt, sed in plurimis et optimæ notæ codd. non leguntur.

(36.) Cum Jesus videret, quam insignis Judæorum multitudo doctrinæ divinæ esset cupida, sed præter ipsum, qui eos edoceret, esse neminem, e numero discipulorum suorum, qui eum comitari atque sectari solerent assidue, duodecim apostolos eligere constituit, qui doctrinæ christianæ copias exponerent hominibus studio illius incensis. Vid. Argum. cap. 10. *ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν*] *commotus est de eorum sorte.* Verbum *σπλαγχνίζεσθαι* non nisi in libris N. T. et Verss. Grr. V. T. legitur, ut apud Symmach. Deut. xiii. 9. et Incert. 1 Sam. xxiii. 21. pro חמל. v. *Biel* Thes. h. v. Scriptores exteri verbo *σπλαγχνεύειν* utuntur ita, ut sit *epulis sacrificalibus interesse*, vel *exta victimæ in manus sumere et ita jurare*, atque *σπλαγχνίζειν* 2 Macc. vi. 8. notat *sacrificare*. Sed in libris N. T. *σπλαγχνίζεσθαι* est *misereri, misericordia alicujus commoveri*. Scilicet *σπλάγχνα* prop. sunt *viscera*, 2 Macc. ix. 5. *ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν*, *constrinxerunt eum acerbi viscerum cruciatus.* Eustath. ad Il. α'. p. 101. *σπλάγχνα, τουτέστιν τὰ ἐντοσθίδια, σπλῆνα, καρδίαν, ἧπαρ·* sed quoniam veteres *viscera* existimabant esse sedem amoris et misericordiæ, factum est, ut *σπλάγχνα* adhiberetur de *amore, misericordia ipsa*; Sap. x. 5. *καὶ ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξε*, *et effecit, ut fortis s. constans esset tunc, cum filii amore commoveretur*; et ita Hebr. רַחֲמִים *misericordiam* notat Ps. li. 3. al. Jam cum Hebræi verbum רחם usurparent pro *misereri*, ad hanc verbi formam fictum est verbum *σπλαγχνίζεσθαι*, *misereri*, id. qd. *ἐλεεῖν*, quod et absolute ponitur, ut xviii. 27. et sequente præpositione *ἐπὶ*, ut Marc. viii. 2. et *περὶ*, ut h. l. quoniam Hebr. רחם construitur cum particula עַל, ut Ps. ciii. 13. Jon. i. 6. vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 37 sqq. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 204 sq. et ad *Leusdenii* lib. de Hebraism. N. T. p. 43. 83. *ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι*] *languidi, enervati.* Verbum *ἐκλύεσθαι*, *exsolvi*, adhibetur et de languore animi, Gal. vi. 9. Hebr. xii. 3. et de languore corporis, e fame, siti, erratione, aliis-

μένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. Τότε λέγει τοῖς 37
μαθηταῖς αὐτοῦ· Ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται
ὀλίγοι. Δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ 38
ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.

## ΚΕΦ. ι΄.

ΚΑΙ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν 1

que laboribus orto, ut xv. 32. add. Diod. Sic. p. 455. A. p. 697. D. 1 Macc. iii. 17. Sir. xliii. 10. Marc. viii. 3. 2 Sam. xvi. 2. ubi Alexandrini יָעֵף expresserunt ἐκλυόμενος, sed Ies. xl. 29. πεινῶν, et Jer. xxxi. 25. διψῶν add. Thren. ii. 19. ubi τῶν ἐκλυομένων λιμῷ legitur. cf. et *Raphelius* Obss. Polybb. p. 59. Sed pro ἐκλελυμένοι cum plurimis et optimis codd. legendum est haud dubie ἐσκυλμένοι· non enim intelligitur, quomodo librarii verbum notius mutare potuerint in ignotius. Σκύλλειν autem prop. adhibetur de capillis, et significat *vellere, vellicare*, unde et capillorum laniatus dictus est σκύλμα κόμης. Hesychius: σκύλλειν, τὰ τοῖς ὄνυξι σπᾷν, vid. *Kypkius* ad h. l. *Ruhnkenius* ep. crit. 1. in Homeridar. hymn. p. 41 sqq. et *Segaarius* Obss. ad Luc. vii. 6. deinde adhibetur de iis, qui *quavis ratione alicui molestiam facessunt, injuriis, calamitatibus omnis generis aliquem afficiunt;* 3 Macc. iii. 25. iv. 6. hinc etiam notat, *fatigare*, et σκύλλεσθαι *fatigari* inprimis, longo et molesto itinere conficiendo, ut ap. Herodi. iv. 13. 8. σὺν ἱππεῦσιν ὀλίγοις (ἵνα μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ) τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο, *cum paucis equitibus, ne totum exercitum fatigaret, iter faciebat.* Id. vii. 3, 8. σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας, *postquam magnis eos itineribus defatigasset et illusisset.* σκυλμὸς *defatigatio*, 3 Macc. vii. 5. Gloss. vett. σκύλλω *fatigo, vexo.* Sic quoque Lat. *vexare*, legitur apud Curtium ix. 10. *ut* vexatos *milites quiete firmaret.* ἐῤῥιμμένοι] *dissipati*, ut ap. Polyb. v. 48. ubi hostes palati atque ebrii vocantur ἐῤῥιμμένοι καὶ μεθύοντες. vid. *Raphelius* Obss. Polyb. *Münthius* et *Albertius* ad h. l. Continent ergo verba versus ultima imaginem gregis pastore destituti, nam additur ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα, atque adeo ἐσκυλμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι sunt *oviculæ longa via, aberratione, defagitatæ, et dissipatæ*, quibus ergo opus est pastore, qui eas colligat, in rectam viam reducat, pabuloque salubri refocillet. Qua quidem imagine, quæ etiam deprehenditur 1 Regg. xxii. 17. Judith. xi. 19. significantur Judæi in errore et ignorantia versantes, quia carebant doctoribus fidelibus, qui eos recta via ducerent, eorum inscitiæ mederentur, eosque doctrinæ divinæ scientia imbuerent, virtutisque studio augerent. Alias aliorum explicationes vid. ap. *Wolfium* in Curis et *Kœcherum* in Analectis ad h. l.

(37.) ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι] *larga quidem messis, sed operarii pauci.* Locutio proverbialis. Magna est hominum multitudo, quorum animi erecti sunt ad recipiendam doctrinam salutarem; multi sunt doctrinæ meæ cupidi. ἐργάται] *operarii* i. doctores vid. *Schættgenius* Horr. Hebrr. ad h. l. Vocabula ἐργάτης, ἔργον, ἐργάζεσθαι frequenter occurrunt in opere rustico, vid. *Bosius* Obss. crit. 6. *Grævius* Lecct. Hesiod. c. 10. p. 50. et quos laudavit *Segaarius* Obss. ad Luc. x. 2.

(38.) δεήθητε οὖν κ. τ. λ.] *rogate igitur Herum* etc. Aliud fragmentum, quod Lucas c. 10. exhibuit, docet, Jesum hæc dixisse septuaginta discipulis, antequam eos, ut doctrinam divinam prædicarent, emitteret. vid. Argum. c. 10. Per τὸν κύριον τοῦ θερισμοῦ] intelligitur Deus; ad eum salus ecclesiæ et læta religionis christianæ propagatio refertur. ὅπως ἐκβάλῃ] *ut emittat operarios*, ut plures idoneos reddat et emittat doctrinæ divinæ doctores atque præcones. ἐκβάλλειν, ut Hebr. שִׁלַּח Ex. xii. 33. Ps. xliii. 3. est omnino *emittere*, id. qd. ἐκπέμπειν. vid. *Abreschius* Dilucidd. Thucydd. p. 424. et Auctar. p. 365.

---

## CAP. X.

MARCUS iii. 13. vi. 7. et Lucas vi. 12 ss. ix. 1 ss. de electione et dimissione Apostolorum separatim exposuerunt. Elegisse Jesum Apostolos, antequam orationem montanam haberet, auctor est Lucas, vid. vi. 12 sqq. qui idem c. 9. et c. 10. nos docet, post habitam demum orationem illam montanam emisisse Jesum Apostolos, et alios septuaginta discipulos, ut prædicarent doctrinam evangelii, et in docendo dexteritatem sibi compararent. Matthæus, qui solet res enarrandas in classes divisas exponere, et quæ proprie separanda erant, conjungere, de Apostolorum electione et dimissione conjunctim verba fecit, dimissionem septuaginta discipulorum prorsus præteriit, et mandata a Jesu Apostolis atque septuaginta discipulis, cum eos emitteret, data, cum magna inter ea similitudo intercederet, conjunctim enumeravit, ita, ut et alio tempore a Jesu

αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ,
2 καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Τῶν
δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος, Σί-
μων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ·
Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ·
3 Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ

discipulis dicta, vid. v. 17—23. 26—33. coll. Luc. xii. 2 sqq. (34. coll. Luc. xii. 51 sqq.) 37, 38. coll. Luc. xiv. 27. xvii. 33. hac occasione commemoraret, quo offerret lectoribus luculentum specimen institutionis, quam accepissent Christi discipuli. v. not. ad iv. 23.

(1. 2.) Arcessivit Jesus duodecim discipulos, iisque dedit potestatem ejiciendi genios malos. ἐξουσία πνευμάτων] *potestas in genios malos*, nam πνευμάτων est genitivus objecti, ut Sir. x. 4. ἐξουσία τῆς γῆς. vid. *Palairetus* et *Raphelius* ad h. l. Lucas ix. 1. habet ἐξουσία ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια. Præpositio κατὰ, quæ in nonnullis libris vocabulo πνευμάτων juncta legitur, pro interpretamento habenda est. Vocantur genii illi πνεύματα ἀκάθαρτα sensu morali, *genii perversi, mali*, unde et Luc. vii. 22. dicuntur πνεύματα πονηρά. Verbis ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ] uberius declaratur, qualis fuerit illa potestas, et morbi, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, conjunguntur cum geniis malis, quia hos morborum graviorum omnium auctores putabant Judæi.—(2.) ἀπόστολος] proprie est *legatus, voluntatis alicujus interpres*, Hebr. מַלְאָךְ Num. xx. 16. et שָׁלוּחַ 1 Regg. xiv. 6. ubi οἱ ό. adhibuerunt nomen ἀπόστολος. In libris N.T. κατ' ἐξοχὴν dicuntur ἀπόστολοι, duodecim illi, quos Jesus e numero discipulorum suorum elegit, ut essent religionis virtutisque christianæ doctores, ecclesiamque christianam constituerent, stabilirent, et adaugerent. Cur Jesus duodecim elegerit, an id fecerit, respiciens numerum tribuum Israeliticarum, v. xix. 28. Luc. xxii. 30. ut nonnulli voluerunt, definiri non potest. πρῶτος] Jesus Petrum primo loco nominabat, ut adeo πρῶτος sit vocabulum ordinis non dignitatis. Pari enim potestate et dignitate gavisos esse Apostolos, nec adeo de primatu Petri cogitandum esse, vel exinde patet, quoniam in recensendis Apostolis Evangelistæ non eundem ordinem servant, et satis luculenter docent loci Matth. xviii. 4. xx. 21. 26 ss. Gal. ii. 9. 1 Cor. iii. 22. ix. 5. Πέτρος] vid. ad iv. 18. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου] scl. υἱός. Plures Jacobi in libris N.T. memorantur. Jacobus Zebedæi filius, frater Johannis iv. 21. Luc. vi. 14. Act. i. 3. Jacobus minor, Alphæi s. Clopæ (v. Matth. xxvii. 56. coll. Joh. xix. 25. ubi v. not.) et Mariæ, Jesu matris sororis filius xxvii. 56. Marc. iii. 18. xv. 40. Luc. vi. 15. Act. i. 13. hi duo Jacobi Apostolis annumerantur; denique Jacobus frater Christi xiii. 55. Gal. i. 19. hunc Apostolis non posse annumerari contenderunt *Michaëlis Einleit.* Th. ii. p. 1413. *Hammondus* Prolegg. ad ep. Jacobi, *Herderus Briefe zweener Brüder Jesu; Niemeyerus Charakteristik d. Bibel* Th. i. ed. 2. alii, quos laudavi ad *Fabricii* Bibl. Gr. T. iv. p. 817 sqq. ed *Harlesii.* Contra vero alii statuerunt, Jacobum, *Jesu fratrem*, non esse distinguendum a Jacobo, *Alphæi filio*, eumque *fratrem* dici, quod fuerit Christi ἀνέψιος (vid. ad xii. 46.). Hanc sententiam secuti sunt *Wolfius* in Curis T. iv. p. 7. *Semlerus* Paraphr. in ep. Jac. p. 2. *Storrius* Dissert. exeget. in ep. Jacobi, in Opuscc. Acadd. Vol. ii. p. 1 ss. *Gablerus* Diss. de Jacobo, epistolæ eidem adscriptæ auctore, Altorf. 1787. *Eichhornius Einleit.* Th. iii. St. 2. p. 570. *Hugius Einleit.* Th. ii. p. 355. *Pottus* Prolegg. ad ep. Jacob. p. 55 sqq. et quos ibi laudavit. Atque hæc sententia, Jacobum Jesu fratrem, Gal. i. 19. Apostolis annumeratum, eundem esse cum Jacobo Alphæi filio, mihi maxime probabilis videtur, ita tamen, ut cum Potto p. 63. (ed. sec.) non negandum esse censeam, germanos Jesu fratres fuisse Matth. xiii. 55. memoratos. vid. et *Eichhorn Einleit. in d. N. T.* p. 570.

(3.) Φίλιππος] vid. Joh. i. 45. cujus patria Bethsaïda, e quo vico etiam Petrus et Andreas oriundi erant. Βαρθολομαῖος] compositum est hoc nomen ex בַּר *filius*, vid. Matth. xvi. 17. coll. Joh. i. 42. et תַּלְמַי (2 Sam. xiii. 37. quod haud dubie fuit nomen patris ipsius,) h.e. Ptolomæus, v. *Drusius* comment. poster. p. 184 sq. Sic filius Timæi dicitur. Βαρτίμαιος Marc. x. 46. cum ergo Bartholomæus non fuerit nomen viri proprium, interpretes nonnulli suspicati sunt, hunc Bartholomæum fuisse eundem cum Nathanaele. coll. Joh. i. 46. xxi. 2. Θωμᾶς] Hebr. תְּאוֹם *gemellus*, hinc Joh. xx. 24. Græco vocabulo Δίδυμος dicitur. Ματθαῖος ὁ τελώνης] *Matthæus, qui portitor fuerat*, vid. ad Matth. xxvi. 6. Joh. ix. 17. *Glassius* Phil. S. p. 7 sq. Cæterum conf. ix. 9. καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος] verba ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος in nonnullis libris desunt, in aliis: Λεββαῖος ὁ

τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς
Θαδδαῖος· Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, 4
ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν. Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν 5
ὁ Ἰησοῦς, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ
ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· Πο- 6

ἐπικληθεὶς· hinc *Millius* in Prolegg. §. 386. hæc verba: Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς, e margine in contextum irrepsisse putabat; annotasse scilicet Grammaticum quendam, e regione τοῦ Ματθαῖος, in margine: ἐπικληθεὶς Λεββαῖος, atque hac notatione significare voluisse, Matthæum hunc, portitorem illum esse, qui Marco et Lucæ dicatur Λευὶ seu Λεββαῖος. Jam librarium, cum hanc annotationem partem textus esse crederet, neque sciret, ad quam nominatim partem spectaret, voces has transpositas conjecisse in corpus libri, loco non suo. Quæ conjectura ingeniosa quidem est, neque tamen probabilis. Nam Λευὶ et Λεββαῖος, ut vel eorum forma docet, sunt nomina diversa; dicendum etiam esset, librarium transposuisse quoque verba Λεββαῖος ὁ ἐπικληθείς. Longe probabilior est conjectura *Bengelii*, cui et ego adstipulor, omissis nempe verbis ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, retinendum esse Λεββαῖος, et Thaddæi cognomen e Marci loco parallelo iii. 18. in hunc locum venisse; cum et in nonnullis libris e Lucæ vi. 15, 16. *Judas Zelotes* h. l. insertum legatur, in aliis extet h. l. Ἰούδας ὁ καὶ Λεββαῖος. *Griesbachius* vero in Comment. Crit. ad h. l. statuit, ob similitudinem terminationis nominum Λεββαῖος et Θαδδαῖος, facile librarium e priori voce ad posteriorem transilire, atque cum Λεββαῖος scripsisset, arbitrari potuisse sequens Θαδδαῖος a se jam exaratum esse; ut adeo ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, exciderint, servato tantum καὶ Λεββαῖος. Cæterum quæcunque ratio admittatur, hoc verissimum esse videtur, Ἰούδας (Ἰακώβου) Luc. vi. 16. fuisse hujus Apostoli nomen, Θαδδαῖος Marc. iii. 18. cognomen ipsius, et Λεββαῖος alterum ejus cognomen. Constat enim, apud Judæos, plures unum, etiam duo cognomina habuisse, ita ut cognomen sæpe locum nominis teneret, vid. Origenes Prolegg. ad Comment. in ep. ad Romanos.

(4.) Σίμων ὁ Κανανίτης] Fuerunt qui putarent, Simonem hoc cognomentum accepisse a patria, quæ fuerit Cana, oppidum Galilææ, vid. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. add. Obss. Misc. Novv. T. i. p. 50 sq. sed tunc scribendum fuisset Κανίτης vel Καναῖος. vid. *Relandi* Palæstina p. 978. Et cum Luc. vi. 15. Act. i. 13. hic Simon diserte nominetur ὁ ζηλωτὴς, in promptu est nomen Κανανίτης respondere Hebr. קַנָּא, (vid. Exod. xx. 5.) Chald. קַנְאָן (cui nomini Græcus Matthæi interpres Græcam terminationem adjecit) et accepisse Simonem hoc cognomentum a pristino vivendi genere, ut adeo Σίμων ὁ Κανανίτης explicari debeat: Simon qui fuit antea zelotarum societati adscriptus, ut Matthæus ὁ τελώνης, qui fuit antea portitorum societati adscriptus. Ζηλωταὶ autem antiquitus dicebantur, qui acri religionis et patriæ defendendæ studio flagrabant, ut Pinehas Num. xxv. 9. Maccabæorum vero, vid. 1 Macc. ii. 54. et Christi atque Apostolorum ætate, ita nominabantur homines privati inter Judæos, societate quadam conjuncti, qui omnia atrociora facta, nominatim ea, quibus templi, numinis, seu gentis sanctitas violari credebatur, nulla forensis judicii ratione habita illico puniebant, zelo, ut jactabant, divino correpti, quo nomine ab illis etiam turpissima facinora patrata sunt, v. Joseph. B. I. iv. 6. 3. ubi dicit, eos occidisse multos ex principibus populi, et dum ita se gererent, sese jactasse ὡς εὐεργέτας καὶ σωτῆρας τῆς πόλεως γεγενημένους· add. vii. 8. 1. v. *Wetstenius*, *Hammondus* ad h. l. et *Schleusnerus* in Lex. sub. h. v. Cæterum lectiones Κανναναῖος, Χαναναῖος, in nonnull. codd. occurrentes, originem suam haud dubie debent librariis, insolentiorem et inusitatam formam Κανανίτης admirantibus. Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης] *Judas Cariothensis*. Hujus cognomenti rationes varias vid. apud eos quos laudarunt *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. add. *Heumanni* Diss. de vero sensu nominis Iscariotes, cognominis Judæ proditoris, in Miscell. Groning. T. iii. Fasc. 4. p. 598 sqq. Verissima haud dubie ratio ea est, qua Ἰσκαριώτης dicitur idem esse, quod אִישׁ קְרִיּוֹת i.e. Cariothensis, cujus patria erat oppidum Carioth in tribu Juda, Jos. xv. 25. Confirmat hanc sententiam etiam auctoritas codd. nonnull. qui Joh. vi. 71. xii. 4. pro Ἰσκαριώτης habent ἀπὸ Καρυώτου. v. *Beza* ad h. l. *Relandi* Diss. Misc. i. 3. p. 123.

(5.) παραγγείλας αὐτοῖς λέγων] *hæc iis præcepit*, nam λέγων est id. qd. τάδε. εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε] *nolite vos conferre ad civitates barbaras.* εἰς ὁδὸν τῶν ἐθνῶν positum est pro εἰς ὁδὸν ἣ ἄγει εἰς τὰ ἔθνη, *inire viam quæ educit ad gentiles* i. conferre se ad gentiles, et h. l. quidem, ut iis doctrinam divinam annunties. Sic Jer. ii. 18. דֶּרֶךְ מִצְרַיִם, ubi οἱ ὁ· ἡ ὁδὸς Αἰγύπτου· Num. xxi. 33. דֶּרֶךְ הַבָּשָׁן, Alex. ὁδὸς ἡ εἰς Βασάν. εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν]

ρεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου
7 Ἰσραήλ. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, λέγοντες· Ὅτι ἤγ-
8 γικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε,
λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε·

8. ∾ νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε.

Samaritani erant incolæ regionis inter Galilæam et Judæam, quæ a Josepho Σαμάρεια vocatur, et Σαμαρεῖτις. Cum Israelitæ abducti essent in captivitatem, Salmanasserus, rex Assyriæ, hanc in regionem misit gentiles, vid. 2 Regg. xvii. 24. hinc religionem Samaritanorum non mirandum est, mixtam fuisse e religione Judæorum et gentilium. Hinc etiam Samaritanos, qui legem quidem Mosaicam amplectebantur, et Mosis libros admittebant, sed reliquos Judæorum libros sacros rejiciebant, Judæi tanto odio persequebantur, ut ab omni consuetudine cum iis abstinerent, Joh. iv. 9. Sir. l. 25. et Samaritanum esse, Joh. viii. 48. qua voce hominem cum maxime scelestum indicabant, apud eos convicium esset gravissimum. vid. *Relandi* Diss. de Samaritanis, p. 3 sqq. P. 2. Diss. Misc. aliosque a *Wolfio* in Bibl. Hebr. P. 2. p. 434. et in Curis ad Joh. iv. 9. laudatos. vid. et nos ad Luc. ix. 53. Joh. iv. 9. Per πόλιν Σαμαρειτῶν] intelligenda est ipsa regio Samaritanorum, ita ut urbs regionis primaria posita sit pro regione ipsa, atque adeo εἰσέρχεσθαι εἰς πόλιν Σ. sit, *conferre se ad Samaritanos.* Cum Judæi gentiles, æque ac Samaritanos Act. x. 28. acerrimo odio persequerentur; cum, ut eo latius propagaretur religio christiana, ea uni populo, nominatimque Judaico, jam præparato ad recipiendam hanc doctrinam, primo tradenda esset; hinc Jesus, ut Judæi eo prius doctrinam suam susciperent, neve dissensioni inter ipsos Apostolos, præjudicatas opiniones etiam nunc foventes, occasionem daret, jam *prima vice* legatos suos emittens, admonuit eos, ut solummodo Judæis doctrinam divinam prædicarent. Jesus ipse quoque profitebatur se ad Israelitas missum esse, Matth. xv. 24. attamen, cum necessitas postularet, ut in itinere suscepto Samariam peragraret (Joh. iv. 4.), ad Samaritanos devertit eosque edocuit, Joh. iv. 40. et professus est, plures gentes religionem suam amplexuros esse, Matt. viii. 11. add. Joh. x. 16. et cum ultima vice discipulos suos emitteret, iis valedicens, eos edocuit, omnibus gentibus longe lateque suam doctrinam esse annuntiandam, Matth. xxviii. 19. Marc. xvi. 15. atque ipsi Apostoli, post Christi mortem et ex his terris abitum, clario cognitionis luce collustrati, doctrinam christianam sine discrimine Judæis æque ac gentilibus tradiderunt, Act. x. 34 sqq.

(6. 7.) πρόβατα ἀπολωλότα] Hebr. צאן אבדות Jer. l. 6. oves, quas pastores aberrare e pascuis siverunt; 1 Petr. ii. 25. πρόβατα πλανώμενα, quo sensu ἀπολωλὸς legitur etiam Luc. xv. 4. et אבד 1 Sam. ix. 3. add. *Wesselingii* Obss. p. 149. Oves, quæ aberrarunt, sunt imago miseriæ et infelicitatis, et Judæi h. l. ita dicuntur, quatenus destituti erant doctoribus fidelibus, qui eos recta via ducerent, eorumque inscitiæ mederentur. cf. ix. 36. οἴκου Ἰσραήλ] solenne cognomentum populi Israelitici, id. qd. υἱῶν Ἰσραήλ. vid. Jer. xvi. 14. xxiii. 7. Luc. i. 33. Phil. iii. 5. —(7.) ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν] adsunt tempora, quibus cogetur et colligetur cœtus cultorum Messiæ, cf. iii. 2. iv. 17. voluit igitur Jesus, ut ex his locis patet, ut Apostoli cohortarentur Judæos ad resipiscentiam, eosque excitarent et præpararent ad recipiendum Messiam, qui ipsis omnis generis felicitatem largiturus esset, si resipiscerent. Jesum ipsum esse Messiam, tunc temporis nondum docuisse Apostolos, patet ex xvi. 20.

(8.) ἀσθενοῦντας θεραπεύετε] *morbos curate.* Jam morbis generatim commemoratis, quædam afferuntur eorum species, λεπροὺς καθαρίζετε] *leprosos sanate,* v. viii. 2. δαιμόνια ἐκβάλλετε] v. iv. 24. ix. 32. Sic etiam aliis in locis, etiam scriptorum exterorum, genus rei alicujus commemorari solet, ita ut sequantur verba, formas quasdam et species præcipuas istius generis significantia; et vel hanc ob caussam verba νεκροὺς ἐγείρετε] quæ in tot codicibus non leguntur, suspecta videntur. Accedunt vero etiam aliæ caussæ plures ut graviores, quæ ea suspecta reddant, ut adeo recte, mea sententia, inducenda hæc verba judicaverint *Grotius, Millius, Michaëlis, Knappius, Paulus,* alii; dissentiente tamen *Griesbachio* in Comment. Crit. ad h. l. qui antiquitus lectum fuisse putat: νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε· attamen ipse quoque profitetur, lectionem νεκροὺς ἐγείρετε non extra omnem dubitationis aleam positam esse. Præcipua argumenta, quibus ducti, hæc verba delenda esse putarunt critici, afferamus, ita, ut *Griesbachii* judicium apponamus. *a*) Insignis codd. numerus, et in his præstantissimi, verss. plures, etiam Chrysostomus, Euthymius et Theophylactus hæc verba omittunt. („Chrysostomus sibi ipse non constat; esti enim in ipsius commentario in h. l. νεκροὺς ἐγείρετε desideratur, in aliis tamen operum ejus locis

δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ 9

sexies legitur. Euthymius vero et Theophylactus, ubi Chrysostomi aliorumque veterum interpretum vestigiis non insistunt, sui ævi codices, hoc est recentiores sequuntur. Ne damnant quidem hi triumviri illa verba diserte, verum silentio tantum in suis commentariis ea prætereunt, uti nec λεπροὺς καθαρίζετε neque δαιμόνια ἐκβάλλετε attingunt. Cum igitur ap. Chrysost., Euthm. et Theophyl. νεκροὺς ἐγείρετε desiderari largimur, hoc tantum concedimus: abesse hæc verba a *textu*, commentatorum illorum in hunc versum ἑρμηνείας præmisso, quem vero a scribis haud raro libris junioribus, qui forte ad manus ipsis essent, adaptatum fuisse, notissimum est." *Griesbach.* p. 102 s.) *b*) Invecta fuere a Chrysostomo, qui e cap. xi. 5. ea arripuit. ("Si Chrysostomus in sua loci interpretatione ea recitasset et explicasset, speciosa ratione uterentur, qui ea e commentario in textum irrepsisse contendunt. Sed in commentario prætermittuntur. Ex aliis autem Chrysostomi locis, in quibus textus noster et mortui resuscitandi, obiter attinguntur, additamentum a librariis desumptum, et commati nostro insertum esse, parum probabile videtur. Præterea e Chrysostomi scriptis, in omnes, etiam antiquissimos, versionis Latinæ antihieronymianæ codd. pervenire nullo pacto potuit." *Griesb.*) *c*) Inculcata fortasse sunt ab Origene. ("Mera est conjectura, nulla prorsus fundamento innixa." *Griesb.*) *d*) Vix credibile est, mortuos illo tempore ab Apostolis in vitam esse revocatos, nec alibi, dum Jesus his in terris viveret, legitur, Apostolos mortuis vitam reddidisse; Act. ix. 36 ss. de Petro, et xx. 9. de Paulo hoc enarratur, post Christi ex his terris discessum. Neque Marc. xvi. 17 ss. ullum vestigium deprehenditur, Jesum excitasse Apostolos, ut mortuos resuscitarent. ("Exinde, quod Apostoli illo tempore mortuos non suscitaverint, non efficitur, Christum discipulis suis non potuisse promittere, fore, ut mortuis adeo in vitam revocandis pares sint, sive vita vere defunctos intelligas, sive ægrotos tam infirmos ac conclamatos, ut vitæ indicia in ipsis cernerentur nulla, atque animam jam exflavisse putarentur. Quid enim, si mortuum resuscitandi occasio Apostolis oblata non fuit? aut si occasionem nacti, a faciendo periculo ὀλιγοπιστίᾳ quadam deterriti fuerint? cf. Matth. xiii. 58. Marc. vi. 5, 6. Matth. xvii. 16." *Griesb.* ("Si propterea delenda essent verba, quod Apostoli ante Christi resurrectionem nullum mortuum suscitaverint, etiam λεπροὺς καθαρίζετε suspecta habenda essent, cum nec leprosorum, ab Apostolis sanatorum, mentio occurrat." *Wolfius* in Curis ad h. l.) *e*) incerta vocabulorum formularumque sedes solet esse interpolationis index; verba autem νεκροὺς ἐγείρετε in aliis codd. leguntur ante verba ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, in aliis ante λεπροὺς καθαρίζετε, in aliis rursus post λεπ. καθαρίζετε, in aliis denique post ἀσθενοῦντας θερ. sententiam præterea adeo gravem toties librariorum negligentia omissam esse, parum probabile est. ("In ejusmodi enuntiationibus, qualis hæc est, singulorum membrorum ordo sæpissime tam a librariis, quam a patribus, talem locum allegantibus, turbatus fuit. Antiquitus lectum fuit νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε, in hac vocum consecutione facillimus fuit propter soni affinitatem saltus a νεκροὺς ad λεπρούς· hinc orta omissio, quam qui corrigere ac prætermissa supplere vellent, non eodem loco manum admoverunt." *Griesb.* *f*) Nec v. 1. nec in locis parallelis Marc. vi. 7.) Luc. ix. 1, 2. mortuorum resuscitandorum mentio fit. ("Sed hoc ipsum vel delendis vocabulis controversis, vel saltem, si casu excidissent, omissioni latius propagandæ occasionem præbere potuit." *Griesbachius.*) *g*) Cum c. xi. 5. mortui a Christo resuscitati commemorentur, et in Actis legatur, Petrum atque Paulum mortuos in vitam revocasse: commentatores, et Grammatici in marg. adscribebant h. l. verba νεκροὺς ἐγείρετε, quæ postea a librariis in textum recipiebantur. Sic et Paulus *Krit. Komment.* ad h. l: arbitratur, illum ipsum locum xi. 5. occasionem dedisse ad movendam quæstionem, an Jesus Apostolis potestatem tribuerit, eadem patrandi miracula, quæ ipse patrasset? hanc quæstionem affirmatam esse, atque ita verba νεκροὺς ἐγείρετε in Homiliis et citationibus minus accuratis (ut Chrysost.) adjecta, et postea etiam in codd. et verss. recepta esse. — δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε] *gratis accepistis* hanc facultatem morbos sanandi, *gratis etiam ea prodeste aliis:* quibus verbis Jesus Apostolos admonere voluit, ne ista potestate abuterentur, ad faciendum quæstum divitiasque augendas. Interpretes nonnulli cum de Apostolis, adeoque etiam religionis christianæ doctoribus sermo sit, vertunt: gratis doctrinam meam didicistis, gratis eam etiam docete, tradite; notant λαμβάνειν, ut לקח, significare quoque *discere* ut Prov. i. 3. ubi Alex. δέξασθαι, Aquila: λαβεῖν· coll. iv. 10. Job. xxii. 22. ut παραλαμβάνειν 1 Cor. ii. 33. 2 Thess. ii. 15. coll. iii. 6. et למד *docere*, Prov. ix. 9. παρέδωκα 1 Cor. xi. 23. Alii ad utrumque, ad docendi facultatem, et ad potestatem ægrotos sanandi hæc verba referenda censent, cum et Hebræi, in eadem enuntiatione, verbum duplici sensu ponere soleant.

10 ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. Μὴ πήραν εἰς
ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον·
11 ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. Εἰς ἣν
δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός

(9. 10.) Verbis quæ sequuntur, præcipere Christus Apostolis voluit, partim, ut sine mora iter susciperent, nec ea, quæ vulgo iter suscipientibus necessaria existimantur, sibi compararent, et studiose atque anxie conquirerent; partim, ut sese totos curæ ac providentiæ Dei committerent, et sperarent atque confiderent, operam ipsorum non inanem fore, immo plures sese nacturos esse doctrinæ divinæ cupidos, a quibus accepturi essent ad vitam tuendam necessaria. *μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν*] *nolite vobis*, ad iter conficiendum, *comparare aureos, argenteos atque æneos nummos.* *κτήσασθαι* h. l. non *possidere*, sed *comparare, acquirere*, ut Act. xxii. 28. Gloss. vet. *κτάομαι acquiro, κτησάμενος adeptus*, vid. et *Wetstenius* ad h. l. Per *χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν* significantur omnino, *nummi, pecunia*; Marc. vi. 8. tantum *χαλκὸν* Luc. ix. 3. *ἀργύριον* commemoravit, ita ut sit species pro genere. *εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν*] *quos servetis in zonis vestris.* *ζῶναι cingula*; erant zonæ veterum intus cavæ, quibus uterentur pro crumenis. vid. *Braunius* de vestitu sacerd. Hebr. p. 359. add. Liv. xxxiii. 29. interpp. ad Petron. c. 83. — 10. *μὴ πήραν εἰς ὁδὸν*] scl. *κτήσησθε, nolite vobis comparare peram ad iter faciendum.* *πήρα*, saccus coriaceus, quo pastores et viatores panem atque cibos gestare solebant. Suidas: *πήρα· ἡ θήκη τῶν ἄρτων.* Ammonius: *πήρα· δέρμα τι ἀρτοφόρον ὃ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσιν οἱ ποιμένες·* ubi vid. *Valckenarius*, add. *Albertius* ad h. l. Judith. xiii. 10. *εἰς τὴν πήραν τῶν βρωμάτων*, quæ x. 5. simpliciter *πήρα* vocatur. His autem verbis omnibus *μὴ κτήσησθε χρυσὸν—πήραν εἰς ὁδὸν* significatur omnino *viaticum.* *δύο χιτῶνας*] *binas tunicas.* Græci et Romani non minus quam Judæi, illius ætatis, duas fere tunicas gestare solebant, quarum una, quæ cutem tangeret, a Lat. *interula* dicitur, etiam *indusium*, et *subucula*, a Græcis, nempe ab Atticis *χιτωνίσκος*, a reliquis *ὑποδύτης*, a Judæis חָלוּק, altera, quæ togæ et pallio propior esset, atque adeo inter subuculam et exteriores vestes media, ab Atticis *χιτὼν*, a cæteris Græcis *ἐπενδύτης* dicebatur. Scriptores Talmudici hanc tunicam אוּנְקְלִי nominant, vid. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 81 sqq. *μηδὲ ὑποδήματα*] *neque calceos.* At Marc. vi. 9. Apostoli jubentur esse *ὑποδεδεμένοι σανδάλια·* hinc nonnulli monuerunt, *σανδάλια* fuisse *calceos, qui tegerent plantas pedum*, sed *ὑποδήματα calceos, qui tegerent totum pedem*; jussisse ergo Jesum Apostolos induere calceos, qui plantas pedum tegerent. Ita *Salmasius* ad Tertull. de Pallio p. 386 sqq. alii. Sed cum hoc discrimen, quod inter *σανδάλια* et *ὑποδήματα* intercedere dicitur, argumentis idoneis comprobari nequeat, vid. ad iii. 11. *Erasmus* et *Grotius* ad h. l. *Bynæus* de calc. Hebr. i. 6, 10. rectius omnino statuitur, Christum omnino voluisse, *ut Apostoli eodem habitu, quo tunc essent instructi, legationem susciperent*, nec ampliorem commeatum assumerent, nec solliciti essent de comparandis rebus in via et itinere necessariis; ut adeo repetendum sit verbum *κτήσησθε, nolite vobis comparare calceos alios præter eos quibus induti estis.* Sic oratio Marci, quæ paulo negligentior est, non pugnat cum verbis Matthæi et Lucæ; et hoc eodem modo optime quoque conciliari possunt loci Matthæi et Marci, quod attinet verba, quæ sequuntur, *μηδὲ ῥάβδον*] pro quibus ap. Marcum l. l. legitur: *εἰ μὴ ῥάβδον μόνον·* nec adeo opus est, ut cum codd. nonnull. Luc. ix. 3. et h. l. legamus *ῥάβδους·* est potius utroque loco lectio *ῥάβδον*, utpote difficilior, præferenda: nec placet eorum ratio, qui apud Marcum pro *εἰ μὴ* legi volunt *μήτε*, cui lectioni et particula *μόνον*, et consensus codicum in altera lectione, obstat: neque arridet *Heinsii* explicatio particularum *εἰ μὴ* ap. Marc. *imo nec*, cum ei repugnet usus loquendi. Alias aliorum conjecturas collegerunt *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν*] locutio proverbialis, cujus sensus h. l. est: Deo providente, victum et alimenta accipietis ab iis, quibus doctrinam divinam annuntiabitis.

(11. 12.) *ἐξετάζετε*] *inquirite, videte, sciscitamini*, vid. 2. 8. *τὶς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι*] *quis ibi dignus sit.* Vocabulum *ἄξιος* absolute poni solet, sine casu rei, qua quis dignus sit, ita, ut ex orationis serie suppleri debeat; ut xxii. 8. *οὐκ ἦσαν ἄξιοι, non erant digni*, nempe qui ad has epulas concelebrandas invitarentur, vid. *Marklandus* ad Lysiam p. 577. *Albertius, Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. unde nonnulli h. l. intelligi voluerunt *ὑμῶν dignus vobis* (infra v. 37. *ἄξιός μου*) i. e. cum de Apostolis doctrinæ divinæ interpretibus sermo sit, coll. v. 14. dignus, cui tradatis doctrinam divinam i. cupidus doctrinæ divinæ. Alii cum sequatur *κἀκεῖ μείνατε*, supplent: *παρ' ᾧ μείνητε, dignus apud quem devertatis, maneatis* i. vir probus et liberalis, dignus vestra con-

ἐστι· κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε. Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς 12
τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, 13
ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη
ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω. Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται 14
ὑμᾶς, μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας
ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν
ὑμῶν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῆ Σοδόμων 15
καὶ Γομόῤῥων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Ἰδοὺ, 16

suetudine et doctrina, coll. v. 14. Atque hæc interpretatio nobis præferenda videtur, neque tamen omnino rejicienda explicatio vocabuli ἄξιος, quam protulerunt *Lightfootus*, *Gillius*, *Boltenius*, quibus est *beneficus*, *hospitalis*, provocant ad usum voc. זכה, quod eodem significatu in scriptis Rabbinorum et in lingua Arab. occurrit. Sed nostram interpretationem confirmat usus loquendi auctorum librorum N.T. scriptorumque exterorum. κἀκεῖ μείνατε] *hujus hospitio utimini:* μένειν respondet Hebr. לין, v. Judd. xix. 9. ibique Alex. atque idem est quod ξενίζεσθαι; v. Act. xxi. 8. coll. 16. ἕως ἂν ἐξέλθητε] scl. ἐκ τῆς πόλεως, ἢ ἐκ τῆς κώμης, ut Act. xii. 17. xvi. 40. Vetat igitur h. l. Jesus Apostolos, qui honestatis et gravitatis studiosi esse deberent, crebro mutare hospitia, more mendicantium et circumforaneorum, vel more hominum, quibus omnia fastidio, qui nullo hospitio contenti sunt. coll. Luc. x. 7.—(12.) ἀσπάσασθε αὐτήν] subintell. οἰκίαν, ita, ut hoc vocabulum referatur ad eos, qui in domo illa sint et habitent. De verbo ἀσπάζεσθαι vid. not. ad v. 47. notat h. l. *optare, apprecari omnis generis bona et felicitatem.* Verba, quæ in nonnullis libris addita leguntur: λέγοντες· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, adscripta sunt ab iis, qui vim et potestatem verbi ἀσπάζεσθαι ignorabant, atque conficta sunt ab iisdem ex Luc. x. 5. λέγετε· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

(13 seqq.) ἡ οἰκία] qui in domo illa habitant. ἀξία] digni quibus contingant bona et commoda illa, quæ iis apprecati estis (ἡ εἰρήνη ὑμῶν) i. si hospitalitatis et probitatis sunt studiosi, si vos liberaliter excipiunt, doctrinamque vestram audiunt. Hunc enim sensum his verbis inesse, contraria enuntiatio v. 14. satis perspicue docet. ἐλθέτω ἐπ' αὐτήν] *iis contingent*; locutio hæc Hebraica est. Hebræi enim eodem sensu adhibere solent verbum בוא, eique jungere particulum על, et Alexandrini uti solent tunc vel formula ἔρχεσθαι ἐπί τινα, vid. Deut. xxviii. 15. vel verbo ἐπέρχεσθαι ut Judd. ix. 57. add. Act. viii. 24. Præterea imperativi ἐλθέτω et ἐπιστραφήτω, more Hebræorum, vim habent futurorum, quibus usus est Luc. x. 6. ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω] preces vestræ non erunt ratæ, bona, quæ iis apprecati estis, iis non contingent. Etiam hæc loquendi ratio Hebraica est, vid. Ies. lv. 7. Ps. xxxv. 13. — 14. Καὶ ὃς ἐὰν] id. qd. ἐὰν δέ τις· Hebræi quoque vocem אִישׁ אֲשֶׁר, quam Alexandrini reddunt ὃς ἐὰν, ita usurpant, ut sit *si quis*, v. Levit. xx. 15. ita et Marc. vi. 11. καὶ ὅσοι ἂν id. qd. ἐὰν δέ τινες: Si quem nacti sitis illiberalem neque doctrinæ vestræ cupidum. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν] *excutite pulverem, quo pedes vestri respersi sunt.* Verba κονιορτὸν τῶν π. ὑ. cohærent; v. Marc. vi. 11. respondent Hebr. עֲפַר רַגְלֵיכֶם. Lectio ἀπὸ τῶν ποδῶν, quæ in nonnull. libris deprehenditur, qua admissa verba ἀπὸ τ. π. ὑ. cohærent cum verbo ἐκτινάξατε, e Luc. ix. 5. in hunc locum irrepsit. Quod rem ipsam attinet, *Lightfootus* in Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. docuit: Judæos non modo gentiles ipsos, sed etiam pulverem agrorum ipsorum impurum, et eo respersos impuros putavisse, Apostoli igitur hac actione symbolica, excutiendo pulvere collecto, declarabant, urbem, domum illam, ejusque adeo incolas impuros et indignos esse Apostolorum consuetudine atque doctrina, quibuscum ergo nihil amplius commercii habere vellent, quos missos facerent, vid. Act. xiii. 51. xviii. 6. et *Wetstenius* ad h. l. — 15. ἀνεκτότερον ἔσται γῆ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων] *levius statuetur in Sodomitas et Gomorritas*, levioribus pœnis afficientur. Cujus rei ratio affertur xi. 23. quia nimirum ad eos non missi sunt voluntatis divinæ interpretes, quos repudiare potuissent. γῆ h. l. *urbs*, ut ii. 6. vid. *Albertius* ad h. l. Solet autem perquam frequenter in sacris literis Sodomitarum et Gomorritarum mentio fieri, cum de gravibus suppliciis sermo est, v. xi. 23. 2 Petr. ii. 6. Judæ v. 7. ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως] *tempore judicii extremi* vii. 22. Rom. ii. 5.

(16.) Jam hujus capitis initio observatum est, Matthæum Christi orationi, quam hoc ipsum caput continet, inseruisse nonnulla ab eo alio tempore dicta. Eo quoque per-

ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων· γίνεσθε
οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.
17 Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς
εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν
18 ὑμᾶς. Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν

tinent, quæ v. 16—23. leguntur. Nam cum Christus Apostolos prima vice emitteret, a Judæis non sunt traditi magistratibus; neque illæ Christi prædictiones, quas h.l. Matthæus commemoravit, in locis parallelis Luc. ix. 1 sqq. x. 1 ss. Marc. vi. 7 sqq. recurrunt. Videntur ergo hæc dicta esse serius, alio tempore et loco cf. Marc. xiii. 9. Matth. xxiv. 9. Luc. xxi. 12. xii. 11. vid. et not. ad Joh. xvi. 4. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς κ. τ. λ.] *ego vos tanquam lupos inter oves emitto.* ἐν μέσῳ λύκων pro εἰς μέσον v. *Glassius* Phil. S. p. 454. i. εἰς λύκους. Etenim μέσον, ut Lat. *medius*, sæpe redundat, et Alexandrini Hebr. בְּתוֹךְ simplicieter expresserunt præpos. εἰς Levit. xxvi. 25. Cum lupis comparantur Judæi, quatenus Apostolorum vitæ atque saluti insidiaturi essent. ὡς πρόβατα ad ornatum pertinet, ut imago omnibus numeris absoluta appareret. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις] *sitis prudentes ut serpentes.* Gen. iii. 1. legitur: ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος· in textu ibi extat voc. עָרוּם. Serpens Hebræis, fortasse ob illa ipsa verba, quæ Gen. l. c. leguntur, erat symbolum calliditatis, circumspectionis et prudentiæ, *Schir haschirim rabba* fol. xv. 3. Dixit R. Jehuda fil. R. Simon: Deus S. B. dixit de Israelitis: Erga me sunt integri sicuti columbæ; sed erga gentes astuti sunt, sicut serpentes. add. *Schotti* Adagg. S. p. 28. et *Dougtæi* Analecta p. 22 ss. Cum עָרוּם bono et malo sensu dicatur, additur: καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί] *et innocentes sicut columbæ.* Columbæ erant symbolum innocentiæ et simplicitatis, v. *Suiceri* Thes. Eccl. T. i. p. 154. T. ii. p. 685. ἀκέραιος] derivatur a κεραΐζειν i. *lædere, nocere;* Hesychius enim explicat πορθεῖν, φθείρειν, ἀναιρεῖν. Eustathius ad Il. ii. 855. ὅθεν ἀκέραιος λέγεται, ὡς μηδένα κεραΐζων, ὅ ἐστι βλάπτων h. e. uno verbo ἁπλοῦς, ut explicat schol. ad Eurip. Orest. 920. unde ἀπλούστατος, quod h. l. in cod. D. legitur, glossema est. Philo p. 1038. b. ed. Francof. Caii benevolentiæ fucata, dicitur χάρις οὐκ ἀκέραιος. Arrian. Epict. iii. 25. μεγαλοφυὴς, καὶ ἁπλοῦς καὶ ἀκέραιος, *magno ingenio vir, simplex et candidus.* Est ergo ἀκέραιος uno verbo Lat. *innocens*, quo indicatur is, qui nemini nocet, neminem lædit, atque adeo etiam est simplex, a fraude alienus; καθαρὸς, ἄκακος, ut explicat Hesych. cf. omnino *Bosius* de Etymol. Gr. p. 16. ad calcem exercitt. in N.T. *Albertius*, *Kypkius* et *Elsnerus* ad h.l. Cohortatur ergo Christus his verbis Apostolos, ut diligenter atque prudenter evitarent hominum insidias vitæque pericula, ut astuti essent atque prudentes, attamen neminem læderent, injuriarumque auctoribus non nocerent, neque iis vicissim molesti essent.

(17.) προσέχετε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων] h. e. in hæc orationis serie: *cavete homines, Judæos, lupis similes;* vid. vii. 15. εἰς συνέδρια] intelliguntur judicia minora in oppidis Judaicis, vid. not. ad v. 21, 22. cum autem per συναγωγὰς notentur loca, ædificia, in quibus Judæi precibus et lectioni librorum sacrorum vacabant, vid. ad iv. 23. consequitur per συνέδρια h. l. prop. significari loca judiciorum, loca, in quibus jus dicitur, sed tradere in judicia aliquem, est, tradere eum magistratibus, accusare apud judices, ut, caussa cognita, in eum statuant. μαστιγώσουσιν ὑμᾶς] *flagellis vos cædent.* Flagellandi pœnam in synagogis fuisse inflictam, patet etiam ex xxiii. 34. Act. xxii. 19. xxvi. 11. add. *Vitringa* de Synagoga vet. iii. 1. 11. et *Wetstenius* ad h. l.

(18.) ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς κ. τ. λ.] *ducent vos ad provinciarum præfectos et ad principes mea caussa,* propter religionis meæ professionem et propagationem. Voces ἡγεμὼν, ἡγεμονία et ἡγεμονεύειν adhibentur de omnibus, qui majori dignitate ac potestate præditi sunt, in civitate et regione aliqua. Sic reges Soph. Œd. Tyr. 102. Cæsares Joseph. Ant. xviii. 6. 9. vocantur ἡγεμόνες et Ant. xix. 1. dicuntur οἱ ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ γεγονότες· et verbum ἡγεμονεύειν de iis legitur B. I. ii. 18. Sed ἡγεμόνες dicebantur etiam provinciarum præsides ut h. l. Scilicet libera republica provinciæ erant vel *consulares*, in quas cum imperio quotannis mittebantur, qui consulatum Romæ gessissent, vel *prætoriæ*, in quas mittebantur, qui in urbe Prætores fuissent. Hi *proconsules* atque *proprætores* communem habebant jurisdictionem, ita, ut jus dicerent, judicia exercerent, et imperium, quod jure vitæ ac necis continebatur. Sed *proconsulibus* etiam rei militaris potestas erat commissa, ut exercitibus præessent, et bella gererent. Augustus vero divisit provincias in duo genera, in *Cæsareas* et *senatorias*. Et *propræ-*

ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. Ὅταν δὲ 19
παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθή-
σεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε. Οὐ γὰρ 20
ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν,
τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς 21
θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ

*tores* quidem, ἀντιστράτηγοι, qui et *legati Cæsaris, legati*, πρεσβευταὶ, appellabantur, præerant provinciis, quas Cæsares sibi reservaverant, auctore Augusto, ἐπαρχίαις Καίσαρος, erantque præditi imperio eodem, quo *proconsules* temporibus liberæ reipublicæ. Sed *proconsules*, ἀνθύπατοι, præerant provinciis populi, ἐπαρχίαις τοῦ δήμου, et potestatem habebant, potestati *proprætorum* veterum parem. In utriusque generis provincias mittebantur senatoriæ dignitatis viri. Ab his provinciarum præsidibus diversi erant *procuratores*, ἐπίτροποι, homines vel equestris dignitatis, vel libertinæ conditionis, qui reditus Cæsarum curabant in provinciis ita tamen, ut nonnulli eorum in minoribus provinciis imperio *proconsulari* præditi essent i. e. et judicia facerent, et jus vitæ ac necis in provinciales haberent. Atque sic intelligitur, quinam h. l. ἡγεμόνες nominentur, nempe *tria illa magistratuum provincialium genera*, et quare Pontius Pilatus Matth. xxvii. 2, 11, 14. xxviii. 14. Luc. xx. 20. et Felix atque Porcius Festus, Act. xxiii. 24, 33, sq. xxiv. 1, 10, 26, 30. qui proprie erant ἐπίτροποι (sic Pontius Pilatus a Phil. Legat. ad Cai. p. 1033. E. dicitur ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας, et *procurator* a Tacito Ann. xv. 44. vid. *Læmerus* ad Luc. iii. 1.) dici potuerint ἡγεμόνες· cf. *Krebsius* ad Matth. xxvii. 2. et *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 432. sqq. βασιλεῖς, vid. Act. xxvi. 1. xii. 1. xxvii. 1. sqq. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι] *ut coram ipsis* (nempe provinciarum præfectis atque principibus) *et gentilibus* i. *populo, de vestra religione dicatis, eamque defendatis*. εἰς μαρτύριον τινι h. l. *est, testimonium perhibere coram aliquo, ut* شهد cum dativo personæ est *testari coram aliquo* Sur. iv. 134. v. 11. vid. *Bolten.* ad h. l. add. xxiv. 14. Alii vertunt *contra eos*, ut αὐτοῖς sit id. qd. ἐπ' αὐτούς.

(19. 20.) Pro παραδιδῶσιν codd. nonnulli habent παραδώσουσι, quod e v. 17. irrepsit. μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε] *ne vos sollicitos habeat defensionis vestræ meditatio.* πῶς ad orationis formam, τί ad orationis argumentum pertinet, et μεριμνᾷν (vi. 25.) πῶς ἢ τί λαλήσητε est laboriose, ut oratores solent, præparare se ad defensionem, anxie meditari defensionem. Luc. xii. 12. μὴ μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε· xxi. 24. μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι· etiam Græci scriptores verbum μελετᾷν de oratoribus usurpare solent, v. *Wetstenius* ad Marc. xiii. 11. Valer. Fl. vii. 433. *nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo, quove tenus* etc. Confirmare igitur his verbis voluit Christus discipulorum suorum animos, ne timidi, perturbati, et anxii, coram judicibus apparerent. δοθήσεται] *suggeretur vobis vestra defensio.* δοῦναι, ut נתן, significat etiam *docere.* vid. ad v. 8. — 20. οὐ — ἀλλ'] *non tam — quam*, ita et Hebræi utuntur particula לא seq. כי ut 1 Sam. viii. 7. al. Sensus omnino est: Quæ didicistis, vobis, doctrinam meam defendentibus, juvante Deo, recte in mentem venient ac præsto erunt, et remoto omni metu ac hæsitatione, acriter vos impulsos sentietis ad illa, quibus inflammatus est animus vester, libere confidenterque edicenda. Tribuit Jesus religionis suæ defensionem Apostolorum spiritui sancto s. Dei, ab eoque deducit; nam omnia quæ faciunt ad promovendam amplificandamque religionem christianam, eamque spectant, in literis sacris N. T. Deo et πνεύματι Θεοῦ sive ἁγίῳ adscribuntur. Joh. xiv. 16.

(21.) Tanto religionis christianæ odio incensi flagrabunt Judæi, ut nec summæ necessitudinis, nec propinquitatis ullam rationem habituri sint. παραδώσει εἰς θάνατον] non, *necabit eum*; sed *necandum tradet* i. capitis eum accusabit. Nam omnis orationis series docet, esse h. l. de persecutione et testimonio forensi, atque de supplicio ex sententia judicis inflicto, sermonem. Præcessit enim v. 17. παραδώσουσι ὑμᾶς εἰς συνέδρια· v. 18. ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε· add. v. 19. Sic quoque Act. viii. 3. παραδιδόναι τινὰ εἰς φυλακὴν est, aliquem in vincula conjiciendum tradere, et Ies. xxxiv. 2. παραδιδόναι τινὰ εἰς σφαγὴν, נתן לַטֶּבַח aliquem interfici jubere. καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς] *assurgent liberi contra parentes*, nempe testes assurgent in judicio; ut h. l. ita et xii. 41. respicitur mos judicialis, quo testes sedibus assurgebant, ut testimonium perhiberent, coram judice. Hist. Susann. v. 61. καὶ ἀνέστησαν ἐπὶ τοὺς δύο πρεσβύτας. Sic recte verba nostra interpretati sunt *Wakefieldius* in Silua Crit. P. 2. p. 24. *Boltenius* et *Paulus*

22 γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι
ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος,
23 οὗτος σωθήσεται. Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει
ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν †ἄλλην· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, οὐ
μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ

23. †ἑτέραν· κἂν ἐκ ταύτης διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τήν.

ad h. l. Alii, veluti *Kypkius*, *Læsnerus*, *Münthius*, *Wetstenius*, verbo ἐπαναστήσονται notionem oppugnandi, hostiliter aggrediendi, substituunt, non addicente orationis serie. καὶ θανατώσουσιν αὐτοὺς] *eosque morti tradent*, i. sua opera efficient, ut morti addicantur, testimoniis perhibendis contra eos.

(22.) ἔσεσθε μισούμενοι] pro μισηθήσεσθε, ut vii. 29. ἦν διδάσκων· vocem ὑπὸ πάντων non nimis esse premendam, sed significare, ab hominibus plerisque, in promptu est. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται] locutio proverbialis, cujus sensus h. l. est: qui vero constantem se præstiterit, qui pertulerit constanter, odia, persecutiones, calamitates, usque ad vitæ finem, felix erit, præmiis ornabitur perpetuis. εἰς τέλος est *ad finem*, *exitum*, etiam *usque ad mortem*, vid. xxiv. 15. Joh. xiii. 1. *Dorvillius* ad Charit. p. 458. Alii verba nostra interpretantur: si constanter, usque ad vitæ finem, doctrinam meam propagatis, quamvis vos odio persequantur homines, tamen felici successu eam propagabitis. Alii, de interitu urbis et reipublicæ Judæorum cogitantes, hunc verbis Christi substituunt sensum: qui in tradenda mea Judæis doctrina constanter perseveraverit, usque ad excidium urbis, is tum in mediis procellis ac tempestatibus servabitur. Sed loquitur Jesus h. l. de fatis Apostolorum post suum in vitam reditum, neque tunc Judæis tantum, verum etiam gentilibus doctrinam Christi tradebant. Confirmant præterea etiam explicationem nostram supra propositam v. 28, 39. xxiv. 15. locus Lucæ xxi. 19. ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· et quæ præcesserunt v. 21. καὶ θανατώσουσιν αὐτούς· v. 21. παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον· xxiv. 9. καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς.

(23.) Respicitur v. 15. ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς κ. τ. λ.] *si vos persequentur in hoc illove oppido, fugite in aliud.* Pro ἐν τῇ πόλει ταύτῃ in codd. quibusdam legitur ἐκ τῆς πόλεως ταύτης· quæ lectio profecta est ab iis, qui verbum διώκειν explicarent ἐκβάλλειν, *exigere*, ut accuratius responderet verbo φεύγετε· sed διώκειν h. l. omnino est: *vexare, persequi, injuriam inferre alicui.* Pro εἰς τὴν ἄλλην in aliis libris legitur εἰς τὴν ἑτέραν· κἂν ἐκ ταύτης διώκουσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· ita et Origen. T. i. p. 380. alii, et patrr. nonnulli: εἰς τὴν ἄλλην· κἂν ἐκ ταύτης ἐκδιώξουσιν (al. διώκωσιν) ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. Origenes alibi: εἰς τὴν ἑτέραν· κἂν ἐν τῇ ἑτέρᾳ διώκωσιν, πάλιν φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Cod. Bezæ: εἰς τὴν ἄλλην· ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκουσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. *Griesbachius* in ordinem recepit: φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν· κἂν ἐκ ταύτης διώκωσιν ὑμᾶς, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· et arbitratur, facili librariorum saltu, a priore φεύγετε εἰς τὴν ad posterius φεύγετε εἰς τὴν verba negligi potuisse. Equidem in lectione vulgari ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην acquiesco; verba κἂν ἐκ ταύτης κ. τ. λ. additamentum Grammaticorum esse videntur, ortum fortassis ex xxiii. 34. καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν· ipsa incerta sedes verborum ἄλλην et ἑτέραν in codd. hanc enuntiationem κἂν ἐκ ταύτης κ. τ. λ. suspectam reddit. οὐ μὴ τελέσητε κ. τ. λ.] *priusquam obieritis, peragraveritis oppida Judæorum, ad vos redibo.* Cum de itinere sermo sit, ut verba, quæ præcesserunt, satis evidenter docent, τελεῖν, *perficere*, τὰς πόλεις, concise dictum est, pro τελεῖν ὁδὸν διὰ τὰς πόλεις. Sic Pindar. Olymp. ii. 4. ἐτέλεσαν Διὸς ὁδόν· ubi schol. ἐτελείωσαν, ἤνυσαν, ἐπορεύθησαν. Ita quoque verba ἀνύειν et διανύειν, quæ cum verbo τελεῖν communem significatum habent, usurpari solent Joseph. B. I. vii. 5. 3. Τίτος τὴν προκειμένην ποιούμενος πορείαν, καὶ τὴν ἔρημον ᾗ τάχιστα διανύσας. Hesiod. Ἔργ. 633. ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε πολὺν διὰ πόντον ἀνύσας· Polyb. p. 330. *Gron.* διανύσας τὴν τῶν Ἰσόμβρων καλουμένην χώραν, pro ὁδὸν διὰ τῶν Ἰσ. καλ. χώραν. Id. p. 437. ἀνύσας τοὺς προειρημένους τόπους vid. *Wolfius* in Curis, *Raphelius*, *Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. Cæterum Vulgatus interpres haud inepte vertit: *non consummabitis urbes Israëlis.* Nam eodem fere sensu verbo *consummare* usus est Florus i. 18. 1. *consummare Italiam* i. omnes Italiæ urbes, regiones, victricibus armis obire, et in unam ditionem redigere. Et verbo *explere* Tibull. i. 4. 63. *Et ter centenas erroribus expleat urbes.* vid. *Vulpius* ad Tibull. l.l. *Duckerus* ad Flor. l.l. Verba ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου] plures intelligunt de excidio urbis et civitatis Judæorum, vid. Matth. xxiv. 3. sqq. eorumque sensum ita constituunt; urbs Judæorum evertetur prius, quam vos oppida eorum obieritis. *Süskindius* in *Magazin für christl. Dogmatik und Moral* St. 10. p. 183. qui verba Christi ad eam ætatem refert, quæ Christi in cœlos

ἀνθρώπου. Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ 24
δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα 25
γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος
αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ

25. ∾ ἐπεκάλεσαν.

abitum secutura esset, ea ita explanat: nolite animum abjicere; si vos in hac vel illa urbe Palæstinæ vexaverint, in aliam fugite; nunquam ejusmodi urbes vobis deficient, quarum civibus doctrinam Evangelii, ab aliis repudiatam, tradatis; neque eo temporis spatio, quod ad excidium usque Hierosolymorum elabetur, negotium perficietis, omnibus Palæstinæ oppidis regnum divinum nuntiandi. Observat V. D. l. l. verbis ita intellectis, non repugnare locum Matth. xxiv. 14. cum propagatio doctrinæ christianæ, quæ, teste historia, ante eversionem Hierosolymorum, apud *exteros* facta est, non tollat, quod Christus nuntiasse existimatur, Apostolos illo temporis spatio non omnes Palæstinæ urbes adituros esse. Contra vero, *Schottus* in Commentario in eos J. C. sermones, qui de reditu ejus ad judicium futuro etc. agunt (Jenæ 1820.) p. 221. recte monuit, effatum Christi ita explicatum, neutiquam fuisse satis aptum animis Apostolorum *solatio erigendis*, et paucos tantum ex Apostolis ætatem illius excidii vivendo attigisse. Ex *Schotti* sententia, Christus verbis ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν κ. τ. λ. annectit vaticinium, quod verba priora, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην, veluti sponte adducebant, hos evangelii sui præcones satis mature (ante eversionem Hierosolymorum) fines angustos Palæstinæ, Deo volente, transituros esse, *gentibusque exteris* doctrinam de regno divino, quam Judæi multi repudiassent, tradituros. Verba v. 23. V. D. ita interpretatur: credite mihi, evangelium longe lateque propagandum est; immo priusquam efficaciam meam invisibilem singulari evento declaraverim (civitate Judaica evertenda), volente Deo, doctrinam de regno divino aliis urbibus extra Judæam sitis, tradituri estis. Alii, verbis hunc subjiciunt sensum: in vitam ego prius redibo, quam vos etc. Joh. xiv. 18. Ego vero cum *Beza*, *Boltenio*, aliis, arbitror, Christum his verbis (mea sententia, iter ab Apostolis tunc temporis suscipiendum spectantibus vid. not. ad v. 16.) nonnisi hoc significare voluisse, se rursus Apostolis affuturum, priusquam totam regionem peragrassent coll. Luc. x. 17. atque hæc verba eum adjecisse, ne animum desponderent. Hæc interpretandi ratio, quam præivit Theophylactus, mihi simplicissima et verissima videtur. ἔρχεσθαι est id. qd. ἐπανέρχεσθαι, ut Marc. ix. 14. Joh. xiv. 18.

(24. 25.) οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον κ. τ. λ.] Locutio proverbialis, vid. Luc. vi. 40. cujus sensus h. l. est: discipulus neque potest, neque debet meliorem exspectare sortem, quam magister, vid. Joh. xv. 20. xiii. 16. ubi pro ὑπὲρ legitur μείζων· add. *Schættgenius* in Hor. Hebrr. ad h. l. *Schottus* in Adagg. N. T. p. 30. *Vorstius* de Adagg. N. T. c. 9. — (25.) ἀρκετὸν (ἐστὶ) τῷ μαθητῇ κ. τ. λ.] discipulus contentus esse debet eadem sorte, qua magister utitur. Voces γίνεταί μοι et γίνομαι sunt idem valentes, *mihi aliquid evenit*, et hæc loquendi ratio Hebraica est, v. Exod. xxxii. 1. 2 Sam. xviii. 32. Act. xii. 18. οἰκοδεσπότης, *dominus familiæ*, *paterfamilias*, vocatur Christus, quatenus est dux et princeps familiæ h. e. eorum, qui ipsius doctrinam sequuntur, vid. Luc. xiii. 25. hinc οἰκιακοί, אַנְשֵׁי בֵיתוֹ, Mich. vii. 6. sunt h. l. Christi sectatores, discipuli. Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν] vid. ix. 34. coll. xii. 24. Per Βεελζεβοὺλ intelligendum esse geniorum malorum principem, extra omnem dubitationem positum est, nam Luc. xi. 15. additum legitur: ἄρχοντι τῶν δαιμονίων· et alias v. c. Joh. xii. 31. vocatur ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου. Sed quonam sensu, et quare ita a Judæis nominatus sit, hujus rei non certa ratio constat. Alii nimirum, præeunte Hieronymo, existimarunt veram lectionem esse Βεελζεβούβ, quod erat nomen numinis Ecronitarum (בַּעַל זְבוּב) 2 Regg. i. 2. et proprie notat *dominum muscarum*, quoniam credebant, illud idolum a regione sua muscas arcere. Judæos hinc per contemptum ita nominasse geniorum malorum principem. Sed hoc ipsum a Judæis factum esse, demonstrari non potest, et hoc ipsum cognomentum, non ignominiam atque contemptum, sed laudem et honorem exprimeret. Quare alii legendum esse præceperunt, βεελζεβοὺλ h. e. *dominus stercoris* (זֶבֶל *stercus*, *fimus*, Syr. ܙܒܠ *stercoravit*, et ܙܒܠܐ *stercus*) et ita Judæos Satanan, utpote auctorem et promotorem idololatriæ nominasse, cum et ipsa idololatria iis diceretur *sordes*, *stercus*, ad indicandam rei turpitudinem, vid. *Lightfootus* Hor. Hebrr. et Talm. ad Matth. xii. 24. qui hanc in rem laudavit locum Hieros. Beracoth. fol. 12. 2. אפילו אותם שפשטו ידיהם בזבול, *etiam illis, qui manus suas extenderunt in stercorario* (i. idoleo l. idololatria), *est spes. Illos adducere*

26 μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς·
οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ
27 κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται. Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ,
εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ
28 τῶν δωμάτων. Καὶ μὴ ¹φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ‖ἀποκτεινόντων
τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε
δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν

28. ∾ φοβεῖσθε. ‖ ∾ ἀποκτεννόντων.

(in ecclesiam), *quia manus suas expanderunt* מזבל *in stercorario, non potes: atqui eos rejicere non potes, quia egerunt pœnitentiam.* add. *Buxtorf.* Lexic. Talmud. sub v. זָבַל. Atque hæc explicandi ratio maxime probabilis videtur. *Gussetus* in Lexico. p. 223. explicat בְּעַל זבול *dominus habitationis, domicilii,* et hanc interpretationem ait accommodatam esse locis Evangeliorum, in quibus de domiciliis dæmoniorum distribuendis, vel ut ibi maneant, vel alio migrent, sermo sit. Placuit hæc interpretatio etiam *Paulo,* qui ad h. l. animadvertit, præclaram sic existere oppositionem, cum Christus dicatur οἰκοδεσπότης, paterfamilias, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· princeps vero geniorum malorum, paterfamilias ἐν ταῖς πύλαις τοῦ ᾅδου. *Storrius* denique, in Diss. de sensu historico p. 38. et *Dœderleinius* in Institut. Theol. Christ. T. i. L. 1. c. 2. §. 140. comparant Chald. et Syr. בעל דבבא, quod *dominum inimicitiæ* (ܕܒܒܐ *odium, inimicitia*), *hostem,* σατανᾶν, διάβολον significat. Pro ἐκάλεσαν in libris pluribus legitur ἐπεκάλεσαν, quæ vera lectio videtur, cum librarii verba composita centies mutarint in simplicia, unde et recte *Griesbachius* ἐπεκάλεσαν in ordinem recepit.

(26.) cf. Luc. xii. 2, sqq. viii. 17. οὖν] modo transitum parat. Verbis, quæ h. l. et v. seq. leguntur, confirmare voluit Christus discipulorum suorum animos, eosque excitare, ut sine trepidatione doctrinam, ab ipso acceptam, ulterius propagarent. Quare, *nihil,* inquit, *tectum est, quod non tandem retegatur, nihil occultum, quod non tandem reperiatur.* Quibus quidem verbis, quæ in proverbium abierant, significatur hoc: veritas non potest opprimi, illa tandem extat atque apparet, agnoscetur tandem doctrinæ meæ veritas atque præstantia. Etiam verba v. 27. proverbium redolent. v. *Schotti* Adagg. N. T. p. 31. ἐν τῇ σκοτίᾳ] *clam,* ἐν τῷ φωτὶ] *palam;* quæ vos privatim docui, ea docete palam. Formula εἰς τὸ οὖς ἀκούειν, quæ idem valet ac ἐν τῇ σκοτίᾳ, *audire, accipere ab aliquo privatim,* hebraica est, v. Exod. xi. 2. Apud Alexandrinos ibi legitur: λάλησον οὖν κρυφῇ εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ· ubi κρυφῇ interpretatio verborum εἰς τὰ ὦτα ab alio interprete adscripta esse videtur. κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων] *in tectis docete.* δῶμα, *ædificium,* in vers. Alexandrina respondet Hebr. גַּג, *tectum,* quo sensu et h. l. capiendum est, v. *Schleusneri* Lex. h. v. erant autem et etiamnunc sunt tecta in Orientis regionibus non acuminata, sed plana et lorica cincta, ut adeo ibi versari homines possint. v. Deut. xxii. 8. 2 Sam. xi. 2. Matth. xxiv. 17. Marc. xiii. 15. Act. x. 9. *Faber Archäologie d. Hebräer,* p. 418, sq. Jam quod in tectis fiebat, id fiebat publice, unde et 2 Sam. xvi. 22. ἐπὶ τὸ δῶμα, et κατ' ὀφθαλμοὺς παντὸς Ἰσραὴλ conjunguntur. Itaque κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων est, *docete, tradite palam.* Neque adeo necessaria est interpretatio vocis hujus, quam attulit ad h. l. *Boltenius,* qui ἐπὶ δωμάτων vertit: *in collibus,* cum in versione Alex. per δῶμα etiam exprimatur גבעה, ut 2 Chron. xxviii. 4.

(28.) v. Luc. xii. 4. et cap. hujus argum. Similis locus Sapient. xvi. 13, sq. σὺ γὰρ (κύριος) ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχεις, καὶ κατάγεις εἰς πύλας ᾅδου, καὶ ἀνάγεις· ἄνθρωπος δὲ ἀποκτείνει μὲν τῇ κακίᾳ αὐτοῦ· ἐξελθὸν δὲ πνεῦμα οὐκ ἀναστρέφει, οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴν παραληφθεῖσαν· *tu Deus, vitæ et necis summam potestatem habes: tu ad inferos ducis et reducis. Homo quidem improbitate sua actus interficit, sed corpus tantum, nam egressum e corpore animum evertere non potest, neque dissolvere spiritum a te receptum.* Pro φοβηθῆτε plurimi ac præstantissimi codd. legunt φοβεῖσθε· altera lectio φοβηθῆτε, ex posteriori commatis hemistichio, vel e v. 26. irrepsisse videtur. Sed ipsa constructio μὴ φοβ. ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων] Hebraica est. Hebræi enim verbum יָרֵא non tantum construere solent cum particula את, sed etiam cum מִן et מִפְּנֵי v. Deut. i. 29. Ps. iii. 7. xxi. 1. et Alexandrini ירא cum מ reddiderunt accusativo Levit. xxv. 17. τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι] *animum vero perdere non possunt.* ἀποκτείνειν, ut Hebr. הרג, non tantum significat, *occidere, corpus exanimare;* sed etiam *perdere, delere,* ut Ps. lxxviii. 47.

γεέννῃ. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν 29
ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν;
Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι 30
εἰσί. Μὴ οὖν φοβηθῆτε· πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. 31
Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, 32
ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν

τὸν δυνάμενον, *qui potestate præditus est:* ἐξουσίαν ἔχοντα, Luc. xii. 5. *καὶ — καὶ, et — et, tam — quam* גם — גם, 1 Sam. xvii. 36. LXX. *καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι, qui perdere, miserum reddere potest, et corpus et animum,* qui hominem pœnis atque suppliciis afficere potest, ἐν γεέννῃ. vid. ad v. 22. Inest omnino verbis sententia hæc: Deo potius, quam hominibus obsequi debetis, omni metu deposito doctrinam divinam profitemini.

(29.) Vos sub tutela Dei delitescitis. στρουθία] auctore Moschopulo, *πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων, omnis generis aviculas minores,* significat, add. Phavorin. h. v. In versione Alexandrina στρουθίον respondet vocabulo צִפּוֹר *avis, avicula,* Ps. lxxxiv. 4. civ. 17. quibus in locis Aquila habet ὄρνεον et ὄρνεα. Vulgatus autem interpres צִפּוֹר et στρουθίον h. l. atque Levit. xiv. 4. reddidit *passerculus,* add. Festus s. v. *strutheum;* hinc plures interpp. h. l. de passerculis cogitant, neque tamen attributum ἀσσαρίου πωλεῖται impedit, quo minus de aviculis minoris pretii quibusvis cogitare possimus. ἀσσάριον autem est vox origine Latina, descendens ab *as, assis,* recepta a Græcis (sic ἡμιασσάριον extat apud Polyb. ii. 15. v. *Raphelius* ad h. l.), atque Hebræis Christi ætate valebat decimam partem drachmæ, *einen Kreuzer,* v. *Buxtorfii* Lex. Talm. v. אִיסָר et *Schleusneri* Lex. h. v. Judæi autem voce אִיסָר utebantur, ad indicandum quodvis vilissimum pretium, v. *Lightfootus* et *Schættgenius* in Horis Hebr. ad h. l. et cum interrogatio h. l. proposita indicet, rem esse certissimam; sensus verborum οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; *nonne duæ aviculæ assario vendibiles sunt?* est: *duæ aviculæ nullius fere pretii sunt.* ἓν ἐξ αὐτῶν κ. τ. λ.] *earum nulla, nolente Deo, interit.* Tract. Schebhiith fol. 38. col. 4. *avicula sine voluntate Dei haud perit, quanto minus homo.* Eadem sententia legitur in *Bereschit Rabba* fol. 71. col. 4. ἓν οὐ] pro οὐδὲν, vid. v. 18. πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν] *in terram decidere, interire potest.* πίπτειν respondet apud τοὺς ό. Hebr. גוע Job. xiv. 10. et נבל Ps. lxxxi. 7. Jer. viii. 12. Ez. xxvii. 27. atque sæpius notat *mori, perire, interire,* ita ut sit id. qd. ἀπόλλυσθαι. v. *Vorstius* de Adagg. N. T. c. 6. Addita verba ἐπὶ τὴν γῆν in nonnull. libris desunt. Origenes sibi non constat; habet πεσεῖται simpliciter, et πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν s. εἰς τὴν γῆν s. ἐπὶ τῆς γῆς (ut Amos. iii. 5. legitur: εἰ πεσεῖται ὄρνεον ἐπὶ τῆς γῆς ἄνευ ἰξευτοῦ, εἰ σπασθήσεται παγὶς ἐπὶ τῆς γῆς) et πεσεῖται εἰς τὴν παγίδα (sic et Chrysost. atque Juvencus, quod manifesto interpretamentum est). Valde igitur suspecta hæc verba ἐπὶ τὴν γῆν, quæ commode abesse possunt, jure meritoque visa sunt *Griesbachio* in Comment. Crit. ad h. l.

(30. 31.) τρίχες τῆς κεφαλῆς] capillos nominare solent Hebræi ad significandam rem minimam, et ad exprimendam sententiam: ne minima quidem injuria, calamitate, aliquem affectum iri, utuntur formula: *ne pilus quidem peribit.* v. 1 Sam. xiv. 45. 1 Regg. i. 51. Act. xxvii. 34. ἠριθμημέναι εἰσὶ] ad Deum referendum est, et significatur accurata cognitio, sicuti et verba ראה atque ספר inter se permutantur, ut Job. xxxi. 4. præterea ex antecedentibus h. l. subintelligi debet: ὥστε μίαν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖσθαι ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν· atque adeo sensus hujus proverbialis locutionis est: nolente Deo, nulla, ne levissima quidem calamitate affici poteritis. — (31.) πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς] Pro πολλῶν in quibusdam codd. legitur πολλῷ, *multo* passeribus præstantiores estis; et ita conjecit *Marklandus* ad Lysian p. 857. T. i. *Reisk.* sed verba sic distrahi non solent, et voce πολλῶν aperte respicitur ad verba ἐξ αὐτῶν atque δύο. Mens autem Christi hæc verba, quæ etiam in proverbium tunc abiisse videntur, proferentis, hæc erat: Si Deus avicularum, nullius fere pretii, adeo providam curam habet, ut ne una quidem sine ejus numine possit perire, quanto magis cujusque vestrum curam habeat, necesse est, cum vos multis aviculis præstetis.

(32. 33.) ὁμολογεῖν, quod alias cum Accusativo construi solet, ut Act. xxiii. 8. xxiv. 14., construitur h. l. ut Luc. xii. 8. Rom. x. 9. cum præpositione ἐν, quoniam Hebræi verbum הוֹדָה sequi jubent mox partic. אֶת 1 Regg. viii. 33. mox ב Job. xl. 14. mox על Neh. i. 6. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 662. et *Gatackerus* de stilo N. T. c. 18. p. 183. sed ὁμολογεῖν ἐν ἐμοὶ s. ἐμὲ est, *constanter profiteri, ostendere, declarare hominibus te esse meum sectatorem;* atque adeo ἀρνεῖσθαι με s.

33 οὐρανοῖς. Ὅστις δ᾽ ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀν-
θρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου
34 τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην
ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν.
35 Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ
θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς
36 πενθερᾶς αὐτῆς. Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ
37 αὐτοῦ. Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι
μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι

τὸν Χριστὸν, *negare, te esse meum sectatorem, me esse tuum magistrum.* Hæc verba proprie capienda sunt; alio vero sensu accipi debent verba, quæ sequuntur: ὁμολογήσω, ἀρνήσομαι αὐτόν. In his verbis adjunctum factum spectatur, et antecedens ponitur pro consequente. Christus profitetur aliquem esse e numero sectatorum suorum, eum pro suo agnoscit, i. e. amat eum, amorem suum præmiis ac beneficiis declarat. Ergo oppositum, negabit Christus te esse ipsius discipulum, erit, non pro suo te agnoscet, nullis te ornabit præmiis, pœnam lues. Additur ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς] pro quo Luc. xii. 8. legitur, ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ· et Luc. ix. 26. loco simili: ὅταν ἔλθῃ (ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου) ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· sermo igitur est de judicio futuro, atque adeo omnino loci sensus hic: Qui me meamque doctrinam constanter profitetur, præmiis amplissimis olim ornabitur; qui vero vitæ periculis deterreri et avocari se sinit a meæ doctrinæ professione ac propagatione, hujus levitatis, inconstantiæ atque ignaviæ suæ pœnas aliquando luet.

(34—36.) Oratio affectus plena, neque adeo singula verba nimis premenda. Nolite mirari, quod vobis persecutiones et calamitates prædixerim; equidem non in has terras veni, ut pacis concordiæque, sed discordiæ et inimicitiæ auctor existerem. Eandem fere sententiam Simeon apud Lucam ii. 33. verbis expressit his: Messias erit auctor felicitatis et infelicitatis multorum Israëlitarum. Multi Judæorum eum Messiam agnoscent, doctrinam ipsius probabunt, et hoc modo suam felicitatem promovebunt; multi vero etiam eum repudiabunt, et ita sibi miseriam contrahent. βάλλειν εἰρήνην] idem quod ἐξαποστέλλειν (Amos. viii. 11. Ez. xiv. 14. LXX.); ποιεῖν, δοῦναι, quo posteriori verbo usus est Lucas xii. 51. loco parallelo. Sic Hebr. נתן pro *immittere*, LXX. Ps. xxxix. 4. Ies. xxxvii. 7. expresserunt verbo ἐμβάλλειν, quo Num. xxii. 38. reddiderunt Hebr. שׂוּם et Job. xviii. 8. שִׁלַּח. Sir. xxx. 27. ἔμβαλε αὐτὸν εἰς ἐργασίαν, *impone ei labores.* Itaque βάλλειν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς est, *homines jubere esse concordes, auctorem concordiæ esse.* μάχαιρα] cum referatur ad εἰρήνην, cum Hebræorum חרב etiam opponi soleat τῷ שָׁלוֹם, et LXX. חרב Levit. xxvi. 3. expresserint πόλεμος, quo significatu illud voc. etiam in lingua Arabum occurrit, vid. *Boltenius* ad h. l. ut ῥομφαία pro *bello* legitur 1 Macc. ix. 73. cum denique Lucas l. l. pro μάχαιρα adhibuerit vocabulum διαμερισμὸς, *discordia*: planissime intelligitur, μάχαιραν h. l. significare *bellum, discordiam, inimicitiam.* vid. et *Glassius* Phil. S. p. 887. Suam ergo doctrinam ejusque professionem, in tanta Judæorum plerorumque pertinacia et contumacia hunc ait Christus eventum habituram esse, ut inimicitiæ atque discordiæ existant. Hæc vero ipsa sententia uberius explicatur verbis sequentibus—(35.) διχάζειν, prop. *in duas partes dividere*, h. l. *auctorem dissentionis et discordiæ esse*, respondet Hebr. פלג; quo verbo Syrus interpres h. l. usus est, quod οἱ ὁ'. Gen. x. 25. 1 Par. i. 19. et Luc. l. l. per διαμερίζειν expresserunt; etiam in scriptis Talmudicis פְּלִיג adhibetur de iis, qui inter se dissentiunt. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. et *Fischerus* de vit. Lexx. N. T. p. 334 sq. ἄνθρωπος] cum referatur ad πατέρα, notat *filium.* Sic quoque איש et אדם legitur pro בן, Deut. xxii. 30. Prov. xv. 20. νύμφη, cum ei *socrus*, πενθερὰ] opponatur, est *nurus* ut כַּלָּה 1 Sam. iv. 19. Mich. vii. 6. sed ἄνθρωπος v. 36. est *paterfamilias*, id. qd. οἰκοδεσπότης, ut איש Mich. l. l. nam commemorantur οἰκιακοὶ, *domestici*, coll. v. 25.

(37. 38.) ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ] *qui parentes pluris facit, quam me,* meamque doctrinam, qui auctoritati et jussis parentum, a mea sequela eum abducere volentibus, potius paret. φιλῶν ὑπὲρ ἐμὲ constructio Hebraica est. Hebræi enim comparativum exprimere solent particulis על Gen. xlviii. 22. et מ Judd. ii. 19. quibus in locis Alexandrini utuntur præpositione ὑπὲρ.

μου ἄξιος. Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ 38
ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Ὁ εὑρὼν τὴν 39
ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν
αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ 40
δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.
Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου 41
λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου, μισθὸν

nonnunquam παρὰ Gen. xxxvii. 3. interdum etiam, neglecto Hebraismo, μᾶλλον ἤ, ut Gen. xxix. 30. οὐκ ἔστι μου ἄξιος] *non est dignus nomine mei discipuli*, non potest esse meus discipulus, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. Luc. xiv. 26. coll. Matth. xix. 29. viii. 22. — (38.) ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ] cf. xvi. 24. Luc. xiv. 27. e quibus locis patet, Jesum hæc alio tempore dixisse, sicuti quod verba v. 39. attinet, hoc idem docet locus Lucæ xvii. 33. Pro λαμβάνειν Matth. xvi. 24. Marc. xv. 21. legitur αἴρειν τὸν σταυρόν Luc. xiv. 27. βαστάζειν. Significant autem hæ formulæ proprie, *patibulum imponi sibi sinere, illudque gestare*. Jam crux, supplicium Judæis, libera republica inusitatum, etiam apud ipsos Romanos crudelissimum supplicii genus erat, quo servi tantum nequissimi, aliique homines insigniter scelerati afficiebantur. Ii præterea, qui cruci affigebantur, eam per urbis plateas ferre cogebantur ad locum supplicii, vid. *Casaubonus* Exercitt. Antibaronn. 16. s. 77. p. 437 sqq. *Lipsius* de cruce ii. 5. eoque ipso declarabant, se paratos esse subire et pati supplicium crudelissimum atque miserrimum. Hinc λαμβάνειν τὸν σταυρὸν h. l. est: promptum esse atque paratum ad subeundum summum et dirissimum supplicium, ad perferenda etiam omnia vitæ atque salutis pericula, v. *Fischerus* de vit. Lexx. N. T. p. 372 ss. et hunc sensum h. l. ipsa orationis series, coll. v. 39. flagitat. Mens ergo atque sententia Christi hæc est: Qui velit meus discipulus esse, is meum exemplum sequi, et paratus esse debet subire pericula quævis, calamitates quasvis, quin et ipsam mortem acerbissimam.

(39.) ὁ εὑρὼν] positum est pro ὁ θέλων εὑρεῖν vid. ad iii. 14. sed εὑρίσκειν idem valet quod σώζειν, nam loco parallelo Marc. viii. 35. legitur ὁ θέλων σώζειν et Luc. xvii. 33. ζητεῖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι add. Matth. xvi. 25. cf. et LXX. Jer. xxxviii. 2. xxxix. 18. et *Keuchenius* ad h. l. Vocabulum ψυχὴ duplici sensu h. l. legitur, quem loquendi usum pluribus exemplis comprobavit *Glassius* Phil. S. p. 1377. ed. *Dathii*. Scilicet ψυχὴ, ut Hebr. נפש Amos. ii. 14. inter alia notat *vitam*, ut vi. 25. xvi. 25. Joh. x. 11. qua notione etiam apud scriptores exteros sæpius recurrit Xen. Cyr. vi. 4. 3. Mem. iii. 12. 2. Isocrat. Panegyr. c. 24. Lycurg. c. Leocr. p. 211. *Tayl.* Horat. Carm. i. 12. *animæ prodigus.* v. *Raphelius* ad h. l. *Marklandus* ad Lysian. p. 546. *Albertius* ad Matth. vi. 27. *Trillerus* Obss. Crit. p. 351. et hunc significatum obtinet in formulis ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, *qui servare vitam, consulere vitæ suæ studet* et ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Sed *vita* Hebræis est imago felicitatis, et hoc sensu ψυχὴ in verbis ἀπολέσει αὐτὴν scl. ψυχὴν et εὑρήσει αὐτὴν capiendum est, ut xvi. 25. intelligitur autem felicitas in altera vita exspectanda, piis atque constantibus Christi cultoribus destinata, coll. Joh. xii. 25. Sensus: Qui vitam suam servare voluerit, et a mea disciplina, doctrinæque meæ professione desciverit, is saluti suæ non prospicit, non perfruetur felicitate cultoribus meis probis destinata; qui vero vitam suam neglexerit, et constanter doctrinæ meæ adhæserit, is ornabitur felicitate maxima.

(40. 41.) cf. v. 12 sqq. Joh. xiii. 20. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται] qui vos hospitio excipit, ita ut doctrinam meam audiat et probet, (nam v. 14. copulantur δέχεσθαι et ἀκούειν τοὺς λόγους) me excepisse censebitur, et præmiis ornabitur, coll. v. 41. τὸν ἀποστείλαντά με periphrasis Dei, coll. Joh. xvii. 18. Consolari his verbis voluit Christus discipulos suos, ostendens, non defuturos, qui ipsos sint recepturi, beneficiis ornaturi, doctrinamque ipsorum probaturi. — (41.) Quid per προφήτην] intelligendum sit, docet v. 42. Indicat nimirum hoc nomen *voluntatis divinæ interpretem*, quales erant Apostoli, ut נביא legitur Exod. vii. 1. add. Matth. xiii. 57. coll. not. ad vii. 15. εἰς ὄνομα προφήτου] pro ᾗ προφήτην, *qua, quatenus* (v. *Glassius* Phil. S. p. 444.) *est religionis meæ doctor*, cui utpote tali favet, cujus λόγους ἀκούει, coll. v. 14. εἰς ὄνομα positum est ex imitatione Hebræorum, qui ita utuntur voce לשם. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 740. μισθὸν προφήτου λήψεται] *ornamenta, præmia accipiet legati divini* i. e. amplissima, maxima. Idem sensus inest verbis quæ sequuntur: ὁ δεχόμενος δίκαιον κ. τ. λ.] qui disciplinæ meæ sectatorem

42 δικαίου λήψεται. Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον, εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

## ΚΕΦ. ια'.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν, τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν.

2 Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ

hoc nomine dignum utpote talem excipit, largissima præmia capiet. δίκαιος h. l., ut contextus docet, notat disciplinæ christianæ alumnum; etiam δικαιοσύνη de religione christiana occurrebat supra v. 6,

(42.) Repetit sententiam v. 40, 41. propositam. ἕνα τῶν μικρῶν τούτων] positum esse pro ἕνα τῶν μαθητῶν τ. *unum discipulorum meorum*, in promptu est, nam sequitur εἰς ὄνομα μαθητοῦ· sed quæritur, quare discipuli h. l. dicantur μικροί; Alii arbitrati sunt eos ita dictos esse propter modestiæ studium, alii quoniam neque auctoritate neque dignitate florebant, sed comtemnebantur a Judæis. Neutra ratio placet, vid. not. ad xviii. 6. Rectius monuit Boltenius ad h. l. קטן Ar. قطين, notare *parvum*, et *ministrum*, *sectatorem, discipulum*. Opponitur קטן τῷ רב quod *magnum*, etiam *magistrum*, notat. Præterea etiam Hebræorum magistri discipulos suos dicebant δούλους, et hi iis servitia quædam præstare debebant. v. *Schættgen.* Hor. Hebr. ad Joh. xv. 11. Rectius ergo Matthæi Græcus interpres reddidisset vocabulum קְטַנִּים δούλων vel μαθητῶν. In nonnullis codd. legitur τῶν ἐλαχίστων, quod ex xxv. 45. huc venit. ποτίσῃ ἕνα τῶν μ. τ. ποτήριον] *qui dederit uni horum ministrorum meorum, vobis vel frigidam bibere, quia est meus discipulus*, qui vos vel vilissimo munere, beneficio ornaverit. Verbo ποτίζειν etiam in vers. Alexandrina jungitur accusativus rei et personæ, ut Num. v. 6. ποτιεῖ τὴν γυναῖκα τὸ ὕδωρ· atque ποτίζειν ποτήριον est יַשְׁקוּ אוֹתָם כּוֹס תַּנְחוּמִים Jer. xvi. 7. id. qd. ποτήριον διδόναι· et ad ψυχροῦ subintelligendum ὕδατος, quod diserte additum legitur Marc. ix. 41. Sic Aristoph. Nub. 1040. θερμῷ λοῦσθαι v. *Bosius* de Ellips. sub v. ὕδωρ p. 502. *Schæf.* μόνον deest in libris nonnullis, et *Millius* hanc vocem ejiciendam putabat. Male. Nam plurium codd. et versionum auctoritas eam tuetur, et Matthæus aliis quoque in locis hac particula sic usus est v. v. 47. xxi. 19. ix. 21. οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ] mihi credite, hujus liberalitatis suæ præmia et fructus feret. Inest his verbis litotes ut xii. 25. al.

### CAP. XI.

(1.) καὶ ἐγένετο ὅτι] pro ὅτε δέ· ut Ex. iii. 21. ibique, διατάσσων pro διατάσσειν (ut συντελέσει ἐξιλασκόμενος Levit. xvi. 20. add. Deut. xxxi. 1, 24. vid. *Glassius* Phil. S. p. 350.) *præcipere, admonere.* μετέβη ἐκεῖθεν] *discessit inde*, vid. viii. 34. nempe ex agro Capharnaumitarum. διδάσκειν καὶ κηρύσσειν verba idem valentia, vid. iii. 1. ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν] *in oppidis eorum* nempe Galilæorum, in reliquis Galilææ oppidis. Solent enim Hebræi pronomen relativum ponere, ubi nullum nomen præcessit, quod tamen ex orationis serie facile intelligi potest, ut xii. 9. Luc. iv. 15. v. *Storrii* Obss. ad anal. et synt. Hebr. p. 399. et cum ex antecedentibus appareat, Jesum tunc temporis in Galilæa commoratum esse, subaudiendum erit τῶν Γαλιλαίων. Alii αὐτῶν referunt ad verba τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ cumquè Apostolorum patria fuerit Galilæa, v. Act. ii. 7. etiam intelligunt Apostolorum urbes natales. Alii subintelligunt Ἰουδαίων vel Ἰσραηλιτῶν, coll. x. 6.

(2.) Quænam fuerit caussa, ob quam Johannes discipulos ad Christum miserit, ut eum interrogarent, utrum Messias esset, nec ne? ab interpretibus quæritur. Ac plurimi quidem contendunt, Johannem discipulorum suorum caussa legatos ad Christum misisse. Johannis, inquiunt, discipuli audiverant: Christum in vitam revocasse adolescentem Nainiticum, et plura quotidie miracula edere, Luc. vii. 18. hæc magistro tunc temporis captivo nuntiarant. Jam Johannes, qui certam mortem prævidebat, hoc tempus cummaxime opportunum judicabat, discipulos suos de Christo edocendi. Alii discipulorum ipsius, nimio in magistrum amore commoti, ægre ferebant Christum tanta auctoritate florere, et per eundem magistri sui auctoritatem imminutam esse, unde, cum summa eorum esset magistri existimatio, non modo liberum adhuc Joh. iii. 26. ad æmulationem contra Jesum provocare annisi erant, sed etiam posteaquam in vincula conjectus erat,

Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Εἶπεν αὐτῷ· Σὺ 3
εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ 4

liberiori discipulorum Christi vivendi ratione, quam illi permissu doctoris sui tenebant, offendebantur, et inter ipsos atque Christi discipulos perpetua fere dissidia erant. Luc. v. 33. Matth. ix. 14. Alii discipulorum Johannis, præconceptis opinionibus abrepti, et ad Pharisæos sese inclinantes, v. Luc. et Matth. l. l. dubitabant, an Jesus esset Messias promissus, an Johannis jam captivi et morti violentæ proximi doctrina de Christo vera esset. Unde et Jesus iis inter alia dicit: felix est is, qui me non rejicit, v. 6. Johannes igitur, qui discipulos suos paterno amore prosequebatur, eorumque saluti omni modo prospicere volebat, eos ad Christum misit, ut ex ipsius ore audirent, qualem se profiteretur, ut ipsi essent factorum Christi spectatores, ut Jesum Messiam colerent, ejusque doctrinam sequerentur.—Sed si discipuli magistro suo, qui Jesu dignitatem Messianam sancte testatus erat, fidem denegabant, multo minus sperare licebat fore, ut Jesus, cujus et famæ inviderent, et liberiorem agendi rationem vituperarent, hanc dignitatem suo ipsius testimonio facilius persuaderet. Nec in caussa esse potuit, ut Johannes discipulis ad Jesum ablegatis opportunitatem præberet, facta Jesu insignia videndi, atque his spectatis, testimonii, quod baptista de Jesu dignitate exhibuerat, veritatem agnoscendi. Nam discipulis hæc facta insignia jam aliunde cognita erant Luc. vii. 18. et si Johannes nullum aliud consilium sequebatur, satis erat discipulos ad facta illa oculis spectanda ablegasse. Cæt. et ipsa verba Christi, quæ v. 5. leguntur: πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, et quæ v. 8 sqq. de Johanne dicit, haud obscure persuasionem Christi innuunt, quæstionem v. 3. propositam, ex ipsius Baptistæ animo esse profectam. v. *Schottus* de consilio quo Jesus miracula ediderit etc. Diss. 2. (Lips. 1809. 4.) p. 14. Opuscc. T. i. p. 134. *Bengelius in Archiv für die Theologie* B. 1. St. 3. p. 760 sq.

Haud pauci vero etiam interpretes statuunt: Johannem sui ipsius caussa legatos misisse ad Christum, sed in diversas partes hujus sententiæ defensores abeunt. Alii nimirum arbitrantur, Johanni, qui æque ac Judæi reliqui, v. ad iii. 2. præjudicatas opiniones foveret, postquam in vincula fuisset conjectus, dubitationes esse subortas, an Jesus vere etiam esset Messias, cum nondum declarasset, se regnum terrenum instituturum esse; voluisse ergo Johannem, ut Christus jam claris verbis pronuntiaret, se esse Messiam, atque ipsum e captivitate ac morte imminente liberaret, coll. Ies. lxi. 1. v. Tertullian. c. Marcion. iv. 18. *Thiess Krit. Kommentar* Th. i. p. 118. *Charles William Batt* Dissertation on the Message from St. John: coll. *Eichhorn Allgem. Bibl. d. bibl. Literat.* B. 3. p. 913 sqq. add. B. 4. p. 154. *Grimmius* et *Muzelius* in libro: *Stromata* B. 2. St. 6. p. 210 ss. *Schmidtius, üb. die Johannesjünger in d. Biblioth. für Kritik u. Exegese des N. T.* B. 1. p. 286. *Herder, christl. Schriften, zweite Sammlung*, Riga 1796. *Ammonius* in Progr. de doctrina et morte Johannis Baptistæ. Erlang. 1809. *Löffler, Magazin für Prediger* Th. i. p. 1. (argumentis a *Lœfflero* ad sententiam suam confirmandam in medium prolatis alia recte opposuit *Zeigermanus* in Commentat. prima, de consilio, quo Johannes discipulos suos ad Jesum ablegaverit, e dubiis, in ipsius animo coörtis, haud repetendo. Numburgi 1813. 4.) *De Wette* in Commentat. de morte J. C. expiatoria p. 53. 57. Ejusmodi autem inconstantia, timiditas, dubitationes, a Johannis persona, qui hactenus constanter Jesum Messiam professus erat iii. 11. Joh. i. 26—32. 35—37., qui probitatem, constantiam, animumque intrepidum satis luculenter demonstraverat, Matth. xiv. 3 sqq. erant cummaxime aliena. Neque in Christi responsione ullum vestigium deprehenditur, e quo appareat, Johannem his de caussis legatos misisse, neque Christus Johannem ita animatum, tantis condecorasset, et condecorare potuisset laudibus, quantis eum v. 7 sqq. ornavit, nec Christus serius v. Joh. v. 33 ss. iterum ad baptistæ testimonium provocasset, nec Johannes Evangelista i. 19 ss. iii. 27 ss. huic testimonio tantam auctoritatem tribuisset. Præterea Christus huc usque nil fecerat, quod illam Johannis persuasionem evertere potuisset, imo plura insignia Messianæ dignitatis suæ documenta ediderat. Ipsi quoque Evangelistæ Matth. et Lucas (vii. 18.) cum uterque testetur, Johannem eo tempore discipulos ad Jesum misisse, quo *facta Jesu insignia* ipsi per discipulos nuntiata erant, haud obscure arguunt, Johannem neutiquam hoc propterea fecisse, quod de Jesu dignitate Messiana dubitaret v. *Schottus* l. c. p. 11. Opuscc. T. i. p. 128 ss. *Bengelius* in *Archiv für die Theologie* p. 763 sqq. add. not. ad v. 4.

Itaque præferenda mihi videtur omnino sententia eorum interpretum, qui existimant, Johannem sui quidem ipsius caussa ad Jesum legatos misisse, neque tamen propterea, quod dubitare occœpisset, num Jesus Messias esset; sed propterea, ut eum excitaret, ut regnum Messianum terrenum, cujus initia ipse avide exspectabat, jam institueret, seque Messiam publice pronuntiaret, cum nimis diu cunctari ac tergiversari Johanni videretur.

Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ, ἃ
5 ἀκούετε καὶ βλέπετε. Τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ

v. *Lightfootus* Hor. Hebrr. et Talm. T. ii. p. 317 ss. *Michaëlis, Paulus* ad h. l. *Schusterus* in *Eichhorn*. Allg. Biblioth. B. 9. p. 1001 sqq. *Bengelius* l. l. p. 771 ss. add. *Stein über die Geschichte, Lehre und Schicksale Joh. d. Täufers* in *Rosenmüller u. Tzschirner Analecten für d. Studium d. Theologie* B. 4. St. 1. p. 63 ss. Hinc Johannes, qui, ut ex omnibus, quæ de ejus vita, sermonibus fatisque innotuerunt, recte colligitur, ingenii animique fervidioris, et moræ impatiens erat, (quam moræ impatientiam satis aperte produnt verba: *ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν*) qui tam avide initia regni Messiani exspectabat; qui tanta cupiditate bonam caussam promovendi incensus flagrabat; qui tanto studio Judæorum animos ad Messiæ adventum præparaverat, cujus se præcursorem esse, ipsi persuasissimum erat iii. 11. Joh. i. 31 sq. iii. 26 sqq.; qui nunc in vincula conjectus, jam dudum ab opere vacare coactus erat; qui sperabat fore ut per Christum e captivitate liberaretur; interrogari jubebat suo nomine Jesum: *σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;* num tu es Messias? num tu personam Messiæ agis? facile in eam cogitationem venire possumus, te non Messiam, sed alium esse exspectandum. Num alius exspectandus? et cum non exspectandus sit, quid tamdiu cunctaris profiteri publice te Messiam esse? Jesus ad hæc respondebat: facio quod mei est, cum res ipsa loquatur, pluribus verbis non opus est, spectent homines mea facta, attendant ad meam doctrinam, sic optime, quisnam sim, intelligent, mea publica professione non opus est. Nimia festinatio nocet, felix qui mea conditione humili, meaque agendi ratione non offenditur, qui constanter meas partes sequitur, qui me non repudiat. Continent igitur verba Christi v. 6. *μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί, qui conditione mea non offenditur,* lenem reprehensionem Johannis, quæ simul etiam spectabat ipsius discipulos et Judæos; qui Jesu conditione externa offendebantur, amovet tamen ipse Jesus deinceps a Johanne omnem levitatis et inconstantiæ suspicionem. Cæterum Johannem quoque præjudicatas de Messia et regno Messiano fovisse opiniones, haud obscure produnt verba Christi v. 11. Adsentientem mihi hac in re habeo Ven. *Bengelium* in *Archiv* etc. p. 760.

(2. 3.) Caussa captivitatis Johannis legitur Matth. xiv. 3, 4. *ἀκούσας τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ*] *cum audivisset de Christi miraculis.* *τὰ ἔργα*, miranda facinora, Luc. xxiv. 19. מעשה Ps. cvii. 24. Esse autem per *τὰ ἔργα*, Christi facta insignia, miracula intelligenda, inde inprimis patet, quod apud Lucam loco parallelo vii. 18. verbis: *καὶ ἀπήγγειλαν — τούτων*, eadem historia annectitur narrationibus factorum insignium a Jesu editorum v. 1—17. comprehensis. Pro *δύο* in codd. nonnullis et verss. legitur *διὰ*. Quam facile vero *διὰ* et *δύο* a librariis permutari potuerint, in promptu est; v. *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l. neque usus loquendi fert lectionem *πέμψας διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ·* hæc enim verba non copulari possunt cum *πέμψας*, nec Hebraice dici potest בְּיַד תַּלְמִידָיו וַיֹּאמֶר לוֹ, neque vero etiam *διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* conjungi possunt cum *εἶπεν αὐτῷ·* hæc enim si Matthæi fuisset sententia scripsisset שלח ויאמר לו ביד תלמידיו atque adeo Matthæi Græcus interpres exprimere hæc verba debuisset: *πέμψας εἶπεν αὐτῷ διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.* Itaque lectio *δύο*, שְׁנַיִם מִתַּלְמִידָיו, omnino præferenda est. *Paulus* ad h. l. et *Wassenberghius* in Diss. de glossis N. T. præmissa Selectis e scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. Vol. i. p. 20. legendum esse præcipiunt: *πέμψας τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* scl. *τινάς*. Sed intercedit auctoritas codd. et usus loquendi Matthæi. —(3.) *ὁ ἐρχόμενος*] id. qd. *ὁ ἐλευσόμενος, venturus, Messias,* v. iii. 11. nam Hebræi quoque tempus præsens ponere solent pro futuro, cum sermo est de re certo futura, v. Act. iii. 2. ubi *εἰσπορευόμενοι* v. 3. commutatur cum *οἱ μέλλοντες εἰσιέναι.* add. Matth. xxi. 5. Marc. xi. 10.

(4. 5.) A Deo ipso Messiam declaratum iri, atque miranda facinora Messiam facturum esse exspectabant Judæi, et exspectaverat Johannes. v. Joh. i. 32. add. Argum. c. 4. extr. Jesus autem, cum Johannes ad eum legatos mitteret, jam plura patraverat miranda facinora, atque tale facinus rursus modo fecerat, ut nuntiarant magistro captivo discipuli. v. Luc. vii. 18. Itaque non dubitavit tunc temporis Johannes, Jesum Messiam esse; aptissimum vero etiam erat responsum a Jesu Johannis discipulis datum. Propter adstantem populi multitudinem non disertis verbis declarabat Christus se Messiam esse, sed hoc Johanni respondebat: quinam sim nosti, et e factis meis colligere potes, et alii colligere possunt; ni adstitisset populi multitudo, fortassis Johanni, cujus mentem probe perspiciebat Jesus, aliter respondisset. *πορευθέντες*] לְכוּ, redundat, ut centies. — (5.) *τυφλοὶ ἀναβλέπουσι κ. τ. λ.*] *cæci visum recipiunt* etc. Respexit Jesus locum Ies. lxi. 1. *ἀναβλέπειν, visum recuperare.* Marc. x. 51. coll. Matth. xx. 33. Aristoph. Plut. 95. cf. *Raphelius* Obss. Hero-

περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι,
νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται· Καὶ μακά- 6
ριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Τούτων δὲ 7
πορευομένων, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ
Ἰωάννου· Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον
ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄν- 8
θρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ

dott. p. 153. καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται] *inferioris sortis hominibus annuntiatur* (πτωχοὶ εὐαγγελίζονται dictum est pro πτωχοῖς εὐαγγελίζεται, v. Georg. Hierocrit. 1. p. 41.) *doctrina evangelii.* Alio sensu πτωχοὶ legitur v. 3. sed ibi sermo est de animi indole sectatorum Christi hoc nomine dignorum; h. l. de institutione Christi; ea quidem ad omnes pertinebat, accedebant vero ad eum tantummodo inferioris sortis homines, ejusque doctrinam admittebant, hinc commemorantur h. l. πτωχοὶ, h. e. homines inopes, inferioris sortis, coll. 1 Cor. i. 27, 28. cum enim χωλοὶ, κωφοὶ, νεκροὶ sint proprio sensu capienda, etiam πτωχοὶ proprio sensu accipiendum est, præsertim cum hæc interpretatio apprime quoque conveniat v. 6. *De Wette* in diss. de morte Christi expiatoria p. 87. hunc locum (ut Luc. vii. 22.) interpolatum et secundum loca Iesaiana xxxv. 5, 6. lxi. 1. (coll. Luc. iv. 18.) a Jesu ad rem accommodata, ita restituendum esse opinatur:—ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε· τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι· κωφοὶ ἀκούουσι, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται· Jesum enim Johanni, ipsum ad regnum Messianum instituendum adhortanti, non ita respondere potuisse, ut ad miracula provocaret, quæ illi satis innotuissent, sed significasse, se ea facere, quæ Messiam facturum esse, Iesaias propheta ibi prænuntiasset, scilicet, se miseris salutem annuntiare, et solatium præbere, eos instituere etc. Verba textus Matth. et Luc. ll. ll. contendit V. D. a christiano librario miraculorum amante, ita uti nunc leguntur, amplificata, et ad miracula, a Jesu patrata, de quibus Jesus minime locutus erat, tracta esse; alium miraculis magis adhuc inhiantem, adjecisse, Jesum eo ipso tempore, quo legati Johannis advenissent, varios morbos curasse Luc. vii. 21. Has vero conjecturas in audacissimis ponendas, neque ferendas esse, quilibet a partium studio alienus, me non copiosius demonstrante, facile concedet. cf. etiam *Köster, Immanuel oder Charakteristik der neutestamentl. Wundererzählungen* p. 209. De verbo σκανδαλίζεσθαι vid. ad v. 29.

(7.) Postquam abierant Johannis discipuli, τούτων πορευομένων] Luc. vii. 24. ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου, Christus in laudes Johannis excurrit. Laudat Johannem post discessum discipulorum, ne in suspicionem adulationis incurreret. Voluit autem Christus, cum auditores ipsius Johannis quæstionem facile in malam partem interpretari possent, hac laudatione partim a Johanne suspicionem levitatis et inconstantiæ amovere, partim hoc modo declarare, vera esse, quæ Johannes, legatus divinus, hactenus de Messia prædixisset. ἤρξατο λέγειν] pro ἔλεγε, *dixit.* vid. ad iv. 17. τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι;] *quidnam exiistis in deserta spectatum?* Per desertum intelligitur ἔρημος τῆς Ἰουδαίας, coll. iii. 1. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;] *num arundinem a vento agitatam?* num Johannes, quem visuri tam multi e vobis olim in desertum ibant, est homo levis et inconstans? *a vento agitari*, tropice dictum est pro, levem, inconstantem esse, ut Eph. iv. 14. Hebr. xiii. 9. est igitur arundo a vento agitata, imago hominis inconstantis et levis (Lucian. Hermotim. Opp. ed. Bip. T. iv. p. 91.); neque adeo audiendi sunt interpretes ii, qui, *Grotio* præeunte, per κάλαμον rem quamvis *ludicram* et *vilem* significari autumant, ut sensus sit: haud dubie non exiistis, ut arundines spectaretis, habuistis graviorem caussam, ob quam illa loca frequentaretis. Nam non simpliciter legitur κάλαμον, sed ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, quæ verba, si Grotii ratio valeret, omitti potuissent. Præterea verba v. 8. *num exiistis spectaturi hominem vestibus mollibus indutum?* et v. 9. *num prophetam?* docent etiam v. 7. sermonem esse debere de homine, non de re quavis vili et ludicra, atque Jesus omnino ostendit, primo, quis Johannes non sit v. 7, 8. deinde vero quis ille sit v. 9.

(8.) ἀλλὰ] id. qu. ἢ in interrogationibus. v. *Raphelius* Obss. Xenophh. p. 28. Polybb. p. 68. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον;] *hominem pretiosis vestibus indutum?* ἱματίοις quod in pluribus codd. deest, glossema sapit, ex Luc. vii. 25. huc translatum. Sæpius autem hoc vocabulum omittitur. Sic Artemidor. Onirocrit. ii. 3. ἐν λευκοῖς ἐμφέρεσθαι. Joh. xx. 12. ἐν λευκοῖς καθέζεσθαι. LXX. Exod. xxxiii. 4. κατεπένθησαν ἐν πενθικοῖς. Aristoph. Plut. 1290. ἔχουσα δ' ἦλθες

μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.
9 Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ
10 περισσότερον προφήτου. Οὗτος γάρ ἐστι, περὶ οὗ γέγραπται·
Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου,
11 ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. Ἀμὴν λέγω
ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου

αὐτὴ ποικίλα. add. Apoc. xvii. 4. xviii. 12. 16. cf. Obs. Miscell. Vol. v. p. 56. *Toupius* Emendd. in Suid. T. ii. p. 74 ss. Sed μαλακὰ ἱμάτια sunt, ut recte *Kypkius* monuit, vestes quælibet teneriores et pretiosiores, vel ex materia teneriore confectæ, vel subtilius elaboratæ, sive sericæ illæ fuerint, sive laneæ, sive byssinæ. Hom. Odys. α'. 437. μαλακὸν δ' ἔκδυνε χιτῶνα, *mollem exuit tunicam.* Il. ω'. 796. πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν. Plaut. Bacch. i. 1. 38. *eme mi vir lanam, unde tibi pallium malacum et calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ.* Ejusmodi vestimenta gestare solebant homines divites et aulici, unde Lucas vii. 25. simpliciter scripsit ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ. Articulum τὰ ante μαλακὰ expungendum esse putabat *Toupius* ad Suidam 3. p. 357. ed. Lips. contra quem monuit *Wakefieldius* in Silva Crit. P. 1. p. 56 sqq. scriptores Græcos, quoties usi fuerint voce, quæ primo loco articulum sibi præponi non postulet, et deinde paucis interjectis, voce eadem utantur, tunc articulum præponere, qui obtineat vim pronominis. Vertit ergo verba nostra: *ecce qui has vestes molles gerunt;* laudat Joh. i. 4. ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς, *hæc vita.* add. Rom. ii. 23. v. *Hænleinii* Examinis curar. Gilberti Wakefieldii in libros N. T. P. 6. p. 10 sqq. φορεῖν, *gerere, gestare,* verbum hoc in genere proprium. v. Theophr. Char. x. 5. Aristoph. Plut. 992. Jac. ii. 3. ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσὶ] *in aulis regum,* non in deserto *vivunt.* Tribuere solemus aliis, iis inprimis, quibus aliquid peculiari modo competit, id, quod nobis deesse significare volumus, ut Theocrit. Id. xxi. 36. τὸ δὲ λύχνον ἐν πρυτανείῳ h. e. λύχνον οὐκ ἔχομεν. Sic h. l. οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσὶ positum est pro ἐν τῇ ἐρήμῳ οὐκ εἰσί. Respexit autem Christus his verbis Johannis duram vivendi rationem, ejusque commorationem in aula Herodis.

(9. 10.) Sensus: Johannes, quem in deserto vidistis et admirati estis, non est homo levis et inconstans, non aulicus ad simulationem compositus, sed vir gravis, severus, strenuus veritatis et virtutis vindex, propheta, et quidem omnium, qui ante ipsum floruerunt, princeps. καὶ περισσότερον προφήτου] prophetis V. T. reliquis longe excellentiorem, coll. v. 11. προφήτην Judæi nimirum Messiæ temporibus resuscitatum iri sperabant Eliam, et alios quoque V. T. prophetas, nominatim Jeremiam, v. 2 Macc. ii. 7, 8. xv. 14. in has terras redituros, atque Messiæ in regno instituendo opem esse laturos. Hinc etiam Christo interroganti discipulos, qualem se Judæi esse dicerent, respondent xvi. 14. ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν· add. Luc. ix. 8. hinc et legati Pharisæorum, Joh. i. 21. Johannem baptistam interrogabant, num esset Elias; an propheta ille? Hanc opinionem Christus h. l. respicit, ita, ut eam, laudato loco Malachiæ, corrigat. coll. v. 14. περισσεύειν generatim notat *abundare,* hinc etiam *præstare, excellere,* et respondet Hebr. יָתַר, quod Aquila Gen. xlix. 4. per περισσεύειν explicuit. — (10.) Est præstantior omnibus prophetis V. T., illi ipsi de eo, tanquam Messiæ præcursore, cecinerunt. Laudat locum Malach. iii. 1. ubi Malachias populares, sua sorte non contentos, ita consolatur, ut iis promittat ætatem auream, tempora Messiana. Messiæ adventum describens, utitur imaginibus ab adventu regis Orientis desumptis, hinc etiam mentionem facit legati regis adventum populo annuntiantis. Hunc legatum Jesus profitetur fuisse Johannem. ἄγγελον] *legatum,* Luc. vii. 24. Hebr. מַלְאָךְ et צִיר Prov. xiii. 17. xxv. 13. Mal. iii. 1. πρὸ προσώπου σου] id. qd. ἔμπροσθέν σου, לִפְנֵי, Act. xx. 25. Gen. xlviii. 11. itaque ἀποστέλλω πρὸ πρ. σου est simpl. *præmittam tibi.* ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου] h. e. in hac orationis serie, *animos hominum ad Messiæ adventum præparabit.* κατασκευάζειν id. qd. ἑτοιμάζειν iii. 3. olim enim, cum reges apud Orientis populos iter faciebant, ante eorum adventum viæ reparabantur, vid. not. ad iii. 3. inde h. l. imago deducta est.

(11.) οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου] *nullus unquam prophetarum extitit major Johanne.* ἐγείρεσθαι, *existere, oriri,* non minus quam Hebr. קוּם, cui respondet, adhibetur omnino de viris magnis et illustribus, qui virtutum suarum documenta dare instituerunt, v. Judd. xxiv. 24. Joh. vii. 52. synonymum ejus est ἀναστῆναι. v. Deut. xviii. 15, 18. xiii. 1. xxxiv. 10. Ex.

τοῦ βαπτιστοῦ· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρα-
νῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ 12
βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ

i. 8. *Vorstius* de Hebraism. p. 165 sq. γεννητοὶ γυναικῶν ex Hebraismo positum est pro ὑπὸ γυναικῶν· Hebræi enim cum participiis passivis conjungere solent genitivum, quam constructionem Alexandrini interpretes aliis in locis retinent, ut 1 Regg. i. 49. κλητοὶ τοῦ Ἀδωνίου pro ὑπὸ τοῦ Ἀδωνίου· aliis in locis non retinent, ut Gen. xxvi. 29. εὐλογημένος ὑπὸ κυρίου, add. Ies. lxi. 9. præterea γεννητοὶ γυναικῶν est periphrasis *hominum*, et ab Hebræis ילוד אשה, LXX. γεννητὸς γυναικῶν, atque אנוש inter se permutantur, v. Job. xiv. 1. xv. 14. *Vorstius* p. 408 sqq. sed cum h. l. de Johanne propheta, doctore, sermo sit, coll. v. 9. per γεννητοὺς γυναικῶν intelligi debent prophetæ, doctores ecclesiæ Judaicæ, qui ante Johannis tempora vixerunt coll. v. 13. μείζων id. qd. περισσότερος, *præstantior*. Per τὸν μικρότερον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν non posse intelligi omnino quemvis disciplinæ christianæ alumnum, sed intelligendum esse religionis christianæ doctorem, ipse contextus, ut mihi videtur, flagitat. vid. præterea notata ad x. 42. Comparativus, quo usus est Græcus Matthæi interpres, quoniam præcessit περισσότερον, vim obtinet positivi, et ὁ μικρότερος collective positum est v. *Storrii* Opusc. Vol. i. p. 267. not. 32. p. 204. not. 49. Cæterum Johannes erat prophetarum, qui hactenus vixerant, maximus, nam ipse Messiam viderat, propius cognoverat, et præcursor illius fuerat, sed nihilominus tamen doctor christianus quilibet, affirmante Christo, multa præ Johanne habebat præcipua, (μείζων αὐτοῦ ἐστι)· nam a Christo ipso instituebatur, et omnium eorum, quæ Johannes, qui ante Christi mortem et ex his terris abitum, capite plectebatur, neque spectare, neque audire poterat, erat testis, auditor et spectator, atque adeo doctrina et scientia superabat Johannem.

(12.) Vario modo explicuerunt hujus versus verba interpretes, et antiquiores et recentiores. vid. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Fuerunt qui de persecutionibus cogitarent, quibus ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν urgeretur, ut præter alios, v. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Eichhornii Allgem. Bibl. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 969. *Möllerus neue Ansichten* etc. p. 69 sq. nuper *Boltenius*, qui verba nostra vertit: *Von Johannes des Täufers Zeiten an, bis jetzt, leidet das Messianische Reich Bedrückungen, ja von den Bedrückern Gewaltthätigkeiten.* Sed sic existit ingrata tautologia, neque favet huic interpretationi orationis cohærentia. *Eckermannus in theol. Beyträgen* B. 1. p. 65. et in *Erklärung aller dunkeln Stellen des N. T.* B. 1. p. 61. explicat: inde ab eo tempore quo Johannes docere cœpit, summo studio contendunt recipi in regnum Messianum, et sunt qui hujus regni initia vi accelerare conentur. Quibus verbis notari contendit Judæos ad turbas et seditiones movendas proclives, qui Jesum etiam invitum, regem creare et cogere vellent, ut regnum terrenum institueret, coll. Joh. vi. 15. Ita fere etiam *Toblerus* hunc locum exposuit in *Magazin für christl. Dogmatik und Moral, fortgesetzt von Süskind*; St. 11. p. 52 sqq. neque tamen huic interpretationi orationis series conveniens videtur. *Schusterus* in *Eichhornii Allgem. Bibliothek der bibl. Literat.* B. 9. St. 6. p. 1003: regnum cœleste cum vi producitur, promovetur (scl. per me), at violenti, ii, qui nimis violenter agere cupiunt, (veluti Johannes) abripiunt, avellunt ab hominibus, hoc regnum cœleste, omnem meam caussam deperdent. Ingeniosa interpretatio, attamen contorta, cum βιάζεται in membro priori referatur ad Christum, sed βιασταὶ in altero membro ad Johannem. Alii, ut *Schœttgenius*, *Bengelius* in Gnom. et *Paulus Krit. Kommentar.* ad h. l.: ingruit cum vi et impetu, vim suam exserit, regnum cœleste, et qui recipi in regnum cœleste nituntur, varii generis impedimentis feliciter superatis, ringentibus Pharisæis xxiii. 13. Luc. xi. 52. illud occupabunt. Sed v. *Krebsius* ad h. l.: *Læsnerus*: doctrina divina magna vi traditur, et æque eminentibus hominum studiis excipitur. Ita vero non satis accurate sibi respondent verba βιάζεσθαι et βιασταί. Scilicet Medium βιάζεσθαι] quod sæpius significationem activam obtinet, v. *Schleusneri* Lex. h. v. sensu metaphorico de iis ponitur, *qui desiderio rei alicujus flagrant, qui avide aliquid expetunt, summo studio aliquid conantur.* Ælian. H. V. xiii. 32. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι. Joseph. Antiq. vii. 9. 2. Ἐθὶ δὲ ὁ Γιτθαῖος συνεξώρμησεν αὐτῷ. βιασάμενος τὴν Δαυίδου βούλησιν, *Ethi quoque Gitthæus cum eo profectus est, summo studio impulsus, etiam contra Davidis voluntatem*, v. *Krebsius ad* h. l. Aristoph. Avv. 32. Ὁ μὲν γὰρ, ὢν οὐκ ἀστὸς, εἰσβιάζεται *cum non esset civis, summopere tamen studebat civitatem consequi*, ubi v. *Bekkius*. Philo de Cherub. p. 127. C. κἂν ἐπιμένειν βιαζώμεθα, *etiamsi, ut remaneat, summam operam impendamus.* v. *Læsnerus* ad h. l. βιάζεται vero h. l. positum est passive, de quo ejus usu v. Eustath. ad Hom. Odys.

13 βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ
14 ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν. Καὶ εἰ θέλετε δέξασ-
15 θαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Ὁ ἔχων ὦτα
16 ἀκούειν, ἀκουέτω. Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην;
ὁμοία ἐστὶ [1]παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφω-

[1] 16. ∾ παιδίοις.

α'. 409. p. 1426. 50. Rom. Hesychius: βιάζεται· βιαίως κρατεῖται· et ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται est, *doctrina de regno Messiano*, doctrina christiana (Luc. iv. 43. coll. v. 1.) *avide, cupide expetitur*. Luc. xvi. 16. βιάζεται activam notionem habet, et πᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν βιάζεται est: *omnes doctrinam evangelii expetunt*. vid. Ælian. l. l. Voc. βιαστὴς quod *Wolfius* cum *H. Stephano* et *Albertio* apud profanos vix inveniri putat, occurrit ap. Philon. de Agric. p. 200. C. v. *Lœsnerus* ad h. l. et βιατὰς (Dorice) apud Pindarum sæpius recurrit, v. *Porti* Lex. Pindar. sub h. v. Jam βιασταὶ sive βιαζόμενοι metaphorice dicuntur, qui rei alicujus desiderio flagrant, qui summo studio aliquid obtinere nituntur. Denique ἁρπάζειν notat, *cupide et avide arripere, ambabus*, ut aiunt, *manibus amplecti, studiose occupare et vindicare sibi aliquid*. vid. *Raphelius* ad Phil. ii. 6. *Kühnius* in Spicilegio Obss. e Philone ad h. l. *Dorvillius* ad Charit. p. 106 sq. et *Sturzii* Lex. Xenoph. h. v. Jam sensus est: Johannem omnium prophetarum ecclesiæ Judaicæ maximum esse, etiam exinde apparet, quod ex quo tempore doctrinam de regno Messiano accuratius proponere, et hujus regni initia annuntiare cœpit, reperti sint et etiamnum reperiantur multi, qui hanc doctrinam avidissime expetant, eamque cupiditate incredibili arripiant (amplectantur). Act. xvii. 11. ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας.

(13—15.) Nec mirum. Etenim quæ V. T. prophetæ futura significarunt et augurati sunt, ea Johannes præsentia vidit atque monstravit, Matth. iii. 13 sqq. Joh. i. 29 sqq. — (14.) *Plura quid adjiciam? Johannes est Elias ille, qui venturus erat*, quem Malachias iii. 23. coll. iii. 1. venturum esse cecinit. Loquitur ibi Malachias de legato divino vita et factis Eliæ simili, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, vid. Luc. i. 17. Judæi vero male ac perperam Malachiæ verba explicabant de Elia ante Messiæ adventum ab inferis redituro; cujus opinionis vestigia reperiuntur quoque Sir. xlviii. 9, 10. Matth. xvii. 10. Joh. i. 21. cf. not. ad v. 9. et *Wetstenius* ad h. l. εἰ θέλετε δέξασθαι] *si credere, verbis meis fidem habere vultis*: δέχεσθαι enim ut קִבֵּל quod Esth. iv. 4. LXX. vertunt πείθεσθαι, inprimis in lingua Chald. et Syr. notat *probare ut verum, credere, fidem habere*. vid. Luc. viii. 13. Act. viii. 14. *Raphelius* atque *Kypkius* ad h. l. — (15.) ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω] *qui habet animum, ad hæc percipienda idoneum, percipiat! Wer Verstand hat, denke nach!* Nempe ἀκούειν frequenter ponitur ita, ut sit *percipere, intelligere*, Marc. iv. 33. 1 Cor. xiv. 2. h. l. unde et Luc. xv. 10. conjuncta leguntur: ἀκούετε καὶ συνίετε. Ita Hebr. שָׁמַע legitur Gen. xi. 7. xlii. 23. Ies. xxxvi. 11. vid. *Reizius* ad Lucian. T. iii. p. 848. Atque οὖς, *auris*, per metaphoram adhibetur *de ipsa facultate aliquid intelligendi et perspiciendi* ut Hebr. אָזְנַיִם Ies. xliii. 8. Voluit autem Jesus hac formula admonere auditores, ut vim et sententiam eorum, quæ hactenus dixisset, assequi studerent, ut ex hactenus dictis colligerent, quis et qualis ipse, quis et qualis vir Johannes esset, se nimirum esse Messiam, Johannem ipsius præcursorem.

(16.) cf. Luc. vii. 29 sqq. τίνι ὁμοιώσω;] *cui comparabo?* vii. 24. τὴν γενεὰν ταύτην] *homines hoc tempore et seculo viventes*, τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης, Luc. l. l. γενεά, *ætas*, i. homines qui ætate, seculo aliquo vivunt, ut Luc. xxi. 32. al. Hebr. דוֹר Eccl. i. 4, intelliguntur autem h. l. ex Judæis ii, qui doctrinam Johannis et Christi repudiabant, nominatim Pharisæi, vid. Luc. vii. 30, 31. Pro παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς] plures codd. legunt παιδίοις ἐν ἀγορᾷ, quæ lectio e Luc. vii. 32. in hunc locum migravit, quod vel exinde perspicitur, quia ἀγορὰ in aliis codd. transponitur post καθημένοις. Sed sive ἀγορᾷ sive ἀγοραῖς legatur, (nam Luc. l. l. singularis vim numeri pluralis obtinet) non tam *de foro*, quam *de publico* h. e. plateis et viis oppidorum villarumque debet intelligi. Hebræi enim plateas et vias, omninoque oppidorum loca publica vocare solent חוּצוֹת, vid. Zach. viii. 5. ubi de pueris in plateis ludentibus sermo est, atque Alexandrini habent, ἐν ταῖς πλατείαις· et חוּצוֹת Amos. v. 16. ubi LXX. ὁδοῖς· Prov. i. 20. ubi iidem ἐξόδοις· Ies. xv. 3. ubi πλατείαις reddiderunt, sed Job. xviii. 17. Symmach. ἐπὶ προσώπου ἀγορᾶς· Vulg. *in plateis*; et שְׁוָקִים Cant. iii. 2. οἱ ο'. vertunt ἀγοραῖς· etiam Syrus interpres non solum ἀγορὰ expressit vocabulo שׁוּק, sed etiam voces πλατεῖαι Matth. xii. 19. et ῥύμαι Matth. vi. 2. cf. *Fischerus* Proluss. de vit.

νοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, Καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, 17
καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.
Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων· καὶ λέγουσι· 18
Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ 19
πίνων· καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης,
τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ

Lexx. N. T. p. 277 sqq. et sic ἀγορὰ occurrit quoque Tob. ii. 3. 3 Esdr. ii. 18. 2 Macc. ii. 10. καθῆσθαι, ut שָׁבַת, est omnino *versari, esse*, ut iv. 16. Pro καὶ προσφωνοῦσι in aliis libris extat ἃ προσφωνοῦντα, quæ tamen lectio glossema redolet, et æque repudianda est lectio τοῖς ἑτέροις pro ἑταίροις. Scilicet quia Luc. loco parallelo legitur προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, grammaticus, nescio quis, margini codicis sui adscripsit ἑτέροις, quod librarii in textum receperunt, et cum ἑτέροις αὐτῶν ferri non possit, etiam αὐτῶν omiserunt. προσφωνεῖν, Hebr. קרא seq. Dativo, *compellare, acclamare*, ἑταῖροι, חֲבֵרִים Cant. viii. 13. *æquales*.

(17.) ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε] *tibiis cecinimus, neque vos saltastis.* Tibiis canebatur, ut apud Græcos et Romanos, non tantum in funeribus, v. ix. 23. sed etiam in nuptiis et choreis, v. Æsop. f. 39. fab. 94. Prop. iii. 10. 23. *Tibia nocturnis succumbat rauca choreis*, ubi v. nos, add. Ovid. Heroidd. xii. 139. *Wetstenius* ad h. l. *Buxtorfii* Lex. Talm. in חָלִיל et *Bartholinus* de tibiis vett. ii. 12. ὀρχεῖσθαι est Hebr. רָקַד Eccl. iii. 4. *saltare, tripudiare*, vid. *Schleusneri* Lex. h. v. Male *Boltenius*, qui comparat Hebr. חלל, ὀρχεῖσθαι explicat, *animo commoveri, affici*, vertit: *wir flöten euch vor, aber ihr werdet nicht bewegt; wir klagen euch vor, aber ihr weinet nicht.* Hanc enim interpretationem ipsa comparatio a Christo h. l. instituta, aperte repudiat. cf. v. 18, 19. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε] *næniam cecinimus, neque vos tutudistis pectora manu.* Hom. Il. ω΄. 722. οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, *illi canebant næniam, adgemebant fœminæ.* θρηνεῖν, קוֹנֵן Jer. ix. 16. est *næniam canere*, hinc αἱ θρηνοῦσαι *præficæ*. Æsop. f. 122. κόπτεσθαι, scl. τὰ στήθη *pectus plangere, ferire palmis.* Solebant autem etiam apud Judæos, ut apud Romanos, lugentes pectus tundere, v. Ez. xx. 43. Matth. xxiv. 30. et nos ad Propert. i. 8. 16. Apud Lucam vii. 32. legitur κλαίειν, nam fletus cum planctu conjunctus esse solebat. Jam quod loci sensum attinet, adagium desumptum est a pueris, qui in plateis ludendo imitantur, quæ a majoribus natu, serio agi viderunt, qui cum viderint in nuptiis et choreis tibiis cani, in funeribus nænias cani, eadem ludentes faciunt (Epict. 35. ὡς τὰ παιδία ἀναστραφήσῃ, ἃ νῦν μὲν παλαιστὰς παίζει, νῦν δὲ αὐλητὰς, νῦν δὲ μονομάχους, εἶτα σαλπίζει, εἶτα τραγῳδεῖ· vid. *Wetstenius* ad h. l.): sed pueris morosis, qui nullis æqualium suorum studiis, neque lætis, neque tristibus carminibus, moventur, ut et ipsi talibus operam navent, hanc morositatem et inhumanitatem exprobrant. Cum his morosioribus pueris comparat Christus Pharisæos et legisperitos, qui neque Johannis austeritate et vita severa, neque Christi lenitate et vita humana atque trita eo redigi potuerint, ut vitam animumque emendarent, ut Jesum Messiam faterentur, ejusque præcepta sequerentur.

(18. 19.) μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων] *non victu communi sed proprio*, i. asperio ac tenui *utebatur*, cf. iii. 4. Luc. vii. 33. plenius legitur: μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων· et his ipsis verbis etiam Dan. x. 3. vita severa significatur. Apud Hebræos אָכַל וְשָׁתָה haud raro ponitur etiam de conviviis lautis et opiparis. vid. Job. i. 4. 1 Sam. xxx. 16. 1 Regg. i. 25. iv. 10. Hinc intelligitur, formula contraria, quæ h. l. extat, significari vitam Johannis severam. δαιμόνιον ἔχει] *insanit, mentis non compos est*, μαίνεται, vid. Joh. x. 20. ubi δαιμόνιον ἔχει et μαίνεται tanquam synonyma copulantur. Soph. Aj. 244. ἃ δαίμων ἐδίδαξε· ubi schol. δαίμονα δή φησι τὴν μανίαν. cf. notata ad iv. 24.—(19.) ἐσθίων καὶ πίνων] *victu utebatur communi, eodem quo homines alii.* φάγος καὶ οἰνοπότης, *homo epulis vinoque deditus*, זוֹלֵל וְסֹבֵא Deut. xxi. 20. τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν] vid. ad v. 46. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς] *probatur tamen sapientia a suis cultoribus.* Varie hæc verba explicantur, v. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *Marklandus* ad Lysian. p. 556. cum aliis arbitratur laudari verba adversariorum Christi, ponendam esse post καὶ notam incisi, et repetendum λέγουσιν, hoc sensu: *talis secta est, quales et sectatores.* *Nœsseltus* in Exercitt. sacris p. 139. opinatur sapientiæ nomine h. l. Jesum ornare se ipsum, ut Luc. xi. 49. coll. Matth. xxiii. 34. atque hanc Christi mentem esse statuit: fore, ut, quamquam de se inique judicent Judæi, tamen discipuli rectius judicent,

20 τῶν τέκνων αὐτῆς. Τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, ἐν
αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν.
21 Οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδάν· ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ
Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν
22 ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν. Πλὴν λέγω ὑμῖν· Τύρῳ

suamque etiam in agendo sapientiam agnoscant. *Storrius* in Diss. de sensu vocis δίκαιος, Opusc. Acad. Vol. i. p. 242. sensum verborum constituit hunc in modum: sapientia divina fecit, ut insons habeatur a cultoribus suis, i. factis suis satis se purgavit sapienti cuique; in persuadenda Judæis veritate eorumque salute procuranda suas profecto partes non sivit desiderari. *Perizonius* ad Sanctii Minerv. iii. 4. et *Fischerus* in Proluss. de vit. Lexx. N.T. p. 575. verba nostra vertunt: *at enim doctrina laudatur et probatur ab iis, qui eam receperunt et cognoverunt* h. e. *doctrina divina* (σοφία Matth. xiii. 54. Marc. vi. 2.), quam et Johannes tradidit, et ego trado, quæ a principibus civitatis Judæorum, ut levis et vana, mala et inutilis reprehenditur atque repudiatur, *a vulgo, ut utilis et bona, vera et gravis, probatur ac laudatur.* Mihi quidem verba ἐδικαιώθη ἡ σοφία κ. τ. λ. proverbium redolere videntur, *sapientia probatur a sapientibus;* nonnisi a sapientiæ cultoribus et amicis probatur et laudatur, reliqui homines eam rident, contemnunt et carpunt. Respexit autem his verbis Jesus suam atque Johannis vitam et doctrinam. Nam de Johanne et Jesu sermo fuerat v. 18. et 19. de Johanne doctore locutus erat Jesus v. 9, 11. de sua doctrina v. 12. Johannis vitam severam v. 18. suam liberiorem vitam v. 19. commemorat. Itaque σοφία, si sensum spectamus, hæc omnia complectitur, atque sententia procedit hæc: vitæ atque doctrinæ meæ et Johannis sapientia, laudatur ac probatur a sapientiæ cultoribus, vituperatur atque repudiatur ab insipientibus. καὶ] *attamen* id. qd. ἀλλά. Sic Alex. Hebr. ו Ps. iv. 5. reddiderunt καί, sed Symmachus ἀλλά. δικαιοῦσθαι h. l. notat *probari, laudari,* ut Luc. vii. 29. et Aoristus ἐδικαιώθη vim habet præsentis, ut sæpius. ἀπὸ id. qd. ὑπό, ut Ies. xlv. 25. 1 Macc. viii. 6. Act. x. 21. nam utrique præpositioni respondet Hebræorum particula מִן. τέκνα αὐτῆς scl. σοφίας sunt *amici, cultores sapientiæ* ut Sir. iv. 11.; nam Hebræi vocabula אִישׁ, בֵּן, אָדָם, et Alexandrini atque N.T. scriptores nomina, ἄνθρωπος, υἱός, τέκνον, nominibus virtutum, vitiorum, aliarumque rerum ita jungunt, ut significetur is, ad quem virtus vel vitium, vel res pertineat. Sic ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας 2 Thess. ii. 3. est *facinorosus.* υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, *improbitatis studiosi,* Eph. ii. 2. v. 6. υἱοὶ τοῦ φωτός, religionis christianæ, præceptorumque illius studiosi, Luc. xvi. 8. cf. not. ad viii. 12. ix. 15.

(20—22.) Ea quæ h. l. inde a v. 20—24. leguntur, alia occasione a Jesu prolata esse Lucas refert x. 12 sqq. cum nempe septuaginta discipulos emitteret, sed Matthæum hoc loco accuratius ordinem temporis servasse opinor; quodsi enim Jesus hæc illo tempore dixisset septuaginta discipulis, eorum animos non confirmasset et erexisset, sed vehementius depressisset. ἤρξατο ὀνειδίζειν] vid. ad xi. 7. ὀνειδίζειν τινα, *exprobare, vituperare aliquem;* adjicitur alias vocabulum vitii quod vituperatur, ut Marc. xvi. 14. ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν, cujus locum sustinent nostro loco verba ὅτι οὐ μετενόησαν· ut adeo sensus sit: reprehendebat incolas oppidorum istorum, in quibus plurima miracula (δυνάμεις vii. 22.) patrarat, quod non ad meliorem frugem rediissent, doctrinamque divinam admisissent.—(21.) Χοραζὶν] hoc oppidum, cujus nonnisi h. l. et Luc. x. 13. mentio fit, fuit oppidum Galilææ, ad lacum Tiberiadis, haud procul a Bethsaïda et Capharnaumo situm, vid. *Cellarii* Geographia T. ii. p. 414. *Relandi* Palæstina p. 722. *Bachiene Beschreibung von Palæstina* Th. ii. §. 701 sqq. Nonnulli interpretes, vid. *Wolfius* ad h. l., scribi jubent χώρα Ζὶν, ut intelligatur regio hujus nominis, cui adjectum sit vocabulum χώρα, ut discernatur ab ejusdem nominis solitudine in Arabia. Sed v. 20. vituperasse Christus dicitur τὰς πόλεις. Ad verba Χοραζὶν et Βηθσαϊδὰ oppidum Galilææ, referuntur verba Τύρῳ καὶ Σιδῶνι, quæ fuerunt urbium nomina; itaque certissimum est Χοραζὶν esse nomen oppidi, non regionis, præsertim cum nulla hujus nominis regio a scriptoribus antiquis commemoretur. Βηθσαϊδὰ] ita enim scribi debet, non Βηθσαϊδάν, quæ lectio librariorum errori tribuenda est, qui ex aliis evangeliorum locis quartum casum pro quinto substituerunt, vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N.T. p. 441 sq. nomen accepit hoc oppidum a piscatione, ita ut compositum sit ex nomine בֵּית et צַיִד *piscatus.* ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι] *Tyrus* et *Sidon*, urbes Phœniciæ, mercatura celeberrimæ et opulentissimæ, vid. *Relandi* Palæstina p. 1046. *Cellarii* Geographia Ant. iii. 12. p. 379 sqq. et quos laudavit *Schleusnerus* in Lex. sub hh. vv. πάλαι ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ

καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν.
Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου 23
καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ
γενόμεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Πλὴν 24
λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ
κρίσεως, ἢ σοί. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς 25
εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ
τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν,
καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως 26

μετενόησαν] Tyrii atque Sidonii *ad frugem rediissent, induti ciliciis et pulvere fœdati.* σάκκος, Hebr. שַׂק, *cilicium*, fuit genus tunicæ atræ, e filis crassis textæ, vid. Apoc. vi. 12. add. Jer. xiv. 2. qua Hebræi utebantur in luctu, vid. 1 Regg. xxi. 27. 2 Regg. vi. 30. Jon. iii. 6, 8. *Geierus* de luctu Hebr. c. 22. Luctus signum erat quoque cineris s. pulveris sparsio. vid. *Geierus* l. l. Neh. ix. 1. Ez. xxvii. 30. Sed ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ positum est pro ἐνδυσάμενοι σάκκῳ καὶ καταπασάμενοι σποδόν. vid. Esth. iv. 1. et not. ad vii. 15. Sensus est: Si Tyriis et Sidoniis doctrinam divinam tradidissem, et ea miranda facinora vidissent, quæ vos vidistis, haud dubie illi cum maxima luctus contestatione mentem animumque mutassent in melius, meamque doctrinam accepissent.— (22.) πλὴν λέγω ὑμῖν κ. τ. λ.] vid. not. ad x. 15.

(23.) καὶ σὺ Καπερναοὺμ κ. τ. λ.] *Et tu Capharnaum*, (v. iv. 13.) *quæ dignitate cœlum attigisti.* Formula ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθῆναι proprie adhibetur de turribus, ædificiis, etiam arboribus eximie altis, vid. Gen. xi. 4. Dan. iv. 8. deinde metaphorice ponitur de iis, qui humiles et abjecti antea, ad summum felicitatis ac dignitatis gradum pervenerunt, vid. Ies. xiv. 13 sqq. *Kypkius* ad h. l. add. *Glassius* Phil. S. p. 1284. Sic Capharnaum, quæ piscatu et mercatu ad insignem opulentiam pervenerat, dicitur h. l. ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα i. e. urbs florentissima, ad insignem dignitatem evecta. Ita vero in promptu est, opposita formula ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ *ad infima deprimeris*, ut Ies. xiv. 15. lvii. 9. significari fortunarum omnium eversionem, miseriamque summam. Pro καταβιβασθήσῃ codd. nonnulli habent καταβήσῃ, probantibus *Millio* et *Hammondo*, quæ tamen lectio glossema redolet. ᾅδης cum opponatur cœlo, indicat omnino loca infera, ima terræ loca, ut שְׁאוֹל legitur Ps. cxxxix. 8. Amos. ix. 2. Job. xi. 8. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον] *florerent superstites etiamnum*, rediissent enim ad sanitatem eorum incolæ, coll. v. 21. ἕως τῆς σήμερον scl. ἡμέρας, quod voc. Alexandrini Ies. xxxvii. 3. addunt, est Hebr. עַד הַיּוֹם הַזֶּה Gen. xxxv. 20. Deut. xxix. 7.

(25. 26.) Quod tempus attinet, quo Jesus ea locutus est, quæ inde a v. 25. usque ad finem leguntur, definiit illud Lucas x. 21. dixit nimirum hæc, cum septuaginta discipuli, ab eo emissi, rediissent. Verba ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ] latiori significatu accipi debent, quo eodem modo sæpius poni solet particula τότε, quæ illis verbis respondet, vid. Ies. xx. 2. ἀποκριθεὶς εἶπεν] est simpliciter *dixit.* ἀποκριθεὶς, cum nulla præcesserit interrogatio, redundat ut xxii. 2. 1 Macc. ii. 17. viii. 19. et ita quoque Hebræi usurpant verbum ענה Gen. xviii. 27. Dan. ii. 37. ἐξομολογεῖσθαι sequente Dativo personæ est *laudare, celebrare*, ut h. l. Luc. x. 21. Rom. xiv. 11. Philo Alleg. Lib. 1. p. 55. A. ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ φρονήσεως ἀσκητὴς ἐξομολογεῖται εὐχαριστικῶς τῷ τὸ ἀγαθὸν ἀφθόνως δωρησαμένῳ, *divinæ prudentiæ cultor laudat grata mente eum qui bonum copiose largitus est.* add. Sir. xvii. 28. vid. *Læsnerus* ad h. l. et *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 171 sqq. Expresserunt Alexandrini hoc verbo Græco Hebraicum הוֹדָה Gen. xxix. 35. Ps. xxviii. 7. quod etiam reddiderunt αἰνεῖν Gen. xlix. 8. vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 171 sqq. κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς] *rerum universitatis auctor et domine*, vid. Gen. xxiv. 3, 7. Judith. ix. 11. Apoc. xi. 4, 13. coll. Gen. xiv. 19. Deut. x. 14. Apoc. xiv. 7. ταῦτα cum neque h. l. neque Luc. x. 21. ad antecedentia possit referri, pertinet ad sequentia, i. ad ea, quæ in sequentibus Jesus de sua doctrina dixit v. 27. coll. Luc. x. 22. Hoc idem recte observavit *Storrius* in Diss. prima in aliquot loca libror. N. T. historic. p. 30. provocavit hanc in rem ad Amos. i. 3, 6. ubi suffixum in verbo אשיבנו et ad Matth. xvii. 18. ubi pronomen αὐτῷ, quod ad δαιμόνιον referri doceant loca similia Marc. ix. 25. Luc. ix. 42. non ad antecedentia, sed ad sequentia spectent. ἀπέκρυψας ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν κ. τ. λ.] ἀπὸ σοφῶν pro τοῖς σοφοῖς κ. σ. ex

27 ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ
τοῦ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ
πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ
28 ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Δεῦτε πρός με πάν-
τες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

Hebraismo v. *Noldii* Concordd. Particc. p. 459. *σοφοὶ καὶ συνετοὶ* sunt vocabula idem valentia, ut חֲכָמִים et נְבֹנִים Deut. i. 13. Prov. iii. 7. nam opponuntur iis *νήπιοι*, intelliguntur maxime Pharisæi legisque periti, *qui sibi sapientes videbantur, οἱ δοκοῦντες σοφοὶ εἶναι* 1 Cor. iii. 18. *νήπιοι* vero, quo vocabulo proprie significantur *infantes, parvuli* dicuntur etiam ii, qui tales sunt respectu animi, *stulti*, etiam *rudes atque indocti*, qui ab Hebræis vocantur פְּתָאִים Prov. i. 4. Ps. xix. 8. cxix. 130. et sic h. l. *νήπιοι* iidem sunt, qui v. 1. dicuntur *πτωχοὶ τῷ πνεύματι, qui agnoscunt et sentiunt, quam rudes sint doctrinæ divinæ, qui modeste de se judicant et sentiunt, imbecillitatis suæ probe conscii. ἀποκαλύπτειν* cum de doctrina sermo sit, est, *docere*, coll. v. 27. Observarunt præterea interpretes, *eventum* h. l., ut sæpius, propterea Deo adscribi, quod permiserit nec potentia sua absoluta impediverit, ut major pars Judæorum civitatis principum doctrinam Christi repudiaret. Hinc *ἀποκρύπτειν* notat incognitum esse sinere, permittere ut doctrina non intelligatur, non probetur; atque *ἀποκαλύπτειν* doctrinam tradi jubere, ita ut intelligatur illius præstantia, ut ea probetur. Jam verba exprimenda sunt hunc in modum; *Celebro te, pater, quod quamquam (ὅτι—καὶ quamquam —tamen*, vid. Ies. xii. 1. Rom. vi. 17.) *permittis* (Aoristi enim *ἀπέκρυψας* et *ἀπεκάλυψας* vim habent Præsentium), *ut non intelligant neque probent doctrinam divinam, qui sibi soli videntur sapere, saltim tamen ea impertiri jubes rudiores imbecillitatis suæ probe conscios, ita ut eam intelligant et probent.*— (26.) *ναὶ*] *sane, utique*, repetendum *ἐξομολογοῦμαί σοι*. Nominativus *ὁ πατὴρ* pro Vocativo positus, ex Hebraica ratione. *ἐγένετο* id. qd. *ἦν*, et *οὕτως ἐγεν. εὐδοκία ἔμπρ. σου*] dictum est pro *εὐδόκησας τοῦτο ποιῆσαι, sane laudo te, quod tibi ita placuerit, laudo hoc tuum consilium. εὐδοκία* respondet Hebr. רצה et רָצוֹן atque Chald. רְעוּא, ut 1 Sam. xii. 22. ubi הוֹאִיל יְהוָה, *Deus vult, ei placet*, Jonathas vertit רַעֲוָא קֳדָם יְיָ. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 329 sq.

(27. 28.) *πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου*] *omnia mihi meus pater tradidit.* Sermo est h. l. de doctrina divina, consiliorumque divinorum expositione, ut omnis orationis series docet. Verbum *παραδοῦναι* ut *δοῦναι*, vid. ad x. 8. et נָתַן Prov. iv. 2. ix. 9. haud raro notat *tradere, docere.* vid. Marc. vii. 13. Luc. i. 2. 1 Cor. xv. 3. hinc *παράδοσις præceptum, institutum* 1 Cor. xi. 2. *κατέχειν τὰς παραδόσεις obsequi præceptis.* Matth. xv. 2. *ἡ παράδοσις τῶν πρεσβυτέρων.* Plato Phileb. p. 374. *οἱ πρόσθεν παρέδοσαν ἡμῖν.* De doctrina Christi Joh. vii. 16. legitur: *ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με·* Joh. xvii. 7, 8. *πάντα, ἃ δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν·* sed hæc verba ibi explicantur: *τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς.* Itaque sensus verborum nostrorum est: quæ doceo, ea omnia patri debeo, tradidit mihi pater omnes doctrinæ suæ partes. *καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν τὸν κ. τ. λ.*] *nemo adeo accurate novit filium*, quis sim, quænam sit muneris mihi demandati ratio, *nisi pater*; *neque patrem quisquam tam accurate novit*, quænam inter me et patrem necessitudo intercedat, patris consilia, de salute hominum per me restituenda, *nisi filius, et quem filius hac scientia donare voluerit;* quæ quidem ultima verba ad utrumque membrum superius debent referri. Nemo, inquit Jesus, hæc nosse potest, nisi a me edoctus. Inde efficit, se esse verum doctorem, a quo accipere quisque possit et debeat doctrinam salutarem. — (28.) *δεῦτε*] h. l. tradite vos mihi in disciplinam, vid. iv. 19. *οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι*] *defatigati et gravibus oneribus pressi. κοπιᾷν* Hebr. עָיֵף et יָגַע *fatigari* 2 Sam. xvii. 2. *αὐτὸς κοπιῶν καὶ ἐκλελυμένος.* Ies. xl. 30. *κοπιάσουσι νεώτεροι vel juvenes deficere possunt ac delassari.* Deut. xxv. 18. *οἱ κοπιῶντες* sunt *extremum agmen fessorum*, qui reliquos non satis sequi possunt. v. *Reinhardi* Opuscc. N. 1. p. 204. Sed sermo est h. l. de animo, nam v. 29. legitur: *εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*, atque adeo hæc verba posita sunt per metaphoram, iisque significantur ii, qui animum abjiciunt, desperant, ut adeo *οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι* sint iidem qui Sirac. xvii. 14. *οἱ ἐκλείποντες ὑπομονήν.* Intelliguntur nominatim Judæi, qui propter grave atque molestum ipsis legum ceremonalium exercitium, variorumque præceptorum, quæ diligentissime observanda præcipiebant ii, qui volebant esse doctores populi (Matth. xxiii. 4.), animum abjiciebant. Hæ ipsæ leges alias dicuntur *φορτία βαρέα, δυσβάστακτα*, vid. xxiii. 4. Act. xv. 10. *ἀναπαύσω ὑμᾶς*]

Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, 29
ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε
ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρησ- 30
τὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

## ΚΕΦ. ιβ'.

ἘΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων· οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο

ἀναπαύειν est, quietem alicui dare, recreare aliquem, et cum quies sit imago felicitatis, notat etiam felicem reddere aliquem. Sic et ἀνάπαυσις est *quies, requies laborum.* Ap. Diod. Sic. p. 105. B. de iis qui in metallis laborabant: προσκαρτεροῦσι τοῖς ἔργοις συνεχῶς καὶ καθ' ἡμέραν καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἀνάπαυσιν μὲν οὐδεμίαν λαμβάνοντες, δρασμοῦ δὲ παντὸς φιλοτίμως εἰργόμενοι, *continenter in opere perseverant, nec per dies nec per noctes totas ulla concessa requie, omnique aufugiendi copia stricte interclusa.* add. Sir. li. 27. Tum vero etiam ἀνάπαυσις notat *salutem, felicitatem*, Sir. vi. 28. coll. iv. 18. Jam ἀναπαύειν cum referatur ad τοὺς κοπιῶντας καὶ πεφορτισμένους est prop. liberare aliquem onere gravi atque molesto, ita ut ei aut nullum onus, aut saltim levius minusque molestum imponatur, ut Sirac. iii. 6. Sed cum hæc verba tropice h. l. posita legantur de iis, qui, legum Mosaicarum onere, quas auxerat magna et molesta præceptorum copia doctorum Judaicorum superstitio, defatigati et oppressi, animum despondent: pater ἀναπαύσω ὑμᾶς h. l. esse, tranquillos et felices vos reddam, mea doctrina, atque hoc sensu capienda quoque sunt verba v. 29. εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

(29 sq.) ἄρατε τὸν ζυγόν μου] *tollite humerisque vestris imponite jugum meum.* ζυγὸς, *jugum*, quod commutatur cum voce φορτίον, *onus*, v. 30. notat h. l. *doctrinam, præcepta religionis christianæ;* nam opponitur doctrinæ atque præceptis Pharisæorum v. 28. sequitur μάθετε ἀπ' ἐμοῦ· quod autem h. l. Christus tropice dixit αἴρειν τὸν ζυγόν. id. Joh. 1 ep. v. 3. verbis propriis expressit: τηρεῖν ἐντολὰς οὐ βαρείας. Sæpius vero ζυγὸς *de præceptis, de doctrina* recurrit, ut Sirac. li. 26. τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγὸν καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν, ἐγγύς ἐστιν εὑρεῖν αὐτὴν, *subjicite collum vestrum jugo, et accipiat animus vester institutionem, facile vos eam potestis invenire.* Sermo est de sapientia. Sic Act. xv. 10. lex Mosaica vocatur ζυγὸς δουλείας. vid. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Schol. ad Eurip. Phœnn. 74. ζυγὸς κυρίως ἐπὶ τῶν κυβερνητῶν, ἐν ᾧ καθήμενοι τὰ ἱστία μεταχειρίζονται· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλης ἐξουσίας τοῦτο φασί. Suidas: ζυγὸς, ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· καὶ ὁ Χριστός· ἄρατε τὸν ζυγόν μου. Hoc eodem modo usurpantur vocabula δεσμοὶ, πέδαι Sir. vi. 24, 25. καὶ εἰσενέγκαι τοὺς πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς, καὶ εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς τὸν τραχηλόν σου· ὑπόθες τὸν ὦμόν σου, καὶ βάσταξον αὐτὴν, καὶ μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς, *trade pedes tuos pedicis ejus* (sapientiæ), *et collum tuum collari ejus, subjice humeros tuos et porta eam, neque subtrahe te illius vinculis.* Sic et Hebr. מוֹסֵר, *vinculum*, atque עֲבוֹת *funis*, Ps. ii. 3. ubi οἱ ό. habent δεσμοὶ—ζυγός. cf. et *Schættgen* Hor. Hebr. ad h. l. ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ] *lenis sum atque humanus:* πρᾶος *lenis, mansuetus, qui non ad ulciscendum, sed ad ignoscendum promptus est atque paratus,* v. Aristotel. ad Nicom. iv. 5. *Schleusneri* Lex. h. v. ταπεινὸς, *modestus, humanus*, opponitur ὑπερηφάνῳ, ut Jac. iv. 6. add. Prov. xvi. 21. xxix. 23. ibique τοὺς ό. Jam ut superbi, severi sunt iniqui atque inhumani, ita modesti sunt æqui et humani, nec ab aliis postulant plura, quam ab iis jure postulare possint. Itaque sensus horum verborum est: doctores vestri duri sunt et severi, atque ad ulciscendum prompti; ego vero promptus sum ad condonandum, lenis et æquus, neque a sectatoribus meis plura et majora postulo, quam quæ ab iis præstari possint.—(30.) ἐλαφρὸς, קַל, *levis*, oppositum βαρύ v. Joh. 1 ep. v. 3. χρηστὸς] *utilis*, hinc *aptus.* Cum de jugo sermo sit, ζυγὸς χρηστὸς est *jugum aptum, commodum*, non durum, non molestum, sed per ζυγὸν, ut per φορτίον, doctrina Christi h. l. intelligitur, atque adeo ζυγὸς χρηστὸς, ut φορτίον ἐλαφρὸν, ea vocatur, quatenus non plura, neque majora postulat ab hominibus, quam quæ ab iis præstari possint, quatenus præceptorum illius observatio non est molesta.

## CAP. XII.

(1. 2.) ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ] *aliquando* id. qd. τότε. vid. iii. 1. ἐπορεύθη τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων] *ibat Jesus die sabbati per agros segetibus latos*, ita, ut instaret semitæ, quæ per eos ferret. Quæ h. l. enarrantur,

2 τίλλειν στάχυας, καὶ ἐσθίειν. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες,
εἶπον αὐτῷ· Ἰδοὺ, οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι
3 ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ ἀνέγνωτε τί
ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασεν [1]αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ;
4 Πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς
προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς
5 μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις; Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν
τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον

3. † αὐτὸς.

ea Luc. vi. 1. evenisse leguntur ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ h. e. ut plerique recte interpretantur: primo sabbato, post secundum diem Paschatos (ממחרת השבת Levit. xxiii. 15.), quo manipulus frumenti ex mandato divino offerebatur, vid. Levit l. c. ut adeo σάββατον δευτερόπρωτον positum sit pro σάββατον πρῶτον ἀπὸ δευτέρας ἀπὸ τοῦ πάσχα· numerabantur enim a die secundo Paschatos usque ad Pentecosten, septem hebdomades, atque adeo totidem sabbata. Fruges autem maturescebant ante Pascha, ut manipulus die Paschatos secundo offerri, et falx in segetem deinceps immitti, atque plena messis institui posset. cf. not. ad Luc. l. c. Cæterum in plurali τοῖς σάββασι nulla vis quærenda est, sed pluralis vim habet singularis, ut ap. Joseph. Ant. iii. 10. κατὰ δὲ ἑβδόμην ἡμέραν, ἥτις σάββατα καλεῖται· etiam interpretes Alexandrini pro שבת nunc σάββατον, ut Exod. xxxi. 14. nunc σάββατα, ut Jer. xxvii. 21, 24. Lev. xxiii. 32. ponere solent. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 162. Articulus τῷ ante σαββάτῳ, ut ap. Hebr. ה, fere vim pronominis indefiniti obtinet. τὰ σπόριμα] scl. χωρία, *agri messibus vestiti, frumentarii*, ut ap. Xen. Cyr. i. 4. 16. τὰ ἐργάσιμα, *loca culta.* ἤρξαντο τίλλειν καὶ ἐσθίειν] pro ἔτιλλον καὶ ἤσθιον. vid. ad iv. 17. coll. Luc. vi. 1. Spicas in alieno agro evellere iisque famem sedare, per legem licebat, vid. Deut. xxiii. 26. sed Jesu discipuli die sabbati spicas evellebant, easque palmis confricabant. ψώχοντες ταῖς χερσὶ Luc. vi. 1. Pharisæi autem legem de abstinendo a labore die sabbati, eo extendebant, ut ne spicas quidem manibus terendas esse præciperent; vid. *Surenhusii* Præf. ad T. ii. Mischnæ. *Bodenschatz* Erläut. des N. T. aus den Jüd. Alterthümern, Samml. 1. nr. 5. *Wetstenius, Lightfootus* et *Schættgenius* in Horis ad h. l. atque hanc ipsam ob caussam Christi discipulos sabbati violationis accusabant, coll. v. 2.

(3. 4.). Pharisæorum criminationi Jesus ita occurrit, ut doceat, cogente necessitate, leges cultum et ceremonias spectantes violari posse. Laudat hanc in rem exemplum Davidis, cujus magna apud Judæos auctoritas erat, cui nemo vertisset vitio, quod, Sauli insidias fugiens, templum intrasset, et panes sacros, ab Achimeleco sacerdotum principe acceptos comedisset, vid. 1 Sam. xxi. 1 sqq. Erat autem summus sacerdos legis interpres in casibus dubiis, ejusque decretum pro regula erat, vid. Deut. xvii. 8, 13. arbitrabantur præterea Judæi recte violari posse leges ab aliis, quas violatas esse constaret a propheta aliquo. vid. *Olearius* ad h. l. et *Grotius* de verit. rel. chr. v. 6. Apposite igitur Christus exemplo Davidis h. l. usus est. οὐκ ἀνέγνωτε] *nonne legistis*, nempe ἐν ταῖς γραφαῖς, coll. xxi. 42. αὐτὸς, quod multi codd. omittunt, *Griesbachio* judice, e Marco et Luca irrepsit. οἱ μετ' αὐτοῦ] *Davidis in fuga comites.* vid. 1 Sam. xxi. 2, 4. οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες, Luc. vi. 3. אֲנָשָׁיו Gen. xxiv. 59. quod ibi Alexandrini expresserunt per οἱ μετ' αὐτοῦ· sed 1 Sam. xiii. 13. οἱ ἄνδρες οἱ μετ' αὐτοῦ. cf. de hoc præpositionis μετὰ usu, *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 204. — (4.) εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ] intelligitur tentorium Mosaicum, tabernaculum fœderis, quod eo tempore Nobe erat, vid. 1 Sam. xxi. 1. xxii. 7. atque ibi quoque, ut Exod. xxiii. 19. בית יהוה, οἶκος κυρίου dicitur, adeoque recte latine *templum* verti potest. Intrasse autem putandus est Davides porticus templi, non ipsum templum. τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως] significantur *panes Deo sacri*, in mensa aurea, per septem dies in priore templi parte *propositi*, qui pars redituum sacerdotum erat, vid. Levit. xxiv. 5 sqq. et *Deylingii* Obss. Sacr. P. 2. n. 11. Hebr. dicuntur לֶחֶם הַפָּנִים in conspectu Dei positi Ex. xxxv. 13. xxxix. 36. 1 Regg. vii. 48. ubi LXX. vertunt ἄρτοι προθέσεως· etiam לֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת 1 Par. ix. 32. et עֵרֶךְ לֶחֶם Ex. xl. 23. quia ordine positi erant in mensa. εἰ μὴ] pro ἀλλὰ, *sed* cum præcesserit negatio, Hebr. אִם לֹא, quod Gen. xxiv. 38. LXX. vertunt ἀλλά.

(5. 6.) Sequitur alterum argumentum a Jesu ad demonstrandam Pharisæorum accu-

βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ 6
μείζων ἐστὶν ὧδε. Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν· Ἔλεον θέλω 7
καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. Κύριος 8
γάρ ἐστι ¹καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

8. † καί.

sationis vanitatem prolatum. Revocat iis in memoriam ipsos sacerdotes die sabbati e præscripto legis in templo opus facere. τὸ σάββατον βεβηλοῦν, שַׁבָּת חִלֵּל Neh. xiii. 18. Ez. xx. 16. *violare leges sabbati*, facere sabbatis id quod fieri non debet, quod alio die fieri solet ac potest, h. l. nominatim *sabbatis opus facere*. Jam vero Jesus simpliciter dicere potuisset: nostis, quomodo sacerdotes sabbatum violent; sed ut reliqua verba ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι] non sine emphasi dicta sunt, ita et de industria dixit οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ] nonne legistis in libris Mosis, nempe Num. xxviii. 9. quo significaret ipsam legem non omnia opera sine exceptione die sabbati prohibere. ὅτι id. qd. πῶς, *quomodo*, ut Marc. vi. 2. et Hebr. כִּי Ies. xxix. 16. Exod. xviii. 1. 1 Sam. x. 1. Debebant autem, ut Num. l. c. legitur, singulis sabbatis duo agni anniculi sacrificari. Debebant ergo sacerdotes illo tempore ligna scindere, altari imponere, agnos mactare, pellibus direptis dissecare, dissecta membra altari imposita comburere, paucis, debebant opus facere; et tamen erant ἀναίτιοι, *insontes, culpa vacui*, nemo eos de sabbati violatione accusabat, peragebant enim demandatum ipsis officium. ἀναίτιος, נָקִי, Deut. xix. 10, 13. ἀθῷος, ἀνέγκλητος interprete Hesychio. καί, *et tamen*,, ut Hebr. ו Exod. v. 18. Deut. xxi. 18. — (6.) τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε] Pro μείζων haud dubie cum optimæ notæ codicibus legendum est μεῖζον· vulgo autem hæc verba explicantur: *ego sum major templo*, (ita quoque neutrum legitur v. 41, 42. xi. 9. add. Luc. xi. 31 s.) possum ergo veniam legis dare, permittere ut discipuli mei faciant aliquid die sabbati, quod vos illicitum esse putatis. Notant,. existimasse Judæos, prophetam, legatum divinum, plus esse templo, novas leges dare, et latas abrogare posse. vid. *Olearius* ad v. 2. *Grotius* de ver. rel. chr. v. 6. add. Mal. iii. 1. et not. ad xxi. 12. Verum enimvero si hic esset verborum sensus; dixisset Jesus τοῦ νόμου μεῖζον, non τοῦ ἱεροῦ vid. *Paulus* ad h. l. Itaque assentior potius interpretibus iis, qui verba nostra explicant: *hic adest templo quidpiam majus, gravius* (גָּדוֹל), h. e. valetudo discipulorum meorum, qui cibo se recrearunt majoris momenti est, quam cultus externus, saluti hominis cedere debet sabbatum.

(7. 8.) *Si intelligeretis quid hoc sibi vellet, benignitas mihi magis probatur, quam sacrificium, non damnaretis innocentes.* Philo de vict. off. p. 849. E. ὁ Θεὸς χαίρει οὐκ ἂν ἑκατόμβας ἀνάγῃ τις — χαίρει δὲ φιλοθέοις γνώμαις καὶ ἀνδράσιν ἀσκηταῖς ὁσιότητος, *non gaudet Deus centenis boum victimis — sed gaudet piis mentibus hominibusque sanctitatem exercentibus.* Vid. et locus similis Josephi Ant. vi. 7. 4. a *Krebsio* ad h. l. allatus. Sensus h. l. est: Si vos cogitassetis de sententia effati illius divini: humanitate magis delector, quam cultu mei externo, non adeo rigidi et inhumani censores discipulorum meorum, qui spicas die sabbati evellerunt, fuissetis. cf. ix. 13. Formula εἰ ἐγνώκειτε] respondet Græcorum formulis ἢν γνῶτε, εἰ ᾔδειτε, quibus vtuntur, cum alios admonent, ut rei alicujus præstantiam ponderent, atque perspicere studeant. v. *Abreschius* dilucc. Thuc. p. 392. —(8.) κύριος τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου] per τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου *Messiam* (vid. viii. 20.) significari, est plerorumque interpretum sententia, constituuntque verborum sensum hunc in modum: Messias est dominus sabbati, jus et potestatem habet statuendi, quid die sabbati faciendum sit, vel non faciendum. Sed præter ea, quæ ad v. 6. notavimus, obstare huic interpretationi videtur locus Marc. ii. 27, 28. ibi legitur: homo (ἄνθρωπος) non sabbati caussa creatus est, sed sabbatum hominis caussa institutum est; homo ergo h. l. dominus sabbati κύριος τοῦ σαββάτου, בעל השבת dicitur eatenus, quatenus sabbatum cedere debet saluti hominis, quatenus potest etiam die sabbati, urgente necessitate, opus facere. Formulam υἱὸς ἀνθρώπου, ut Hebr. בן אדם, simpliciter *hominem* haud raro significare, tritum est, vid. ad viii. 20. neque articulus ὁ verbis υἱὸς ἀνθρώπου h. l. præpositus nos cogit, ut de Messia hanc vocem interpretemur, prouti visum est *Storrio* in Diss. exeget. in aliquot loc. N. T. histor. Opuscc. Vol. iii. pag. 32 sqq. recte enim *Glassius* Phil. S. iii. 2, 3. monuit: " ex curiosa et minus necessaria articuli consideratione falsæ hypotheses et errores facile oriri et invehi possunt. — Repetendum necessario, quod articulus nimis crebro et omnium sæpissime emphasi careat, quodque ex articuli præpositivi vel præsentia vel absentia minus tuto certi alicujus dogmatis probatio desumi possit vel debeat." Cæterum particulam καί, quæ in pluribus codd. deest

9 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.
10 Καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηράν· καὶ ἐπηρώτησαν
αὐτὸν, λέγοντες· Εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα
11 κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Τίς ἔσται ἐξ
ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἓν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο
τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ;
12 Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς
13 σάββασι καλῶς ποιεῖν. Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον
τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς, ὡς ἡ
14 ἄλλη. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ

ante τοῦ σαββάτου, e Marc. ii. 28. et Luc. vi. 5. huc venisse, recte notarunt *Millius* atque *Griesbachius*.

(9. 10.) Aliis sabbatis ea, quæ hoc versu et sqq. enarrantur, accidisse, non iisdem, quibus superiora acciderant, ex Luc. vi. 6. ubi diserte legitur, ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, satis perspicue patet. μεταβαίνειν generatim notat: *transire e loco in alterum, abire*, et ἐκεῖθεν] est, ex agris, in quibus evenerant paulo ante commemorata. αὐτῶν] Judæorum, aut singulatim Capharnaumitarum. — 10. ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηρὰν] *cui manus erat tabe confecta*. Hominem paralyticum fuisse, adeoque manum, omni succo et nutrimento carentem, movere non potuisse; plerique interpretes statuunt. *Richterus* in Diss. medic. theol. p. 74. caussam proximam paralysis collocat in impedito fluore vel liquidi nervei vel arteriosi ad musculum in sua fabrica integrum. cf. et *Jahn biblische Archäologie* Th. i. B. 2. p. 406. add. not. Matth. iv. 24. *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. monuit, esse h. l. de spasmo, vel luxatione manus, non de paralysi, de manu omni succo et nutrimento carente, cogitandum. Hebræos enim membri corporis torporem subito ortum ab succi ariditate derivasse. Laudat hanc in rem locum 1 Regg. xii. 4. qui tamen, mea sententia, nullam vim probandi habet. Jesum ergo prehensa manu hominis, eam traxisse, intendisse, et restituisse. Sed hac de re neque h. l. neque Luc. vi. 10. quicquam legitur. *Schulthesius* in *Henkii Museum für Religionswissenschaft* B. 3. St. 1. statuit hominem illum debilitate brachii, rheumatismo laborasse, Pharisæorum interrogationem v. 10. iram illius concitasse, sanguinem ipsius in fervorem esse redactum, atque ita eum, jubente Jesu, brachium extendisse, et sanitatem recuperasse. Hunc eventum Jesum prævidisse ac prædixisse, et hanc prædictionem, cui eventus responderit, miraculis esse annumerandam. ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες] nempe Pharisæi, coll. v. 14. Luc. vi. 7. λέγοντες redundat post ἐπηρώτησαν, ut Hebr. לֵאמֹר post שָׁאַל Judd. xx. 23. Jos. i. 12. vid. v. 2. εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν;] ægrotos die sabbati sanare, si non vitæ periculum adesset, illicitum esse statuebant doctores Judaici; in iis etiam erant, qui, ne consolari quidem ægrotos, die sabbati licitum esse contenderent. *Schabbath* fol. xii. 1. *Nemo consolatur ægrotos aut invisit lugentes die sabbati, ex decreto scholæ Schammæanæ, sed Hilleliana illud licitum perhibet.* cf. omnino *Lightfootus*, *Schœttgenius* in Horis et *Wetstenius* ad h. l. Interrogabant ergo Jesum Pharisæi, an liceret huic homini sabbatis sanitatem reddere, cum nullum adesset vitæ periculum? Hanc vero quæstionem movebant ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ] *ut eum possent criminari, accusare*, quod doceret opus fieri posse sabbatis, atque adeo sabbata violari. κατηγορεῖν, הַלְשֵׁן Prov. xxx. 10. ubi Symmach. διαβάλλειν. Sic etiam κατηγορεῖν legitur ap. Isocr. Paneg. c. 36.

(11. sqq.) τίς ἔσται ἐξ ὑμ. ἀνθρ.] pro εἴ τις ὑμῶν, vid. vii. 9. βόθυνος, *cisterna*: Luc. xiv. 11. habet φρέαρ, quo voc. Hebr. בּוֹר explicatur ab Alex. 1 Sam. xix. 22. ut et voc. βόθρος Ex. xxvi. 20. ἐγείρειν, quod proprie notat: *lapsum, jacentem erigere*, h. l. cum referatur ad ἐμπεσεῖν, valet, *extrahere*, atque respondet verbis ἀναβιβάζειν et ἀνάγειν, quibus Alexandrini expresserunt הֶעֱלָה Gen. xxxvii. 28. Jer. xxxviii. 10. Doctores Judaici Christi ætate docebant, ovem in cisternam delapsam die sabbati extrahi posse, neque hoc modo sabbatum violari. vid. *Buxtorf.* in Synag. Jud. c. 16. et *Wolfius* in Curis ad h. l. Hinc ita Christus v. 12. argumentatur: jam vero (οὖν) homo est longe præstantior quam ovicula, itaque (ὥστε, לָכֵן, vid. et *Palairetus* ad h. l.) licet sabbatis benefacere, ἀγαθοποιῆσαι, Marc. iii. 4. h. e. ut contextus docet, *ægrotos sanare*. — (13.) ἀποκατεστάθη] *restituta est ei integritas.* Sic verbum שׁוּב Ex. iv. 7. legitur de dextra Mosis, quam lepra in-

ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς 15
ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ,
καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, 16
ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν. Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν 17
διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Ἰδοὺ, ὁ παῖς μου, ὃν 18
ᾑρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου·

vaserat, et quæ inde liberata est, ubi in Complut. extat ἀποκατεστάθη. ἡ ἄλλη id. qd. ἑτέρα, vid. v. 39. — (14—16.) Pharisæi a Jesu pudore affecti, atque propterea in iram et rabiem acti, in necem ei intentandam conspirabant. Pro συμβούλιον ἔλαβον] *consilium ceperunt, agitarunt*, in nonnull. codd. legitur ἐποίησαν, quæ lectio e Marc. iii. 6, 15. a grammaticis margg. codd. adscripta, in textum irrepsit. Formulam ipsam συμβούλιον λαμβάνειν, (quam Judæi expresserunt formulis מְלַךְ מִסַּב vel מְלַךְ נְסַב, quæ in vers. Syr. legitur,) Latinæ originis esse, cum Latini dicant *consilium capere*, ostensum est a pluribus. vid. *Salmasius* Hellenist. p. 140. s. *Olearius* de stilo N. T. p. 373. *Vorstius* Latin. falso susp. p. 8. Verba κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες conjungit *Olearius* ad h. l. vertit: *expeditionem quasi suscipientes contra ipsum*, atque observat, verbum Hebr. יצא et Gr. ἐξέρχεσθαι in libris scriptorum exterorum, ut Xenoph. et vers. Alex. passim hoc sensu legi, ut Exod. xx. 10. Deut. xxviii. 7, 28. al. Adstipulatur *Oleario Læsnerus* ad h. l. et e Philone l. vit. Mos. p. 641. B. et 628. C. docet, ἐξελθεῖν esse *aggredi*, dicique de iis, qui ad prœlium proficiscantur. Verum enimvero Matthæi usus loquendi huic interpretationi neutiquam favet, et si hæc verba cohærerent, e ratione Hebraica scribendum fuisset ἐξελθόντες κατ' αὐτοῦ. Ordo verborum potius hic est: οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἐξελθ. (nempe e synagoga exeuntes) συμβ. ἔλαβον κατ' αὐτοῦ. cf. Marc. iii. 6. Matth. xxvii. 1. atque hoc ordine in codd. nonnull. verba posita extant; sed cum pluribus et præstantissimis libris legendum est: ἐξελθόντες δὲ οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ v. Matth. ii. 3. iii. 16. iv. 12. viii. 10. xiv. 18. ix. 4, 8. etc. *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller d. N. T.* p. 91. — (15.) Jesum cum videret vitæ suæ insidias fieri a Pharisæis, cum nosset nondum horam suam venisse, discessit, (ut Marc. iii. 7. legitur, contulit se ad lacum Tiberiadis,) comitante ipsum magna hominum multitudine, quorum plurimos sanavit; ita, ut eos admoneret v. 16., ne ipsum φανερὸν ποιήσωσιν, h. e. ne has sanationes divulgarent, eum Messiam publice profiterentur, Marc. iii. 11. atque hac professione sua Judæorum principibus proderent. Pronus esse solet hominum animus ad audenda quævis, et ad exspectandas res maximas, cum aliquo modo excitatus est. Ne ergo populus, Messiam terrenum avide exspectans, vanam spem conciperet, turbasque moveret, et ut hostium insidias evitaret, propterea ἐπετίμησεν Ἰησοῦς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν.

(17. 18.) Laudat Matthæus locum ex oraculis Iesaiæ xlii. 1 ss. desumptum, eumque ad Jesum refert ita, ut doceat, Jesum inprimis propterea quoque discessisse et latere voluisse, quod in sua doctrina hominibus salutari tradenda, non id spectaverit, ut se ostentaret, ut nomen suum ore et sermonibus omnium celebraretur, sed unice id, ut promoveret salutem hominum. Locus ipse memoriter allatus est. — (18.) ὁ παῖς μου] *minister meus*. Quinam illo Iesaiæ loco hoc nomine insigniatur, dissentiunt interpretes. Alii per עבד intelligunt Messiam, vid. *Michaëlis* ad Ies. l. c. quam tamen sententiam omnis orationis cohærentia et v. 19. repudiant. Alii intelligunt, populum Israeliticum, in exilio viventem, vid. *Eckermanni theol. Beytrage* B. 1. p. 73. *Pauli Clavis üb. Ies. p.* 277., alii prophetam ipsum, vid. *Dathius* et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l., alii, fortassis rectius, Cyrum, vid. *Bauerus* in Schol. *Dœderleinius*, *Koppius* et *Henslerus* ad h. l. Matthæo, qui locum accommodavit, (particulam ὅπως æque ac ἵνα in accommodationibus poni solere, vel locus Matth. viii. 17. docere potest,) ὁ παῖς est Jesus Messias. עבד ap. Hebr. notat *amicum, familiarem, ministrum, eum, cujus opera et ministerio aliquis utitur*, et dicebantur ita quoque voluntatis divinæ interpretes, ut Moses Num. xii. 7. unde et ipsi Apostoli in libris N. T. dicuntur δοῦλοι Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Rom. i. 1. Jac. i. 1. al. αἱρετίζειν notat *eligere*, ut 1 Chron. xxviii. 4, 6. ubi in LXX. respondet Hebr. בחר, etiam *amare aliquem, favere alicui*, ut ap. τοὺς ό. Num. xiv. 8. ubi exprimitur Hebr. חָפֵץ, et sic h. l. capiendum, ut adeo verbis ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου omnino exprimatur notio hæc: quem unice amo. Hesych. ᾑρετισάμην· ἠγάπησα. ἐπεθύμησα, ἠθέλησα, ἠράσθην· vid. *Ernestii* Glossæ Sacr. Hesych. p. 151. Apud Ies. l. l. legitur אֶתְמָךְ בּוֹ, ubi LXX.

θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγ-
19 γελεῖ. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν
20 ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον
οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἕως ἂν ἐκβάλῃ

ἀντιλήψομαι· Vulg. *suscipiam eum.* ἀγαπητός μου, בחירי, Alex. ὁ ἐκλεκτός μου· *dilectus meus.* εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου] *quem amo, probo.* Ies. רָצְתָה נַפְשִׁי, Alex. προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· Matthæus supplevit אשׁר בו. εἰς positum est pro ἐν· Alexandrini enim εὐδοκεῖν construunt vel cum Accus. personæ, ut Ps. li. 21. vel cum præpos. ἐν, ut legitur Matth. iii. 17. sed utrique præpositioni particula ב respondet. ἡ ψυχή μου pro ἐγώ. θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν] נָתַתִּי LXX. ἔδωκα· sed rectius h. l. positum est futurum, cum sermo sit apud prophetam de re futura. Cum præterea נתן haud raro ponatur pro הֵשִׂים et in vers. Alex. נתן reddatur etiam per τίθημι, ut שׂום per δίδωμι, interpres græcus recte נתתי expressit θήσω· formula autem ipsa notat, instruere, ornare aliquem donis singularibus, vid. ad Matth. iii. 16. H. l. inprimis intelligitur insignis sapientia, doctrinæque divinæ scientia. καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσι ἀπαγγελεῖ] Ies. מִשְׁפָּט לַגּוֹיִם יוֹצִיא, Alex. κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· משפט significat *pœnam* Hos. v. 1, 11. ut κρίσις Marc. iii. 9. etiam *leges, præcepta,* 1 Regg. ix. 4. ubi οἱ ό. habent ἐντολαί· sed Gen. xviii. 19. κρίσις, et Ps. cxix. 108. κρίματα· quo posteriori sensu voc. κρίσις h. l. est accipiendum, ut adeo verba ipsa exprimenda sint: *doctrinam divinam annuntiabit gentibus.* Verbum Hebr. הוֹצִיא, quod, cum de doctrina, vel re annuntianda sermo est, notat, *patefacere, annuntiare,* etiam Alex. Ies. xlviii. 20. vertunt ἀπαγγέλλειν.

(19—21.) οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει] Ies. לֹא יִצְעַק וְלֹא יִשָּׂא scl. קוֹלוֹ, Alex. οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει· in textu Hebraico duæ voces ejusdem significationis, *clamorem* denotantes, reperiuntur, sed Matthæi Græcus interpres recte usus est verbo ἐρίζειν, *altercari, litigare,* nam qui altercatur et litigat, vociferatur et clamat, atque respiciuntur h. l. soliti Rabbinorum strepitus, clamores, et altercationes, atque docetur, Jesum non illorum more cum adversariis litigasse, sed ab omni ostentatione alienum, sese iis subduxisse, ut facere solent, qui latere malunt, quam celebrari. ἐν ταῖς πλατείαις] Hebr. בַּחוּץ, Alex. ἔξω· i. e. *in publico,* in vicis et plateis, quibus verbis etiam omnino exprimitur h. l. notio hæc: Jesum fuisse ab omni ostentatione alienum. — (20.) κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει] Ies. קָנֶה רָצוּץ לֹא יִשְׁבּוֹר Alex. κάλαμον τεθλασμένον οὐ συντρίψει· Vulg. *calamum quassatum non conteret.* καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, Ies. וּפִשְׁתָּה כֵהָה לֹא יְכַבֶּנָּה, Alex. καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει· Vulg. *et linum fumigans non extinguet.* Scilicet λίνον proprie est *linum,* deinde ita dicitur omne quod e lino conficitur, ut *vestimentum lineum,* Apoc. xv. 6. H. l. explicari debet de *funiculo lineo, sive ellychnio.* τύφεσθαι, *fumare, languide lucere,* ita, ut jamjam extingui videatur: Soph. Antig. 1124. de igne in cinere κἄτυφε, οὐκ ἔλαμπεν. Hesych. τύφεσθαι, μαραίνεσθαι, ἡσυχῇ ἐκκαίεσθαι, χωρὶς φλογὸς καπνὸν εἶναι. Item τύφεται· καπνίζεται. Sed *calamus quassatus,* et *ellychnium languide lucens,* sunt symbola infirmitatis, imbecillitatis, hominis afflicti, oppressi; et formulæ: *calamum quassatum confringere, ellychnium languide lucens extinguere,* apud Hebr. in proverbium abiisse videntur, ita, ut iis significaretur, augere afflictionem afflictorum, afflictos opprimere. Sensus igitur verborum κάλαμον κ. τ. λ. relate ad Jesum constituendus videtur: hominum salutem promovebit, mitis erit, lenis et æquus (πρᾶος καὶ ταπεινὸς) erga homines inscitia laborantes, adeoque miseros, non more Judaicorum doctorum legum cærimonialium traditionumque onere sectatores suos opprimet, nec a suis plura et majora postulabit, quam quæ ab iis præstari possint. vid. not. ad ix. 36. et xi. 28 sq. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν] Ies. לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט, Alex. ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. Matthæus memoriter locum recitavit, omisit verba Ies. עַד יָשִׂים בָּאָרֶץ מִשְׁפָּט et fortassis, ut *Paulus* suspicatur, scripsit יַשְׁלִיחַ לָנֶצַח. Varie autem verba Græca exposuerunt interpretes, vid. *Wolfium* in Curis et *Kœcherum* in Analectis ad h. l. *Raphelius* Obss. Polybb. vertit: *usque quo victoriosam reddiderit doctrinam evangelii. Krebsius: usque dum caussam,* de qua disceptatur, *obtinuerit,* atque adeo ex illo certamine victor discesserit. ἐκβάλλειν, notat, idem esse quod ἐξάγειν Joh. x. 4., ut adeo ἐξάγειν εἰς νῖκος τὴν κρίσιν s. κρῖμα dicatur *is, qui in judicio caussam vicit:* εἰς νῖκος vero, ait, idem valere quod εἰς τέλος, Hebr. לנצח, quod Aquila et Symmach. Ps. xii. 1. xlviii. 8. per εἰς νῖκος expresserunt, sed Alex. εἰς τέλος. *Læsnerus,* qui observat, promiscuum esse, utrum κρίσις pro *judicio ipso,* an pro *lite* et *caussa, de qua judicatur,* sumatur, εἰς νῖκος, לנצח (quod etiam *veritatem*

εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Καὶ †ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. 21
Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος, τυφλὸς καὶ κωφός· 22
καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ
λαλεῖν καὶ βλέπειν. Καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι, καὶ 23
ἔλεγον· Μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ; Οἱ δὲ Φαρισαῖοι 24
ἀκούσαντες, εἶπον· Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ
μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. Εἰδὼς δὲ ὁ 25
Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς· Πᾶσα βασιλεία
μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία

21. † ἐν.

notat, vid. *Schultensius* ad Prov. xxi. 28.) explicat *plane, prorsus*, et vocem ipsam interpretatur: *donec omnem litem, concertationemque prorsus aboleverit, composuerit et diremerit.* Equidem *Krebsii* rationem probo, vocabulum autem *κρίσις* eo sensu capiendum puto, quo v. 18. occurrit, ut adeo *doctrinam divinam* notet, atque sententia procedat hæc: promovebit felicitatem hominum, dum (*ἕως*, Hebr. עד) doctrinam suam tradet, ita, ut ea vincat, ut illius veritas appareat, ut ea admittatur. — (21.) *καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι*] Ies. וּלְתוֹרָתוֹ אִיִּים יְיַחֵלוּ, Alex. *καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη* (אִיִּים *regiones*, vid. *Michaëlis* Supplem. ad Lex. Hebr. T. i. p. 68. et Spicileg. Geogr. Hebr. ext. P. 1. p. 143.) *ἐλπιοῦσι*· sed rectius reliqui interpretes: *καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι.* Verba *ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* ex h. l. in vers. Alex. venisse videntur. *ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ* pro *ἐν αὐτῷ*. spem suam in eo collocabunt gentes, doctrinam ipsius amplectentes.

(22—24.) *τότε προσηνέχθη κ. τ. λ.*] *eo fere tempore adduxerunt ei dæmoniacum quendam cæcum et mutum.* cf. Luc. xi. 14ss. Homo ille non a nativitate, sed ex morbo mutus et cœcus fuisse videtur; sequitur *ἐθεράπευσεν αὐτὸν*, pro quo Luc. habet, *ἦν ἐκβάλλων τὸ δαιμόνιον* h. e. omisso ornatu Judaico, sanavit hominem cœcum et mutum. v. not. ad ix. 32. Cœcitatem hominis non adscriptam fuisse genio malo, tanquam illius auctori, inde conjicit *Paulus*, quod Lucæ l. c. tantummodo commemoretur hominem fuisse mutum; idem quoque observat, gradum et modum cœcitatis ex iis, quæ h. l. legantur, desiniri non posse. Verbum *ἐξίστημι* v. 23. usurpatur de quacunque animi commotione vehementiori, etiam de iis, qui maxime sunt defatigati, qui deliquium animi patiuntur, qui non sunt mentis compotes et insaniunt. Xen. Mem. i. 3. 12. v. *Læsnerus* ad Marc. iii. 21. inprimis vero etiam de admiratione summa, ut Judith. xii. 15. xv. 1. et h. l. Hesychius: *ἐξίσταντο· ἐθαύμαζον. ἐξίστην· ἐθαύμασα, ἐξεπλάγην·* respondet Hebr. תמה Gen. xliii. 33. Ps. xlviii. 6. Itaque *ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι*] est: in maximam admirationem rapta est adstans populi multitudo. *υἱὸς τοῦ Δαβὶδ*] id. qd. *ὁ Χριστὸς*, Messias. vid. ad ix. 27. — (24.) Pharisæi, quos hæc populi persuasio graviter offendebat, ne coacti essent, vel tacite profiteri, se hactenus iniquos et injurios in Jesum fuisse, dicebant, eum non esse Messiam, sed impostorem, et seductorem populi, qui non Dei potentia adjutus ejiceret dæmonia, sed ope auxilioque principis geniorum malorum. Male *Wetstenius* ad h. l. sensum verborum ita constituit: "vi potentioris dæmonis expellit infirmiorem, quo facto homini non beneficium præstat, sed ipsum in potestatem hostis severioris atque malignioris tradit." Sed homini illi valetudo pristina restituebatur, coll. v. 22, 23. neque reliqua orationis series huic interpretationi favet. *Βεελζεβοὺλ*] vid. ad x. 25.

(25. 26.) Caussam suam Jesus ita defendebat, ut adversarios ad silentium redigeret. Pace et concordia, hæc est ipsius argumentatio, conservatur respublica quævis salva et incolumis, discordia diruitur. Si princeps geniorum malorum me, ut vos dicitis, adjuvaret in expellendis geniis malis, qui jussu et permissu ipsorum principis corpora hominum invaserunt, ille secum ipse discors esset, et perquam inepte ageret, vim ac potestatem suam ipse minueret et frangeret, factionibus et dissidiis regnum ipsius, de quo vos multa dicitis, dirueretur, neque consistere posset. Est ergo argumentum ab absurdo, quo Jesus Pharisæos, adversarios suos, refutabat. Ipsa autem sententia, quam Jesus proposuit, etiam alii usi sunt. Seneca de Ira ii. 31. *salva autem esse societas nisi amore et custodia partium non potest.* Cic. Læl. 7. *quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti?* Sophocl. Antig. 687. *ἀναρχίας γὰρ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακὸν, αὕτη πόλεις ὄλλυσιν ἥ δ' ἀναστάτους οἴκους τίθησιν* vid. *Wetstenius* ad h. l. *εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς*

26 μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, οὐ σταθήσεται. Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς
τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθή-
27 σεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκ-
βάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ
28 τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί. Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι
Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασι-
29 λεία τοῦ Θεοῦ. Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν
τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶ-
τον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;
30 Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι· καὶ ὁ μὴ συνάγων

28. ∾ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐγώ.

κ. τ. λ.] *cognitis eorum cogitatis, regnum, inquit, quodlibet, cujus principes et cives inter se dissident, evertetur.* μερίζειν, cujus synonymum est διχάζειν x. 35. respondet Hebr. חָלַק, quod construitur cum particula עַל et notat *dissentire, dissidere,* 1 Regg. xvi. 21. Jos. xiii. 7. ἐρημοῦσθαι, *everti, interire.* οὐ σταθήσεται pro οὐ δύναται σταθῆναι Marc. iii. 24. non potest esse salva i. evertetur, interibit.—(26.) καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει] *quodsi princeps geniorum malorum se ipsum expelleret,* dum nimirum me adjuvaret in expellendis geniis malis, secum ipse discors esset, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη, si exigeret genios malos ex hominum corporibus, quæ illi ipsius jussu et permissu invaserunt, se ipsum exigere, se ipsum oppugnare censendus esset. τὸν σατανᾶν pro ἑαυτόν. Hebræi enim nomen haud raro ponere solent loco pronominis, vid. Gen. xix. 24. 2 Tim. i. 18. *Storrius* Obss. ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 106 sqq. hinc Marcus iii. 26. habet: σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτόν.—πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;] *quomodo regnum ipsius consistere poterit?* quæ quidem interrogatio negantis est, οὐ δύναται σταθῆναι Marc. iii. 24. id. qd. ἐρημοῦται.

(27.) Sequitur jam argumentum aliud. Vestri discipuli, inquit Jesus, etiam genios malos ejiciunt, et apud vos in honore sunt, atque ex arte sua quæstum faciunt; si ego, vobis ita statuentibus, artibus magicis utor, etiam vestri discipuli artibus magicis utantur necesse est; quod tamen haud facile mihi concedetis. Præter Christum vero et Apostolos, alios quoque Judæos illis temporibus dæmonia ejecisse, et morbos graviores sanasse, ita tamen ut variis exorcismis et vero etiam medicamentis uterentur, patet e Luc. ix. 49. Act. xix. 13. Josephus Ant. viii. 2. 5. vii. 6. 3. οἱ υἱοὶ ὑμῶν] non, *vestri populares,* ut *Beza* et *Camerarius* voluerunt; huic interpretationi usus loquendi repugnat, dixisset enim tum Jesus οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, sed οἱ υἱοὶ ὑμῶν sunt, *vestri discipuli.* Constat enim apud Hebræos, discipulos vocasse magistrum אַב, *patrem,* magistrum vero discipulos בנים, *filios.* cf. 1 Regg. xx. 35. 2 Regg. ii. 3. 2 Tim. i. 2. Philem. x. ἐν τίνι ἐκβάλλουσι] *cujusnam ope ejiciunt? num a principe geniorum malorum adjuti?* hoc vos non dicitis, cur ergo hoc de me dicitis? διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί] *ergo ipsi erunt vestri judices,* ipsi vos calumniæ convincent.

(28 sq.) εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ κ. τ. λ.] *cum vero ego Dei potentia adjutus genios malos ejiciam,* quorum consilia et facta institutis divinis quovis pacto repugnare, ipsi dicitis, *patet jam adesse vobis regnum divinum.* Pro ἐν πνεύματι Θεοῦ ap. Luc. xi. 20. legitur: ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, *Dei digito,* i. Dei potentia adjutus; atque hic idem sensus inest formulæ h. l. obviæ. Nam etiam Luc. i. 35. πνεῦμα ἅγιον et δύναμις ὑψίστου tanquam voces ejusdem significatus copulantur.—29. *Et quomodo potest quis intrare domum robusti domini, atque supellectilem ipsius diripere, nisi eum ante constrinxerit? tum demum ipsius domum expilare poterit.* ἢ] *et,* ut Hebr. אוֹ. ἰσχυρὸς] גִּבּוֹר, *robore et viribus corporis valens.* τὰ σκεύη] *supellex, bona, opes,* כֵּלִים Gen. xxxi. 37. quo eodem sensu Luc. xi. 22. legitur σκῦλα, referuntur enim ad domum, et ad ἰσχυρόν, quatenus in domo habitat. πρῶτον pro πρότερον, ut v. 24. διαρπάσει] *expilare poterit,* de quo quidem futuri usu et significatu vid. *Grævius* ad Hesiod. Ἔργ. 185. De formula διαρπάσαι τὴν πόλιν disputavit *Valckenarius* ad Eurip. Phœnn. p. 385. *diripere urbem* dixit Liv. xxi. 57. xxii. 20. Sensus: potentior vincit potentem; nisi ego potentior essem geniis malis eorumque principe, non possem eos ejicere.

(30.) Proverbialis loquendi formula: ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι] *qui non a partibus meis stat, is est adversarius meus;* neque tamen pronomen ἐμοῦ proprie ad Christum referri debet, nam in proverbiis pronomina modo primæ, modo secundæ, modo tertiæ

μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· Πᾶσα ἁμαρ- 31
τία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ τοῦ
πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις.
Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθή- 32
σεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου,
οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ

personæ, pro quovis homine ponuntur. Sed si effatum ad rem ipsam, de qua h. l. sermo est, transfertur, sensus existit hic: cum ego re ipsa ostenderim, me Satanæ adversarium gravissimum esse, patet me nullum pactum cum eo inire potuisse, illum me neutiquam adjuvare; non possumus cum aliquo facere, a partibus alicujus stare, et simul eum oppugnare. Formula εἶναι μετά τινος, quæ etiam alibi occurrit, vid. *Rhær.* Fer. Daventr. p. 61. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l., respondet Hebræorum הָיָה עִם־פְּלֹנִי *partes alicujus tueri, esse alicujus amicum*, 1 Regg. i. 8. Ex. iii. 12. De proverbio ipso vid. plura ap. *Vorstium*, *Schottum* de Adagg. p. 37. et *Wetstenium* ad h. l. καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει] *et qui non mecum colligit, is dissipat.* Respiciuntur verba v. 29. et sensus hujus proverbii in hac orationis serie est: nec ego potentiam Satanæ adaugeo, immo eam minuo et frango. A collectione et dissipatione opum pecuniarumque metaphora petita videtur. Neutiquam vero nobis placet sententia eorum interpretum, qui his verbis respici putant Pharisæos, hominum animos, cum Christus sibi cœtum et sectatores colligere vellet, ab eo calumniis et malis artibus abalienare studentes; ut translatio ipsa ducta sit a pastoribus negligentibus, qui oves non colligunt, ut adeo grex dissipetur.

(31.) διὰ τοῦτο] *quæ cum ita sint.* Referri debent hæc verba ad omnem orationem, quæ præcessit. Ex comparatione autem hujus loci cum Marc. iii. 28. Luc. xii. 10. perspicitur, v. 31. et 32. eandem sententiam esse expressam, sed v. 31. indefinite atque obscurius, versu autem 32. definite et clarius. ἁμαρτία] vocabulum generis, explicatur et definitur vocabulo βλασφημία, quo significantur dicta in Christum contumeliosa, orta ex inscitia et imprudentia. Talia dicta ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, *condonari hominibus possunt;* ἀφεθήσεται enim eodem modo explicandum quo σταθήσεται v. 25. et διαρπάσει v. 29. add. *Glassius* Phil. S. p. 198. ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία] *voces jactatæ adversus Dei spiritum.* βλασφημία τοῦ πνεύματος est id. qd. κατὰ τοῦ πνεύματος, coll. v. 32. Jam supra ad v. 28. notatum est, πνεῦμα Θεοῦ significare ex usu loquendi scriptorum N. T. *potentiam divinam*, atque hoc ipso sensu h. l. πνεῦμα et πνεῦμα ἅγιον accipi debet. In antecedentibus docuerat Jesus: se genios malos expellere, non ope auxilioque geniorum malorum principis, sed potentia divina adjutum. Oratio ipsa spectabat Pharisæos et Judæorum principes, qui, cum Christus ipsorum exspectationibus non responderet (vid. ad c. 4.), ut impedirent, quo minus ille cœtum et sectatores sibi colligere posset, scientes prudentesque, improbo consilio, Judæorum animos calumniis et malis artibus ab eo abalienare studebant, atque contendebant, eum genios malos ejicere, et alia hujus generis facinora patrare, ope auxilioque Satanæ adjutum. Itaque per βλασφημίαν τοῦ πνεύματος, hæc ipsa Pharisæorum criminatio intelligitur, et sensus est: cum evidens sit, me genios malos, non ope Satanæ, sed potentia divina adjutum ejicere, vos vero, malo consilio, hoc, et alia miranda facinora a me patrata, a vi auxilioque Satanæ repetatis: hæc impia levitas vestra non condonabitur vobis. οὐκ ἀφεθήσεται, *nunquam* (οὐδέποτε, vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 739.) *condonabitur* i. vix condonabitur; cum propemodum impossibile sit, ut homines ita animati ad meliorem frugem redeant, cum summam animi impietatem et pervicaciam ejusmodi criminatio prodat. Loquitur Jesus h. l. animo commoto neque adeo verba οὐκ ἀφεθήσεται nimis premenda. Similes loci x. 34. Luc. xviii. 25.

(32.) Verba hujus versus a Luca xii. 10. ad aliam occasionem referuntur, sed cum h. l. orationis nexus et cohærentia accuratior sit, a Matthæo rectius h. l. allata, et a Jesu eodem tempore, quo ea, quæ hactenus legimus, dicta videntur. εἰπεῖν λόγον κατά τινος est id. qd. βλασφημεῖν εἴς τινα, quacum formula illa permutatur Luc. l. c. Vocabulum λόγος respondet Hebr. דָּבָר, quod etiam habet vim pronominis indefiniti, atque ab Alexandrinis interdum exprimitur per τι· vid. Jer. xxxii. 27. add. Matth. xxii. 46. Ies. xxxvi. 21. atque adeo εἰπεῖν λόγον κατά τινος est id. qd. εἰπεῖν τι κατά τινος. Itaque verba ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου] reddi debent: *qui me* (Messiam) *dictis violaverit.* Innuuntur Judæorum, quos humilis Christi conditio offendebat, convicia, qualia hæc erant: cum esse Nazaretha oriundum,

33 μέλλοντι. Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν
αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρ-
πὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.
34 Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν, πονηροὶ
ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα
35 λαλεῖ. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς
καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ · ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ
36 τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι
πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσιν

35. † τῆς καρδίας.

sed inde nihil boni venire posse; eum esse Galilæum, sed e Galilæa prophetam non esse ortum, et hujus generis alia. ἀφεθήσεται αὐτῷ] veniam nancisci poterit, facilius eo poterit redigi, ut errorem suum agnoscat. οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι] *nunquam* i. vix effugiet pœnas divinas gravissimas et certissimas. Neque enim hæc verba nimis premenda, sed sunt populariter dicta, v. ad v. 31. Exprimunt difficultatem veniam consequendi, sive certitudinem pœnarum. Similis locus extat 2 Macc. vi. 26. ἀλλὰ τὰς (τιμωρίας) τοῦ παντοκράτορος χεῖρας, οὔτε ζῶν οὔτε ἀποθανὼν ἐκφεύξομαι, *pœnas omnipotentis, neque vivus, neque mortuus* (i. neutiquam) *effugiam*.

(33.) *Sive bonum judicetis arborem, etiam fructus ejus bonos, sive malam, etiam fructus ejus malos esse, judicetis necesse est.* ποιεῖν est *fingere, ponere* (ut Lat. *fac*), Xen. Anab. v. 7. 5. ποιῶ δὲ ἡμᾶς ἐξαπατηθέντας v. *Valckenarius* ad Herodo. vii. 184. *Abreschius* Dilucc. Thucydd. vii. 28. etiam *judicare, putare, statuere* Joh. viii. 53. h. l. vid. *Raphelius* Herodo. et *Kypkius* ad h. l. atque verba ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον κ. τ. λ.] reddi debent: aut sumendum est, arborem esse bonæ indolis, et tunc fructum ejus quoque bonum esse statuendum est, aut arborem malæ indolis esse statuendum est, et tunc fructum ejus quoque malum esse sumendum est. Omnis autem hæc locutio proverbium redolet. Similes loci vii. 17. Luc. vi. 43 sqq. Sir. xxvii. 6. καρπὸς καλὸς sunt *fructus edules, salubres*, id. qd. καρποὶ ἀγαθοὶ vii. 17. nam singularis habet vim pluralis; etenim Hebr. פְּרִי collectivum est, et vim pluralis habet, vid. Ps. i. 3. Ac proprie quidem pro δένδρον καλὸν et καρπὸς καλὸς scribi debuisset ἀγαθὸν et ἀγαθός· nam καλὸς de pulchritudine et forma dicitur, sed ἀγαθὸς de bonitate et præstantia alicujus rei; sed Hebræi vocabulo טוֹב utuntur de utroque præstantiæ genere. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται] *e fructibus enim arboris natura atque ingenium dignoscitur.* Jam si hæc hujus versus verba cum iis, quæ præcesserunt et quæ sequuntur, componuntur, ex iis sententia procedit hæc: cum opera mea hominibus sint salutaria, existimare debetis, me esse bonum atque benignum, me esse legatum divinum, neque ea a me fieri ope Satanæ; vos vero quales sitis, dictis et factis, calumniisque vestris demonstratis.

(34. 35.) γεννήματα ἐχιδνῶν] vid. ad iii. 7. πῶς δύνασθε] positum est pro πῶς ἂν δύναισθε, *quomodo possitis;* Indicativus enim vim habet Optativi, ut probe observavit *Beza* ad h. l. ἀγαθὰ λαλεῖν] *vera, proba, pia loqui;* opponitur huic formulæ βλασφημεῖν, coll. v. 31. πονηροὶ ὄντες, *cum prava sit atque perversa omnis vestra cogitandi et sentiendi ratio.* ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος κ. τ. λ.] Proverbialis locutio. *Lingua proloquitur ea, quibus animus plenus est atque redundat;* hoc enim est περίσσευμα, significantur autem animi sensa vel bona et pia, vel mala et impia, quatenus animus iis plenus est.—(35.) Copiosius exornatur sententia v. 34. proposita. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος] homo veritatis, integritatis, pietatis studiosus: contra πονηρὸς ἄνθρωπος] homo simulationis, improbitatis amans et studiosus. ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ] *e penu animi sui bono.* De usu voc. θησαυρὸς dictum est ad ii. 11. notat etiam omnia, quæ alicubi condita sunt, quæ si bona sunt atque utilia, dicuntur θησαυρὸς ἀγαθὸς, ut h. l. sensa animi recta et proba: sed si mala sunt atque inutilia, θησαυρὸς πονηρὸς, ut h. l. sensa animi prava et improba. τῆς καρδίας] plerique codd. omittunt; repetitum videtur e versu præcedente, et commode abesse potest, cum ipsa orationis series perspicue doceat, vocabulo θησαυρὸς notari ea, quæ in mente, animo condita sint. ἐκβάλλειν] *proferre, emittere*, unde et ap. Luc. vi. 45. legitur προφέρειν· utrumque verbum in vers. Alex. respondet Hebr. הוֹצִיא. Cf. de hujus verbi ἐκβάλλειν usu vario *Raphelius* ad h. l. et Obss. Miscell. Lips. Nov. Vol. viii. P. 1. p. 1 sqq.

(36. 37.) λέγω ὑμῖν ὅτι] *mihi credite.* v.

περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου 37
δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.
Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, 38
λέγοντες· Διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. Ὁ 39
δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς
σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ

Matth. xxvi. 34. coll. Joh. iv. 21. ὅτι redundat, nam etiam alias hæc particula formulæ λέγω ὑμῖν modo additur, modo non, ut xi. 22, 24. ῥῆμα ἀργὸν] *vox inutilis* h. e. *inprimis perniciosa*, quæ aliis valde obest, eosque in errorem atque perniciem inducit; et significantur ejusmodi voces, qualis illa fuerat a Pharisæis emissa, et a Jesu pluribus refutata v. 24 sqq. Solent autem scriptores sacri quoque eo deminutionis genere uti, ut ponant verba contraria eorum, quæ declarare velint, iisque adjungant particulas, quæ vim negandi habeant. Sic ἄχρηστος, *impius*, Sir. xvi. 1. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 567. et *Kypkius* ad h. l. atque ita ἀργὸν (id. qd. ἄεργον) notat *otiosum, inutile* et *perniciosum*. Respondet voc. ἀργὸν Hebr. בָּטֵל quod de hominibus adhibitum significat *otiosum, desidem*, de verbis vero et oratione, *vocem vanam, inutilem*, vid. Onquel. Exod. v. 9. et Targ. Eccl. v. 2. *Drusius* ad h. l. *Vorstius* de Hebraism. c. 3. p. 80. et *Fischerus* l. c. Pro πᾶν ῥῆμα ἀργὸν e Græca ratione proprie scribi debuisset: περὶ παντὸς ῥήματος, solent autem Hebræi ita initio enuntiationum Nominativos ponere, vid. *Vorstius* c. 11. nec insolens hæc loquendi ratio scriptoribus Græcis, v. *Raphelius* ad h. l. πᾶν ῥῆμα ὃ ἐὰν, כָּל־הַדָּבָר אֲשֶׁר. ἀποδώσουσι λόγον] *rationem reddere debent die judicii*, (37.) ἐκ γὰρ τῶν λόγων κ. τ. λ.] videtur Christus his verbis explicare et accuratius definire voluisse formulam, quæ præcessit, ἀποδώσουσι λόγον· ut adeo sensus sit: si quis dixerit bona et pia, publice privatimque utilia, absolvetur, præmiis ornabitur; sin impia, mala et inutilia, damnabitur, pœnas luet. ἐκ, *secundum*, l. *ex*, id. quod κατὰ, v. *Kypkius* ad h. l. καταδικάζεσθαι, id. qd. κατακρίνεσθαι Rom. viii. 33, 34., *condemnare*, opponitur τῷ δικαιοῦσθαι· ut Hebræi verbo הִצְדִּיק opponunt הִרְשִׁיעַ, quæ verba οἱ ό. Deut. xxv. 1. reddunt δικαιοῦν et καταγινώσκειν, sed Prov. xvii. 15. δίκαιον et ἄδικον κρίνειν. Particula καὶ significat h. l. *aut*, ut Marc. iv. 27. Phil. iv. 16. sic quoque Lat. *et* pro *aut* Tibull. i. 9. 49. *Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma Torreat, et liquida deleat amnis aqua:* unde et in nonnull. codd. e glossemate pro καὶ h. l. legitur ἤ. Cæt. aliis interpp. verba hujus versus proverbialiter dicta videntur, ita ut proverbii sensus sit: hominis sermones produnt, qualis sit, ex iis facile constat, probus sit an improbus. Notant etiam desumptam esse vocem a judiciis, in quibus confessione rei nitatur sententia judicis, qui eum vel damnet vel absolvat. Sed hæc ab h. l. aliena videntur.

(38. 39.) Pharisæorum atque legisperitorum nonnulli, quo interpellarent acerbam ipsis et valde ingratam orationem Jesu; ut detraherent de rebus ejus gestis, atque evincerent, ex iis, quæ hactenus edidisset, miraculis nequaquam colligi posse, eum Messiam esse; etiam ut novam eum obtrectandi occasionem nanciscerentur, vid. Luc. xi. 16. σημεῖον ab eo postulabant. θέλομεν] *cupimus, optamus*, vid. *Raphelius* Obss. Xenoph. ad h. l. ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν] *signum*, documentum legationis divinæ. Postulabant, ut e Marc. viii. 11. coll. Matth. xvi. 1. Luc. xi. 26. patet, σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, signum aliquod cœleste, portentum in cœlo, phænomenon aliquod in nubibus, in aëre, ut fulmen, tonitru, et simile quid, quo legationem suam comprobaret. Jesus vero Pharisæorum mentem probe perspiciens, atque intelligens ab iis hoc tantum agi, ut ipsum denuo dictis læderent, ipsiusque laudibus obtrectarent, eorum votis ac desideriis non satisfaciebat. — (39.) γενεὰ πονηρὰ] דּוֹר רָע Deut. i. 35. *homines improbi*, καὶ μοιχαλὶς] *et perfidi*. In libris V. T. Deus sæpius comparatur cum marito, et gens Judaica cum uxore, atque hinc etiam populi perfidia, ejus idolorum cultus, impietas atque improbitas, conferuntur haud raro cum adulterio, vid. Hos. iii. 1. Ies. lvii. 3. Sap. iii. 16. iv. 3. Nominantur ergo h. l. Pharisæi et Judæi cum iis facientes γενεὰ μοιχαλὶς καὶ πονηρὰ hoc sensu, *gens perfida, cummaxime scelesta.* ἐπιζητεῖ id. qd. ζητεῖ, ut Marc. viii. 11. legitur, coll. v. 12. unde etiam in nonnull. codd., male tamen, extat ζητεῖ· sed σημεῖον ἐπιζητεῖ] dictum est pro σημεῖον παρ' ἐμοῦ ἐπιζητεῖ. Sir. xxviii. 3. παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν. Per σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου] *documentum legationis divinæ Jonæ prophetæ*, signum, quo Ninivitæ eo redigebantur, ut animos dictis Jonæ attenderent, *portentum, miraculum, quod accidit in Jona, propheta*, intelligitur Jonæ commoratio in piscis ventriculo,

40 σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ
κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας· οὕτως

coll. v. 40. *Eckermanus* in *Theolog. Beyträgen* B. 5. St. 2. p. 30. et in: *Ausführlicher Erklärung aller dunklen Stellen des N. T.* Th. i. ad Matth. xvi. 1 sqq. *Paulus* in *philologisch-krit. Kommentar* ad h. l. per σημεῖον Ἰωνᾶ, *argumentum concionis Jonæ*, significari contendunt, quo significatu σημεῖον nusquam alias in Jesu sermonibus occurrit. Anonymo in *Eichhornii Allgem. Bibl. der bibl. Literat.* B. 7. p. 1042. σημεῖον Ἰωνᾶ est, *comminatio interitus urbis Ninive similis minis Christi ad Hierosolymorum excidium spectantibus.* Et cum his interpretationibus v. 40. minime faveat, hunc versum 40. non genuinum esse, saltem non verba Christi, sed Matthæi interpretamentum, vel auctoris anonymi, quem secutus esset (*Paulus*), vel interpretis Græci Matthæi (*Eckermanus*), continere statuunt. Provocant ad Luc. xi. 30. ubi legitur: ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευΐταις κ. τ. λ. qui tamen Lucæ locus nostro non adversatur; Lucas enim more suo breviter atque concise scripsit, et scribere h. l. poterat, quoniam id, quod Jonæ evenerat, in vulgus notum erat, ita, ut qui commemoratum videret σημεῖον Ἰωνᾶ, sponte de Jonæ in piscis ventriculo commoratione cogitaret. Aliud quoque argumentum, quo *Paulus* ad suam sententiam comprobandam utitur, nullam omnino vim probandi habet. Jesu discipuli, inquit, magistro mortuo, animum plane abjiciebant, neque sperabant, eum tertio die e sepulcro prodituram esse; ergo Christus ipse nec h. l. (v. 40.) de resurrectione sua verba fecit eamque prædixit. At sæpius quoque Jesus discipulis suis, se mortem suppliciumque crucis subiturum esse, prædixit, neque tamen illi, pro segnitie et tarditate sua incredibili, a magistro toties graviter castigata, verbis ipsius fidem habuerunt. Quodsi vero etiam nec auditores Jesu, qui prodigiorum cupidissimi erant, v. xvi. 1. nec Apostoli sensum hujus prædictionis tunc assecuti sunt, hoc tamen eos non prohibuit, ut scienter observavit *Flattus* Symbolar. ad illustranda quædam Jesu dicta in Evang. Johanneo P. 1. Tubing. 1807. p. 7. quo minus saltem σημεῖον illud Ἰωνᾶ ad prodigiosum Jonæ fatum referrent. — Monuit denique etiam *Paulus*, Jesum coram Pharisæis vel propterea non potuisse ad suam resurrectionem provocare, quod post eam amicis tantum suis, non vero inimicis se redivivum exhibuerit. Cui tamen argumento *Flattus* l. c. recte opposuit hæc: quamvis non Sadducæos modo, sed Pharisæorum etiam magnam partem, veritatis nuntii de Christo redivivo pervulgati vim, omni studio elusisse credibile sit, insignes saltem resurrectionis Jesu effectus, nominatim propagationem doctrinæ ejus, quos reprimere nulla arte iis contigit, experiri debuerunt. Cf. omnino, præter *Flattum*, (*Möllerus*) *Kritik des Kommentars von Paulus* p. 77 sqq. *Storrius: hat Jesus seine Wunder für einen Beweis seiner göttl. Sendug erklärt?* in *Flatti Magazin für christl. Dogmat. u. Moral*, St. 4. p. 192 ss. *Möllerus: Neue Ansichten* etc. p. 84 ss. *Schotti* Opuscc. T. i. p. 297 sqq. qui pluribus argumentis *Pauli* et *Eckermani* sententiam docte et accurate refutarunt; add. not. ad xvi. 21. xxvii. 62. Cæterum *Flattus*, cum Christus loco parallelo Matth. xvi. 1 ss. v. 3. τῶν σημείων τοῦ καιροῦ (quæ verba de morum corruptione, interitum civitati Judæorum illatura, intelligit) mentionem injecerit, hoc loco comminationem illam interitus urbis Ninivitarum (Jon. iii. 4.) cum ejus commoratione in visceribus monstri marini ita conjungendam putat, ut sensus sit: ut narratio illa de Jona, vatem ex piscis intestinis post triduum egressum Ninivitis, ut gravissimæ concioni eo majorem vim adderet, interitum minatum fuisse (quibus minis miraculi, quod ipsi evenerat, mentione fidem fecisse videtur), tradit, sic et ego post triduum e sepulcro resuscitatus et ad altiora evectus (Luc. xxiv. 26.) rei publicæ vestræ interitum non solum prædicam, sed etiam asseram (Matth. xxvi. 64.) Hæc vero interpretatio nimis quæsita videtur, nec ei, si quid video, v. 40. favet, præterea σημεῖα τῶν καιρῶν Matth. xvi. 3. non, morum corruptionem, interitum civitati Judæorum illaturam designant; vid. ibi notata.

(40.) Jonas triduum in piscis ventriculo transegit, et conservatus est, ego triduum in gremio telluris versabor et in vitam redibo. Resurrectionem igitur suam, de qua alias quoque verba fecit, vid. Luc. xviii. 33. Matth. xvi. 4. xvii. 23. xx. 17, 18. al. declarat σημεῖον fore, signum maxime evidens, se a Deo missum, se Messiam esse; et Apostoli quoque postea, Jesu legati divini atque Messiæ dignitatem vindicaturi, ad resurrectionem ipsius provocabant, vid. Act. ii. 24. iii. 26. v. 30. al. Cæterum, sive Jonæ vera fuerit historia, sive historia fictionibus exornata, sive somnium propheticum, sive fabula moralis, vid. *Bauerus* in Schol. ad Jon. *Wolfius* in Curis ad h. l., nihil refert, cum Judæi veram historiam in libro Jonæ enarratam reperiri putarint, vid. 2 Macc. vi. 8. Tob. xiv. 4, 8. Joseph. Ant. ix. 11. cum Jesus sæpius illustrandi caussa fictionibus populo etiam creditis, vid. v. 43 sqq. et para-

ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας
καὶ τρεῖς νύκτας. Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ 41
κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν·
ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ, πλεῖον Ἰωνᾶ
ὧδε. Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς 42
γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν

bolis usus sit, quod antiquissimum et laudabile docendi genus, etiamnum in doctrina morum imitari solemus. ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους] *in ventriculo piscis magni.* Fuerunt qui intelligerent *cetum* s. *balænam*, cujus tamen cum fauces angustiores sint, quam ut hominem integrum devorare possit, alii intellexerunt *lamian*, s. *carcharian*, canem marinum. Cf. omnino *Bauerus* l. c. In libro Jonæ ii. 1. piscis ille vocatur דָּג גָּדוֹל, ab Alexandrinis κῆτος μέγα· dicitur autem κῆτος omnino *piscis magnus quilibet;* Hesychius: κῆτος· θαλάσσιος ἰχθὺς παμμεγέθης. Idem adjectivum κητώεσσα explicat, μεγάλη, quo significatu legitur Hom. Iliad. β'. 581. οἱ δὲ εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν i. μεγάλην, interprete Eustathio, qui κητώεσσαν, inquit, δηλοῖ μὲν τὴν μεγάλην, παρὰ τὸ κῆτος, τὸ μεῖζον τῶν ἐνύγρων. Sic et Diod. Sic. p. 583. D. piscem monstrosæ molis vocat κῆτος ἄπιστον τὸ μέγεθος, et magnæ molis belluas ex terrestrium et quadrupedum genere, κητώδη ζῶα p. 96. B. ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς] *in terra;* etinim לֵב ab Hebræis etiam ponitur de interioribus alicujus rei partibus, ut adeo בְּלֵב et ἐν καρδίᾳ sit id. qd. בְּ, ἐν. vid. Ezech. xxvii. 4. Joh. ii. 4. *Glassius* Philol. S. p. 116. τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας] duas tantum noctes, et unum diem Jesus in sepulcro fuit. Sed Hebræi, qui noctem diei initium constituebant, duas noctes, cum partibus primi ac tertii diei, tres dies atque tres noctes vocabant, tempusque incompletum pro completo habebant; et in omnibus fere linguis, pars diei, mensis, anni, dies, mensis, annus per synecdochen dici solet. Sic etiam 1 Sam. xxx. 12. *tres dies et noctes* v. 13. explicatur *usque ad diem tertium;* add. 2 Chron. x. 5. coll. v. 12. Gen. xlii. 17, 18. Deut. xiv. 28. coll. xxvi. 12. Tob. iii. 12, 13. vid. *Relandi* Antiqq. Hebr. iv. 1. 20. *Hammondus*, *Wolfius* in Curis ad h. l. et *Storr* l. c. p. 192. hanc vero fuisse Judæorum loquendi consuetudinem, et hic ipse locus noster docet, et exinde quoque patet, quod, ut probe *Relandus* l. l. monuit, nunquam Apostolis controversia mota est de spatio hoc dierum trium et noctium, quo se Jesus in sepulcro commoraturum esse prædixerat.

(41.) ἄνδρες Νινευῖται] Luc. ii. 32. ἄνδρες Νινευΐ. sed ἄνδρες h. l. redundat, ut in formulis ἄνδρες Ἐφέσιοι Act. xix. 35. ἄνδρες Ἀθηναῖοι ib. xvii. 22. ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι ibid. xi. 20. ἀναστήσονται] *testes assurgent*, vid. ad x. 21. μετὰ] id. qd. ἐπὶ, *contra*, etiam Hebr. קוּם construitur cum עַל et אֶל, ut Gen. iv. 8. al. ἐν τῇ κρίσει] id. qd. ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, vid. ad x. 15. καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν] *et condemnabunt vos*, cum additum legatur ὅτι μετενόησαν, *quod ad meliorem frugem redierunt:* patet verba κατακρινοῦσιν αὐτὴν explicanda esse: exemplum, facta eorum, culpam vestram augebunt, ostendent dignos vos esse, qui condemnemini, qui pœnas luatis. Ninivitas a vitiis ad virtutem revocavit Jonas, cujus conservatio in piscis ventriculo iis σημεῖον erat, eum esse legatum divinum; revocavit eos κήρυγμα Ἰωνᾶ, cum iis annuntiaret exitium, ni redirent ad frugem. ἰδοῦ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε] *ego vero major, excellentior, præstantior sum Jona* i. sum Messias: πλεῖον, vid. vi. 25. περισσότερον xi. 9.

(42.) βασίλισσα νότου] *regina australis.* Pro βασίλισσα Attici dicebant βασίλεια et βασιλὶς, vid. Phrynich. Mœris. Thom. Mag. (*Wetsten.* ad h. l.) et Eustath. ad Hom. Od. α'. p. 67. 27. δ'. p. 194. 15. Rom. formam autem hujus nominis βασίλισσα perquam usitatam fuisse in dialecto Macedonica et Alexandrina, docet usus vers. Alex.; etiam ap. Josephum, vid. *Krebsius* ad h. l. et Diodorum Sic. v. *Münthius* ad h. l. hæc forma occurrit. cf. omnino *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 151 sqq. 1 Regg. x. 1. regina illa vocatur מַלְכַּת־שְׁבָא ubi οἱ ό'. habent βασίλισσα Σαβά· *regina Sabæorum*, civitatis Arabiæ felicis, ita dictæ a *Saba*, urbe primaria. vid. *Cellar.* Geogr. T. ii. p. 597. et *Münthius* ad h. l. Recte igitur ea h. l. vocatur βασίλισσα νότου, מַלְכַּת דָּרוֹם, quia civitas Sabæorum atque Arabia felix erat meridiana, ratione Judææ, vid. *Münthius* ad h. l. *Bochart.* Geogr. S. ii. 26. *Segaar* ad Luc. xi. 31. et interpp. ad 1 Reg. l. c. ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς κ. τ. λ.] *venit e terris remotis, ut esset admiratrix sapientiæ Salomonis.* τὰ πέρατα sunt *terræ remotæ, longinquæ*, Hebr. קְצֵה הָאָרֶץ: Ps. lxi. 2. et אַפְסֵי־אָרֶץ Jer. xvi. 19. Xen. Ages. ix. 4. συνελευστέον αὐτῷ ἐκ περάτων γῆς τὰ τέρποντα.

περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν ¹Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ,
43 πλεῖον ‖Σολομῶντος ὧδε. Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα
ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν

42. ∾ Σολομῶνος. ‖ Σολομῶνος.

add. Philo Leg. ad Cai. p. 1035. C. vid. *Vorstius* de Hebraism. c. 23. *Fischerus* ad Leusden. de Hebraism. N. T. p. 97. atque *Læsnerus* ad h. l. Mens vero Christi h. l. hæc est: regina illa, fama Salomonis excitata, e regionibus remotis venit, ut ejus sapientiam cognosceret et admiraretur, ego ultro ad vos veni, doctrinam divinam vobis annuntiavi, dictis et factis demonstravi, me Salomone longe præstantiorem et excellentiorem esse, vos tamen me spernitis, calumniisque proscinditis. Reginæ illius factum augebit aliquando culpam vestram, ostendet vos esse pœna dignissimos.

(43.) Profert jam Jesus opinionem tunc temporis solennem, eaque suam in rem utitur. Morbi graviores omnes, geniis malis, tanquam auctoribus adscribebantur, morbus ad tempus quoddam cessabat, ergo dæmonium erat egressum, sed morbus redibat, morbi vis et gravitas augebatur, redibat ergo dæmonium cum pluribus aliis. Hæc erat opinio et loquendi consuetudo illorum temporum solennis. Ea vero, quæ h. l. Christus dixit de morbo corporis, transferri debere ad morbum animi, planissime docent verba v. 45. ultima οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ, *idem eveniet huic hominum ætati perversæ*. In sensu vero hujus orationis Christi constituendo interpretes variant. Alii statuunt, Jesum conversum ad populum, commendare voluisse popularibus suis veram et seriam animi vitæque emendationem, ea enim neglecta, ipsos facile redituros esse ad mores pristinos, sibique contracturos miseriam maximam. Eodem fere redit sententia eorum qui opinantur, Jesum h. l. verba fecisse de institutionis suæ eventu, hac ratione: plures popularium meorum non serio animum suum emendant, sed inconstantes sunt, tantum ad tempus quoddam doctrinam meam admittunt, eamque sequuntur, sunt temporarii sectatores, brevi ad pristinam perversam sentiendi ac vivendi rationem redeunt, et sibi eo graviorem miseriam contrahunt. Sed in antecedentibus dixerat Jesus contra Pharisæos, et qui cum iis faciebant, qui eum ope Satanæ genios malos expellere professi erant, et σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ postularant: atque de iis etiam eandem vocem γενεὰ πονηρὰ, quæ v. 45. extr. legitur, adhibuerat, vid. v. 39, 41, 42. Hinc ad explicandam Christi sententiam aliam viam ingressus est *Kaufmann Versuch über den Sinn und Zusammenhang der Stelle* Matth. xii. 43 sqq. in *Augusti theolog. Monatschrift für das Jahr* 1801. Heft 11. Scilicet sensum constituit hunc in modum: Quodsi etiam vobis tale σημεῖον dare vellem, quale a me vos postulatis, atque ita expelleretur ex animis vestris ἀπιστία, quæ eos ita occupavit, ut occupare solent genii mali corpora hominum; hoc tamen parum prodesset, brevi rediret (ἐπιστρέψει) ἀπιστία vestra, ipsi eam foveretis et aleretis (εὑρίσκει σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον), cum ea animi vestri desideriis conveniat. Saltem non amplius in eo elaboraretis, ut vestram mei cognitionem firmaretis ac stabiliretis, (εὑρίσκει σχολάζοντα). Ubi vero vestra ἀπιστία redierit, crescet illa, quoniam illud ipsum σημεῖον, quod legationis meæ divinæ argumentum certissimum esse dicitis, ad tempus tantum vim in animos vestros habuit, παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ κ. τ. λ. Ingeniosa quidem interpretatio, neque tamen, ut opinor, vera. Etenim si attente legimus ea quæ de Pharisæis Jesus v. 31, 32, 39. dixit, facile perspicimus, eum de his hominibus neque dicere neque exspectare potuisse, eos edito signo cœlesti ad meliorem frugem esse redituros. Respicit præterea Jesus inprimis criminationem Pharisæorum, ipsum ope geniorum malorum principis genios malos expellere; et ea quæ huic criminationi opposuerat. Denique in allegoria non omnia ad latum unguem resecanda sunt. Quid mihi de hoc loco videatur, paucis exponam. Pharisæi, postquam Jesus dæmoniacum mutum et cœcum sanarat, absurdam criminationem protulerant, quæ satis declarabat, ipsos virtutem Jesu agnoscere, sed honori et virtuti ipsius invidere, dixerant nimirum, quo animum populi ab eo abalienarent, cum ejecisse dæmonium ope principis geniorum malorum. Pluribus Jesus hanc calumniam refutarat, disputarat καθ' ἄνθρωπον, et adversarios suos, quorum impietatem et contumaciam graviter reprehenderat v. 31, 32., prorsus ad silentium redegerat. Cum deinde Pharisæi ab eo postulassent σημεῖον, de ἀπιστίᾳ eorum verba faciens, declararat, se esse Jona et Salomone longe præstantiorem. Jam vero orationem suam contra Pharisæos finiens, rursus (vid. v. 26 ss.) καθ' ἄνθρωπον disputat, ut respiciat opiniones Judæorum de vi et potestate, atque agendi ratione geniorum malorum. Sententia vero hoc modo exornata, hæc est: Vos, Pharisæi, estis contumaces et ἄπιστοι, quodsi etiam interdum dictorum factorumque meorum præstantia, et argumentorum gravitas vos percellit, ad silentium redigit, vobisque vel invitis ob-

ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. Τότε λέγει· Ἐπιστρέψω 44
εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν, εὑρίσκει σχο-
λάζοντα, σεσαρωμένον, καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται, 45
καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονη-
ρότερα ἑαυτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ· καὶ γίνεται
τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων· Οὕτως
ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.
Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ, ἡ μήτηρ καὶ 46
οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

trudit cogitationem me legatum divinum, me Messiam esse; brevi tamen ἀπιστία et contumacia vestra redit, quæ dum indies crescit, perniciem vobis afferet certissimam, eandemque gravissimam, coll. v. 32. extr. — τὸ ἀκάθαρτον] id. qd. τὸ πονηρὸν, nam 45. legitur πνεύματα πονηρότερα. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων, ζητοῦν ἀνάπαυσιν] *arida loca peragrat, commorationem quærens.* ἄνυδρος, *aridus*, et ex adjuncto *desertus*, id. qd. ἔρημος· Ies. xli. 19. exprimitur hac voce Hebr. מִדְבָּר et Ies. xxxv. 1. מדבר atque צִיָּה conjunguntur, ut Joel. ii. 20. אֶרֶץ צִיָּה et שְׁמָמָה et a Græcis γῆ ἔρημος et ἄνυδρος, vid. *Albertius* et *Wetstenius* ad h. l. Erat autem Hebræorum opinio, genios malos in locis desertis et incultis habitare. Tob. viii. 3. Baruch. iv. 35. add. Apoc. xviii. 2. *Elsnerus* ad Luc. viii. 29. *Spencer* de legg. Hebrr. rituall. L. 3. Diss. 8. c. 3. p. 1049. ἀνάπαυσις] non tam est *quies*, quam potius *locus quietis, domicilium*, ut Hebr. מָנוֹחַ Ies. xxxiv. 14. Gen. viii. 9. καὶ οὐχ εὑρίσκει] *sed non reperit.* καὶ id. qd. ἀλλὰ, vid. *Gatackerus* ad Antonin. ii. 7. ut Hebr. ו, Ps. iv. 5. וְאַל οἱ ο'. vertunt καὶ μή· Symmach. ἀλλά μη. Est vero perquam probabile, Judæorum exorcistas, quo arti suæ consulerent, hanc omnem fabulam excogitasse. Si exorcismi eorum optato successu destituti erant, et medicamina adhibita ad tempus tantum valebant, dicebant: genium malum in desertum amandatum, non invenisse domicilium, ideoque rediisse.

(44. 45.) λέγει] *cogitat*, ut Hebr. אמר, quod οἱ ο'. 2 Sam. xxi. 16. vertunt, διανοεῖν, vel, *apud se constituit, decernit.* ὅθεν ἐξῆλθον] *unde ejectus sum.* εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον] scl. τὸν οἶκον, i. corpus; *invenit domum vacuam, purgatam et exornatam.* σχολάζειν prop. notat: *evacuare, vacuum reddere*, et Symmach. Mal. iii. 1. σχολάζειν τὴν ὁδὸν eo sensu dixit, ut sit: *viam purgare a lapidibus aliisque obstaculis*; h. l. vero vim Medii habet, *vacuum esse.* Hæc eadem notio inest participiis σεσαρ. κεκοσμ. quorum prius posterius explicat. Sensus: nihil eum impedit, quo minus domum possit intrare, reperit eam paratam. — (45.) τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ κ.τ.λ.] *tunc exit, et adjungit sibi comites septem genios ipso longe pejores.* παραλαμβάνειν, vid. ad iv. 5. additur, μεθ' ἑαυτοῦ· nam Hebræi verbo קָחַ jungunt partic. אֵת suffixis, vid. Gen. xxii. 2, 3. ibique τοὺς ο'. In numero septenario non est argutandum. Est numerus certus pro incerto. Septem genii mali, sunt multi genii mali. Sic 1 Sam. ii. 5. יָלְדָה שִׁבְעָה est fœmina inprimis fœcunda, quæ plures liberos peperit. καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ] *et postquam hominis corpus intrarunt, domicilium ibi figunt*: καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα κ. τ. λ.] scl. κακά· *ita ut posterius malum longe gravius sit priori.* καὶ id. qd. ὥστε. Hæc eadem verba leguntur quoque 2 Petr. ii. 20. et videntur in proverbium abiisse. cf. Joh. v. 14. Sir. xxxiv. 30, 31. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ] hæc erit sors et fortuna hujus ætatis perversæ. Continent hæc verba accommodationem similitudinis propositæ, et per γενεὰν πονηρὰν Pharisæi atque cum iis facientes intelliguntur.

(46.) ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος] *hæc dum adhuc loqueretur, interea.* καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ] utrum fuerint fratres Jesu uterini nec ne, certo definiri nequit. vid. *Suiceri* Thes. Eccles. T. i. p. 84. *Kœcherus* in Anal. ad h. l. et *Paulus Kommentar* Th. i. p. 462 ss. Alii nimirum per ἀδελφοὺς intelligunt *consobrinos*, filios sororis Mariæ, cujus maritus fuit Clopas s. Alphæus, Joh. xix. 25. cum etiam cognati Hebræis dicantur אַחִים, sicuti Lothus Gen. xiv. 14. dicitur אח Abrahami. add. Gen. xx. 12. xxix. 10. Levit. xxv. 48. Deut. ii. 4, 8. ἀδελφὴ *cognata* Tob. iii. 7. Sic quoque Latini nomine *frater* usi sunt, ut Curt. vi. 10. 24. ubi Amyntas, Perdiccæ filius, vocatur Alexandri *frater*, qui tamen ejus patruelis erat. Hinc et ἀδελφὰ, ut nobis, *verschwistert, verwandt*, Græcis dicuntur, *quæ similia sunt, congrua, ejusdem generis* v. Xen.

47 Εἶπε δέ τις αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου
48 ἔξω ἑστήκασι, ζητοῦντές σοι λαλῆσαι. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς,
εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν
49 οἱ ἀδελφοί μου; Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς
μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί
50 μου. Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ
ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστίν.

## ΚΕΦ. ιγ'.

ἘΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας,
2 ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν

Hier. i. 22. Plutarch. de PP. Educ. xiv. 15. Soph. Œd. col. 1259. interpp. ad Æl. H. V. ii. 18. *Ruhnkenius* ad Timæ. p. 2. *Kœnius* ad Gregor. p. 269. *Pottus* Prolegg. ad ep. Jac. p. 55. ed. 2. Alii Jesu *comprivignos* fuisse arbitrantur, filios a Josepho, Mariæ marito, ex alia conjuge susceptos, vid. *Vorstius* de Hebraism. c. iii. p. 71 sqq. et quos laudavit *Pottus* l. c. p. 37 sq. Sed cum assidui Mariæ comites fuisse legantur, et conjunctim cum ea commemorari soleant, ut h. l. Joh. ii. 12. Matth. xiii. 55. cum aliunde probari non possit, Mariam, post Jesum natum, nullos porro procreasse liberos; cum potius Jesus Matth. i. 20, 25. dicatur πρωτότοκος, quo ipso nomine plures postea nati ejusdem matris filii indicari videntur, et post Jesum natum consuetudine conjugali juncti vixerint Josephus et Maria, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως κ. τ. λ. Matth. l. c.; cum Matth. xiii. 55. ubi Judæi Jesu generis ignobilitatem objiciunt, mater germana intelligenda sit, ubi, nisi locum frigidum et jejunum reddere velis, fratres etiam germani et sorores germana intelligi debent; cum non possit doceri Josephum duas habuisse uxores: perquam probabilis est eorum sententia, qui ἀδελφοὺς de fratribus Christi uterinis explicant, vid. *Herderi Briefe zweener Brüder Jesu im Canon. Niemeyeri Charakteristik d. B.* Th. i. p. 517 ss. *Pottus* l. c. p. 40. *Eichhornius* in *Einleit.* B. 3. St. 2. p. 570 sq. ἔξω] *foris*, extra domum; præ turba accedere ad Jesum non poterant. Cæterum v. not. ad Marc. iii. 20 sq. ζητοῦν] id. qd. θέλειν, vid. *Leusdenius* de Hebraismm. N. T. p. 69. ed *Fischer*. Pro ζητοῦντες σοι λαλ., v. iv. 7. in nonnull. verss. legitur σε, quod *Griesbachio* e Marc. iii. 32. huc traductum videtur, ut e Luc. viii. 20. in alios codd. σε ἰδεῖν.

(48.) Jesus, qui volebat, ut auditores nervos mentis intenderent ad orationem suam, interpellationem ægre ferens (eum postea cum suis non convenisse, non annotatum legimus) interrogavit eum, qui ostenderat, matrem et fratres esse foris: τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου;] quinam sunt mihi, doctori hominum, propinquitate proximi? æque propinqui et cari, atque mater et fratres? et digitos intendens ad sectatores suos (Marc. iii. 34. περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους) hi, inquit, mihi *æque* propinqui et cari sunt, *ac* mater et fratres. Solent autem Hebræi in comparationibus haud raro omittere כ similitudinis, ut 1 Sam. xxv. 16. Jer. xxvi. 18. ubi tamen Alex. particula ὡς illud exprimunt.—Ovid. Heroidd. iii. 51 sq. *Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.* add. Martial. epigr. viii. 81. Homer. Il. ζ'. 429. Andromache ad Hectorem: Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης.—(50.) ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ κ. τ. λ.] omnis, quicunque (non tantum hi præsentes) voluntati patris mei paret, vid. ad vii. 21.

## CAP. XIII.

(1—3.) Illa ipsa die, qua acciderant ea, quæ c. 12. leguntur, Jesus prope lacum Genesaret adsidens, adstanti hominum multitudini, audientibus discipulis suis, varii generis parabolas proposuit. Loci paralleli sunt Marc. iv. 1 sqq. Luc. viii. 4 ss. xiii. 18 ss. Septem parabolas Matthæus hoc in cap. attulit, quatuor populo dictas, tres discipulis seorsim propositas. Eas vero non omnes illo ipso die, sed nonnullas earum alio tempore dictas esse, vel exinde apparere videtur, quod plures parabolas ejusdem plane argumenti, uno tenore relatas, hoc caput continet. Confirmat quoque hanc sententiam locus Lucæ xiii. 18. qui parabolas de grano sinapis atque fermento alio tempore propositas esse, docet. Matthæus igitur, qui in commentariis suis sæpius ordinem temporis neglexit, specimen h. l. dare voluit parabolarum a Christo propositarum, vid. not. ad iv. 23. vi. 9. c. 10. Marc. iv. 26. *Eichhorn Allgem. Biblioth.* B. 5. p. 976. ἀπὸ τῆς οἰ-

ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι·
καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει. Καὶ ἐλάλησεν 3
αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων· Ἰδοὺ, ἐξῆλθεν ὁ σπεί-
ρων τοῦ σπείρειν. Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ἃ μὲν ἔπεσε 4

κίας] e domo, quam habebat Capharnaumi. vid. v. 36. et not. ad iv. 13. ἐκάθητο] id. qd. καθήμενος s. καθίσας ἐδίδασκεν, vid. Luc. v. 3. solebant enim doctores Judæorum sedentes docere, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. et *Vitringa* de Synag. Vet. p. 709 sq. atque Marcus iv. 1. disertis verbis tradit, docuisse Jesum ad mare, antequam tanta populi confluxisset multitudo, ut coactus esset conscendere naviculam quandam (τὸ πλοῖον, vid. ad xii. 8, 29.), quæ in illo lacu erat.—(3.) καὶ] *sed.* πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει] *in litore maris,* πρὸς τὴν θάλασσαν habet Marc. iv. 1. ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς] *docuit* (vid. Marc. ii. 2. coll. v. 13.) *eos multa, ita, ut uteretur collationibus, in quibus fuit et hæc* etc. Ex his verbis suspicari licet, Jesum præter unam alteramve parabolam a Matth. hoc in capite notatam, plures alius argumenti parabolas illo die populo proposuisse, ab Evangelistis non allatas, coll. v. 34. et locc. parall. παραβολὴ est in genere comparatio rei, vel personæ alicujus cum alia, Hebr. מָשָׁל (vid. de hujus voc. notatione *Schultensius* Comment. ad Prov. init. et *Michaëlis* ad Lowth. Præl. de S. P. H. p. 64 sqq.); *collationem, similitudinem* dixit Quinctil. de Inst. Or. v. 11. viii. 3. p. 298. 302. 470. hæ collationes constant fere partibus duabus, *imagine, similitudine,* narratione rei vel in facto positæ, vel fictæ, πρότασιν vocant, s. παράθεσιν, et *redditione contraria* (Quinctil. p. 471.) ἀνταπόδοσιν appellant, quæ addit rem, cujus imago est res superior, sed interdum hac redditione contraria carent. Christi parabolæ h. e. narrationes, quibus vel res in facto positæ, obviæ et in sensus cadentes, vel fictæ, captui popularium convenienter, cum alia re comparabantur, redditione fere carebant, et erant generis duplicis. Nempe vel spectabant illustrationem doctrinæ morum et vitæ officiorum; vel obscure et sub involucris, significabant regni divini indolem, et fata futura. Neque tamen cum ejusmodi parabolæ explicandæ sunt, omnia ad latum unguem resecare, spectare potius debemus in genere finem et consilium, cum raro parabola omni ex parte rei comparatæ conveniat, plura potius occurrant, quæ tantum ad ornatum poëticum, orientalem, pertinent. Chrysostomus Homil. 64. in Matth. T. ii. p. 408. ed. Savilianæ: διόπερ οὐδὲ χρὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς παραβολαῖς κατὰ λέξιν περιεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὸν σκοπὸν μαθόντας, δι' ὃν συνετέθη, τοῦτον δρέπεσθαι, καὶ μηδὲν πολυπραγμονεῖν περαιτέρω, *non oportet igitur omnia, quæ parabolæ continent, verbatim scrutari, sed scopum intelligere, ad quem institutæ sunt, eoque percepto et usurpato, nil amplius inquirere.* Hoc vero docendi genus perantiquum, diu ante Christi tempora populis Orientis atque Occidentis (vid. Liv. ii. 32. qui, Menenii Agrippæ fabula allata, notat, hunc fuisse *priscum* docendi modum) inprimis quoque Judæis usitatum erat. vid. Judd. ix. 7 sqq. 2 Sam. xii. 1 sqq. 2 Regg. xiv. 9. 2 Chron. xxv. 18. Ies. v. 1 sqq. Ezech. xvii. 3 sqq. Hieron. in Matth. xviii. 23. *Familiare est Syris et maxime Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolas jungere, ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur.* Conf. omnino de parabolis Christi: *Vorstius* de Hebraism. c. 4. *Semler* Antiqq. Hebr. hermen. ex Tertulliano, quibus N. T. quædam loca illustrantur Spec. 1. *Hess über die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn,* Abschn. 6. *Bauer Sammlung u. Erklärung der parabol. Erzählungen unsers Hernn,* Lips. 1782. *Ewald der Blick Jesus auf Natur u. Menschheit, oder Betrachtt. über die Gleichnisse unsers Herrn,* Lips. 1786. *Lokalität der Parabeln Jesu in Beyträgen zur Beförderung vernünft. Denkens in der Religion,* Heft 11. *Storrii* Diss. de parabolis Christi in Opuscc. T. i. p. 99 ss. *Conz Morgenländ. Apologen, oder die Lehrweisheit Jesu in Parabeln und Sentenzen,* Heilbr. 1803.—Jam quod parabolam hujus cap. primam attinet, loquitur Jesus de caussis præcipuis, quæ commoverent popularium suorum plurimos, ut doctrinam suam repudiarent, de impedimentis et obstaculis, quæ propagationi doctrinæ suæ sese opponerent. Quæ quidem erant animi levitas, metus calamitatum et persecutionum, opiniones præconceptæ, et cupiditates pravæ, regulis atque præceptis religionis christianæ contrariæ. Commendat ergo Jesus iis, qui Christiani rectæ indolis, adeoque felices fieri cupiant, ut doctrinam suam admittant, diligenter eandem discant et memoria teneant, præceptis illius per omnem vitam convenienter vivant, nec ab ea ullo modo abalienari sese patiantur. ὁ σπείρων] *sator, agricola quidam.* Participiis addito fere articulo etiam Græci scriptores loco substantivorum utuntur, Herodot. i. 120, 121. οἱ γεινάμενοι, *parentes.* Achill. Tat. i. 9. καὶ ἐπαινεῖ τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα i. τὸν ἐραστήν· add. Eurip. Alc.

παρὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ, καὶ κατέφαγεν αὐτά.
5 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν·
6 καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς. Ἡλίου
δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη· καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν,
7 ἐξηράνθη. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν
8 αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν
γῆν τὴν καλὴν, καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξή-
9 κοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.
10 Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ, εἶπον αὐτῷ· Διατί ἐν παρα-

958. τοῦ σπείρειν] *ut semina spargeret:* hæc loquendi ratio Hebraica est. Hebræi enim ita particulam ל infinitivis jungunt, atque hæc ipsa particula in vers. Alex. et N. T. articulo exprimitur, etiam ubi id non fert Græca loquendi ratio ut Act. xv. 20. 1 Cor. ii. 2. ut adeo non necesse sit, ut omissum dicatur ἕνεκα· Lucas viii. 5. habet τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ. Sed τοῦ σπείρειν, et ut in aliis legitur τοῦ σπεῖραι atque additamentum τὸν σπόρον αὐτοῦ, quod in nonnull. codd. extat, e Marco et Luca in textum irrepsisse, recte monuit *Griesbachius* ad h. l.

(4—6.) ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν] pro σπείραντος δ' αὐτοῦ, *cum semina spargeret.* ἃ μὲν] scl. σπέρματα l. σπαρέντα. τὰ πετεινὰ, Luc. viii. 5. additum legitur τοῦ οὐρανοῦ, quod redundat. Hebræi enim vocabulo עוף modo addunt הַשָּׁמַיִם Gen. vi. 7. al. modo hoc nomen omittunt Gen. xl. 19. al. — (5.) ἐπὶ τὰ πετρώδη] scl. χωρία, quod vocabulum ab optimis scriptoribus plerumque omittitur, vid. *Bosius* voc. χωρίον et *Palairetus* ad h. l. intelliguntur *loca, arva salebrosa.* εὐθέως] *cito, brevi,* ut 3 Joh. 14. εὐθὺς Joh. xiii. 32. פִּתְאֹם Ies. xlviii. 3. ἐξανατέλλειν] cum sermo sit de semine, *enasci, surgere,* respondet in vers. Alex. Hebr. צָמַח Gen. ii. 9. add. xix. 25. Ezech. xvii. 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος τῆς γῆς] quoniam non altius radices agere poterat, quoniam non alta humo semina obruta erant. βάθος τῆς γῆς pro βαθεῖα γῆ, ex Hebraismo, ut σκότος ὑδάτων apud τοὺς ό. 2 Sam. xxii. 12. coll. Ps. xviii. 11. ubi σκοτεινὸν ὕδωρ· cf. *Glassius* Phil. S. p. 24. *Vorstius* de Hebrais. c. 10. *Leusden.* de Hebraism. ii. 2, 5. Cæt. ut h. l. sibi invicem opponuntur πετρώδη et βάθος τῆς γῆς, ita a Græcis sibi opponuntur, cum sermo est de terra, βαθύγειος et λιθώδης, vid. *Læsnerus, Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. et *Carpzovius* Obss. ad Musæ. p. 116. — (6.) ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη] *orto vero sole,* adeoque aucto calore, æstu adurebatur, Jacob. i. 11. Ps. xc. 6, 7. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν] quia radices non satis altæ erant. Ita quoque haud raro Hebræorum negationes cum restrictione intelligendæ sunt, vid. Gen. xlviii. 10. coll. v. 8, 11.

(7—9.) *Alia semina ceciderunt inter spinas; ab iis suffocata sunt.* Semen enatum est, sed simul enatæ sunt spinæ, et ita periit. ἀναβαίνειν in vers. Alex. respondet verbis עלה Ies. xxxii. 13. Hos. x. 8. et צמח Gen. xli. 5. iidem tamen interpretes עלה expresserunt quoque verbo φύεσθαι Prov. xxvi. 9. Ezech. xxxvii. 8. ut צמח verbo ἀναφύεσθαι Gen. xli. 5. et Luc. viii. 7. loco parallelo, verbum συμφύεσθαι adhibuit. Virg. Ecl. v. 39. *Carduus et spinis surgit paliurus acutis.* ἀποπνίγειν usurpari solet de plantis, quarum proventus quocunque modo impeditur. Sic quoque Latini utuntur verbo *necare.* vid. Plin. H. N. xxii. 25. *Kypkius* ad Luc. viii. 14. — (8.) ἄλλα ἔπεσεν κ. τ. λ.] *reliquum semen cecidit in terram fertilem.* καλὴν, vid. ad xii. 33. ἐδίδου καρπὸν] Marc. iv. 8. ἔφερε· Luc. viii. 8. ἐποίησε· Hebræi eodem modo verba נתן Ps. i. 3. נשא Ezech. xvii. 8. עשה Gen. i. 11. cum פרי conjungere solent. ὃ μὲν (σπέρμα) ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα]. *grana centena, sexagena, tricena.* Bene *Castellio: Alia—fructum extulerunt partim cum centesimo, partim cum sexagesimo, partim cum trigesimo* Ammian. Marcell. xxii. 15. *sementes cum augmento fere septuagesimo renascuntur.* add. Cic. Verr. iii. 47. Varro i. 44. Colum. iii. 3. Plin. H. N. v. 4. De fertilitate Palæstinæ inprimis illis priscis temporibus, inter omnes satis constat, vid. Gen. xxvi. 12. *Wetstenius* ad h. l. *Dougt.* Anal. S. P. 2. p. 15 sq. *Wesselingius* ad Herodo. i. 193. neque tamen in parabolis omnia ad latum unguem resecanda sunt, sed significantur h. l. omnino fructus uberrimi. — (9.) ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω] vid. not. ad xi. 15.

(10. 11.) Marco auctore iv. 10. tum demum cum discessisset populus, discipuli discendi cupidi, interrogabant magistrum, quare similitudinibus uteretur in edocendo populo? et quidnam hæc sibi parabola vel-

ϐολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· 11
Ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν
οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται 12
αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει,
ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ἐν παραϐολαῖς αὐτοῖς 13
λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκού-

let? neque repugnat Lucas viii. 9. Matthæo vero placuit hic statim subjicere parabolæ explicationem. προσελθόντες] per se redundat, cum sponte intelligatur, discipulos magistrum adiisse; Hebræi vero sic solent aliis verbis præmittere verbum נגש, vid. Gen. xxix. 10.—(11.) ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι κ. τ. λ.] *vobis datum est nosse arcanas de regno Messiæ doctrinas.* ὅτι redundat, ut sæpius, μυστήριον dicitur *res arcana quælibet, hominibus hactenus ignota.* vid. *Kypkius* ad Eph. i. 9. et *Schleusneri* Lex. h. v. Quonam sensu μυστήριον loco quoque capiendum sit, definire debet orationis series. Sic h. l. μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν (quod idem est ac περὶ τῆς βασ. ut 1 Petr. i. 11. πνεῦμα Χριστοῦ pro περὶ τοῦ Χριστοῦ λαλοῦν) sunt doctrinæ hactenus arcanæ et incognitæ, regni Messiani naturam et indolem, cœtumque Christianorum spectantes. ὑμῖν δέδοται, *vobis datum, vobis concessum est*, nempe ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Omnia enim bona et ornamenta, omnia quæ ad religionem christianam promovendam amplificandamque faciunt, in libris N. T. ad Deum, et πνεῦμα τοῦ Θεοῦ referuntur. Præclare præterea observavit *Raphelius* in notis Xenophh. ad h. l. etiam scriptores Græcos, nominatim Xenoph. Hell. vii. 1, 2. formulas ἀπὸ τῶν θεῶν δέδοται, et οἱ θεοὶ δεδώκασιν, usurpare de beneficiis, quæ singulari Dei benignitate hominibus contingant. Verbum δίδωμι inter alia quoque notat, *concedo, potestatem et facultatem tribuo*, ut Joh. iii. 27. al. vid. *Krebsius* Obss. p. 92. *Abresch.* Dilucc. Thucydd. p. 873. et not. ad Marc. x. 37. eodem sensu verbum נתן positum legitur Gen. xxxi. 7. Num. xxi. 23. Sensus est: vobis, discipulis meis, Dei beneficio data est facultas accuratius cognoscendi τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, et vobis licet doctrinas illas hactenus incognitas aperte et sine parabolarum integumentis tradi. Erant enim interioris admissionis discipuli, et comites Christi perpetui, poterant magistrum interrogare, atque unam eandemque rem audire sæpius. ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται] *illis non data est facultas accuratius cognoscendi* doctrinas arcanas et incognitas, naturam regni Messiani spectantes, nec licet iis eas tradi aperte et sine parabolarum involucris. ἐκείνοι a Marco iv. 11. vocantur οἱ ἔξω, intelliguntur Judæi reliqui, qui non erant sectatores Christi assidui, sed ipsius tantum ad tempus auditores, et plerumque curiositate tantum ducti, non discendi cupiditate incensi eum adibant.

(12.) Verba hujus versus tunc temporis in proverbium abiisse videntur, usurpatum ab iis, qui docere vellent, eum qui bonis ipsi concessis recte uteretur, facile plura et majora bona nancisci posse; eum vero qui iis non recte uteretur, etiam iis facile privari posse, quæ possideret. Hunc fuisse hujus proverbii per se spectati sensum, haud obscure docet locus xxv. 28, 29. ubi rursus allatum legitur. ἔχειν] significat *divitem esse*, (ut Lat. *habere*, ap. Isocrat. Areopag. p. 370. ubi οἱ ἔχοντες (scl. χρήματα) opponuntur τοῖς σπανιζομένοις, *egenis.* Aristoph. Plut. 596. ubi οἱ ἔχοντες et πλουτοῦντες copulantur v. *Valckenarius* ad Herodo. vi. 22. et ad Eurip. Phœnn. v. 408. *Kusterus* ad Aristoph. Plut. 596. *Staueren* ad Nep. fragm. p. 724. *Grævius* ad Cic. ep. vii. 26. et *Segaar.* ad Luc. viii. 18.) et ex adjuncto *divitiis uti*, ut h. l. Opposita igitur formula οὐκ ἔχειν notat *pauperem esse, copias familiares exiguas possidere.* Non enim verbis ὃ οὐκ ἔχων] notatur mendicus, nam additur καὶ ὃ ἔχει] et Hebræorum negationes sæpius cum restrictione intelligendas esse, vel v. 6. docere potest. Deinde ex adjuncto *paucis quæ possides non recte uti*, ut h. l. Jam si respicimus orationis seriem, hæc verba, relate ad Judæorum plebem et Christi discipulos, interpretanda sunt hunc in modum: Vos nostis me esse Messiam, legatumque divinum, adepti jam estis accuratiorem quandam regni Messiani doctrinæque meæ cognitionem; si in ea non subsistitis, sed altius in abditos regni divini recessus penetrare cogitatis, dabitur vobis profundior et accuratior notitia, magis magisque in cognitione veri proficietis; reliquorum Judæorum cognitio regni Messiani doctrinæque divinæ, admodum manca est et imperfecta ac fere nulla, præconceptis opinionibus capti tenentur, dicta mea audiunt, sed non sedulo et assidue nec satis attente, hinc paucula illa quæ didicerunt et cognoverunt, facile e memoria elaberentur, si non tarditati et segnitiei eorum succurrerem.

(13 sq.) διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ] Itaque illas ipsas doctrinas de natura

14 ουσι, οὐδὲ συνιοῦσι. Καὶ ἀναπληροῦται ˈἐπ᾽ αὐτοῖς ἡ προ-
φητεία Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ
15 συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπα-
χύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως
ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε
ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ
16 ˈσυνιῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ὑμῶν δὲ

14. † ἐπ᾽. 15. ∾ συνῶσι.

et indole regni Messiam parabolarum integumentis involvo, ut exeitentur mentis nervos intendere, ne tandem priventur omni doctrinæ divinæ scientia, sed in ea quantum possint, proficiant. ἐν παραβολαῖς, sub similitudinum involucris, obscure; sic ap. Eurip. Rhes. 754. sibi opponuntur ἐν αἰνίγμασι et σαφῶς. ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι κ. τ. λ.] Proverbialis locutio, Hebræis perquam usitata, vid. Ies. xxxii. 3. xxxv. 5, 6, 9, 10. Jer. v. 21. cf. etiam *Albertius* ad h. l. adhibetur de iis, qui quæ vident et audiunt, non capiunt, nec recte satis intelligunt. βλέπειν primo loco positum, est simpliciter, *videre*, et ἀκούειν *audire*, sed βλέπειν altero loco positum, ut et posterius ἀκούειν, notat, *cognoscere, accurate intelligere*, unde et additur συνιοῦσι, hinc verba ipsa reddi debent: *nec oculis nec auribus ita utuntur, ut visa et audita assequantur.* Simile effatum est illud Sophoclis ad Stobæum, T. ii. tit. 4. ἀλλ᾽ οἱ κακῶς πράσσοντες, οὐ κωφοὶ μόνον, Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ.—(14.) Affertur locus Ies. vi. 9, 10. et quæ Iesaias de Judæis sua ætate viventibus dixit, ea Jesus de popularibus suis, majorum ingenium referentibus repetit, et ad eos transfert. ἀναπληροῦται ἐπ᾽ αὐτοῖς] nunc idem accidit, quod Iesaiæ temporibus accidit, idem dici potest de hujus ætatis hominibus. καὶ] id. qd. οὖν, ut Hebr. ו, v. Jos. i. 2. Gen. xiv. 12. ibique LXX. Pro ἐπ᾽ αὐτοῖς plures codd. simpliciter habent αὐτοῖς· sed facilius particula ἐπὶ omitti, quam addi potuit, et Matthæi interpres ante oculos habuit עֲלֵיהֶם, non לָהֶם. Sensus idem manet. ἡ προφητεία Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα] *id quod Iesaias cecinit.* προφ. ἡ λέγουσα id. qd. ὁ λόγος Ἡσαΐου ὃν εἶπε· Joh. xii. 38. τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσ. λέγοντος Matth. iv. 14. ἀκοῇ ἀκούσετε] pro simplici ἀκούσετε ex Hebraismo, ut βλέποντες βλέψετε] pro βλέψετε. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 611. Audietis, nec tamen intelligetis, videbitis, nec tamen perspicietis.

(15—17.) Cur nihil intellecturi sint, hujus rei rationem hic versus continet. ἐπαχύνθη γὰρ κ. τ. λ.] *stupida enim facta est mens hujus populi.* παχύνειν, ut הַשְׁמֵן, notat, *pingue, obesum reddere*, et proprie ad corpus pertinet; sed deinde transfertur ad mentem, ut הַשְׁמֵן Ies. l. c. (ubi paulo post legitur הָבִין, συνιέναι, *intelligere*) atque usurpatur ut h. l. de iis, qui vim eorum quæ vident et audiunt, quamvis clara sunt atque perspicua, tamen non intelligunt et perspiciunt, saltem non recte perspiciunt. Cujusmodi homines a Latinis dicuntur *pingues* Pers. iii. 32. Ovid. Met. xi. 148. a Græcis παχύνοι· Hesych. παχύνοι, παχὺν νοῦν ἔχοντες, ἀνόητοι· unde etiam ap. Aristoph. Nubb. 840. ἀμαθὴς καὶ παχὺς conjunguntur. Æl. H. V. xiii. 15. παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν, *stupidissimum mente fuisse*, np. Polydorum. Herodi. ii. 9, 15. ἄνθρωποι τὰς διανοίας παχεῖς, qui paulo post dicuntur μὴ ῥᾳδίως συνεῖναι δυνάμενοι. Philostrat. V. Apollon. i. 8. τὸν νοῦν παχύνειν, *mentem hebetare.* v. *Albertius, Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. Ostenditur nunc, unde vitium illud mentis proficiscatur, nempe e segnitie et negligentia in audiendo ac videndo. καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν] *nempe aurium gravitate laborant*, non satis et recte audiunt, alia non audiunt, alia non recte audiunt, segnes sunt et pigri in audiendo. καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐκάμμυσαν·] *oculi eorum connivent.* καμμύειν est Hebr. שָׁעַע *oblinere, calce obducere*, deinde *connivere oculis, oculos claudere*, unde schol. Luciani T. iii. p. 414. explicat ὀφθαλμοὺς κλείειν. Philo de Somn. p. 589. E. ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς καμμύσαντες τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, μὴ σπουδάζωμεν, ἢ μὴ δυνώμεθα ἀναβλέπειν αὐτὸς ὁ ἱεροφάντης ὑπηχεῖ καὶ ἐφίσταται, *verum etiamsi nos conniventibus animi oculis, aut non curaverimus aut non potuerimus dispicere, ipse sacrorum antistes submonet et hortatur.* Xenophon aliique probi et antiqui scriptores dixerunt καταμύειν, vel addito ὀφθαλμοὺς, vel eo omisso, recentiores καμμύειν vid. *Lœsnerus* ad h. l. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 678 sq. et *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 173 sq. μήποτε, ut adeo non, ἵνα μὴ Joh. xii. 40. ἴδωσι—συνιῶσι] ut adeo nihil videant et audiant, non intelligant, mente assequantur doctrinæ divinæ veritatem. Formula τῇ καρδίᾳ συνιῶσι accuratius constituitur sensus verborum μήποτε ἴδωσι κ. τ. λ. καὶ ἐπιστρέψωσι] nec ad sanitatem, ad meliorem frugem redeant, ad me se re-

μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι· καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι
ἀκούει. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ 17
δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ
ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Ὑμεῖς οὖν ἀκού- 18
σατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος. Παντὸς ἀκούοντος τὸν 19
λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς,
καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν
ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς. Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, 20
οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμ-
βάνων αὐτόν· Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός 21

cipiant, doctrinam meam vita et factis exprimant: καὶ ἰάσωμαι αὐτοὺς] neque adeo ego eos sanare i. servare, felices reddere possim. ἰάσωμαι pendet ab μήποτε, ut e Marc. iv. 12. patet. In plurimis codd. et in vers. Alex. Ies. vi. 10. extat ἰάσομαι, haud male. Nam etiam a scriptoribus probis post particulas εἰ, ὡς i. ἵνα, aliasque, Aoristi Conjunct. et Fut. Indicat. conjunguntur. vid. Hesiod. Ἔργ. 321. s. Theocrit. Idyll. ii. 9. Matth. xxvii. 64. Marc. xiv. 2. Cæterum omnis Ies. locus allatus est a Jesu propterea ut doceret, populares suos tardos esse et negligentes in audienda doctrina divina.—(16.) *Vos estis felices, qui oculis et auribus vestris recte utamini*, qui discendi cupidi, attenti ac diligentes sitis dictorum factorumque meorum auditores et spectatores. μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ et μακάρια (hoc enim vocabulum repetendum est) ὦτα, ex Hebraicorum loquendi ratione commemorantur. Hebræi enim corporis membra poni solent pro ipso homine v. Job. xxix. 11. Deut. iii. 21. 2 Regg. ii. 5. ubi מֵעַל־רֹאשֶׁךָ v. 9. explicatur מֵעִמָּךְ atque verba nostra idem valent quod ὑμεῖς δὲ μακάριοί ἐστε, ὅτι βλέπετε καὶ ἀκούετε.—(17.) Compara Luc. x. 24. προφῆται] doctores V. T. temporibus viventes. καὶ δίκαιοι] aliique viri sancti, probi Dei cultores, qui ante Christi tempora vixerunt. ἃ βλέπετε] me et mea opera, ἃ ἀκούετε] meam doctrinam.

(18. 19.) Sequitur jam ipsa parabolæ explicatio. *Percipite igitur vos parabolæ de homine agrum conserente sensum.* Parabolam ipsam jam audiverant discipuli, interrogarant magistrum de parabolæ sententia; inde apparet, παραβολὴν significare h. l. vim et sententiam similitudinis. Sed παραβολὴ τοῦ σπείροντος] dictum est pro περὶ τοῦ σπείρ. vid. ad v. 10. ut λόγος τῆς βασ. pro λόγος περὶ τῆς βασ.—(19.) λόγος autem περὶ τῆς βασιλείας est doctrina de regno Dei, doctrina christiana, quæ h. l. ut omnis orationis series docet, comparatur cum semine. καὶ μὴ συνιέντος] *neque attento animo* doctrinam percipit, ita ut veritatem illius assequi studeat: nam συνιέναι h. l. ut contextus flagitat, est *attendere, animum advertere*, quo sensu et alias recurrit, ut Neh. viii. 10. Ps. v. 1. al. v. *Biel* Thes. h. v. Luc. viii. 12. consequens posuit πιστεύειν, et Marc. iv. 20. παραδέχεσθαι. Jam vero ἀκούειν vi oppositionis notat: *obiter et negligenter audire doctrinam divinam.* ἔρχεται] ex Hebraismo redundat. ὁ πονηρὸς] Luc. viii. 12. ὁ διάβολος· Marc. iv. 15. ὁ Σατανᾶς. Ergo intelligitur h. l. Satanas, ut v. 25. qui tanquam rei christianæ adversarius proponitur. Sicuti enim Judæi omnia mala ad genium malum, tanquam illorum auctorem referebant, ita quoque Christus et Apostoli omnia religionis christianæ impedimenta et obstacula, non tamen exclusis caussis aliis, animi levitate, negligentia, cupiditatibus pravis, ad genium malum referebant. ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ] *doctrinam ex animo evellit* i. efficit, ut illius obliviscatur, omnique illius fructu careat. οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς] *talis est ad viam consitus* i. talis homo, talis hominis mens similis est viæ, in qua semina jacta jacent, ἡ καρδία τούτου ἐστὶν ἡ ὁδὸς, παρ' ἣν τὰ σπέρματα ἐστι. Cum semen doctrinam significet, vid. not. ad xv. 13. σπαρεὶς est is, qui semen accepit, *der besäet worden ist.* Græci autem non tantum utuntur formula σπείρειν σπόρον s. σπέρμα, sed etiam formula σπείρειν γῆν l. ἄρουραν, *terram conserere, das Land besäen*, ut recte observavit *Erasmus Schmidius* ad h. l. Alexandrini verbum זרע explicant per σπείρειν et κατασπείρειν Levit. xix. 19. ut adeo σπαρεὶς sit id. qd. κατασπαρείς.

(20. 21.) ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη (scl. χωρία l. μέρη) σπαρεὶς] *qui consitus est in solo arenoso, similis est ei, qui doctrinam meam audit, et sine mora libenter amplectitur*, vel mens ejus, qui doctrinam meam audit etc. similis est solo arenoso, in quo semina jacta jacent. μετὰ χαρᾶς] *prompte, libenter;* notum enim

ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον,
22 εὐθὺς σκανδαλίζεται. Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς,
οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων· καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος
τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ
23 ἄκαρπος γίνεται. Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς,
οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ συνιών· ὃς δὴ καρποφο-
ρεῖ, καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.
24 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· Ὡμοιώθη ἡ

est substantivis, more Hebræorum, addi solere particulam μετὰ, ב, ita, ut obtineant vim adverbiorum Act. ii. 29, μετὰ παῤῥησίας, *libere.* 1 Paral. xxix. 22. בְּשִׂמְחָה גְדוֹלָה *hilarissime.*—(21.) οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ] *non altas rudices egit.* ἐν ἑαυτῷ et Marc. iv. 17. ἐν ἑαυτοῖς, ut recte observavit *Storrius* Diss. sec. in libror. N. T. histor. aliquot locos p. 6. positum est pro ἑαυτῷ· ל dativi nota per ἐν expressa, ut Marc. v. 30. ἐν τῷ ὄχλῳ pro τῷ ὄχλῳ iv. 30. ἐν ποίᾳ pro ποίᾳ, atque ἑαυτῷ est Dativus redundans, ut Ies: xliv. 14. לִכְרָת־לוֹ solet cædere, pronominis dativus redundat, ipsa voce ἑαυτῷ ab Aquila et Theodotione expressus. Sed ῥίζαν οὐκ ἔχει, omissa imagine est id. qd. πρόσκαιρός ἐστι] πρὸς καιρὸν πιστεύει Luc. viii. 13. πρόσκαιρον autem dicitur omne id, quod per breve tempus durat, temporarium, nec perpetuum est, sicuti 2 Cor. iv. 18. πρόσκαιρα et αἰώνια sibi invicem opponuntur. Ergo πρόσκαιρος est h. l. qui ad tempus tantum doctrinam admittit, inconstans, temporarius sectator. γενομένης δὲ θλίψεως κ. τ. λ.] cum vero calamitates et persecutiones propter religionis meæ professionem sunt perferendæ, disciplinam meam deserit. σκανδαλίζεσθαι id. qd. ἀφίστασθαι Luc. viii. 13. vid. not. ad v. 29.

(22. 23.) ὁ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς] *qui consitus est inter spinas, similis est ei, significat eum, qui audit doctrinam eamque admittit,* (hæc enim notio participio ἀκούων inhæret) etc. i. qui audit doctrinam eamque admittit etc., ejus mens similis est agro spinis et sentibus obducto, in quo semina jacta jacent. καὶ ἡ μέριμνα—ἄκαρπος γίνεται] *sed in qua cura rerum hujus vitæ, divitiarumque voluptas doctrinam suffocant, ut fructus nulli appareant,* ut neutiquam vita et factis doctrinam exprimat. μέριμνα cura nimia, anxia. τοῦ αἰῶνος τούτου, rerum ad hanc vitam pertinentium, intellrr. victus, cultus, divitiæ: xxi. 34. vocantur μέριμναι βιωτικαὶ Luc. viii. 14. μέριμναι τοῦ βίου. Explicationis caussa additur ἀπάτη τοῦ πλούτου, quam vocem vulgo interpretantur: *divitiæ fallaces, deceptrices,* quæ possessores decipiunt, destituunt, ἀδηλότης τοῦ πλούτου 1 Tim. vi. 17. ut adeo ἀπάτη τοῦ πλούτου ex Hebraismo positum sit pro πλοῦτος ὁ ἀπατῶν. Sed ἀπάτη, ut *Wetstenius, Albertius* ad h. l. *Pierson.* ad Mœrid. p. 65. et Reiskius Animadvv. ad Auct. Gr. Vol. iv. p. 166. docuerunt, signif. etiam *voluptatem, delectationem.* Mœris: ἀπάτη, ἡ πλάνη, παρ' Ἀττικοῖς· ἀπάτη δὲ, ἡ τέρψις, παρ' Ἕλλησιν. Gloss. Vett. ἀπάτη, *fraus, seductio, fallacitas, delectatio, oblectatio.* Jam cum ipsa Christi oratio docere videatur, vocabulis ἀπάτη et μέριμνα, notari aliquid, quod sit et fiat in animo hominis; verba ἀπάτη τοῦ πλούτου omnino intelligenda videntur de *voluptate, delectatione,* qua divitiæ animos hominum afficiunt, captosque tenent, ita, ut eas unice ament, reliqua cuncta contemnant et despiciant. συμπνίγει τὸν λόγον] *doctrinam suffocant,* vim quam in animos hominum habuit, minuunt et frangunt, ita ut in religionis studio fiant negligentiores, et cupiditates suas unice sequantur.—(23.) ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν καλὴν σπαρεὶς] qui vero in terra bona, fertili consitus est, καὶ συνιὼν et doctrinam accurate considerat, ὃς δὴ καρποφορεῖ] *is fructum fert* i. omissa imagine, vita et factis doctrinam constanter exprimit. ποιεῖ] scl. καρπούς. coll. v. 26. iii. 8. Verbis ἑκατὸν, ἑξήκοντα, τριάκοντα] notatur fructuum diversitas, pro soli ingenio vario et culturæ industria, et omissa imagine, intelligi debent varii gradus virtutis eorum, qui Christi disciplinam sequuntur.

(24.) Docet Jesus parabola, quæ nunc sequitur, religionem suam longe lateque propagatum iri, insignem fore eorum multitudinem, qui religionem suam professuri sint, sed inter eos extituros quoque esse, qui errores spargant, vitiis indulgeant, et doctrina atque exemplo alios in errorem inducere, religionis virtutisque studium impedire conentur; hos vero homines (σκάνδαλα et ποιοῦντες τὴν ἀνομίαν v. 41.) sapienti Dei consilio perferri et tolerari, ad exercendam christianorum hoc nomine dignorum virtutem et constantiam, quo hæc eo clarius appareat, vid. v. 30, 43. gravissimas tamen pœnas, illos impostores et facinorosos, in altera vita esse subituros, se, Messiam, graviter eos ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου v. 40. esse puni-

βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ
ἀγρῷ αὐτοῦ· Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους, ἦλθεν αὐ- 25
τοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου· καὶ
ἀπῆλθεν. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, καὶ καρπὸν ἐποίησε, 26
τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια. Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ 27
οἰκοδεσπότου, εἶπον αὐτῷ· Κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπει-
ρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει †τὰ ζιζάνια; Ὁ δὲ 28
ἔφη αὐτοῖς· Ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦ-
λοι εἶπον αὐτῷ· Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;

27. † τὰ.

turum. Eorum interpretatio, qui h. l. sermonem tantummodo esse putant de Judæis religionem christianam contemnentibus, et de interitu urbis atque reipublicæ Judæorum, non æque facilis et expedita videtur. παρέθηκεν] *proposuit, tradidit*, ut 2 Tim. ii. 2. et Act. xvii. 3. copulantur διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, eodem sensu legitur verbum שׂוּם Exod. xix. 7. ubi Alexandrini, καὶ παρέθηκεν αὐτοῖς. ὡμοιώθη] vim habet præsentis, nam v. 31. legitur: ὁμοία ἐστι. Mens autem Christi ita exprimenda est: in regno Messiano idem evenire solet, quod evenit semina spargenti, s. doctrina divina, ejusque propagatio comparari potest cum homine semen bonum spargente in agrum suum. Marc. iv. 26. οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος κ. τ. λ. ἀνθρώπῳ ex Hebraismo satis noto pro τινὶ, ita ut intelligatur *herus quidam*. καλὸν σπέρμα] *semen bonum et præstans*. Homo qui semen spargit, est, ut v. 28. declaratur, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, Jesus ipse, qui est ecclesiæ et religionis suæ auctor et parens. Ager vero, ἀγρὸς, est ὁ κόσμος, quo vocabulo significantur omnino omnes, quibus religio Christi annuntiatur.

(25.) *Nocturno vero tempore accessit adversarius, qui, postquam lolia inter triticum sparserat, rursus discessit.* Per τοὺς ἀνθρώπους intelligunt alii *servos*, qui v. 27. dicuntur οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου. Sed rectius intelliguntur omnino homines. Etenim verba ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους] nonnisi descriptionem noctis Hebræis quoque usitatam continent, coll. Job. xxxiii. 15. et pertinent hæc ad ornatum parabolæ. Per ἐχθρὸν Christus ipse v. 39. observat, se innuere *genium malum*, qui adeo tanquam adversarius religionis christianæ proponitur, v. not. ad v. 19. ζιζάνια] de cujus vocabuli origine Hebraica copiosius disputarunt *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. p. 358. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 680. plures interpretantur de omnis generis herbis segetibus inimicis et perniciosis; aliis vero ζιζάνιον est *lolium*, *Lolch*, *Tollkraut*, quod a Virg. Ecl. v. 37. *infelix lolium* dicitur. Ovid. Fastt. i. 691. *et careant loliis oculis vitiantibus agri*. Suidas: ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα. Aliis denique hac voce significatur planta quædam in Palæstina satis frequens, cujus semen tritico simile est, et ipsa planta ex eo enascens, eandem viriditatem, eundem culmum cum tritico habet, sed fructum inutilem profert, *triticum adulterinum*, *Afterweizen* vid. *Wetstenius* ad h. l. Hanc interpretationem confirmat etiam v. 26. ubi notatur, servos tunc demum intellexisse sparsa esse ζιζάνια, cum jam triticum effloruisset. Sed τὰ ζιζάνια depingunt τοὺς υἱοὺς τοῦ διαβόλου, cf. v. 38. h. e. coll. v. 41. τὰ σκάνδαλα καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, *homines perniciosos et improbos*. ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου] h. e. simpliciter, *inter triticum*, etiam Alex. ita vertunt Hebr. בֵּין Judd. xv. 4. Ies. lvii. 5.

(26—30.) ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε] *cum vero effloruisset herba, et fructum edere cœpisset*. βλαστάνειν, *progerminare*, *frondescere* dicitur herba, cum e seminibus ejecta surgit. vid. *Lœsnerus* ad h. l. Sed χόρτος, vocabulum in scriptis Hellenistarum amplioris significatus, h. l. notat *triticum*. Verba καρπὸν ἐποίησε] expressi, *fructum edere cœpisset*, ut intelligantur semina primum apparentia, et adhuc lactescentia, et immatura, neque adeo messis, sed illud tempus indicetur, quo sata apparere incipiant, ut contextus docet, coll. v. 29, 30. Verba enim Hebræorum more sæpius ita simpliciter ponuntur, ut de rei initio et inchoatione explicari debeant. vid. *Storrii* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 8—27. Interrogatio οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας] est affirmantis, tu profecto idoneum semen sparsisti. Quam loquendi consuetudinem Hebræis inprimis familiarem esse, in vulgus notum est. — (28.) Mirantibus servis ζιζάνια succrevisse, respondit herus: ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησε] *hoc fecit adversarius*. ἄνθρωπος vel est id. qd. τις, vel omnino redundat; quemadmodum etiam Hebræi et Chaldæi nomina אֱנוֹשׁ et גְּבַר

29 Ὁ δὲ ἔφη· Οὔ· μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώ-
30 σητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφό-
τερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ· καὶ ἐν †τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ
ἐρῶ τοῖς θερισταῖς· Συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δή-
σατε αὐτὰ εἰς δέσμας, πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά· τὸν δὲ
31 σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου. Ἄλλην παραβολὴν
παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐ-
ρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ
32 ἀγρῷ αὐτοῦ. Ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων·
ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστί· καὶ γίνεται
δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατασκη-
33 νοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν

30. † τῷ.

aliis nominibus ita jungunt, ut redundent, Gen. xiii. 8. v. *Kypkius* ad Luc. xxiv. 19. Jam servi, *θέλεις οὖν*, inquiunt, *ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;*] *si per te licet, eradicemus et colligamus ea? ἀπελθόντες* ex Hebraismo pleonastice positum est, ut Luc. viii. 14. Matth. viii. 32, 33. *συλλέγειν* autem in hac orationis serie est verbum prægnans, neque tamen notat *colligere*, sed potius *eradicare et colligere;* nam paulo post legitur verbum *ἐκριζόω* v. 29. respondet Hebr. אסף, quod Deut. xxviii. 38. *οἱ ό*. vertunt *ἀφαιρεῖν*. *αὐτὰ* scl. *τὰ ζιζάνια*. Ante *αὐτοῖς* subintell. *σὺν*, quæ ellipsis satis frequens est, vid. *Bosius* Ellips. h. v. p. 476. *Schæf. Vigerus* de Idiotismm. L. Gr. Vol. ii. p. 642. *Herm. Vetuit herus*, addita caussa hac: ne evellentes et colligentes triticum adulterinum, simul exstirpetis triticum. — (30.) *Utrumque usque ad messem crescat! θερισμὸς* interprete Christo v. 39. est *συντέλεια τοῦ αἰῶνος finis hujus mundi*, et *θερισταὶ* sunt *ἄγγελοι*. *ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ*] *tempore messis. θερισμοῦ* pro *αὐτοῦ*, more Hebræorum nomen ipsum, locc. pronominis, repetitum este, vid. Gen. xxiv. 32, 36. 1 Sam. v. 2. *συλλέξατε πρῶτον — εἰς δεσμὰς*] *evellendo colligite ante omnia triticum adulterinum in fasces, ut comburatur.* Solent orientales varii generis floribus, herbis aridis et stipulis ignem excitare et alere. v. *Harmar Beobachtt. üb. d. Orient*, Th. i. 240 s. Matth. vi. 30. *τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου, triticum autem recondite in granarium meum.* vid. ad iii. 12.

(31 sq.) Regnum Messianum, religio christiana comparari potest cum grano sinapis. *σίναπι* (Attici dixerunt *νᾶπυ* vid. Mœris, Phrynich. et Thom. Mag.) genus plantæ, quæ etiam a Latinis vocatur *sinapi* et *sinape*, *παρὰ τὸ σίνεσθαι τὰς ὦπας τῇ ὀδμῇ*, quia oculos lædit odoris acrimonia. vid. Athen. ix. 1. p. 367. De ejus generibus variis vid. Plin. H. N. xix. 8. *Stapelius* ad Theophr. histor. plant. vii. 6. p. 796 s. Sed *κόκκος σινάπεως*, גרגיר חרדל ab Hebræis adhibebatur ad significandam rem admodum parvam atque exiguam ut h. l. coll. v. 32. xvii. 20. vid. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 882. et *Vorstius* de Adagg. N. T. c. 2. p. 759. *Fisch. λαβὼν ἔσπειρεν* pro *ἔσπειρεν*, ut v. 33. *λαβοῦσα ἐνέκρυψε*. — (32.) *μικρότερον πάντων*] pro *μικρότατον*, ut mox *μεῖζον* pro *μέγιστον*· solent enim N. T. scriptores, vid. Marc. iv. 31. Luc. vii. 28. Matth. xviii. 1., æque ac scriptores exteri, vid. *Fischerus* ad Anacr. xlvi. 3. Animadvv. ad Weller. T. ii. p. 149. T. iii. P. 1. p. 327. *Glassius* Phil. S. p. 50. *Davisius* ad Max. Tyr. p. 503. *Wesselingius* ad Diod. Sic. xiii. 30. comparativos haud raro ponere loco superlativorum. *ὅταν δὲ αὐξηθῇ*] cum vero adolevit. *ἀναβαίνει* habet Marc. iv. 32. *λάχανον*] ירק, olus, Deut. xi. 10. 1 Regg. xxi. 2. *πάντων*, quod ante *τῶν λαχάνων* in codd. additum legitur, sed ab antiquissimis et optimis libris omittitur, e Marc. iv. 32. huç venit, vel ex antecedenti *στίχῳ* a librariis repetitum est. Verba *ὥστε ἐλθεῖν — αὐτοῦ*] ornatus caussa apposita sunt. *ἐλθεῖν* ex Hebraismo redundat, omittunt etiam Marc. iv. 32. Luc. xiii. 19. De verbo *κατασκηνοῦν*, *quiescere, considere*, vid. ad viii. 20. sed simplex *κατασκηνοῦν* positum est pro *δύνασθαι κατασκηνοῦν*, coll. Marc. iv. 32. Sensus autem hujus similitudinis est: parva sunt religionis christianæ initia, sed maxima illa incrementa capiet, longe lateque propagabitur, exiguus adhuc est numerus sectatorum doctrinæ divinæ; sed crescet; et mirum in modum augebitur. Idem sensus inest parabolæ v. 33. propositæ.

αὐτοῖς· Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν
λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ
ἐζυμώθη ὅλον. Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παρα- 34
βολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς·
Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· 35
Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· ἐρεύξομαι κεκρυμ-
μένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

(33. 34.) ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία] fermentum *immiscuit tribus modiis farinæ et dimidio, atque subegit.* ἐγκρύπτειν hoc sensu respondet Hebr. שׂאר in versione Alex. v. Ezech. iv. 12. et Schultens. ad Job. xxx. 25. Pro ἐνέκρυψεν in codd. pluribus et patrr. legitur ἔκρυψεν, sed verba composita librarii sæpius mutarunt in simplicia, atque ἐνέκρυψεν hoc tantum loco et Luc. xiii. 21. occurrit; est ergo lectio difficilior, quam etiam codd. antiquissimi tuentur. σάτον] mensura aridorum, σιτικὸν μέτρον, Hesych. *genus mensuræ, juxta morem provinciæ Palæstinæ, unum et dimidium modium capiens;* quæ sunt verba Hieronymi ad h. Joseph. Ant. ix. 2. ἰσχύει δὲ τὸ σάτον μόδιον καὶ ἥμισυ Ἰταλικόν· capiebat ergo sextarios XXIV, atque τρία σάτα sunt sextarii LXXII. vid. ad v. 15. ὅλον scl. ἄλευρον id. qd. φύραμα 1 Cor. v. 6. Gal. v. 9. massa farinacea. — (34.) *Hæc omnia*, has incognitas hactenus et obscuras de regni Messiani natura, religionisque christianæ fatis, doctrinas proposuit, *docuit Jesus populum, ita, ut uteretur similitudinibus, neque* has doctrinas *sine similitudinum involucris* illo tempore *populo, qui ad eum confluxerat, tradidit.*

(35.) ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου] *ita ut ad Jesum transferri possint verba vatis.* Ne illa Christi docendi ratio quemquam offenderet, laudavit scriptor exemplum vatis, qui simili docendi genere usus esset. Laudata sunt verba Ps. lxxviii. 2. memoriter; nam nec Hebraico textui, nec versioni Alexandrinæ omni ex parte respondent, cujus generis citationes alibi quoque recurrunt, unde nec assentiri possum *Storrio* in Diss. de sensu historico, in Opuscc. T. i. p. 83. statuenti, continere hunc versum veteris cujusdam prophetæ sententiam ore propagatam, vel in scripto, in canonem non recepto et deperdito, comprehensam. Pro διὰ τοῦ προφήτου in codd. nonnull. legitur, διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου et ita in codd. quibusdam se scriptum reperisse testatur ad h. l. Hieronymus, sed Matthæum scripsisse suspicatur διὰ Ἀσὰφ τοῦ προφήτου· certe Asapho tanquam auctori Psalmum adscribit ejusdem Epigraphe; neque in Iesaiæ oraculis hoc effatum invenitur, unde et Porphyrius, qui quoque in sui temporis codd. διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου reperit, hanc ipsam ob caussam inepte satis inscitiæ accusavit Matthæum, quod sententiam, e Psalmorum libro laudatam, tribuerit Iesaiæ. Hoc saltem Porphyrii reprehensio docere potest, perantiquam hanc lectionem esse; attamen improbanda est, cum eam verss. omnes et codd. quam plurimi repudient. Haud dubie genuina lectio est διὰ τοῦ προφήτου· sed nomen Asaphi adscriptum est margini, quoniam eum hymni auctorem Epigraphe fecit; indocti librarii nomen Asaphi, quem prophetam dictum reperirent, in nomen ipsis notius Iesaiæ postea mutarunt, præsertim cum meminissent Iesaiam v. 14. esse laudatum. Commode autem Asaphus nominari potuit προφήτης, cum et 2 Chron. xxix. 30. dicatur החוזה, quod idem est ac נביא, quod vocabulum, ut προφήτης, etiam poëtam, vatem, hymnorum auctorem notat, ut h. l. 1 Chron. xxv. 1, 2, 4. 1 Sam. x. 10 s. vid. ad vii. 15. et ad Luc. ii. 36. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου] *utar ego in docendo parabolis.* Psalmi l. l. occurrunt vocabula משל i. *oratio figurata, allegoria obscurior, parabola*, et חידה *ænigma;* quibus quidem nominibus poëta ibi insignivit antiquissimorum temporum historias, quia popularium suorum curæ, et studio, et meditationi reliquit, ea quæ attulit, in usum suum conferre. ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ] Hebr. פָּתַח פִּיו, λαλεῖν, v. 34. i. διδάσκειν. vid. *Elsnerus* ad v. 2. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 246. ἐρεύξομαι] *loquar, proponam:* ἐρεύγεσθαι in vers. Alex. respondet verbo הִבִּיעַ. Utrumque proprie adhibetur de fontibus scaturientibus, Levit. xi. 10. Pindar. Pyth. i. 40. ut ἐξερεύγεσθαι de fluvio Istro, aquas suas per multa ostia in pontum Euxinum effundente ap. Diod. Sic. p. 181. B. *Rhod.* deinde vero notat *loqui*, ut h. l. Ps. xix. 3. ita ut idem sit quod φθέγγεσθαι, quo verbo Hebraicum הביע exprimunt οἱ ό. Ps. lxxviii. 2. vid. et *Fischerus* l. l. p. 247 sq. κεκρυμμένα] id. qd. προβλήματα, αἰνίγματα, similitudines, *quas nemo usurpavit,* ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *inde a mundo condito* i. ab antiquissimis temporibus; paucis: novæ, incognitæ, inauditæ.

36 Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους, ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς·
καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· Φράσον
37 ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ. Ὁ δὲ ἀποκρι-
θεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, ἐστὶν ὁ
38 υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· Ὁ δὲ ἀγρὸς, ἐστὶν ὁ κόσμος· τὸ δὲ
καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· τὰ δὲ
39 ζιζάνια, εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ· Ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας
αὐτὰ, ἐστὶν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς, συντέλεια τοῦ αἰῶνός
40 ἐστιν· οἱ δὲ θερισταὶ, ἄγγελοί εἰσιν. Ὥσπερ οὖν συλλέ-
γεται τὰ ζιζάνια, καὶ πυρὶ [40]κατακαίεται· οὕτως ἔσται ἐν
41 τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς
βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας

40. ~ καίεται.

καταβολὴ] ut καταβάλλεσθαι, prop. adhibetur de fundamentis ædificiorum, cum jaciuntur, Polyb. i. 36. τὰ δ' ἐκ καταβολῆς ἐναύστηγον, von Grund auf, add. xiii. 4. 2 Macc. ii. 29. Hebr. vi. 1. notat ergo *jactum fundamenti*, deinde *fundamenta ipsa*, denique *initia* id. qd. ἀρχὴ· ut h. l.

(36—39.) ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν] recepit se in domum, quam habebat Capharnaumi v. 1. φράσον] *explica nobis.* φράζειν h. l. ut infra xv. 15. Æl. H. V. ii. 21. est *exponere, explicare,* οἱ ό. expresserunt hoc verbo Hebr. הבין Job. vi. 24. הורה ib. xii. 8. quod posterius Symmach. Job. xxxiv. 32. vertit διασαφεῖν. Hesychius: φράσον, εἰπὲ, λέξον, ἑρμήνευσον. cf. et *Palairetus* ad h. l. *Schachtius* Obss. in Matth. in Biblioth. Brem. Class. 1. p. 258. Vocabulum Ἰησοῦς codd. et verss. plures omittunt, nec immerito suspectum visum est *Millio, Bengelio, Griesbachio*, et *Gersdorfio* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftstell. d. N. T.* p. 70. in textum illatum haud dubie, vel ob narrationis claritatem, vel propter incipiens ab hoc versu in nonnullis evangelistariis novum anagnosma, ut recte judicavit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. — (37.) ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου] ego, Messias, religionis doctor, ecclesiæ auctor et parens. — (38.) ὁ κόσμος] *homines, orbis terrarum incolæ;* non enim Judæis tantum, sed omnis generis hominibus annuntianda erat doctrina divina; et in omni terrarum orbe numerosam fore sectatorum suorum multitudinem, his ipsis verbis Jesus significare voluit. vid. viii. 12. xxviii. 19. τὸ καλὸν σπέρμα] h. l. fruges e bonis seminibus enatæ, σῖτος v. 29. nam additur: οὗτοί εἰσὶ οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας] sunt ii, ad quos pertinet regnum Messianum, et felicitas in eo exspectanda, v. ad viii. 12. cives regni Messiani, qui doctrinam divinam tenent, et ad ejus normam vitam componunt, quibus destinata sunt bona per Christum parta, quibus est ἡτοιμασμένη βασιλεία xxv. 34. κληρόνομοι τῆς βασιλείας Jac. ii. 5. οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ] πονηρὸς, ut v. 19., id. qd. ὁ διάβολος, coll. v. 39. homines perniciosi et improbi, coll. v. 41. cogitandi et agendi ratione genio malo similes, hostes et adversarii religionis christianæ, qui 1 Joh. iii. 10. vocantur τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου, coll. v. 8. ubi legitur: ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί· add. Joh. viii. 44. — (39.) ὁ σπείρας αὐτὰ] scl. ζιζάνια, quæ h. l. ut v. 25. sunt: semina mala, e quibus triticum adulterinum nascitur. συντέλεια τοῦ αἰῶνος est, ut contextus docet, h. l. finis mundi, tempus judicii extremi. αἰὼν, *mundus*, עולם, vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 39 ss. id. qd. κόσμος· unde et ipse Syrus interpres v. 35. pro vocabulo κόσμος, usurpavit nomen ܥܠܡܐ.

(40. 41.) ὥσπερ οὖν συλλέγεται — κατακαίεται] vid. ad v. 30. πυρὶ per Hebraismum verbo κατακαίεται junctum est; verbum enim שרף modo addito, modo omisso voc. באש in V. T. adhibitum legitur. vid. Exod. xii. 10. Levit. vii. 7, 9. κατακαίεται, pro quo in pluribus codd. καίεται legitur, vera lectio videtur. vid. ad v. 33. — (41.) ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ κ. τ. λ.] notio simplex: accurate satis illo judicii tempore probitatis et improbitatis studiosi discernentur, illi præmiis ornabuntur, hi pœnis afficientur. In hac sententia exornanda respexit Jesus Judæorum cogitandi et loquendi consuetudinem, vid. not. ad xxiv. 3. xxv. 31 sqq. τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ· Judæi enim existimabant, Deum, quem sibi tanquam regem ipsorum supremum cogitabant, in caussis solennibus,

τὴν ἀνομίαν· Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ 42
πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ 43
πατρὸς αὐτῶν. Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Πάλιν 44
ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ
ἐν τῷ ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς
αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει, πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει
τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐ- 45
ρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ, ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας· [d]Ὃς 46
εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν, πέπρακε πάντα

46. ∾ εὑρὼν δὲ.

cum suam singularem declararet præsentiam et efficacitatem, uti comitatu et ministerio angelorum, unde v. c. etiam affirmabant, eum comitatu et ministerio angelorum usum esse, cum legem promulgaret in monte Sinaitico. v. Joseph. Ant. xv. 5. 3. Act. vii. 53. *Wetstenius* ad Gal. iii. 16. et *Heinrichs* ep. ad Hebr. Prolegg. p. 23. Idem h. l. ut xxiv. 31. de Messia judice aliquando apparituro dicitur. καὶ συλλέξουσι, *colligent, collectosque secernent:* hæc enim notio verbo συλλέγειν inhæret, adeoque sensu prægnanti positum est, id quod vel addita particula ἐκ docet et v. 49. ubi legitur, ἀφοριοῦσι· adhibitum autem est hoc verbum, quoniam præcessit συλλέγεται τὰ ζιζάνια v. 40. Per βασιλείαν h. l. ut alias sæpius, intelliguntur cives regni Messiani hoc nomine digni, homines sancti et pii. σκάνδαλα vid. de hac voce not. ad v. 29. est h. l. abstractum pro concreto, exitii auctores, seductores, doctrina et exemplo alios in errorem inducentes. τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, פעלי און, improbitatis studiosos.

(42. 43.) Improbi illi subibunt pœnas gravissimas, καμίνος τοῦ πυρὸς] (quod dictum est pro κάμινος καιομένη, v. Dan. iii. 12. Hos. vii. 4. ibique τοὺς ό.) est id. qd. γέεννα τοῦ πυρός v. 22. ubi v. not. et πῦρ τὸ αἰώνιον, quæ sunt formulæ in N. T. solennes, ad significandas pœnas post mortem futuras. Usus autem est Jesus imagine tartarorum, sedium impiarum, a fornace ardente petita, quoniam præcesserat, τὰ ζιζάνια πυρὶ κατακαίεται v. 40. Verba ἐκεῖ ἔσται κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων] *ubi erit fletus, et præ horrore stridor dentium,* depingunt suppliciorum gravitatem et crudelitatem. vid. *Gatackerus* Advers. posth. c. 47. p. 917 sq. Matth. viii. 12. xxii. 13.—(43.) τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσι κ. τ. λ.] notio simplex: felicitate summa ornabuntur cives regni Messiani hoc nomine digni, homines sancti et pii, οἱ δίκαιοι,] hi ἐκλάμψουσι ὡς ὁ ἥλιος] *splendebunt solis instar,* i. eximie splendebunt. v. xvii. 2. Apoc. i. 16. Hebr. iii. 4. Jam. *lux, splendor,* δόξα, ut אור, שמש Mal. iii. 20. Dan. xii. 8. sæpius sunt imagines felicitatis: Sap. iii. 7. δίκαιοι ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι, καὶ ὡς σπινθῆρες ἐν καλάμῃ διαδραμοῦνται· add. Sir. ix. 11. 1 Macc. ii. 62. 1 Petr. v. 4. atque sic h. l. *solis splendor* est imago felicitatis maximæ. βασιλεία τῶν οὐρανῶν in hac orationis serie, significat illud Christi regnum, quod post mortuorum in vitam reditum ab eo inaugurabitur, in quo homines probitatis et pietatis studiosi, ii qui hac in vita ipsius doctrinam amplexi sunt, eamque vita factisque expresserunt, summam felicitatem consequentur.

(44.) Hac parabola, et ea quæ hanc excipit v. 45 sq., docere Christus voluit, tantam esse doctrinæ divinæ præstantiam, ut majoris facienda sit bonis humanis omnibus; eum, qui hanc doctrinam cognoverit, posthabitis reliquis rebus omnibus, omni studio, cura et diligentia elaborare debere in eo, ut illam teneat, vita et factis exprimat, atque sic commodis perfruatur summis et maximis, quæ illa suis cultoribus præbeat. πάλιν] *porro,* ut v. 33. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l. Comparatur Christi doctrina, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν] cum auro et argento in agro defosso, quia hactenus hominibus ignota fuerat. κρύπτειν] h. l. est *defodere,* ut xxv. 25. nam qui aliquid defodit, illud occultat et tegit. ἔκρυψε, *celat;* depingit curam thesauri retinendi, nec illius amittendi. ἀπὸ τῆς χαρᾶς] *præ lætitia.* ἀπὸ, *præ,* ut xiv. 26. et Hebr. מ Deut. xxviii. 67. Pronomen αὐτοῦ referri debet ad θησαυρὸς, atque adeo est Genitivus objecti, *de invento thesauro,* ut ἀκοὴ αὐτοῦ iv. 24.—(45.) πάλιν ὁμοία — ἀνθρώπῳ] *porro in regno Messiano idem evenire solet, quod evenit mercatori bonas margaritas quærenti,* i. doctrina divina similis est pretiosæ margaritæ, in quam ubi inciderit mercator, bonas margaritas quærens etc. καλοὺς μαργαρίτας] vid. ad vii. 6. margaritas magnitudine, candore, lævore, pondere præstantes,

47 ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν. Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασι-
λεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ
48 ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ· Ἥν, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβι-
βάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ
49 καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον. Οὕτως ἔσται
ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος· ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ
50 ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων· Καὶ βαλοῦ-
σιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθ-
51 μὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς·
Συνήκατε ταῦτα πάντα; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναὶ, Κύριε.
52 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο πᾶς Γραμματεὺς μαθητευ-
θεὶς ¹εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ

52. ∾τῇ βασιλείᾳ.

atque adeo *πολύτιμος μαργαρίτης*] margarita, unio, his virtutibus inprimis excellens.

(47—51.) Similitudo, quam hi versus continent, sententiam eandem exornatam proponit, quam illa quæ paulo superius v. 24 ss. legitur, nimirum hanc: ut verriculum in mare ejectum pisces, cum bonos tum malos, aliasque quisquilias complectitur, in litus protractum: ita doctrina mea nanciscetur probos et pios sectatores, vita et factis eam exprimentes, sed nanciscetur etiam sectatores improbos, vitiis sceleribusque indulgentes, coll. 41. hi vero aliquando, tempore judicii extremi, pœnas gravissimas luent. *σαγήνη*] est Lat. *verriculum* (Ulpian. Digest. 47. tit. 10. §. 7. Si quis me prohibet in mari piscari, vel *verriculum*, quod Græce *σαγήνη* dicitur, ducere), genus retis piscatorii, quod verritur i. trahitur, ducitur. Hesych. et Phavorin. *σαγήνη· τὸ δίκτυον, πλέγμα τι ἐκ καλάμων εἰς θήραν ἰχθύων.* Sæpius ap. Lucian. hoc voc. recurrit. vid. *Schacht.* Obss. in Matth. in Bibl. Brem. Nova Class. 1. Fasc. 1. ad h. l. Æl. H.A. xi. 12. in vers. Alex. respondet Hebr. מִכְמֹרֶת Hab. i. 15. Ies. xix. 8. et חֵרֶם Ez. xxvi. 5. *ἐκ παντὸς γένους*] scl. *τινά·* ut xxiii. 24. intelliguntur omnis, varii generis res, pisces, et alia.—(48.) *ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν*] *educunt in litus* np. piscatores. *ἀναβιβάζειν*, Hebr. הֶעֱלָה, quod construitur cum ב Num. xxiii. 4. ubi *οἱ ό*. habent *ἐπί*. Cæterum Aoristi h. l. positi sunt pro Præsentibus. *καὶ καθίσαντες κ. τ. λ.*] *et postquam consederunt, bona colligunt in vasa.* *καλὰ*] pisces bonos, esui aptos, et alias res utiles. *τὰ σαπρὰ*, de quo voc. vid. ad vii. 17. pisces malos, esui non aptos, et alias res inutiles, quisquilias. Ad voces *καλὰ* et *σαπρὰ* plerumque intelligunt *ἰχθύδια·* sed Matthæus scripsit haud dubie טובות et באשות, in quibus verbis non potest intelligi דָּגִים, unde per *τὰ καλὰ* et *τὰ σαπρὰ*, non tantum pisces, sed et aliæ, omnis, varii generis res intelligi debent. *ἔξω*] refertur ad *τὰ ἀγγεῖα*.—(48. sq.) vid. ad v. 40, 42. Verba *λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησ.*] *interrogavit Jesus discipulos*, absunt a cod. Vatic. et Cantab. It. Vulg., Copt., Æth., Orig. et cum nulla probabilis afferri possit ratio, cur ea librarii omiserint, omnino suspecta, atque addita videntur ab iis, qui orationem ipsis mancam scilicet visam, integram reddere vellent.

(52. 53.) *διὰ τοῦτο*] ut per se intelligitur, non verti potest *propterea*, sed ut Hebr. לָכֵן Judd. viii. 7. Jer. xlix. 26. est mera transitionis formula, adeoque in versione omittenda, ut xxiii. 34. Marc. xii. 24. al. *πᾶς γραμματεὺς*] *quilibet doctor, religionis interpres, legum divinarum peritus.* Jesum hoc nomine discipulos suos insignire voluisse, aperte docent verba quæ sequuntur: *μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Judæorum doctores, legis interpretes, dicebantur *γραμματεῖς*, סוֹפְרִים, Esr. vii. 6. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 1534. Jesus vero hoc ipsum nomen h. l. ut Matth. xxiii. 34. ad discipulos suos transtulit. *μαθητεύειν* propr. est neutrum, ut omnia verba in *εύειν* desinentia, et ponitur ita, ut sit: *discipulum esse* xxvii. 57. vid. et *Suicerus* Thes. Eccl. h. v. Sed Hebræi et scriptores Græci, recentiores inprimis, multa verba Neutra usurparunt ut Activa. vid. *Abreschius* dilucc. Thucydd. p. 88 sq. et ad Thom. Mag. p. 298. horum in numero etiam est *μαθητεύειν*, quod adhibetur quoque ut Activum, ita, ut sit: *discipulum facere*, xxviii. 19. Act. xiv. 21. *edocere* h. l. Itaque *γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασ. τῶν οὐρ.*]

οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ
καὶ παλαιά. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παρα- 53
βολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν.
Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ 54
συναγωγῇ αὐτῶν· ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς, καὶ λέγειν·
Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη, καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ οὗτός 55
ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται
Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ

est doctor religionis christianæ doctus, idoneus. Pro εἰς τὴν βασιλείαν in aliis libris extat τῇ βασιλείᾳ. Utraque lectio exprimit Hebr. לְמַלְכוּת, in aliis libris legitur, ἐν τῇ βασιλείᾳ: lectionem vero τῇ βασιλείᾳ, quam præter codd. haud contemnendos Origenis et Cyrilli auctoritas tuetur, præfert haud immerito *Griesbachius*, cum vulgari εἰς τὴν βασιλείαν ex præstantioribus codd. nullus faveat, præter L., hujus vero auctoritatem cognatorum dissensus imminuat; lectio autem ἐν τῇ βασ. orta sit ex illa τῇ βασιλείᾳ.— ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ] *cuidam patrifamilias* ἐκβάλλει] *profert.* vid. ad xii. 35. θησαυρὸς] de cujus voc. usu vid. ad ii. 11. h. l. est *promptuarium, cella penaria*, id. qd. ταμεῖον, atque ἐκβάλλειν ἐκ τοῦ θησαυροῦ id. qd. προκομίζειν ἐκ τοῦ ταμείου ap. Clem. Alex. Pædag. 3. p. 76. Victor. Per τὰ καινὰ καὶ παλαιὰ] *Elsnerus* intelligit nova et vetera vasa, quæ in cella sua habeat paterfamilias, atque subaudiendum putat σκεύη. Male, subintelligendum potius est βρώματα l. ὀψώνια. Etenim componuntur h. l. religionis doctores cum patrefamilias, quatenus hic hospites excipit cibis recens paratis et pridianis atque semesis, i. varii generis cibis; præterea doctrinæ sæpius comparari solent cum cibis Sir. xxiv. 23. Theophr. Char. viii. 1. Cic. Topic. 5. vid. Victorius Varr. Lectt. xxxviii. 23. Sensus omnino est: doctor religionis idoneus cujusvis generis doctrinas debet proponere, notas atque ignotas, et in tradenda doctrina, modo usitata oratione uti, modo nova, atque ita meum exemplum, qui varii generis doctrinas, modo per similitudines, modo perspicuis verbis trado, sequi et imitari.

(54.) Loci paralleli Marc. vi. 1—6. Luc. iv. 16 sqq. vid. not. ad Matth. iv. 12. εἰς τὴν πατρίδα] intelligitur Nazarethum, in quo oppido Jesus educatus fuerat, Ναζαρὲτ οὗ ἦν τεθραμμένος Luc. iv. 16. quod oppidum ib. v. 23. vocatur ἡ πατρὶς ejus scl. πόλις· Eustath. ad Il. δ. p. 351. 18. ὅτι δέ γε πατρὶς μόνον λέγεται, ἐλλειπτικῶς καλεῖται, λείπει γὰρ αἶα, ἢ γῆ, ἤ τι τοιοῦτον.—τούτῳ, ut vel contextus docet, h. l. contemnentis est. Sic quoque adhiberi solet Hebr. זה 1 Sam. x. 27. ubi de Saulo sermo est, et Alex. habent τί σώσει ἡμᾶς οὗτος; atque addunt: καὶ ἠτίμασαν αὐτόν. add. 1 Sam. xxi. 15. Etiam apud scriptores exteros οὗτος ita legi, pluribus docuit *Marklandus* ad Lys. p. 601. ἡ σοφία αὕτη] *tanta sapientia*, vid. Luc. iv. 17 sqq. δυνάμεις] miracula, de quibus audiverant Nazarethani, et quæ illo tempore inter eos fecerat, coll. v. 58. Marc. vi. 5.

(55 sqq.) οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός;] *nonne hic est fabri lignarii filius?* τέκτων omnino significat *fabrum.* Hesych. τέκτων· πᾶς ὁ τεχνίτης· speciatim autem ut חרש 2 Regg. xxii. 6. ponitur de fabro lignario: Gloss. vett. τέκτων, *faber tignarius, faber lignarius, materiarius*, et Josephum fabrum lignarium fuisse, traditur communi consensu scriptorum veteris ecclesiæ, vid. Justin. Martyr. c. Tryphon. p. 94 sq. ed. Steph. et *Suiceri* Thes. Eccl. v. τέκτων. Marc. vi. 3. legitur: οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων; quæ verba plerique interpp. per metonymiam posita existimant pro τοῦ τέκτονος υἱός; sed nihil impedit, quo minus verba hæc accipiamus proprie, et Jesum ipsum opera materiaria fecisse statuamus, cum nec infrequens, nec indecorum fuerit priscis Hebræorum sapientibus, præter literarum studia artes quoque tractare manuarias. vid. *Cunæus* de Republ. Hebr. c. 4. p. 27 sqq. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talmm. p. 616. *Rau* Diss. duæ, unde Jesus alimenta vitæ acceperit? inquiritur, Erlang. 1794. 95. 4. Josephi filium Jesum putabant, quod Maria ipsius mater erat, Josephus autem hujus maritus, unde et Maria Luc. ii. 48. maritum suum, Jesum alloquens, ipsius patrem dicebat. Parentum Jesu et propinquorum ipsius plebs Nazarethana h. l. mentionem faciebat contemptus caussa, et ignobilitas familiæ Jesu atque invidia, homines istos eo redigebant, ut Jesum repudiarent, nec pro legato divino haberent καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐπ᾽ αὐτῷ v. 57. Novimus, inquiunt, parentes et propinquos ipsius, homines obscuros et ignobiles, quomodo huic divinitus tanta sapientia concessa esse potest, et facultas miracula pa-

56 Σίμων, καὶ Ἰούδας; Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι
57 πρὸς ἡμᾶς εἰσι; πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα; Καὶ ἐσκαν-
δαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ ἔστι
προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ
58 αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν
ἀπιστίαν αὐτῶν.

## ΚΕΦ. ιδ'.

ἘΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν

trandi, ut possit doctoris, legatique divini, personam agere, et aureæ ætatis initia annuntiare? qualem se venditat? quomodo hic sapientia et facultate miracula patrandi præditus esse potest? Scilicet illustrari debet locus noster e Luc. iv. 17 sqq. Postquam Jesus locum Iesaiæ recitarat eumque interpretatus erat, (summam tantum interpretationis attulit Lucas v. 21.) omnes admiratione capti tenebantur. Sed sedatiores facti auditores, nonnulli (Luc. iv. 22. ἔλεγον scl. τινὲς] invidia ducti, ut Jesum in contemptum adducerent, dicebant πόθεν τούτῳ κ. τ. λ. Cæterum *Paulus* ad Luc. i. 38. monuit: Jesum hominibus istis, ipsum Nazarethanum et Josephi filium dicentibus, non contradixisse, ne eos magis exacerbaret, novamque sibi invidiam pararet, nec Matthæum adjecisse annotationem, quod omnino narrationibus suis non interjecerit animadversiones, quæ ad lectoris judicium regundum facerent, et quod ipsi persuasum fuerit, lectores suos meliora edoctos (c. 1. 2.), judicium istorum Christi contemptorum, non esse offensurum. καὶ οἱ ἀδελφοὶ—Ἰούδας] *et fratres ipsius Jacobus, Joses, Simon et Judas*, vid. not. ad xii. 46. Ἰωσῆς· præter hunc hujus nominis fratrem Jesu, filius ejusdem nominis Mariæ, Clopæ s. Alphæi uxoris, frater Jacobi minoris memoratur xxvii. 56. Ἰάκωβος,· vid. ad x. 2—(56.) ἀδελφαὶ, sorores Christi germanæ, v. xii. 46. ταῦτα πάντα referri debet ad σοφίαν et δυνάμεις.—(57.) οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος—αὐτοῦ] *nusquam magis contemnitur doctrinæ divinæ interpres* (προφήτης), *quam in patria sua*, a civibus suis, *et familia*, necessariis suis. Plut. de exilio p. 604. D. τῶν φρονιμωτάτων καὶ σοφωτάτων ὀλίγους ἂν εὕροις ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κεκηδευμένους. Senec. de Benefic. iii. 3. *vile habetur quod domi est.* Cf. de hac proverbiali locutione *Schottus* Adagg. S. S. *Grotius*, *Pricæus*, *Lampius* ad Joh. iv. 44. T. i. p. 802. et *Wetstenius* ad h. l. Marc. vi. 4. additum legitur: καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· cf. Joh. vii. 5.—(58.) καὶ οὐκ ἐποίησε κ. τ. λ.] *non multa ibi fecit miracula*, contemnebant enim eum, hinc admodum pauci ipsius auxilium implorabant, Marc. vi. 5.

## CAP. XIV.

(1.) Jesus, ut Johannis baptistæ evitaret fortunam, quem Herodes Antipas occidi jusserat, contulit se in locum desertum, vid. v. 13. Luc. ix. 10. et inde varia itinera suscepit; cf. c. xiv—xviii. 35. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ] *circa illud tempus, cum fama Jesu ad Herodis aures pervenisset, hic amicis suis dicebat* etc. Qui factum sit, ut Jesu facinora miranda tam sero Herodi innotuerint, vario modo explicare studuerunt interpretes. *Grotius* autumat, Herodem, Romam profectum, abfuisse a terris suis interea, dum Jesus inclaresceret; sed desunt argumenta idonea, quibus hæc sententia comprobetur. Alii, ut *Baronius*, statuerunt, Herodem bello Arabico superioribus annis occupatum, e Judæa abfuisse, atque ita serius famam de Jesu præclare factis ad aures ipsius pervenire potuisse. Sed ut recte monuit *Casaubonus* Exercitt. ad Baronii Annal. Eccles. p. 304. bellum cum Areta, Arabiæ rege, per legatos gestum est, neque adeo a regione sua avocavit Herodem, et gestum est, cum Johannes jam obtruncatus esset, vid. Joseph. Ant. xviii. 7. Scilicet non est h. l. tam de primo auditu Herodis, quam potius de continuato et repetito, qui tandem ejus attentionem excitabat, sermo, ut præclare observavit *Rusius* in Harmonia Evangel. T. i. p. 1246. Potuit igitur varia quidem de Jesu doctore jam antea audivisse, ad quæ tamen parum animum advertit princeps libidini voluptatibusque indulgens, ut adeo rursus memoriæ ejus exciderent, præsertim cum Johannes adhuc viveret, qui tanta apud omnes auctoritate valebat, quem plures asseclarum ipsi Christo longe præferebant, vid. ix. 14. xi. 2.; sed nunc temporis, post Johannis baptistæ necem, cum Herodes denuo audiret de Christo thaumaturgo, coll. v. 2. cujus fama interea undiquaque fortius eruperat, magnopere animo percellebatur homo sceleris conscientia stimulatus et meticulosus. ὁ τετράρχης] intelligitur Herodes Antipas, Herodis M. filius, vid. Joseph. Ant. xvii. 3. Mortuo parente, Augustus alteram regni partem Antipæ ejusque fratri Philippo dedit, ita, ut Antipas acciperet Galilæam et Peræam, at-

ἀκοὴν Ἰησοῦ· Καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ· Οὗτός ἐστιν 2
Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής· αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ
διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Ὁ γὰρ Ἡρώδης 3
κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν, καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ,
διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.

que diceretur τετράρχης, ut h. l. et Joseph. Ant. xviii. 9. vid. not. ad Matth. ii. 22. τετράρχης proprie dicitur, qui quartæ parti, τετράδι, alicujus regionis cum imperio præest. Deinde vero etiam τετράρχης de eo usurpari cœptum est, qui tertiæ et dimidiæ regionis alicujus parti præerat. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 428. Infra v. 9. et Marc. vi. 14. Herodes Antipas dicitur βασιλεὺς, quo quidem nomine quomodo insigniri potuerit, notatum est ad ii. 22. τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ pro περὶ τοῦ Ἰησοῦ. vid. ad iv. 24.

(2.) τοῖς παισὶν αὐτοῦ] *amicis et familiaribus suis:* παισὶν id. qd. δούλοις, φίλοις, ut 3 Esr. i. 30. 1 Macc. i. 6. Etenim ab Hebræis עֲבָדִים dicuntur non modo ii, qui proprie servi sunt, sed etiam homines liberi et ingenui, ministri principum, regum, ac civitatum Orientis. Hinc interpretes Græci veteres עבד modo vertunt παῖς 1 Sam. xviii. 22. Jos. i. 7, 13. quo posteriori loco Symmachus habet δοῦλος, modo φίλος, ut Esth. ii. 19. οὗτός ἐστιν Ἰωάννης—νεκρῶν] *hic est Johannes baptista, qui ab inferis rediit.* Qua ratione Herodes, qui una cum familia sua, sectæ Sadducæorum, resurrectionem mortuorum negantium, addictus fuerit, ut ex Marc. viii. 15. et Matth. xvi. 6. colligi solet, cogitare ac dicere potuerit, Johannem ab inferis rediisse, varia fuit interpretum disputatio. Alii monuerunt, homines nimis libere sentientes et divina contemnentes, esse fere cum maxime superstitiosos; non semper eos, qui placita sectæ alicujus publice probent et profiteantur, ea etiam credere, saltem eos ipsos dubitare interdum de veritate placitorum opinionumque suarum. Alii contenderunt, Herodem non serio hæc dixisse, sed his ipsis verbis risui exponere voluisse opinionem de mortuorum resurrectione. Sed Herodem, accepto nuntio de Jesu ejusque miraculis, magnopere perturbatum, et a jocatione alienum fuisse, locus Lucæ ix. 3. planissime docet. Hinc alii opinati sunt, Herodem credidisse μετεμψύχωσιν h. e. animarum migrationem in alia corpora, adeoque his verbis significare voluisse, quod anima Johannis in corpus Christi commigraverit. Sed Judæos Christi ætate μετεμψύχωσιν admisisse, probari nequit, v. not. ad Joh. ix. 2. nec loquitur Herodes de Johannis anima, quæ migrarit in Christi corpus, sed de Johannis ipsius resuscitatione. Equidem cum aliis interpretibus arbitror, Herodem ejusque familiam probasse tantum rationes Sadducæorum politicas, non vero reliqua eorum dogmata et placita, vid. Act. xxvi. 7, 8. ibique interpp. et *Paulus* ad h. l. Pharisæis enim, libertatis populi defensoribus strenuis, Herodis I. utpote alienigenæ et Romanorum imperium maxime invisum erat, Sadducæi autem minus severi et acerbi judices hac in re erant, vid. Joseph. Ant. xv. 1. xvii. 3. xviii. 1. Omnino igitur Herodes, conscientiæ stimulis perfossus, consternatus et tumultum metuens, in eam opinionem venire potuit, Johannem in vitam esse reversum, præsertim cum vulgus Judæorum crederet, ante Messiæ adventum plures prophetas ab inferis esse redituros. διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ] *propterea,* quoniam redivivus potentior est quam antea. δυνάμεις accipiunt de miraculis ipsis; ut ἐνεργοῦσι positum sit pro Passivo ἐνεργοῦνται, atque ἐν αὐτῷ ex Hebraismo pro ὑπ' αὐτοῦ vel δι' αὐτοῦ, *fiunt ab eo miracula.* Rectius vero *Beza,* aliique cum eo δυνάμεις accipiunt de facultate miracula edendi, ut adeo verba reddi debeant: propterea facultate miracula patrandi præditus est.

(3.) Inserit jam Matthæus historiam ipsam de captivitate et morte Johannis, atque adeo Aoristi Latine verti debent Plusquamperfectis. κρατήσας—φυλακῇ] *comprehensum et compedibus vinctum in custodiam dederat.* τίθεσθαι ἐν φυλακῇ, Hebr. נָתַן בְּמִשְׁמָר Gen. xli. 10. xlii. 17. ubi v. LXX. διὰ Ἡρωδιάδα—ἀδελφοῦ αὐτοῦ] *in gratiam Herodiadis, quæ fuerat uxor Philippi fratris ipsius;* Herodiada uxorem fratris Philippi, amore ejus incensus, abduxerat Herodes Antipas, eamque, repudiata uxore sua, Aretæ Arabum regis filia matrimonio sibi junxerat, v. Joseph. Ant. xviii. 5. 1 sqq. Herodes *Philippus* h. l. memoratus, non debet confundi cum Herode Philippo, tetrarcha Ituræ et Trachonitidis, cujus mater fuit Cleopatra, sed notatur h. l. alius Herodis M. filius ignobilis et obscurus, qui, a patre exheredatus, vitam privatus transegit, susceptus e Mariamna, Simonis Pontificis M. filia, vid. Joseph. Ant. xvii. 6. B. I. i. 30. 7. *Grotius,* inprimisque *Krebsius* ad h. l. et *Deylingius* Obss. S. ii. 26. 18 sq. unde non mirandum, Herodiada, fœminam vanam et imperiosam, maluisse uxorem esse Antipæ tetrarchæ, quam Philippi, hereditate privati. Josephus Ant. xvii. 1, 2. hunc

4 Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.
5 Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς
6 προφήτην αὐτὸν εἶχον. Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου,
ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ· καὶ ἤρεσε

Philippum vocat Herodem. Scilicet e Josepho et aliis satis constat, multos Herodis M. filios, etsi suo quisque nomine proprio, quo ab aliis distinguerentur, insigniti fuerint, tamen Herodis nomen quasi commune quoddam habuisse, adeo ut nunc proprio, nunc communi, a scriptoribus appellentur. Sic *Archelaus* vocatur *Herodes* Dio. Cass. p. 567. Leuncl. *Antipan* sæpius quoque *Herodem* nominavit Josephus, v. *Krebsius* ad h. l. Itaque nulla intercedit inter Matthæum et Josephum pugna, et nomen Φιλίππου, quod a codd. nonnullis abest, sed ab iisdem Marc. vi. 17. retinetur, Matthæo servandum est.

(4. 5.) ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· οὐκ — αὐτήν.] Haud improbabilis est *Wetstenii* aliorumque sententia, Johannem ab ipso Herode accersitum, et de matrimonio cum Herodiade interrogatum esse, ut invidiam, quam ei incestæ nuptiæ apud populum creaverant, placaret, et factum excusaret auctoritate Johannis, hunc vero respondisse, quod prophetam et virum probum decebat. ἔχειν] Marc. vi. 17. usus est verbo γαμεῖν, notat h. l. *in matrimonio habere*, quo significatu frequenter quoque apud scriptores exteros occurrit, Xen. Cyr. i. 5. 4. τὸν τὴν ἀδελφὴν (affinem) ἔχοντα. Homer. h. in Herc. v. penult. καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην. Sic *habere* apud Latinos Sueton. Aug. 63. *nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat*. Hesych. ἔχειτο, ἐγαμεῖτο. It. ἔχειν (Ion. pro εἶχειν) ἐγεγαμήκει Eustath. ad Il. α'. p. 61. ἔχει δὲ ἔμφασιν τὸ ἔχειν, ὡς περὶ γυναικὸς, καὶ οὐ δούλης. ἔχεται γὰρ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. vid. et *Raphelius* atque *Albertius* ad h. l. Abduxerat Herodes Antipas viventi marito eidemque fratri uxorem, commiserat ergo crimen adulterii, raptus et incestus, nam lex data erat Judæis, ut ne quis in matrimonium duceret uxorem fratris, nisi mortuus esset frater, liberis orbus. vid. Levit. xviii. 16. xxv. 5. Cæterum Joseph. Ant. xviii. 5. 2. captivitatis necisque Johannis caussam affert hanc, quod timuerit Herodes, ne tanta hominis auctoritas populum ad defectionem impelleret. Matthæus caussam affert hanc, quod ob incestum et alia flagitia atque scelera, vid. Luc. iii. 19. Herodem Johannes reprehenderit. Neque tamen Josephus Matthæo repugnat. Nam Josephus vel ea attulit, quæ tunc facinori huic prætexerentur, adeoque caussam non ex sua ipsius, sed aliorum opinione, tunc temporis apud Judæos obtinente, protulit; quæ fuit sententia *Wolfii* ad h. l.; vel duæ fuerunt caussæ, quibus commotus Herodes Johannem in carcerem conjici atque interfici jusserit, exprobratio incestus aliorumque scelerum, et metus rebellionis a plebe imminentis, ita, ut alteram caussam attulerit Josephus, alteram Matthæus; vel Matthæus locutus est de caussa, ob quam Johannes in carcerem detrusus sit, Josephus autem de ea, ob quam interfectus sit. vid. *Krebsius* ad h. l. et *Deylingius* Obss. S. iii. 26. 12. Scilicet Herodes Johannem ob exprobratum incestum in vincula conjecerat, et fortassis jam tunc temporis fecisset id quod ira suadebat, et fœmina irritata dictabat, atque Johannem interfici jussisset, nisi partim ipse reveritus esset Johannem, vid. Marc. vi. 20. partim etiam populum metuisset, coll. v. 5. postea autem eum necari jussit, precibus importunis Herodiadis filiæ, et jurisjurandi religione coactus, et cohortationibus convivarum, metuque rebellionis a Judæis imminentis, vid. ad v. 9., compulsus. — (5.) καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι] *et lubenter eum interfecisset*, nempe illo tempore, quo Johannis exprobratio eum ad iram provocaverat. θέλων, *lubenter*, ut Joh. vi. 21. al. ὡς, *revera*, id. qd. ὄντως. (Triclin. ad Soph. Electr. 1188.) ἀληθῶς· Hesychius: ὡς — ἀληθῶς. Hebræi ita quoque utuntur particula כ Hos. iv. 4. vid. *Drusius* Animadvv. ii. 47. *Suicerus* h. v. *Noldius* Concordd. particc. h. v. et *Palairetus* ad h. l. εἶχον, populo persuasum erat, Johannem vere esse prophetam, voluntatis divinæ interpretem, eximiis dotibus instructum. ἔχειν h. l. *putare, existimare*, ut xxi. 26, 46. quo sensu etiam scriptores Græci verbum ἔχειν, et Latini verbum *habere* frequenter ponere solent, vid. *Kypkius* ad h. l. et *Mollius* ad Longi Pastoral. p. 111 sq.

(6.) γενεσίων δὲ ἀγομένων] quærunt et disputant viri docti, quæ sint illa γενέσια h. l. commemorata. Alii statuunt, esse intelligendam *celebrationem diei natalis;* cujus sane memoriam magna cum cura celebrare solebant veteres, sicuti hoc factum legimus a Pharaone Gen. xl. 20. ἡμέρα γενέσεως ἦν Φαραὼ, καὶ ἐποίει πότον πᾶσι τοῖς παισὶν αὐτοῦ· ab Antiocho Epiphane 2 Macc. vi. 7. ubi legitur: εἰς τὴν κατὰ μῆνα τοῦ βασιλέως γενέθλιον ἡμέραν, *die regis per quemque mensem natali*, Zosim. ii. 27. vid. exempla plura hanc in rem allata a *Schachtio* Obss. Philol. in Matth. in Biblioth. Nova Bremensi Class. ii. p. 488 ss. et vocabulum γενέσιος de die natali extat ap. Alciphron. 3. ep. 18. et 55. Philon. de Mundi Opif. p. 20. et Joseph. Antiq. xii. 4. 7.

τῷ Ἡρώδῃ· Ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ 7
ἐὰν αἰτήσηται. Ἡ δὲ, προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐ- 8
τῆς, Δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου
τοῦ Βαπτιστοῦ. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς 9
ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι. Καὶ 10

Alii vero intelligendum esse h. l. præcipiunt festum, quod instituisset Herodes in memoriam ejus diei, quo suscepisset imperium, ergo *diei inaugurationis celebrationem*. Extra omnem vero dubitationem positum est, reges hunc quoque diem celebrare solitos esse. vid. 1 Regg. i. 8, 9. xviii. 18. Hos. vii. 5. Plin. epp. x. 61. De Herode M. hoc idem prodidit Josephus Ant. xv. 11. 6. *συνεκπεπτώκει γὰρ τῇ προθεσμίᾳ τοῦ περὶ τὸν ναὸν ἔργου, καὶ τὴν ἡμέραν τῷ βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, ἣν ἐξ ἔθους ἑορτάζειν· εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν.* add. Herodo. ix. 110. Ipsi Latini quoque hoc sensu formula *dies natalis* utuntur, vid. Spartian. Hadrian. 4. et *Davisius* ad Hirt. b. Afric. 90. Solebant etiam reges a die, quo creati erant, ut natali, annos supputare, 1 Sam. xiii. 1. ubi Saulus dicitur *υἱὸς ἐνιαυτοῦ filius unius anni*, quatenus unum tantum regnaverat adhuc annum. Laudatur etiam *Aboda Sara* f. 8. in Mischna, ubi inter festa refertur quoque יום גנוסיא של מלכים ad quæ verba in Gemara f. x. 1. notatur: quid est dies גנוסיא? respondet R. Judas, per hunc intelligunt diem, quo constituunt regem. Sed גנוסיא est Græcum *γενέσια*. Utraque igitur interpretandi ratio haud levibus argumentis potest defendi. cf. *Heinsius* Exercitt. Sacr. p. 52. *Relandus* Diss. miscell. 8. p. 257. P. 2. et *Fischerus* in Præf. ad *Leusden*. de dialectis N. T. ed. sec. p. 17 ss. Cum vero nullius scriptoris Græci auctoritate comprobari et asseri possit notio voc. *γενέσια dies imperii*, prior illa hujus nominis interpretatio, *dies natalis*, omnino præferenda videtur. Cæterum ad *γενεσίων* non subintelligendum esse *συμποσίων*, (ut voluit *Bosius* Ellips. h. v.) sed potius *ἡμερῶν*: recte ostendit ad h. l. *Krebsius*. *ἄγειν* est verbum proprium et solenne de celebratione festi, unde formulæ *ἄγειν ἑορτὴν, ἡμέραν* Thucyd. vi. 6. v. 47. Xen. Cyrop. vi. 2, 3. Esth. ix. 18, 19, 21. (ubi עשים Alex. vertunt *ἄγειν*) 2 Macc. ii. 16. 1, 9. Tob. xi. 20. add. *Palairetus* in Bibl. Brem. Nov. Cl. 3. p. 211. *Raphelius*, *Albertius* et *Keuchenius* ad h. l. Itaque lectio *γινομένων*, quam codd. nonnulli habent, ex glossemate orta est. *ὠρχήσατο*] *saltabat:* non est sermo de rudi illo et incomposito saltandi genere, quod in publicis gaudiis, matronis virginibusque Judaicis antiquitus usurpatum fuit, sed de saltatione lasciva, pantomimorum more, qui manuum corporisque gestibus, mores hominum et omnes affectus exprimere et imitari solebant; vid. *Rupertius* ad Juvenal. vi. 63. et *Mitscherlich* ad Horat. Carm. iii. 6. 21. hujus generis saltationes in conviviis usitatæ erant, Cic. pro Murena c. 6. *Tempestivi convivii, amœni tori, multarum divitiarum comes est extrema saltatio.* add. Vellei. Pat. ii. 83. Xen. Sympos. 2. add. *Paulsen Regierung der Morgenländer* p. 262. *Meyer Versuch einer Vertheidigung und Erklärung der Geschichte Jesu und der Apostel aus Profanscribenten* p. 207. *ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος*] non intelligitur filia Antipæ et Herodiadis, sed Salome, quam Herodias priori marito pepererat. *ἐν τῷ μέσῳ* spectantibus Herode, reliquisque convivis, vid. Marc. vi. 21.

(7 sqq.) Salome saltando adeo sese probaverat Herodi, ut quidquid petiisset, se illi daturum, jurejurando promitteret. *ὁμολογεῖν*] *promittere, polliceri*, ut Plato Criton. 10. al. et *ὅρκῳ ὁμολογεῖν*, polliceri interposito jurejurando id. qd. *ὀμνύειν* Marc. vi. 23. —(8.) *προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς*] *instructa a matre*, ad quam rem retulerat, vid. Marc. vi. 24. *προβιβάζειν* in vers. Alexandrina adhibetur de iis, qui alios aliquid docent, et hortantur ut illud faciant, atque respondet Hebr. הורה Exod. xxxv. 34. et שנן Deut. vi. 7. Ita quoque legitur Xen. Mem. i. 2, 17. *πάντας τοὺς διδάσκοντας ὁρῶ αὐτοὺς δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν, ᾗπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἃ διδάσκουσι, καὶ τῷ λόγῳ προβιβάζοντας, video omnes eos qui docent, discipulis monstrare, quo pacto præstent ipsi, quod docent, atque etiam oratione eos impellere.* vid. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. *πίναξ*] est *orbis, quadra, lanx:* vas, in quo cibi vel apponuntur, Odyss. α'. 141., vel eduntur; Thom. Mag. *πίνακες· τὰ ἀγγεῖα, ἐν οἷς ἐσθίομεν.* —(9.) *καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς*] vulgo explicant: *dolore affectus est* Herodes, sed fortassis rectius *ἐλυπήθη* h. l. accipitur de *ira*, ita ut sit, *commotus est rex.* Puellæ petulantia, et precum importunitas, iratum reddebant Herodem, cui Johannes carus erat, vid. Marc. vi. 20. sed *διὰ τοὺς ὅρκους*] *propter juramentum*, et *διὰ τοὺς συνανακειμένους, propter convivas*] qui ipsi quoque forte odio in Johannem commoti, et ut Herodiadi atque ipsius filiæ gratum facerent, religionem jurisjurandi obtendebant, et regem hortabantur, ut filiæ precibus locum daret, ne longior Johannis capitivitas multitudinem excitaret, ut res novas moliretur: jussit Herodes filiæ caput

11 πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἠνέχθη
ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ
12 ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς. Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ ἦραν τὸ σῶμα, καὶ ἔθαψαν αὐτό· καὶ ἐλθόντες ἀπήγ-
13 γειλαν τῷ Ἰησοῦ. Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν
ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν· καὶ ἀκού-
σαντες οἱ ὄχλοι, ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων.

Johannis dari. Verbum autem λυπεῖσθαι in vers. Alexandrina sæpius ita recurrit, ut sit, *irasci*, atque respondet verbo חרה ut Gen. iv. 5. Neh. iv. 5. et קצף, ut 1 Sam. xxix. 4. eodemque sensu legitur infra xviii. 31. add. Xen. Mem. iii. 13. 1.

(10—12.) καὶ πέμψας — ἐν τῇ φυλακῇ] *jussit igitur Johannem in carcere decollari.* Carceris et supplicii Johannei locum fuisse Machærunta tradit Joseph. Ant. xviii. 5. 2. Jam cum dixerit Herodiadis filia: δός μοι ὧδε τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου, v. 8. coll. Marc. vi. 25. suspicari licet, γενέσια illa celebrata fuisse aut in ipsa arce Machæruntina, aut in castello quodam finitimo; a Tiberiade enim, quæ regia Herodis sedes erat, satelles regius ad exsequendum crudele mandatum missus, vix intra biduum iter conficere potuisset, vid. *Grotius* et *Lightfootus* ad h. l. πέμψας, vid. ad ii. 16. ἀποκεφαλίζειν (Gloss. vet. ἀποκεφαλίζω, *decollo*) in libris Atticorum non occurrit, qui hac in re vel usurparunt verbum καρατομεῖν vel ἀποτέμνειν τὴν κεφαλὴν, sed scriptores posterioris ætatis eo usi sunt, ut Dio. Cass. lxxi. 28. p. 1193. *Reimar.* Arrian. Epict. iii. 26. Artemidor. Onirocrit. i. 35. vid. *Raphelius* Obss. Polybb. *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. *Georgius* Hierocrit. P. 1. p. 111 sq. et Ps. cli. 7. 1 Sam. xxxi. 9. in ed. Complut., hinc recte judicavit *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 690 ss. hoc verbum ponendum esse in numero eorum verborum, quæ Macedonum et Alexandrinorum ingenia finxerint. — (11.) ἠνέχθη] positum est pro προσηνέχθη, xxii. 19. allatum est caput in lance, quo certius constaret, mandatum esse confectum. Seneca Octav. 437. *Perage imperata, mitte, qui Plauti mihi Sullæque referat abscissum caput.* Val. Max. ix. 2. *Marius — caput M. Antonio abscissum, tactis manibus inter epulas, per summam animi ac verborum insolentiam aliquamdiu tenuit.* Exempla hanc in rem plura vid. ap. *Wetsten.* ad h. l. — (12.) ἦραν τὸ σῶμα καὶ ἔθαψαν] *corpus sustulerunt et sepeliverunt.* σῶμα est *cadaver*, ut Luc. xvii. 37. Tob. i. 18. καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὰ σώματα, καὶ οὐχ εὑρέθη· Hebr. נְבֵלָה 1 Reg. xiii. 29. Suidas: σῶμα, πᾶν τὸ τεθνηκὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Eodem modo Latini utuntur voc. *corpus*, vid. Flor. iv. 2. 60. Suet. Aug. c. 101. vid. *Burmannus* ad Val. Fl. iii. 333. Lectio πτῶμα, quæ h. l. in nonnull. cod. extat, e Marc. vi. 29. in h. l. translata est. ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ] *nuntiarunt Jesu,* quæ Johanni acciderant.

(13.) Redit scriptor eo, unde v. 3. declinaverat. Herodes igitur, cum post Johannis necem de mirandis Jesu facinoribus audivisset, atque in eam opinionem venisset, Johannem ab inferis rediisse, cupiebat Jesum videre, ἐζήτει ἰδεῖν αὐτὸν, Luc. ix. 9. Jesus vero, ut Herodis aulam effugeret, et se aliquamdiu consuetudini atque sermonibus hominum subduceret, vid. Marc. vi. 31. præsertim cum populus, Herodi propter interemptum Johannem iratus, ad seditionem pronus esset, ne seditioni locum præberet, una cum Apostolis suis, qui illo ipso tempore ab itinere suscepto revenerant, vid. Luc. ix. 10. e locis Galilææ frequentioribus in solitudinem recessit. ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν] *profectus est inde;* significatur locus, oppidum, in quo Christus hactenus commoratus erat, nempe Capharnaumum. εἰς ἔρημον τόπον] *in solitudinem,* tractum terræ nec vicis, nec incolis frequentem, sed irriguum, et pascendis alendisve gregibus idoneum, coll. v. 16, 19. erat in litore maris Tiberiadis orientali, atque adeo in Gaulanitide inferiore, quæ parebat Philippo tetrarchæ, Antipæ fratri. Luc. ix. 10. dicitur τόπος ἔρημος πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδὰ, quæ postea Julias dicta est a Philippo. vid. Joseph. Ant. xviii. 2. Fuerunt enim in Judæa duo hujus nominis oppida, unum cis mare Tiberiadis, alterum trans illud. vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis L. p. 444 sqq. κατ' ἰδίαν] *seorsim,* ut 2 Macc. iv. 5. καὶ] *sed.* πεζῇ] *terrestri itinere, terra:* nam opponitur navigationi. Sic ap. Diod. Sic. p. 711. D. πεζῇ καὶ κατὰ θάλασσαν, et p. 498. A. B. πεζῇ permutatur cum κατὰ γῆν, sic πεζεύειν et πλεῖν sibi invicem opponuntur ap. Philon. de Temul. p. 263. D. κἂν εἰ πεζεύειν καὶ πλεῖν δεῖ, *si forte vel itinere terrestri, vel navigatione opus est.* Latini quoque dicere solent, *classe et pedibus venire,* vid. Cic. Att. iii. 8. v. 9. v. *Læsnerus* et *Münthius* ad h. l.

Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶδε πολὺν ὄχλον· καὶ ἐσπλαγ- 14
χνίσθη ἐπ' ¹αὐτοὺς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν.
Ὀψίας δὲ γενομένης, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, 15
λέγοντες· Ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν·
ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας, ἀγο-
ράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· 16
Οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.
Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Οὐκ ἔχομεν ὧδε εἰ μὴ πέντε ἄρτους 17
καὶ δύο ἰχθύας. Ὁ δὲ εἶπε· Φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. 18
Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, 19
¹καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀνα-
βλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε· καὶ κλάσας, ἔδωκε τοῖς
μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις. Καὶ 20
ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον

14. ∾ αὐτοῖς. 19. † καὶ.

(14—21.) ἐξελθὼν] scl. ἐκ τοῦ πλοίου, *egressus e navigio.* ἀῤῥώστους] ægrotos qui inter eos erant, τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας, Luc. ix. 11. ἄῤῥωστοι, *ægroti*, ut Lat. *infirmi*, qui opponuntur *sanis*, Plin. H. N. vii. 26. Hebr. חֹלִים 1 Regg. xiv. 5. Hesychius: ἀῤῥωστία, νόσος, ἀσθένεια. — (15.) ὀψίας γενομένης] *vesperi*, Luc. ix. 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· est autem h. l. de vespera prima sermo, v. ad viii. 16. nam v. 23. iterum legitur ὀψίας γενομένης. ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν] *magna pars diei præteriit.* Marc. v. 36. ὥρα ἤδη πολλή· Utuntur autem Græci formulis ὥρα πολλὴ et νὺξ πολλὴ promiscue, vel de longo diei noctisve spatio jam præterlapso, vel adhuc instante, et utrum horum intelligendum sit, ex adjectis particulis ἔτι, ἤδη, ἄχρι, aliisve signis dijudicandum est. Exempla hanc in rem attulerunt *Kypkius* et *Raphelius* ad Marc. vi. 35. εἰς τὰς κώμας] *in vicos finitimos*, εἰς τὰς κύκλῳ κώμας, Luc. ix. 12. — (19.) κελεύσας—χόρτους] *jussit multitudinem discumbere super graminibus.* De verbo ἀνακλίνεσθαι vid. ad viii. 11. καὶ ante λαβὼν, quod a multis codd., verss. et patrr. omittitur, e Marco huc invectum est. εὐλόγησε] *gratias egit;* εὐλογεῖν id. qd. εὐχαριστεῖν v. 27. cf. xv. 36. coll. Marc. viii. 6, 7. etiam Hebr. בֵּרַךְ ita ponitur, ut significet: *laudes celebrare*, et *gratias agere.* vid. 1 Sam. ix. 13. al. κλάσας] *diffregit*, panes enim in Oriente erant tenues, et formam placentarum referebant, neque scindebantur, sed frangebantur. vid. *Niebuhr Beschreibung von Arabien* p. 51 sq. *Harmar Beobachtt. über den Orient*, T. i. p. 206. Th. iii. p. 60. 408. s. ibique *Faber.* — (20.) αἴρειν] id. qd. συνάγειν Joh. vi. 12. respondet Hebr. נָשָׂא, quod LXX. vertunt αἴρειν Ies. lvii. 1. xvi. 10. δώδεκα κοφίνους πλήρεις] *quibus duodecim cophini implerentur.* κόφινος *canistrum, corbis*, Hebr. סַל, Judd. vi. 19. ubi Aqu. κόφινος· capiens congios tres, auctore Hesychio, qui κόφινος, inquit, μέτρον χωροῦν χόας τρεῖς· sed χοῦς est Lat. *congius.* v. *Wetstenius* ad h. l. Judæi autem per gentilium aut Samaritanorum terras iter facientes, partim quoniam tunc temporis non erant usitata hospitia publica, partim ne forte cibis immundis polluerentur, cibum gestare secum solebant in corbibus, unde Juvenal. Sat. iii. 15. *Nunc sacri fontis nemus, et delubra locantur Judæis: quorum cophinus fœnumque suppellex:* et vi. 542. *Cum dedit: cophino, fœnoque relicto, Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem.* cf. *Harmar Beobachtt. über den Orient;* Th. i. p. 399 sq. hinc etiam facile intelligitur, unde facta sit Christi discipulis in deserto tot corbium copia.

Evangelistæ igitur (Matth., Marc. vi. 34. Luc. ix. 11 sqq., Joh. vi. 5 ss.) narrant, Jesum quinque fere millia hominum illo tempore saturasse, cum tamen ei non nisi quinque panes hordeacei et duo pisces ad manus fuissent; ita vero eum tantam sui admirationem hominibus illis injecisse (Joh. vi. 14 sq.), ut eum Messiam prædicarent, et regem creare vellent. Quodsi ergo Evangelistarum, quos miraculum enarrare voluisse in promptu est, narrationes sequimur atque tenemus, res h. l. exposita ulterius explicari non poterit vid. ad viii. 1. Varias tamen conjecturas interpretes recentiores, quo facilius sibi ea, quæ h. l. leguntur, explicarent,

21 τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες
ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.

protulerunt; quarum præcipuas pro consilii nostri ratione afferamus. Facile cogitare poterat Jesus, plurium eorum, qui ipsum secuti erant, cophinos evacuatos esse, nec iis suppetere cibos, quibus sese reficerent; quo prius ergo horum fames sedaretur, ut inopiæ eorum succurrerent ii, qui adhuc in cophinis edulia recondita secum gestarent, omnes manipulatim accumbere jussit. (Sed ut recte monuerunt alii, non memorant Evangelistæ, adfuisse qui adhuc in cophinis edulia recondita secum gestarent, scivissent Apostoli, homines istos βρώματα secum habere, si habuissent, sed ipsi hac de caussa anxii, cum nihil haberent. Christum rogant: dimitte eos, ut emere possint, quæ comedant, τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσι, v. 15. Luc. ix. 12. Marc. vi. 36.). Jam cibis qui adhuc instructi erant, pro liberalitate illis temporibus Orientalibus atque Judæis usitata et propria, lubenter populares suos, cibis destitutos, cœnæ adhibebant, et quo fortius ad liberalitatem exercendam excitarentur, Jesus ipse iis exemplo suo præibat, de cibariis suis offerre jubebat Apostolos, iis qui cibis destituti essent. Sumebant autem admodum pauci de cibariis, ab Apostolis iis oblatis, nam vel saturati erant, vel ab aliis cibos accipiebant. (Verum ex locis Matth. xv. 32. Marc. vi. 38. viii. 3. Joh. vi. 7. satis aperte perspicitur, ex ipsius Jesu ejusque discipulorum judicio multitudinem congregatam, vel omni prorsus cibo fuisse destitutam, vel tam parcum certe habuisse victum, ut ne pauci quidem horum usu possent satiari. Præterea Evangelistæ disertis verbis memorant, edisse omnes, ἔφαγον πάντες.) Hinc facile potuerunt discipuli, residuis fragmentis ex quinque panibus et piscibus duobus, replere duodecim corbulas; verba autem πλήρεις v. 20. et ἐγέμισαν Joh. vi. 13. non sunt nimis premenda.—Alii ἦραν v. 20. et Marc. l. c. ἤρθη Luc. ix. 17. et ἐγέμισαν Joh. l. c. Latine reddi debere præcipiunt Plusquamperfectis: attulerant, apportarant Apostoli (ἦραν) copias (τὸ περισσεῦον) fragmentorum ex panibus et piscibus, quibus duodecim canistra erant repleta. Vocem, τὸ περίσσευμα τῶν κλασμάτων explicant de iis, quæ de duobus piscibus et quinque panibus restabant, postquam Jesus ipse cum discipulis exiguam horum alimentorum partem in suum usum converterat. Verba Joh. vi. 13. καὶ ἐγέμισαν —τῶν κριθίνων, parenthesos nota (perquam contorte) a reliquis sejungunt, atque sensum loci Johannei ita constituunt: colligite reliquias ciborum; collegerunt ergo (impleverant enim fragmentis ex quinque panibus duodecim canistra) at quæ superfuerunt iis, qui comederant. Monent, scriptores sacros his verbis accuratius indicare voluisse copiam ciborum, ab Apostolis populo oblatam, non ergo sermonem esse de residuis post cœnam, sed de cibis ante cœnam oblatis. (At enimvero omnes Evangelistæ, *finita demum ipsarum epularum narratione*, illam addunt annotationem de περισσεύματι τῶν κλασμάτων, quæ si eo sensu, quem illi interpretes substituunt, addebatur, neutiquam ad finem totius narrationis pertinebat, sed in priori ejus parte collocanda erat. Joh. vi. 12 sq. disertis verbis scribit: postquam saturati erant, ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν, jussit Jesus discipulos colligere ciborum reliquias τὰ περισσεύσαντα κλάσματα, quibus collectis implebant duodecim corbulas, e panibus hordeaceis quinque, et piscibus duobus; ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν. In verbis Lucæ ix. 17. καὶ ἔφαγον, καὶ—δώδεκα, ipsa verborum collocatio docet, pronomen αὐτοῖς non esse de Jesu ejusque discipulis intelligendum, sed innuere hominum turbam, cui satiandæ Jesus auxilio suo consuluerat. vid. et *Heubnerus* in diss. miraculorum ab Evangelistis narratorum interpretatio grammatico-historica, Viteb. 1807. 4. p. 14 sq. atque *Schottus* de consilio, quo Jesus miracula sua edidit etc. Diss. sec. Viteb. 1810. 4. p. 19 sq. Opuscc. T. i. p. 249 ss. Alii verba Joh. vi. 13. ita interpretanda esse opinantur: pro quinque panibus, quos Christus inter eos, qui cibi destituti fuerant, distribuendos curarat, populus gratus ei dono dabat duodecim canistra panis frustulis repleta ἐκ, *pro, loco*, ut Matth. xx. 2. xxvii. 7. (qui tamen loci alius generis sunt, et Marc. vi. 42. legitur: καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων). Cæterum quod admirationem populi attinet, quam sibi Jesum hoc facinore apud populum conciliasse Joh. vi. 14. memorat, coll. Marc. vi. 52. monent, verbis quæ ibi leguntur, sensum substituendum esse hunc: fames omnium qui convenerant, sedata erat, ostenderat Jesus, quantopere omni modo saluti populi prospicere studeret, cibaria, quæ ipsi supererant, communicarat cum iis, qui cibis destituti erant, hoc illis hominibus documentum, signum luculentum (σημεῖον) humanitatis et benevolentiæ ipsius erat; exinde cognoscebant, quis ipse, et quomodo animatus esset erga suos, atque ita exhilarati, regem eum constituere volebant. Hinc etiam Matth. xvi. 9, 10. consilium effati Jesu, interpp. illi in eo quærendum existimant, quod Jesus, commemoratis iis, quæ nuper accidissent, discipulis persuadere voluerit, non esse quod animum jam desponderent, atque metu præmaturo inopiæ forte exorituræ perturbarentur, cum ipsa experientia iterata,

Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ¹ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς ‖αὐτοῦ 22
ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως
οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, 23
ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενο-
μένης, μόνος ἦν ἐκεῖ. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης 24
ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.
Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ¹ὁ Ἰησοῦς, 25

22. † ὁ Ἰησοῦς. ‖ † αὐτοῦ. 25. † ὁ Ἰησοῦς.

vice eos edocuisset, exigua quoque alimentorum copia, sapienter adhibita, desideriis multorum posse satisfieri. Rectius vero alii interpretes σημεῖον (Joh. vi. 14.) explicant *portentum, miraculum;* provocant ad xvi. 5, 8 sqq. Marc. vi. 52. ubi discipulorum tarditati et ignaviæ tribuitur, quod ne nunc quidem, posteaquam non multo ante vidissent miraculum in panibus editum, maxima quævis a domino sperare et exspectare didicissent, vid. *Storr.* Diss. exeget. tert. in aliquot locos librorum N. T. histor. p. 90. *Schottus* l. c. p. 21. atque monent, eandem ignaviam et tarditatem etiam ostendisse populum, miraculorum cupidum, inconstantem et mobilem, vid. Joh. vi. 14. coll. v. 30. Matth. xxi. 8, 9. coll. xxvii. 20 sqq. Conf. omnino quod conjecturas illas parum commendabiles, hactenus recensitas attinet: *Paulus Philologisch-Kritischer Kommentar* ad h. l. *Thiess Neues Testament*, Th. i. p. 247. ed. sec. ejusdem *Kritischer Kommentar*, p. 151 sqq. *(Möller) Kritik des Kommentars von Paulus* p. 87 sq.

(22—24.) Cum Jesus cognovisset homines illos, quos saturaverat, ipsum velle regem creare, Joh. vi. 15. ἠνάγκασεν τοὺς μαθητὰς — πέραν] *jussit Apostolos conscensa navicula trajicere.* ἠνάγκασεν vertunt *compulit*, et annotant, scriptorem hoc verbo significare voluisse: Apostolos invitos a Christi latere discessisse. Sed ἀναγκάζειν, ut βιάζεσθαι, Hebr. פצר Gen. xix. 3. 1 Sam. xxviii. 23. et Lat. *cogere* Cic. ad Div. v. 6. Horat. Sat. i. 4. 14. sæpius quoque notat, rationibus et persuasionibus, etiam precibus repetitis, aliquem permovere, ut aliquid faciat, et sic h. l. significat, *suasit, cohortatus est*, ut Xen. Mem. i. 2. 44. vid. de hac hujus verbi significatione *Krebsius, Elsnerus, Kypkius* ad Luc. xiv. 22. et *Valckenarius* ad Eurip. Hippol. 921. εἰς τὸ πέραν] in litus lacus Tiberiadis occidentale, vid. ad v. 13. Marc. vi. 45. Joh. vi. 17. ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους] *dum interim dimitteret populum:* ἕως οὗ, *dum interim*, ut xxvi. 36. Aristoph. Equitt. 111. Hebr. עד. vid. *Beza* ad h. l. — (23.) εἰς τὸ ὄρος] *in montem quendam*, qui erat in litore orientali prope vicum Bethsaïda, vid. v. 13. ὀψίας δὲ γενομένης] *cum sol occidisset*, vid. ad v. 15. Joh. vi. 17. σκοτία ἤδη ἐγεγόνει. — (24.) τὸ πλοῖον ἤδη μέσον ἦν τῆς θαλάσσης] *navicula in medio mari s. in alto erat*, longe a litore navigabant, confecerant jam navigando discipuli stadia quinque et viginti, Joh. vi. 17, 19. Mare autem Tiberiadis patebat auctore Josepho B. I. iii. 35. stadia XL. longum erat stadia CXL. Cæterum adjectivum μέσος relatum ad præcedens substantivum, post se regit Genitivum ejus rei, in cujus medio versatur, Gregor. Naz. Carm. de se ipso v. 52. ὡς ναῦν μέσην κλυδῶνος, *ut navem mediis in fluctibus*, v. *Hoogeven.* ad Vig. iii. 7. 7. p. 111. ed. Herm. et *Krebsius* Obss. p. 39. et μέσον τῆς θ. h. l. est id. qd. κατὰ μέσον τ. θ. — βασανίζεσθαι] *fluctibus jactari, vexari, huc illuc ferri*, respondet Hebr. רגז, quod de commotione vehementiori usurpatur, ut nomen רְגָזָה quod οἱ ό'. Ez. xii. 8. vertunt βάσανος.

(25.) τετάρτῃ δὲ φυλακῇ] *quarta vigilia.* Spatium noctis naturalis ab occasu solis pertinens ad solis ortum, Judæi veteres dividebant in partes tres æquales, quarum quæque quatuor horas habebat, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. v. אשמורה. Romani autem Græcos secuti, vid. Suidas vocab. φυλακὴ, noctem in quatuor vigilias distinguebant, vid. Pomp. Mela i. 20. ibique *Schottus.* Hinc Judæi, cum a Pompeii M. inde temporibus Romanorum potestati subjecti essent, hanc Romanorum consuetudinem imitati, noctem ipsi quoque in quatuor vigilias, quarum quæque tres horas comprehenderet, dividebant, quas vigilias quatuor Marc. xiii. 35. nominibus inter se distinguit his: ὀψὲ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνία, πρωῒ, vid. *Krebsius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 450 sqq. ἀπῆλθεν] pro ἦλθεν, *venit.* Sic ἀπέρχεσθαι pro ἔρχεσθαι, *venire, accedere*, Marc. iii. 13. vii. 30. Luc. xxiii. 33. Joh. iv. 47. περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης] *ambulans in s. super mari.* Joh. vi. 19. περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον κ. τ. λ. Ex omni narratione Evangelistarum, v. Marc. vi. 47 sqq. Joh. vi. 17 sqq. apparere nobis videtur, illos ipsos credidisse et narrare voluisse, Jesum vere in mari ambulasse. Interpretum vero recentiorum plures,

26 περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθη-
ταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, λέγον-

quo miraculum declinarent, vario modo hunc locum tentarunt, ita tamen ut leges linguæ, usumque loquendi negligentes, novas fabulas proferrent. Alii nimirum opinati sunt Jesum et Petrum natasse, vid. *Bolten.* ad h. l. coll. *Schmidt Biblioth. für Kritik und Exegese,* B. 1. p. 669. Alii arbitrati sunt, Jesum, cum navis ad litus pæne propulsa fuisset, per vada ambulasse, vid. *Henkii Neues Magazin für Religionsphilosophie,* B. 6. St. 1. p. 310. coll. *Schmidt Bibl.* B. 2. p. 743 sqq. Plerique formulam περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης explicant: *ambulare ad, juxta mare.* Ita *Lange Uebers. u. Erklärung der Schriften Joh.,* Th. ii. ad Joh. vi. 17. *Stolz Uebers. des N. T.* Th. i. p. 34. cf. ejusdem *Erläuterungen zum N. T.* Heft 1. p. 166 sqq. et nuperrime *Paulus* in *Kommentar.* ad h. l. contra quem disputarunt: *Kaulfuss* in Judicio Crit. de Pauli Commentario in N. T. (Halæ 1803. 8.) p. 53 sqq. et *Schulthessius* in *Flatt Magazin für christl. Dogmatik u. Moral,* St. 8. p. 3 sqq. Anonymi *Bemerkk. über Hrn. D. Paulus Erklärung des Wandelns Jesu auf dem Meere* in *Henkii Neuem Magazin für Religionsphilos., Exegese u. Kirchengesch.* B. 4. St. 10. *Benzenberg* in *Marburger theolog. Nachrichten,* J. 1805. p. 393 ss. *Jahrg.* 1806. p. 367 sq. (coll. p. 273 ss.) *Jahrg.* 1807. p. 254. (coll. p. 62 ss.) p. 546 ss. *Jahrg.* 1808. p. 338 sqq. *Köster, Immanuel od. Charakteristik d. Neutestamentl. Wundererzählungen* p. 260 sq.

Scilicet *Paulus,* qui locum nostrum accuratius explicare studuit, rem ab Evangelistis enarratam, hunc fere in modum proposuit: Jesus auctor extiterat Apostolis, ut lacum Tiberiadis trajicerent, atque se ipsos secuturum esse, promiserat. Ventus navigantibus contrarius erat et periculosa navigatio, hinc litus legebant; πλοῖον μέσον τῆς θαλάσσης, est omnino, *navis erat in mari, vela dederunt, navigabant, das Schiff war flott.* (At nusquam dicunt Evangelistæ discipulos prope litus navigasse. Quid sit πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, supra notatum est ad v. 24. Vocabulum μέσος haud raro quidem ita ponitur, ut sit id. qd. ἐν, sicuti Hebr. בְּתוֹךְ poni solet pro בְּ, sæpius vero etiam vim suam retinet, ut Act. xxvii. 27. κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς est id. qd. μεσονυκτίου Luc. xi. 5. aut κατὰ τὸ μεσονύκτιον Act. xvi. 25. sic et h. l. flagitante orationis serie, μέσον *medium mare* indicat.) Jesus, qui solus in monte remanserat, et navem fluctibus hinc inde agitari viderat, Marc. vi. 48. nautasque circa vigiliam quartam assecutus erat, cum commodius itinere terrestri iret, *in litore* juxta mare *ambulabat* et præterire volebat, Marc. vi. 48. περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς. [Observant interpp. parum probabile esse, Jesum, qui suis auctor extitisset, ut naviculam conscenderent, cum videret eos, adverso vento, magnopere remigando laborare, lente et tranquille præterire voluisse; enarrare potius Marcum, quid viderint atque putarint Apostoli, adeoque verba καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτοὺς explicanda esse: *præteriturus eos videbatur.* Quod autem attinet usum præpositionis ἐπὶ, ea quidem inter alia notat: *ad, prope, juxta,* sed pluribus in locis etiam sequente Genitivo vel Accusativo, vid. *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 240 s. ita legitur, ut sit: *in, super,* eamque nostro quoque loco in formula: περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, hoc ipso significatu capiendam esse, argumentis haud contemnendis pluribus demonstrari potest. E locis pluribus, nostro perquam similibus, in quibus ἐπὶ significat *super, in,* apponimus hos: Job. ix. 8. περιπατῶν ὡς ἐπ' ἐδάφους ἐπὶ (עַל) θαλάσσης. Apollon. Rhod. i. 182. de Euphemo: κεῖνος ἀνὴρ καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖο θέεσκεν οἴδματος, οὐδὲ θοοὺς βάπτεν πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκροις ἴχνεσι τεγγόμενος διερῇ πεφόρητο κελεύθῳ. Achmetis Oneirocrit. c. 198. p. 157. Rigalt. εἰ δὲ ἴδῃ τις ὅτι περιεπάτει ἐπάνω τῶν ὑδάτων τῆς θαλάσσης, θάρσος, καὶ ἐξουσίαν, καὶ οἰκειότητα ἕξει παρὰ τοῦ βασιλέως· 2 Sam. xi. 2. καὶ περιεπάτει ἐπὶ (עַל) τοῦ δώματος τοῦ οἴκου· Lucian. in Philopseud. p. 474. ἐφ' ὕδατος βαδίζειν. Alia exempla nonnulla suppeditabit *Elsnerus* ad h. l. —Matthæi Græcus interpres, Marc. et Joh. constanter et de industria usi sunt formula ἐπὶ τῆς θαλάσσης, neque particulam ἐπὶ commutarunt cum παρὰ, (qua ad exprimendam sententiam, *ambulare ad mare,* Matthæus usus est iv. 18. περιπατῶν ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν coll. xv. 29.) quoniam significare volebant, Jesum *in mari* ambulasse. In archetypo scriptum reperiebant vel עַל vel עַל־פְּנֵי h. e. *super,* nam Job. ix. 8. עַל־בָּמֳתֵי יָם Alexandrini vertunt ἐπὶ θαλάσσης· iidem vero formulam plane similem Gen. i. 2. עַל־פְּנֵי הַמָּיִם reddunt: ἐπάνω τοῦ ὕδατος, *super aqua,* sed ἐπάνω τοῦ ὕδατος est id. qd. v. 29. ἐπὶ τὰ ὕδατα περιπατεῖν, quæ formula explicari debet *per mare, super aquam,* hac vero ipsa voce explicatur illa altera περιπατεῖν ἐπὶ θαλάσσης. Si Evangelistæ hanc sententiam exprimere voluissent: *ambulavit Jesus ad mare,* s. *in litore maris,* scripsissent potius, ad evitandam ambiguitatem, ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τῆς θαλάσσης, ut Matth. xiii. 2.

τες· Ὅτι φάντασμά ἐστι· καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν.
Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Θαρσεῖτε· ἐγώ 27
εἰμι· μὴ φοβεῖσθε. Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε· 28

Joh. xxi. 4. Neque opponi potest locus Joh. xxi. 1. ibi enim vocem ἐπὶ τῆς θαλάσσης notare, *ad mare*, sat luculenter docet v. 4. ubi explicatur verbis: εἰς τὸν αἰγιαλόν. Marc. vi. 47, 48. Jesus dicitur fuisse μόνος ἐπὶ τῆς γῆς, paulo post sequitur, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Oppositæ igitur sunt sibi invicem formulæ ἐπὶ τῆς γῆς et ἐπὶ τῆς θαλάσσης, et vel hæc ipsa oppositio docet, ἐπὶ τῆς θαλάσσης reddendum esse, *in mari*. Atque ita hanc formulam iutellexerunt etiam Julianus ap. *Cyrillum c. Julian.* L. 1. P. 3. p. 213. edit. Paris. cujus verba sunt: Ἰησοῦς δὲ, ὁ τοῖς πνεύμασι ἐπιτάττων καὶ βαδίζων ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ δαιμόνια ἐξελαύνων, ὥστε ὑμεῖς θέλετε, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἀπειργασμένος κ. τ. λ. et Lucianus de vera Historia Lib. 2. p. 107. — Præterea *Storrius* Diss. in aliquot locos N. T. libror. historicor., Opuscc. Vol. iii. p. 286 sqq. apposite monuit: Jesu ambulationem discipulis caussam terroris fuisse, auctoribus Evangelistis, *hominibus* autem *mare toties ingressis*, adspectum hominis, ad litus frequentissimum deambulantis, tantum terrorem incutere potuisse, haud probabile esse. Idem observavit *Kaulfussius*, qui p. 54. de litore, inquit, sermo esse nequit, nam ipsi sciebant, eum in illa regione remansisse, sed id ipsum in mari ire eos perterruit, ut textus aperte docet, et e Marc. vi. 51 sq. apparet, Christum aliquid fecisse, quod plane insolitum esset; καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον, add. v. 50. Cæterum περιπατεῖν est τοῖν ἑαυτοῦ ποδοῖν πορεύεσθαι, *suis ipsius pedibus proficisci*, non equorum vel jumentorum, vid. *Schultess* l. c. p. 6.]. Apostoli ultra mare Jesum in litore ambulantem conspiciebant. [*Paulus* ita distinguit: ἰδόντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, περιπατοῦντα, ἐταράχθησαν, sed linguæ leges flagitant, ut conjungantur verba ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα, nam ἰδόντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, περιπατοῦντα, *sie sahen ihn über den See hin, herumgehend am See*, nemo Græcorum dixit, nec potest idoneo exemplo comprobari ἰδεῖν τινὰ ἐπί τι significare, *einen sehen über etwas hin.*] Apostoli Jesum ambulantem conspicati, spectrum esse putantes, ita perterrefacti sunt, ut clamorem tollerent. Jesus vero extemplo eos allocutus, seque esse professus, bonum animum habere jubet. Petrus, qui præcipiti admodum et temerario animo erat, ut quam primum ad Jesum veniret, tranatare volebat, hinc si tu es, inquit, jube, ut ad te per undas natando veniam. Et dum in eo erat, ut descenderet a navi, Petrus, circumcucurrit. [κελεύειν notat *præcipere, jubere* ut h. l. et κέλευσον est id. qd. εἰπὲ λόγῳ viii. 8. notat etiam *concedere, permittere*, ut Xen. Cyr. ii. 4, 8. Κῦρος ἤρετο — ἦ καὶ ἐγὼ εἴπω; — καὶ ὁ Κυαξάρης ἐκέλευσεν. Petrus lætitia exsultans, cum audisset vocem magistri, dubitans tamen etiamnum an recte audisset, ex eo cognoscere volebat, eum esse Christum, qui accederet, si ei præciperet, ut in mari iret, quia hoc Christum tantum facere posse existimabat. ἐπὶ τὰ ὕδατα Græce dictum est, *per, super aquam.* Petrum tranatare voluisse, nusquam dixerunt Evangelistæ, formulam autem περιπατεῖν s. ἔρχεσθαι ἐπὶ τὰ ὕδατα significare posse, *natare*, probari nequit. Circumcucurrit Petrus, ut descenderet de navi? Sed quare circumcurrebat? erat scapha, cymba, et cum freta tument ventis, fluctus cymbæ marginem fere attingunt, et unus tantum gradus faciendus est natare volenti. Si Matthæi Græcus interpres verbis v. 29. καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος, περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, eam sententiam exprimere voluisset, quam *Paulus* iis substituit, *et dum in eo erat, ut descenderet de navi, Petrus circumcucurrit*, scribere debuisset: καὶ περιπατήσας ὁ Πέτρος κατέβη ἀπὸ τοῦ πλοίου, ἐπὶ τὰ ὕδατα πρὸς τ. Ἰησ. erat præterea demonstrandum verbo περιπατεῖν notionem *festinandi* tribui posse; nec verba καταβὰς περιεπάτησεν per hysterologiam dicta esse, ut *Paulus* voluit, accurate docuit *Schulthessius* l. c. p. 21.] Petro natanti venti vehementia metum injiciebat; Jesus igitur Petrum, quo salvus et incolumis per æstum maris veniret, stans in litore, manu prehendit, recipiebantur deinde uterque in naviculam ad litus appulsam, [nusquam dicunt Evangelistæ navem ad litus appulsam esse, ut ingredi potuisset, sed ubi erat navicula, et quidem ubi a vento turbabatur, quod non in litore esse potuit, inscendit Christus; *Kaulfuss* l. c. p. 55.] et cum naviculam conscendissent, venti et fluctus sese ponebant.

(26 — 33.) φάντασμα] ut φάσμα, vid. Thom. Mag. h. v. ibique interpp. Sap. xvii. 4, 15. dicitur vana species quælibet, qua quis decipitur, spectrum, speciatim species a dæmonibus oblata, vid. *Bielii* Thes. voc. φάσμα· interpp. ad Luc. xxiv. 37. et Plin. epp. vii. 27. 1. qui quoque vocabulo *phantasmata* usus est. Gloss. vet. φάντασμα, *larva, visio vana, ostentum.* ἀπὸ τοῦ φόβου, *præ metu*, xiii. 44. — (27.) θαρσεῖτε, μὴ φοβεῖσθε] *bono animo estote, ne formidate*, formulæ idem valentes, cumulatæ more eorum, qui alios confirmare

Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.
29 Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος,
30 περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Βλέ-
πων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος κατα-
31 ποντίζεσθαι, ἔκραξε, λέγων, Κύριε, σῶσόν με. Εὐθέως δὲ
ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ λέγει
32 αὐτῷ· Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; Καὶ ἐμβάντων αὐ-
33 τῶν εἰς τὸ πλοῖον, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ,
ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, λέγοντες, Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ.
34 Καὶ διαπεράσαντες, ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ.
35 Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου, ἀπέστειλαν
εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας
36 τοὺς κακῶς ἔχοντας. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μόνον
ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ ὅσοι ἥψαντο,
διεσώθησαν.

## ΚΕΦ. ιε'.

ΤΟΤΕ προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων Γραμ-
2 ματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, λέγοντες· Διατί οἱ μαθηταί σου

student, Herodot. i. 9. *Θάρσει, Γύγη, καὶ μὴ φοβεῦ.* Aristoph. Plut. 1092. *Θάῤῥει, μὴ φοβοῦ.* Judith. xi. 1. *Θάρσησον, γύναι, μὴ φοβηθῇς τῇ καρδίᾳ σου·* add. Hom. Il. α'. 171. et *Raphel.* ad h. l.—(30.) *βλέπων*] vehementiæ venti tempestatisque præ lætitia et ardore Jesum videndi nullam rationem habuerat, jam vero paulum sedatior factus *sentiens* venti vehementiam *ἐφοβήθη·* ponitur autem verbum *βλέπειν* ut ראה de omni sensu, et externo et interno, vid. Gen. xlii. 1. Jer. v. 12. Thren. iii. 1. *ἰσχυρὸς*] id. qd. *σφοδρὸς, vehemens, rapidus,* חזק Exod. x. 19. *καταποντίζεσθαι, undis demergi,* ut xviii. 6. *ἐπιλαμβάνεσθαι, prehendere, arripere,* v. *Schacht* Obss. ad h. l. in Bibl. Brem. Nov. Cl. 1. Fasc. 1. p. 261 sq.—(31.) *ὀλιγόπιστος*] *cui est penuria fiduciæ.* *εἰς τί ἐδίστασας, quare dubitásti,* nempe ἐν τῷ βλέπειν τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, an ego te tueri vellem ac possem. *εἰς τι*] למה, pro simplici *τί*, vel *διατί·* *διστάζειν, hæsitare, dubitare.* Hesych. *διστάζει, διχονοεῖ, ἀπορεῖ, ἀμφιβάλλει.* vid. *Münthius* ad h. l.—(32.) *ἐκόπασεν*] Hesychius: *ἐπαύσατο.* vid. *Valckenarius* ad Herodo. vii. 191.—(33.) Admirabundi et reverentia ducti, discipuli qui in navigio erant, venerabantur, *προσεκύνησαν*] vid. ii. 2, 11., Jesum, et profitebantur eum esse *υἱὸν τοῦ Θεοῦ*] Messiam, vid. Joh. i. 49.

(34—36.) Appulerunt ad Genesaritidem: *Γεννησαρὲτ*] s. ut alii legunt, *Γεννησὰρ*, ex diversa scribendi ratione, dicebatur regio amœnissima Galilææ inferioris, ad lacum Tiberiadis sita, qui propterea dictus est *λίμνη Γεννησαρὲτ*, vid. ad iv. 13. longa erat stadia triginta, lata viginti. cf. Joseph. B. I. iii. 35. *Cellar.* Geograph. T. ii. p. 411. et *Schleusner.* Lex. h. v.—(35.) *καὶ ἐπιγνόντες—τόπου ἐκείνου*] *cum Jesum agnovissent regionis illius incolæ.* Etiam Hebræi vocabulum אַנְשֵׁי nominibus regionum et urbium jungunt ita, ut incolas, cives significet, ut אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם Gen. xxvi. 7. xxxviii. 22. Luc. Act. xxi. 12. usurpavit nomen *ἐντόπιοι* e Græca ratione. vid. *Vorstius* de Hebrais. p. 459 sq. *περίχωρον*] scil. *γῆν.* *ἀπέστειλαν*] scil. *ἀγγέλους* 1 Sam. vi. 22. Verbum *προσήνεγκαν*] pertinet ad incolas finitimarum regionum oppidorumque, quibus nuntiatum fuerat advenisse Jesum.—(36.) *παρεκάλουν αὐτὸν*] *rogabant eum,* np. qui ægrotos attulerant, cf. Marc. vi. 56. *ut eos* (ægrotos) *vel oram pallii sui attingere sineret,* vid. ad ix. 21. e quo loco, si componimus eum cum Luc. viii. 47. etiam patet *διασώζεσθαι*] esse id. qd. *σώζεσθαι* et *ἰᾶσθαι* i. *sanari.*

### CAP. XV.

(1. 2.) Conf. Marc. vii. 1 sqq. *τότε*] *tunc,* cum Jesus in Galilæa versaretur. *οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων—Φαρισαῖοι*] *legisperiti e secta Pharisæorum Hierosolymitani,* eos Hierosolymis in Galilæam venisse, e Marc. vii. 1. certum est; neque tamen propterea necesse

παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ
νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ὁ δὲ 3
ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν
ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς 4
ἐνετείλατο, λέγων· Τίμα τὸν πατέρα [1]σου καὶ τὴν μητέρα·

4. † σου.

est, ut subintelligatur ἐλθόντες· nam Hebræi et Græci loquendi ratione h.l. obvia ita utuntur, ut patriam vel locum domicilii alicujus ea significent, ut Judd. xii. 8. Ἀβαισσὰν ἀπὸ Βηθλεὲμ i. *Bethlehemita:* add. 1 Sam. i. 1. οἱ ἀπὸ Ἰταλίας, *Itali,* Hebr. xiii. 24. οἱ ἀπὸ Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, *Thessalonicenses Judæi,* Act. xvii. 13. οἱ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας βασιλεῖς, *Alexandriæ reges,* Diod. Sic. p. 123. D. *Turnus ab Aricia,* i. Aricinus, Liv. i. 50. vid. *Drakenborch.* ad Liv. iv. 7. 4. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h.l. *Münthius* ad h.l. et *Schraderus* ad Musæ. p. 257. Propterea autem notatur illos γραμματεῖς fuisse Hierosolymitanos, quoniam in urbe primaria habitabant omnium doctissimi et callidissimi, qui reliquis auctoritate et doctrina antecellebant, vid. *Wetstenius* ad h.l. qui adeo, cum Judæorum principes hoc agerent, ut Christum e medio tollerent, in Galilæam venerant, ut captiosas ei quæstiones proponerent, si forte ad eas ita responderet, ut eum accusandi atque interficiendi caussam idoneam nanciscerentur. — (2.) Jam cum vidissent homines illi, Jesu discipulos illotis manibus cepisse cibum, vid. Marc. vii. 2. interrogabant Jesum: διατί — τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων;] *quare discipuli tui veterum doctorum præcepta violant?* παραβαίνειν τὴν παράδοσιν, ut παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν, Arrian. Epict. iii. 5. παραβαίνειν τὸν νόμον, Herodo. i. 65. παράδοσις generatim notat *præceptum, doctrinam,* Hesych. παραδόσεων· διδασκαλιῶν· speciatim autem *traditionem,* præceptum non literis mandatum, sed ore propagatum, externum Dei cultum spectans, cujus generis præcepta multa Pharisæi tradebant et defendebant, ita, ut credulæ plebi imponerent, ea a Deo Mosi tradita esse, quod docere conabantur ex Deut. iv. 14. et xvii. 10. atque a Mose et prophetis, tradita posteris. Hesych. παράδοσις· ἄγραφος διδασκαλία· posteriori sensu hoc loco nomen παράδοσις capiendum est. De traditione ipsa h. l. memorata, non esse illotis manibus cibum capiendum, vid. *Wetstenius* et *Lightfootus* in Horis ad h.l. Invexerat haud dubie consuetudinem lotis manibus cibum capiendi, veterum sollicitudo, qua gentem ad lepram proclivem, ab hoc malo, quod per immunditiem multum promovebatur, quantum fieri posset, præstare volebant incolumem, et hanc ipsam ob caussam tam severe sanciverant, ne prandendum quidem esse, nisi manibus bene lotis. Sed sequiore ætate in abusum et superstitionem tracta est hæc lex Marc. vii. 3 sq. ita, ut hæc lotio definitis fieret gestibus, sanctitatis caussa et ut Deo placerent, quin et statuebant, cibos ipsos illotis manibus captos fieri immundos, atque adeo inquinare eos, qui comederent, eumque, qui illotis manibus cibum caperet, perinde facere, ac si rem cum meretrice haberet. vid. *Schœttgen.* Hor. Hebr. ad h. l. ἄρτον ἐσθίειν] est omnino *cibum capere.* Respondet hæc formula, ut ἄρτον φαγεῖν, Hebr. אָכַל לֶחֶם eam enim Alexandrini non modo illis ipsis vocibus exprimunt, sed etiam verbis ἀριστᾷν Gen. xliii. 25. συνδειπνεῖν Prov. xxiii. 6. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 695. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 303 sqq.

(3. 4.) Pharisæorum criminationem ita refellit Jesus, ut παράδοσιν humanam opponens disciplinæ divinæ, ostendat, discipulos suos non neglexisse præceptum divinum, atque exemplo demonstret, traditiones haud raro legi divinæ repugnare, et propter traditiones violari a Pharisæis decreta divina; commemorat nimirum præceptum de adjuvanda parentum inopia, quod negligere solebant, quo doctorum Judaicorum de votis servandis decreto satisfacerent. διατί καὶ] *quare tandem?* καὶ in interrogationibus respondet fere nostro *dann, warum dann?* ut וְלָמָּה Ezech. xviii. 31. 2 Sam. iii. 24. hinc καὶ τίς Marc. x. 16. id. qd. τίς ἄρα Matth. xix. 25. et πῶς οὖν Matth. xxii. 43. id. qd. καὶ πῶς Luc. xx. 44. — (4.) ἐνετείλατο] vid. Exod. xx. 12. xxi. 17. hinc Marc. vii. 10. legitur: Μωσῆς γὰρ εἶπε. Pro ἐνετείλατο codd. et verss. plures legunt εἶπε, quæ glossa desumpta est e Marc. l. c. Verbum τιμᾷν] prop. notat: æstimare, magni facere, deinde declarare te aliquem magni facere; hoc fieri potest vel verbis, ita ut eum laudes, fausta ei appreceris etc. vel factis, ita, ut ejus saluti omni modo consulas, inopiæ ejus succurras, mandata ejus exsequaris, eum præmiis ornes etc. ut ap. Sirac. iii. 3. ὁ τιμῶν τὸν πατέρα explicatur v. 8. ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ τίμα τὸν πατέρα, *verbis et factis declara, te parentem colere.* Eodem modo Hebræi utuntur verbo כִּבֵּד Num. xxii. 17, 37. coll. v. 7. Sic h. l. τιμᾷν omnino est, be-

καί· Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω.
5 Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶ-
ρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πα-
6 τέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Καὶ ἠκυρώσατε τὴν ἐντο-
7 λὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Ὑποκριταὶ, καλῶς
8 προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων· ‖Ἐγγίζει μοι ὁ
λαὸς οὗτος ‖τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ·

8. † ἐγγίζει μοι. ‖ † τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ.

nevolentiæ caritatem declarare parentibus; ita tamen, ut spectetur inprimis illud pietatis adversus parentes genus, quod positum est in eo, ut liberi parentum inopiam levare studeant; unde et Theophylact. τιμᾷν ad v. 5. explicuit per εὐεργετεῖν. *ὁ κακολογῶν πατέρα — τελευτάτω*] *qui male tractat parentes, morte multetur.* Desumpta sunt hæc verba ex Exod. xxi. 17. κακολογεῖν quod h. l. opponitur verbo τιμᾷν, respondet Hebr. קִלֵּל atque signif. prop. *maledicere alicui*, hinc *contemnere, male tractare aliquem*, sive id fiat verbis, sive factis, quo posteriori sensu h. l. legitur, ita tamen, ut inprimis spectetur illud impietatis adversus parentes genus, quod in eo positum est, ut liberi parentum inopiam levare recusent. Filius ejusmodi, qui Exod. l. c. dicitur מְקַלֵּל, κακολογῶν, Deut. xxvii. 16. dr. ἀτιμάζων τὸν πατέρα· et xxi. 18. υἱὸς ἀπειθὴς, ἐρεθιστὴς, οὐχ ὑπακούων φωνὴν πατρός. Hebraicam vocem Ex. l. c. מוֹת יוּמָת, quam Alex. expresserunt θανάτῳ θανατούσθω. Matthæi interpres Græcus expressit θανάτῳ τελευτάτω] i. e. *is necetur; θανάτῳ* enim ex Hebraismo redundat. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 625. Cæterum τελευτᾷν, quod h. l. de morte violenta legitur, ita quoque extat Æl. H. V. vi. 2. ut ἀποθνήσκειν Xenoph. Ages. ii. 4. Hier. x. 4.

(5. 6.) ὑμεῖς δὲ λέγετε· ὃς ἂν εἴπῃ] *si quis filius patri aut matri*, inopi, auxilium ipsius imploranti, *dixerit*. Marc. vii. 11. ἐὰν εἴπῃ ἄνθρωπος· etiam Hebr. pronomen אֲשֶׁר sæpius ita legitur, ut reddi debeat *si quis.* Sic Levit. iv. 22. אֲשֶׁר נָשִׂיא יֶחֱטָא positum est pro אִם נָשִׂיא, coll. v. 3, 27. Alex. ibi habent: ἐὰν δὲ ὁ ἄρχων ἁμάρτῃ, vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 294. δῶρον — τὴν μητέρα αὐτοῦ] varias horum verborum explicationes notarunt *Wolfius* in Curis et *Kæcherus* in Analectis ad h. l. Vulgo hunc locum explicant: *si quis dixerit parentibus ab ipso res ad vitam tuendam necessarias petentibus,* δῶρον (scl. ἐστὶ, vel, ut alii volunt, ἔστω l. ἔσται, *sit, esto*), *donum Deo dicatum est, quo tu a me juvari possis,* ὃ ἐὰν (pro ὃ ἂν) ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· *quamvis* (καὶ, *quamvis* l. *ut adeo*) *non colat parentes suos.* καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ κ. τ. λ. jam ad supplendam ἀπόδοσιν addunt: ἀναίτιός ἐστι, *insons erit* id. qd. θανάτῳ μὴ τελευτάτω. Ita fere *Beza, Albertius,* alii, et *Fischerus* l. c. qui εὖ ἔχει, subintelligit: *recte facit neque delinquit.* Sed hac ellipsi mihi non opus videtur, cum particulæ Hebr. לֹא, Alex. καὶ οὐ Num. i. 53. et וְאַל 1 Sam. xii. 19. Alex. καὶ οὐ μὴ, simpliciter quoque notent *ne*, ut adeo verba nostra hunc in modum exponenda sint: *si quis dixerit parentibus* etc. *ne colat,* i. *ne sublevet parentum inopiam*, neutiquam opus habet colere parentes, largiendo ipsis, quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt. (Confirmat hanc explicationem locus parallel. Marc. vii. 12.) δῶρον, Hebr. קָרְבָּן, vid. Marc. vii. 11., *munus, res Deo sacra atque dicata.* vid. *Schleusneri* Lex. v. κορβᾶν. Formula ὠφελεῖσθαι τι ἔκ τινος notat, *juvari re aliqua ab aliquo, commodum ab aliquo percipere.* Æschyl. Prom. 221. de Jove: — τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ Ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφελήμενος *cum tanta a me acceperit beneficia deorum rex.* Thucyd. viii. 96. ἐξ ἧς πλείω — ὠφελοῦντο. Arrian. Epictet. ii. 21. οὐδεὶς ὠφελεῖται ἐκ τῆς σχολῆς· vid. *Raphelius, Elsnerus* et *Albertius* ad h. l. — (6.) Aoristus ἠκυρώσατε] qui cohæret cum λέγετε, h. l. vim Præsentis habet. vid. Marc. vii. 12. ἀκυροῦν autem est *irritum reddere, auctoritate sua privare, violare*, id. qd. καταργεῖν, quo verbo illud Hesychius interpretatus est.

(7—9.) ὑποκριταὶ] *pietatis simulatores,* vid. ad vi. 2. recte, vere, dixit, cecinit, de vobis Iesaias, de vobis dici potest, quod Iesaias de majoribus vestris dixit. Locus Iesaiæ, qui memoriter laudatus est, extat c. xxix. 13. Sensus ibi est; ore et verbis tantum me colunt, non animo, pietatem simulant, non parent monitis veri prophetæ, sed sequuntur præcepta falsorum prophetarum, iisque attentas et benignas aures præbent. Non autem de omni populo loquitur ibi propheta, coll. v. 19. sed de parte tantum populi, de magistratibus injustis, doctoribus falsis, et qui eos sequebantur de populo, coll. v. 21. ut adeo העם הזה, ὁ λαὸς οὗτος] verti debeat *homines isti*, ut Ies. viii. 11. 1 Sam. ix. 24.

ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέ- 9
βονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.
Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, εἶπεν αὐτοῖς· Ἀκούετε 10
καὶ συνίετε. Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν 11
ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο
κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, 12
εἶπον αὐτῷ· Οἶδας, ὅτι οἱ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες τὸν λόγον,
ἐσκανδαλίσθησαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· Πᾶσα φυτεία, 13
ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.

στόμασι et χείλεσι sunt synonyma, et per metonymiam notant *verba*, nam voc. פֶּה 1 Sam. xv. 24. Alexandrini vertunt λόγος· et v. xxiii. פה commutatur cum דבר, atque nomen שָׂפָה, χεῖλος, iidem interpp. Gen. xi. 7. reddunt γλῶσσα, sed Prov. xvi. 21. λόγος· sensus autem verborum ἐγγίζει μοι τῷ στόματι αὐτῶν (refertur αὐτῶν ad λαὸς, quod nomen collectivum est ut עם), τοῖς χείλεσι με τιμᾷ est: ore et verbis tantum me colunt, sed alieno a me sunt animo, fucata eorum pietas est. Sed in codd., verss. et patrr. plurimis h. l. tantum leguntur verba: ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσι κ. τ. λ. et haud dubie verba ἐγγίζει μοι, atque τῷ στόματι αὐτῶν καὶ, ex Iesaia irrepserunt; notarant ea Grammatici in margg. exemplarium suorum, et librarii in textum receperunt. Marcus quoque illa verba omisit, nec mirandum est, quod nemo illa Marco assuerit, nam ut apposite monuit *Griesbachius* in Commentar. Crit. ad h. l. perpauci interpretes in Marcum, multi vero in Matthæum commentarios conscripserunt, aut scholia, hinc Matthæus multo magis quam Marcus tali interpolationum generi obnoxius fuit. — (9.) μάτην δὲ σέβονταί με κ. τ. λ.] *frustra me colunt*, mihi reverentiam præstant, inutile atque inane est tale eorum pietatis studium, *cum sequantur ingenii humani commenta*. In textu Hebr. legitur וַתְּהִי, Alexandrini autem, quos Matthæi interpres Græcus secutus est, vertunt μάτην, ac si Iesaias scripsisset וְתֹהוּ. Hinc alii suspicati sunt Alexandrinos perperam legisse ותהו pro ותהי, alii, ut *Grotius* et *Capellus*, opinati sunt ותהו esse lectionem variam ab Alexandrinis in textu repertam atque adeo expressam, vid. *Bolten* ad h. l. Valde tamen arridet *Vitringæ* sententia, Alexandrinos et h. l. ut sæpius secutos esse et expressisse ipsam orationis sententiam, cum is qui pietatem tantum simulet, et neglectis Dei præceptis, sequatur hominum, falsorum doctorum commenta atque præcepta, frustra veneretur Deum.

(10. 11.) Cum subduxissent sese Pharisæi, προσκαλεσάμενος τὸν λαὸν] *allocutus est populum his verbis*. Ita προσκαλεῖσθαι legitur quoque Prov. ix. 15. προσκαλουμένη τοὺς παριόντας ὁδόν· add. Marc. vii. 14. xii. 43. ἀκούετε καὶ συνίετε] *attenti estote, attentas aures mihi præbete*. vid. xi. 15. xiii. 43.—(11.) τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα] *quæ in os ingeruntur* i. cibus et potus; nam Dan. x. 3. verba אכל atque בָּא אֶל פִּי LXX. ἔφαγον et εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα, tanquam voces idem valentes inter se permutantur. add. Act. x. 14. coll. xi. 8. οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον] *non reddit abominabilem Deo hominem*. κοινοῦν ductum est a κοινός· hoc vocabulum respondet Hebr. חֹל, quod prop. est *profanum, commune*, id quod communis usus est, Joseph. Ant. xii. 12, 13. opponitur ei קדש Levit. x. 10. deinde ita dicitur, quicquid est *impurum* adeoque *illicitum*, sic חלל Levit. xiv. 13. ut adeo sit id. qd. ἀκάθαρτον, ut Act. xi. 8. 1 Macc. i. 47, 62. Hesych. κοινὸν, ἀκάθαρτον· denique *abominandum, detestabile*, βδελυκτὸν Hesych. Hinc verbum κοινοῦν notat, *profanare*, promiscui usus facere, Act. xxi. 28. *declarare aliquid impurum et illicitum*, Albert. Gloss. N. T. p. 72. μὴ κοίνου· μὴ ἀκάθαρτον λέγε· Hebr. ix. 13. ubi vid. *Heinrichs*, et *Deo abominabilem reddere, privare Dei favore*, ut h. l. Marc. vii. 15, 18, 20, 23. Cæterum κοινοῖ positum est h. l. pro δύναται κοινῶσαι, ut docet locus Marc. vii. 15. τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος] *quod ex ore prodit*, verba, sermones, qui dicuntur ab Hebræis יֵצֵא מִפֶּה 1 Sam. ii. 3. τοῦτο] *hoc inquam*. τὸν ἄνθρωπον] ex Hebraismo pro αὐτὸν, *eum abominabilem Deo reddere potest*.

(12. 13.) οἶδας—ἐσκανδαλίσθησαν] *nostine Pharisæos tua oratione vehementer esse offensos?* τὸν λόγον de ipsorum traditionibus; harum enim admodum tenaces erant, in earumque observatione præcipuam divini cultus partem ponebant.—(13.) φυτεία] est *plantatio, actus plantandi*, deinde per metonymiam *planta ipsa*, ut h. l. atque adeo πᾶσα φυτεία positum est pro πᾶσαι φυτείαι· per metaphoram autem

14 Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν· τυφλὸς δὲ
15 τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· Φράσον ἡμῖν τὴν παρα-
16 βολὴν ταύτην. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς
17 ἀσύνετοί ἐστε; Οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς
τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλ-

φυτεία *doctrinam* designat, ut h. l.; solebant enim Hebræi animum hominis, quatenus præceptis imbuitur, comparare cum agro, et præcepta ipsa cum semine et plantis, vid. *Schættgenius* in Hor. p. 268. 299. 331. add. 1 Cor. iii. 6 ss. eandemque comparationem Græcis quoque usitatam fuisse, pluribus docuit *Kypkius* ad h. l. Sensus: ira et indignatio Pharisæorum me non movet, nam omnis doctrina, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου] quam non plantavit, quam Deus non jubet hominibus tradi, quæ potius inepta legibusque divinis contraria est: ἐκριζωθήσεται] rejici et ex animis hominum evelli debet.

(14—16.) ἄφετε αὐτοὺς] missos eos facite, nolite eos curare, eosque audire. vid. *Raphelius* ad h. l. ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν] non modo vita, vivendi ratio, sed etiam ipsa religio in literis sacris comparatur cum via, quatenus nimirum ostendit atque demonstrat, quomodo sit via, i. vivendi ratio, instituenda Ps. xxv. 5. lxxxvi. 11. Act. xviii. 26. 2 Petr. ii. 2. hinc ὁδηγεῖν, quo in vers. Alex. sæpius exprimitur Hebr. הורה est: *docere, instituere*, ut Ps. xxiv. 5. xliv. 4. Joh. xvi. 13. et ὁδηγὸς est *doctor*, ut h. l. Cœcitas haud raro est imago inscitiæ et ignorantiæ iv. 16. xiii. 15. et τυφλὸς ad animum ita transfertur, ut significet hominem ignarum, qui non modo non videt quid verum et rectum sit, sed etiam prava et falsa sequitur; ejusmodi homines Hebr. drr. עִוְרִים Ies. lvi. 10. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ Eph. iv. 18. add. Rom. i. 21. x. 10. eodemque sensu *animi caligo* occurrit ap. Juvenal. Sat. vi. 613. Sed ὁδηγὸς τυφλὸς dicitur, qui non modo non novit viam, neque eam iis quos ducit demonstrare potest, sed etiam in devia ducit, imagine omissa, doctor, qui doctrinæ, quam profitetur, ignarus est, et non modo non recta et vera, sed etiam vana et falsa docet. Sensus igitur est: ipsi sunt præceptorum divinorum ignari, et homines æque inscii eorum præcepta humana sequuntur. ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται] ipsi, et ii qui eos sequuntur, perniciem sibi contrahunt. Est enim τὸ εἰς βόθυνον πίπτειν imago miseriæ, perniciei. βόθυνος, *cisterna, quæ aquis colligendis inservit*, id. qd. φρέαρ Luc. xiv. 11. coll. Matth. xii. 11. Hebr. בור 1 Sam. xix. 22. vid. *Michaëlis* ad Gen. xxxvii. 22. et *Faber Archæologie der Hebr*. p. 126 sqq. Futurum πεσοῦνται vim habet Præsentis, unde et in codd. nonnull. legitur πίπτουσι et Vulg. habet *cadunt*, quod tamen glossema est. Cæterum idem proverbium etiam Luc. vi. 39. affertur. Horat. Epp. i. 17. 4. *ut si cæcus iter monstrare velit*. Sext. Empir. adv. Mathem. i. 31. οὔτε δὲ ὁ ἄτεχνος τὸν ἄτεχνον διδάσκειν δύναται, ὡς οὐδὲ ὁ τυφλὸς τὸν τυφλὸν ὁδηγεῖν· vid. *Schottus* Adagg. p. 44. *Gatacker*. ad Marc. Antonin. v. 29. p. 154. et *Wetstenius* ad h. l.—(15.) Petrus, quem offenderat Christi dictum v. 11. quod exinde conjiciebat, tolli sic ciborum discrimen in lege constitutum (quamquam forte serius et ipsa hujus effati magistri recordatio eum confirmabat in persuasione discrimen ciborum nihil amplius valere, coll. Act. 11.) interrogabat magistrum: quid sibi vellet dictum illud populo propositum? Apud Marc. vii. 17. legitur: discipulos Jesum interrogasse; amant autem Evangelistæ istam synecdocheu, qua indefinite pluribus tribuitur, quod uni eorum competit, vid. xxiv. 1. coll. Marc. xiii. 1. xxvi. 8. Marc. xiv. 4. φράσον] *explica*, ut xiii. 36. παραβολὴ] h. l. *apophthegma, breviter et scite dictum*, ut משל Prov. i. 1. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 146 ss. Ne ipsos quidem discipulos mentem suam cepisse, mirabatur Jesus, et satis perspicuis verbis repetebat, cibos omnino non polluere posse hominis animum, neque eum Deo invisum reddere.—(16.) ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;] *siccine vos quoque* a me accuratius tam diu edocti, *adhuc intelligentia caretis*, ut mentem meam non capiatis? Sunt verba admirantis et objurgantis. Accusativo ἀκμὴν utuntur Græci scriptores pro Adverbio, ut sit *adhuc, etiamnunc*, id. qd. ἔτι, vid. Hesych. et Phavorin. Gloss. vet. ἀκμὴν, ἐπίῤῥημα, *adhuc*. Ita legitur ap. Xen. Anab. iv. 3. 19. Anacr. xxxiii. 9. Joseph. Ant. xvii. 11. vid. *Raphelius* Obss. Polyb. *Albertius* et *Kypkius* ad h. l.

(17—20.) An nescitis, ὅτι πᾶν κ. τ. λ.] *cibos qui ingerantur in os*, quæcunque edantur et bibantur, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ] *abire in ventriculum*. κοιλία, בֶּטֶן, Ezech. iii. 3. *alvus, ventriculus*, vid. *Foësii* Lex. h. v. et *Kypkius* ad h. l. χωρεῖν *descendere, abire*. Hesychius: χώρει· πορεύου. χωρεῖν· ἀπελθεῖν. Xen. Cyrop. vii. 5. 7. τὸ ὕδωρ κατὰ τὰς τά-

λεται; Τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος, ἐκ τῆς καρ- 18
δίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἐκ γὰρ τῆς 19
καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι,
πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Ταῦτά 20
ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν,
οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη 21
Τύρου καὶ Σιδῶνος. Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ Χαναναία, ἀπὸ τῶν 22
ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα, ἐκραύγασεν, αὐτῷ λέγουσα· Ἐλέ-
ησόν με, Κύριε, υἱὲ Δαβὶδ, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμο-

φρους ἐχώρει. vid. *Raphelius* ad h.l. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται] *et in latrinam ejici?* ἀφεδρὼν, vocabulum, a Macedonibus, fictis annumerandum, *latrina*, locus in quem excrementa alvi egeruntur et confluunt. cf. de hac voce docte disputantem *Fischerum* Proluss. de vit. L. p. 697 sqq. add. *Sturzius* de dialect. Maced. et Alexandr. p. 150. His vero verbis dicere voluit Jesus hoc: cibus qui capitur, abit alimentum homini præbiturum in ventriculum, reliquum quod non facit ad conservandum et corroborandum corpus, egeritur et ejicitur, ergo non defertur ad animum, nec cum eo commiscetur, nec adeo animum polluere, hominemque Deo invisum reddere potest. — (18.) τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος] *quæ ex ore prodeunt* verba, sermones, *horum fons est animus*, Jac. i. 15. *et ea polluere, Deoque hominem invisum reddere possunt;* neque Jesus h. l. facta excludit, quæ homines Deo invisos reddere possint, sed verba et sermones tantum commemorat, diligentius inhærens comparationi institutæ. — (19.) διαλογισμοὶ πονηροὶ] *cogitationes malæ ac turpes* de sceleribus et facinoribus; cujus generis cogitationum pravarum exempla deinceps afferuntur. φόνοι] consilium et cogitatio de homicidio committendo etc. βλασφημίαι] id. qd. κακολογίαι, maledicentiæ, obtrectationes. — (20.) Hæc omnia homines Deo abominabiles reddunt, sed nec cibi omnino polluunt et invisum reddunt hominem Deo, nec cibi qui illotis manibus capiuntur.

(21. 22.) Jesus ut effugeret insidias Pharisæorum, e Galilæa inferiore discessit xiv. 34. ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος] *profectus est in confinia Tyri et Sidonis*, vel *Tyrum et Sidonem versus*, in partes Palæstinæ regioni Tyriorum et Sidoniorum finitimas. Nam pro τὰ μέρη ap. Marc. vii. 24. legitur, εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος, *in confinia.* Etiam Alexandrini hac ipsa voce τὰ μέρη *confinia* notare solent. Sic Exod. xvi. 35. Israelitæ Manna comedisse dicuntur usque dum venirent אל קצה ארץ כנען *ad fines terræ Cananææ*, quæ verba οἱ ο'. vertunt, εἰς μέρος τῆς Φοινίκης· et h. l. v. 22. extat nomen ὅρια, atque mulier illa, de qua h. l. sermo est, dicitur ex finibus illis egressa, v. 22. non autem intra fines Jesum accessisse. Itaque εἰς exprimit Hebr. ה locale, et reddi debet præeunte Syro, *versus, ad*, coll. Joh. iv. 5. Exod. viii. 8. ubi LXX. eodem sensu scripserunt εἰς τὸν οὐρανόν. Mulierem illam non e finibus egressam esse, eamque ad Jesum in domum in qua commorabatur, venisse, sine idoneis rationibus statuit *Schulthess* in *Flatt Magazin für christliche Dogmat. u. Moral*, St. 8. p. 14 ss. atque durius ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκ. ἐξελθοῦσα explicat: *ab illis finibus oriunda, indigena*, ut adeo ἐξέρχεσθαι h. l. sit, *nasci, ortum ducere*, 1 Par. ii. 53. Ex. i. 5. Mich. v. 2. Matth. ii. 6. ἐκ σοῦ (Βηθλεὲμ), ἐξελεύσεται, *ex te ortum habebit.* Τύρου καὶ Σιδῶνος] vid. ad xi. 21. — (22.) Mulier illa, quæ ad Christi opem implorandam accedebat, vocatur Χαναναία] vel quatenus Phœnices originem suam Cananæis debebant, unde et οἱ ο'. כנען Ex. xvi. 15. vertunt Φοινίκη, add. Jos. v. 1. et Job. xl. 25. כנענים, Φοίνικες, ut et צידונים Deut. iii. 9. Φοίνικες, vel ut hoc nomine omnino declaretur, fuisse fœminam exteram, non Judæam, gentilem. Eandem tamen e Syria Phœnice oriundam fuisse, significatur quoque verbis ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα] ex ea Phœniciæ parte, in qua Tyrus et Sidon erant, egressa; nam ad hæc verba ἀπὸ κ. τ. λ. subintelligi debet ἡ ut 1 Petr. iii. 10. κλέπτης ἐν νυκτὶ dictum est pro, ὁ ἐν νυκτί. Accuratius tamen scripsit Marc. vii. 26. ille enim usus est verbis his: ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, Συροφοίνισσα τῷ γένει. Vocatur Ἑλληνὶς, non propterea, quod maritus homo Græcus erat, ut nonnulli voluerunt, sed eodem sensu quo Paulus omnes populos in literis suis dividere solet in *Græcos* et *Judæos*; prouti etiam alias 2 Macc. xi. 2. vi. 1. 2, 3. al. ethnici vocantur Ἕλληνες, ut adeo Ἑλληνὶς et Χαναναῖα unum idemque decla-

νίζεται. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. Καὶ προσ- 23
ελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· Ἀπό-
λυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, 24
εἶπεν· Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα
οἴκου Ἰσραήλ. Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνει αὐτῷ, λέγουσα· 25
Κύριε, βοήθει μοι. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Οὐκ ἔστι 26
καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυνα-

rent, nempe *fœminam gentilem.* Nominatur denique a Marco Συροφοίνισσα, quia in confiniis Tyri et Sidonis habitabat. Quoniam autem non modo Syria latissime patebat, comprehendebat enim Palæstinam, Cœlesyriam, Judæam, Phœniciam, Mesopotamiam etc. sed etiam Phœnicii coloniam in Africam traduxerant, ut hi discernerentur a Lybicis gentibus, sive Pœnis in Africa habitantibus, Marcus vocabulum Συροφοίνισσα adhibuit. ἐκραύγασεν αὐτῷ, λέγουσα, *alta voce clamabat.* υἱὲ Δαβὶδ, vid. ix. 27. δαιμονίζεται, vid. ad iv. 24.

(23. 24.) Sed Christus mulieri auxilium ipsius imploranti, ne verbum quidem respondit, οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον] quo mulieris constantiam et fidem probaret, probatamque redderet discipulis suis, hosque ita sensim præpararet ad illam doctrinam amplectendam, quam postea Paulus sæpius in literis suis proposuit, nempe per Christum omne inter Judæos et gentiles discrimen esse sublatum, coll. viii. 11. Accedebant discipuli, tædio precum mulieris fessi, et magistrum rogabant: ἀπόλυσον — ἡμῶν) *dimitte eam, nam clamans nos persequitur;* sed ἀπόλυσον non est simpliciter *dimitte,* imo majus quid involvit, *auxilio tuo recreatam dimitte,* ut vel responsum Christi docet. cf. etiam Wesselingius ad Diod. Sic. ii. 3. — (24.) Disertis verbis mulier illa Jesum vocarat Messiam, vid. v. 22. hinc ei respondet Jesus: οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς — Ἰσραήλ] *non sum missus nisi ad perditas oves Israëlis,* tu ipsa dicis me esse Judæum, Messiam a Judæis exspectatum, ipsa igitur tua sponte intelliges, Judæis tantum mihi succurrendum esse. His verbis Jesum usum esse, ut fidem mulieris excitaret et firmaret, et ut discipulos suos, quos post mortem demum suam volebat doctrinæ suæ præcones apud Samaritanos et gentiles esse, vid. ad x. 5., edoceret, primo ac præcipue (μᾶλλον x. 6.) succurrendum esse Judæis; exinde patet, quod apud Samaritanos in biduum commoratus est eosque edocuit Joh. iv. 40. et quod hujus ipsius fœminæ gentilis filiam sanavit. πρόβατα ἀπολωλότα, vid. ad x. 6.

(25. 26.) Neque tamen hoc Jesu responso frangebatur mulieris illius animus, sed illa potius *se coram eo projiciebat, et repetitis precibus auxilium ipsius implorabat.* At Jesus v. 26.: οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν — κυναρίοις] *nefas est liberis cibum eripere, eumque projicere canibus:* locutio proverbialis, qua utebantur ii, qui significare volebant, beneficia, quæ pertinerent ad domesticos, οἰκείους, non esse tribuenda ἀλλοφύλοις, alienis; ita ut canes essent symbolum hominum alienorum et exterorum, præsertim cum Judæi sese nominarent τέκνα Θεοῦ, reliquas vero gentes contemptus caussa κύνας, vid. Joseph. Ant. vi. 9. 4. *Suiceri* Thes. h. v. *Schotti* Adagg. *Kypkius, Lightfootus* et *Wetstenius* ad h. l. Jam in proverbiis non singula verba sunt nimis premenda, sed respicienda est sententia iis expressa, atque vel propterea verba, quibus Jesus usus est, non adeo dura sunt, ut primo adspectu videntur, imo metienda sunt ex populorum Orientis loquendi et cogitandi consuetudine. Ipse præterea Jesus lenivit paulo duriorem formulam, quod ea non serius usus est, ut docuit eventus, et quod non direxit orationem ad fœminam ipsam, nec ei canis nomen imposuit, sed universe negavit, quæ beneficia liberis debeantur, ea canibus projicienda, et haud dubie vultu ac vocis humanitate mulieris spem auxit et confirmavit. Sensus autem proverbii est: sum Judæus, ergo ad Judæos mea beneficia pertinent, Judæis sunt tribuenda. Repetiit igitur his verbis eandem sententiam, quam v. 24. proposuerat. οὐ καλὸν id. qd. οὐ πρέπει, οὐκ ἔξεστι, *non decet, turpe, injustum est,* solent enim negative ea exprimi, quorum contrarium eo fortius affirmari debet. Eurip. Orest. 108. εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλὸν, *non decet virgines prodire in publicum.* Arrian. Exp. Alex. iv. 5. οὔτι καλὸν αὐτῷ ἐφαίνετο, *indecorum ipsi visum est.* Liban. ep. 218. ἀλλὰ τὸ μὲν οὐκ ἐκείνῳ, τὸ δὲ οὔ σοι καλὸν, *sed alterum quidem non illum, alterum vero te non decet.* cf. etiam *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. λαβεῖν, *eripere,* ut Hebr. לקח Gen. xxvii. 36. Job. i. 21. quibus in locis Alexandrini verbis λαμβάνειν et ἀφαιρεῖν utuntur. Per τὸν ἄρτον *cibus quicunque* intelligitur. κυνάριον qua forma vocabuli diminutiva usi sunt Xenoph. Cyrop. viii. 4. 20. Theophr. char. 21. al. v. interpp. Phrynichi

ρίοις. Ἡ δὲ εἶπε· Ναὶ, Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει 27
ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυ-
ρίων αὐτῶν. Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· Ὦ 28
γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. Καὶ
ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.

Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς, ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν 29
τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, ἐκάθητο ἐκεῖ.
Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν 30
χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλούς·
καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθε-
ράπευσεν αὐτούς· Ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι, βλέπον- 31
τας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς περιπα-
τοῦντας, καὶ τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν
Ἰσραήλ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς 32
αὐτοῦ, εἶπε· Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ¹ἡμέ-
ρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ

32. ∾ ἡμέραι.

et Thom. Mag. h. l. id. qd. κύων, vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. N.T. p. 256 sqq.

(27. 28.) Urbane et modeste respondit mulier illa: ναὶ, κύριε — κυρίων αὐτῶν] *obsecro te, domine! nam etiam canes vescuntur micis, quæ e mensa dominorum suorum decidunt.* ναὶ non tam videtur esse affirmantis, *utique, ita est*, vel concedentis, ut alii volunt, *esto*, quam potius obsecrantis et instantis, *obsecro te*, quam quoque vim habet Philem. v. 20. Apoc. xxii. 20. Eurip. Hippol. 605. καὶ πρός σε τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου, *obsecro te per tuam dextram pulchram.* Aristoph. Nubb. 1471. ναὶ, ναὶ καταιδέσθητι πατρῷον Δία· ita quoque Hebr. נא est particula hortandi et rogandi Num. xii. 13. Gen. xiv. 7, 8. xviii. 30, 32. Voluit autem his verbis omnibus mulier non nisi hoc significare, se etsi barbaram, tamen non ferre posse a Christo repulsam, cum et canes participes fierent ciborum liberis destinatorum. — (28.) μεγάλη σου ἡ πίστις] *insignis tua, mulier, fides est.* πίστις h. l. persuasio de potentia Christi firma et constans, eum morbos posse sanare. ὡς θέλεις] *quod cupis*, vel *quod rogas:* θέλειν enim sæpius id. qd. αἰτεῖν, vid. xxvii. 15. coll. Marc. xv. 6. et חפץ explicatur verbo αἰτεῖν 2 Chron. ix. 12. ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης] id. qd. alias ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ.

(29—31.) καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν] *relictis Tyri et Sidonis finibus.* vid. Marc. vii. 31. παρὰ] id. qd. πρὸς Marc. vii. 31. Hom. Il. α'. 347. εἰς τὸ ὄρος] *in montem quendam*, vid. ad xii. 29. ἐκάθητο] vel *commoratus est*, ut Joh. vi. 3. Sir. xxxvii. 18. vel *docuit* nempe discipulos. v. ad xiii. 2. — (30.) χωλοὶ] drr. et *mutili*, quibus pes alter deest, ut xviii. 8. et *claudi*, pedibus capti, ut Matth. xi. 5. et h. l. nam v. 31. legitur: χωλοὺς περιπατεῖν. κωφοὶ *muti* h. l. nam v. 31. sequitur κωφοὺς λαλεῖν, vid. ad ix. 33. κυλλοὶ dicuntur et *mutili*, quibus aut utraque manus deest, aut certe altera, ut xviii. 8. et *qui manibus et pedibus capti, debiles sunt*, ut h. l. vid. schol. ad Aristoph. Equitt. 1083. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰ.] *ad pedes Jesu posuerunt*, Act. iv. 35. ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· verba enim, quæ vim et impetum declarant, sæpius ita ponuntur, ut rem simpliciter significent, ut ῥίπτειν h. l. et ap. Æl. H. V. ii. 7. Cæterum lectiones variæ, quæ v. 31. in codd. reperiuntur, τὸν ὄχλον — βλέποντα — τυφλοὺς βλέποντας — τυφλοὺς βλέποντα ὁρῶντας — τυφλοὺς ἰδεῖν βλέποντας, originem suam debent Grammaticis, ut accurate demonstravit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. Dubitabant nimirum, an βλέποντας, priori loco positum, referendum sit ad τοὺς ὄχλους, an ad cœcos, quibus Jesus visum restituerat. Iidem etiam, quoniam κωφὸς et *mutum* et *surdum* indicat, pro λαλοῦντας adscripserunt ἀκούοντας, alii e Marc. vii. 37. ἀλάλους, unde librarii in textum receperunt ἀκούοντας, ἀλάλους λαλοῦντας.

(32—39.) Conf. notata ad xiv. 15 sqq. add. Matth. xvi. 9. Marc. viii. 19. Pro ἡμέρας τρεῖς codd. plures iidemque vetustis-

ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.
33 Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ
34 ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον; Καὶ λέγει
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πόσους ἄρτους ἔχετε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτὰ,
35 καὶ ὀλίγα ἰχθύδια. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν
36 ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας,
εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ
37 δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον πάντες, καὶ ἐχορτάσθη-
σαν· καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας
38 πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς
39 γυναικῶν καὶ παιδίων. Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἐνέβη
εἰς τὸ πλοῖον καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.

## ΚΕΦ. ιϛ΄.

ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, πειράζον-
τες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐ-
2 τοῖς. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ὀψίας γενομένης
3 λέγετε, Εὐδία· πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός· Καὶ πρωῒ, Σήμερον

39. ∾ ἀνέβη.

simi legunt ἡμέραι τρεῖς scl. εἰσί· quam lectionem, utpote obscuriorem et difficiliorem recte prætulit et in textum recepit *Griesbachius*. τί] id. qd. ὅ, ut מה poni solet pro אשר. νήστεις] *jejunos*, non stricto sensu capiendum est, nec cogitandum homines illos per triduum esurivisse, sed sermo tantum est de cœna ordinaria, ordinaria et stata cibi sumptione, ut Act. xxvii. 33. De verbo ἐκλύεσθαι] vid. ad ix. 36. *ne viribus corporis exhauriantur,. languescant*. Pro ἐκέλευσεν libri nonnulli habent παραγγείλας τῷ ὄχλῳ, e Marc. viii. 16. ἀναπίπτειν, *discumbere, recumbere ad cibum sumendum*, ut Tob. ii. 1. Judith. xii. 16. Lucian. T. ii. p. 590. ed. Reiz. ἑπτὰ σπυρίδας] *septem sportas, corbes*, in quibus panes, aliique cibi deferebantur, vid. *Raphelius* ad h. l. τὰ ὅρια Μαγδαλὰ] *Magdala* castellum et oppidum ad lacum Tiberiadis, vid. *Cellarius* Geogr. p. 549. T. ii. *Relandus* Palæstina 3. p. 884. et *Lightfootus* Decas Chorogr. Marco præmissa c. 5. Christum venisse εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθὰ, Marcus refert viii. 10. quod oppidulum vicinum haud dubie fuit oppido Magdalæ.

### CAP. XVI.

(1. 2.) Trajecerat Jesus in fines Magdalæ, vid. xv. 39. ibi cum advenisset, Pharisæi et Sadducæi, ad quorum aures fama cibationis illius pervenerat, eum adibant, ut eum tentarent, πειράζοντες, et laudibus ipsius obtrectarent. Colloquii Christi cum iis habiti summam referunt Matth. h. l. et Marc. viii. 11 sqq. ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον— αὐτοῖς] *flagitabant ab eo, ut existere juberet portentum in cælo*. Tale σημεῖον jam semel a Jesu postularant, vid. xii. 38. ibique notata, et quoniam Jesus ineptæ eorum postulationi locum concedere noluerat, hanc ipsam ob caussam homines illi invidiæ pleni eam repetiisse videntur. ἐπερωτᾶν id. qd. ἐρωτᾶν, *flagitare, postulare*, ut שאל Judd. v. 25. Ps. cxxxvii. 3. 1 Sam. i. 20. add. Luc. viii. 37. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ] Marc. viii. 11. habet ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ i. e. οὐράνιον. Hebræi enim particulam מן jungunt Substantivo ad formandum ita Adjectivum; sic ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ Luc. xi. 13. id. qd. ὁ ἐπουράνιος Matth. vi. 9.—(2.). ὀψίας γενομένης] *vesperi*, cum dies abit, neque tamen orta nox est. εὐδία] quod voc. deducitur a nomine Δὶς, *Jupiter*, qui præses et moderator aëris atque cœli putabatur, notat, *cælum serenum et placidum, tempestatem bonam atque secundam*, ut ap. Xen. H. Gr. ii. 4. 10. θεοὶ—ἐν εὐδίᾳ χειμῶνα ποιοῦσι. add. Æl. H. V. ix. 18. Sir. iii. 15. vid. *Wetstenius* ad h. l. Suidas: εὐδία· ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα. Eustath. ad Il. γ΄. p. 314. εὐδία, ὅ ἐστιν ἡ εὐαερία.—πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανὸς] *rubescit enim cælum*: Gl. Vet. πυῤῥάζω, *rutilo*. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 644 sq. οὐρανὸς, *aër, nubes*, ut v. 1. Xen. Cyrop. iv. 2. 8. λέγεται φῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφανὲς γενέσθαι. Anab. iv. 2. 1. ὕδωρ πολὺ ἦν ἐξ οὐρανοῦ. add. Mem. iv. 2. 1.

χειμών· πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταὶ,
τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ
σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς 4
σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ
σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς, ἀπῆλθε.
Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο 5
ἄρτους λαβεῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Ὁρᾶτε καὶ προσ- 6

(3. 4.) πρωΐ] *diluculo*, cum nox abiit, neque tamen dies orta est, בַּבֹּקֶר. χειμὼν, *mala tempestas, tempestas pluviosa*, ut xxiv. 19. Cæterum ut h. l. ita etiam a scriptoribus exteris εὐδία atque χειμὼν sibi invicem opponuntur. v. *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. πυῤῥάζει στυγνάζων ὁ οὐρανὸς] *cœlum triste et nubilum rubet.* στυγνάζειν, quod prop. notat: *tristem aliquem reddere*, vim habet Medii *tristem esse*, id. qd. λυπεῖσθαι· Phavorinus: στυγνάζω· λέγεται τὸ λυποῦμαι. Etiam Latinis cœlum crassum, immite et caliginosum dicitur *triste cœlum*, v. Tibull. i. 2. 49. *Kypkius* ad h. l. Eadem autem tempestatis præsagia, quæ h. l. commemorantur, laudavit quoque Plin. H. N. xviii. 135. *Sol ventos prædicit, cum ante exorientem eum nubes rubescunt. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent.* add. Arat. Phæn. 858. et *Barthius* ad Stat. Theb. i. 342. ὑποκριταὶ] *probitatis simulatores*, sed in codd. pluribus hoc vocabulum omissum est, cumque nulla omissionis probabilis ratio afferri possit, e Luc. xii. 56. illud in hunc locum migrasse, recte opinati sunt *Millius* atque *Griesbachius.* πρόσωπον] *facies, forma cœli,* פְּנֵי הַשָּׁמַיִם γινώσκετε διακρίνειν] *discernere scitis cœli faciem, colligere e facie cœli potestis, quænam futura sit tempestas.* Luc. xii. 56. οἴδατε δοκιμάζειν, Hebr. בחן, quod οἱ ό. reddunt διακρίνειν et δοκιμάζειν Job. xii. 11. Ps. xxvi. 2. τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε] scl. διακρίνειν· *signa horum temporum discernere non potestis?* τῶν καιρῶν pro τούτων τῶν καιρῶν, vid. ad i. 25. etiam Luc. xii. 56. legitur: τὸν καιρὸν τοῦτον. Per σημεῖα intelligenda sunt, ut contextus docet, et locus parallel. xii. 39., opera quæ Jesus edidit, ut adeo sensus sit: e signis aëris atque cœli prædicere et dijudicare potestis, quænam futura sit tempestas, et ex operibus, miraculis meis, hactenus editis, quæ æque clare atque aperte loquuntur, quam illa præsagia, non colligere potestis: quis sim, et quid a me exspectandum sit? tempus adesse, quo regnum divinum per me inchoëtur. Pertinet huc locus Sir. 33. (al. 36.), 6. 8. ubi σημεῖα sunt *miracula*, et καιρὸς *tempus Messiæ.* 6. ἐγκαίνισον σημεῖα, καὶ ἀλλοίωσον θαυμάσια. 8. σπεῦσον καιρὸν, καὶ μνήσθητι ὁρκισμοῦ, καὶ ἐκδιηγησάσθωσαν τὰ μεγαλεῖά σου. Cæterum duo hæc commata 2. et 3. ὀψίας γενομένης — καιρῶν οὐ δύνασθε; in multis codd. desunt, ea vero non esse delenda, copiosius demonstravit *Griesbachius* ad h. l. et possunt omnino plures haud improbabiles caussæ afferri, cur ea omissa sint; videbantur nonnullis dicta illa v. 2, 3. Christi persona non satis scilicet digna esse, variisque cavillationibus sive abusibus obnoxia; vel omittebantur, ut *Paulus* conjecit, quoniam locus Luc. xii. 54 sqq. nostro non omni ex parte respondebat; vel, ut *Bengelius* judicavit, ne in regionibus alia tempestatum prognostica habentibus, Jesus videretur minus vera dixisse, cum, quæ h. l. dicuntur, non in omnia convenire climata, doceant Physici.—(4.) γενεὰ πονηρὰ κ. τ. λ.] vid. ad xii. 39. provocat Jesus ad suam resurrectionem, atque ostendit, se in gratiam Pharisæorum, qui opera, quæ hactenus edidisset, susque deque habuissent, non esse tale σημεῖον, portentum, editurum, quale postularent; sed sibi tale quid eventurum, quale evenisset Jonæ, e quo perspicere possent, si vellent, se legatum divinum, Messiam esse, quo si non convincerentur, saltem pudore afficerentur.

(5. 6.) Conf. Marc. viii. 13, 22. Trajecit Jesus cum Apostolis a litore lacus Tiberiadis orientali, vid. xv. 39. in litus ejus occidentale. Quæ autem inde ab hoc versu, usque ad v. 12. leguntur, Jesum in itinere, in ipso navigio cum Apostolis locutum esse, *Grotius* statuit, atque adeo verba reddenda censuit: *cum in ulteriorem ripam proficiscerentur, obliti sunt;* verbum enim לכת, ut verbum ἔρχεσθαι, quod ei in vers. Alex. respondeat, significare quoque *ire, abire*, vid. Luc. xv. 20. recte, sed probandum erat, Hebræos etiam dicere לכת לעבר, qui potius dicant בוא בעבר Neh. ii. 9. al. neque Marci verba ita sunt comparata, ut ex iis necessario consequatur, Jesum egisse illa cum Apostolis in itinere ipso. Rectius igitur *Beza*, alii, verba interpretati sunt: *cum trajecissent Apostoli, viderunt se oblitos esse ferre secum justum panum numerum.* coll. Marc. l. c. ubi legitur, eos unum tantum panem secum tulisse.—(6.) Cum Jesus altera vice Pharisæis, qui σημεῖον

ἔχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.
7 Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν ἑαυτοῖς, λέγοντες· Ὅτι ἄρτους οὐκ
8 ἐλάβομεν. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν †αὐτοῖς· Τί διαλογί-
9 ζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; Οὔπω
νοεῖτε, οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχι-
10 λίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; Οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους
11 τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; Πῶς οὐ
νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης
12 τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων; Τότε συνῆκαν, ὅτι οὐκ
εἶπε προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδα-
χῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.

8. † αὐτοῖς.

ἐκ τοῦ οὐρανοῦ postularant, non satisfecisset, et probe sciret, nunc temporis nec in ipsos Apostolos suos promissionem hujus σημείου magnam vim habituram esse: hos ipsos discipulos suos admonere ipsi opus videbatur, ut sibi diligenter caverent a Pharisæorum et Sadducæorum doctrina falsa atque perniciosa, vim suam longe lateque exserente, instar fermenti, in totam, cui inseratur, massam sese insinuantis, ejusque naturam prorsus immutantis v. 12. nec ab iis eo adduci se paterentur, ut ipsum pro quovis alio potius, quam legato divino et Messia haberent. coll. v. 15, 16. cf. et not. ad Marc. viii. 15. ὁρᾶτε καὶ προσέχετε] verba idem valentia, juncta ad augendam vim sententiæ, *diligenter vobis cavete*. De formula προσέχειν ἀπό τινος vid. ad vii. 15. ζύμη] *fermentum*, Judæis erat imago *doctrinæ*, vel veræ, ut xiii. 33. vel *falsæ*, ut h. l. Gal. v. 9. infra v. 12. explicatur vocabulo διδαχή v. *Suicerus* Thes. Eccl. v. ζύμη.

(7. 8.) Quid hac sua dehortatione Jesus sibi vellet, non intelligebant discipuli; putabant reprehendere ipsorum incuriam et negligentiam, quod non idoneum panum numerum secum tulissent, simulque ipsos admoneri, ne a Pharisæis atque Sadducæis panem sibi compararent, ejusque usu sese inquinarent, sicuti Judæi reliqui cibi usu a gentilibus aut Samaritanis accepti sese inquinari putabant, vid. Joh. iv. 9. διαλογίζεσθαι] quod alias significat: *cogitare, reputare*, Marc. ii. 6. Luc. i. 29. h. l. ut recte observarunt *Grotius, Kypkius*, alii, est id. qd. διαλέγεσθαι, *disceptare*, ut Xen. Mem. iii. 5. 1 Macc. ix. 33. s. coll. Luc. xx. 14, 22, 23. nam ap. Marc. viii. 16. legitur: διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους· et ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις sæpius ponitur, ut Eph. iv. 32. Col. iii. 13. disceptabant inter se, ita, ut unus in alterum caussam non assumptorum panum devolveret. Post λέγοντες subintelligi debet: ταῦτα λέγει (nam ὅτι solet præmitti verbis, quæ quis dixit, ut Hebr. כִּי atque אֲשֶׁר, ita ut redundet) cujus ellipseos exempla in promptu sunt, vid. Marc. iii. 30. Luc. ix. 13. et *Kypkius* ad h. l.—(8.) Jesus, cognita discipulorum disceptatione et contentione, eorum levitatem atque stuporem notans, dicebat: quare tantopere de cibo, et fame sedanda solliciti estis, nonne recordamini, alio tempore, admodum parva cibi copia, magnam hominum multitudinem a me saturatam esse, vid. Marc. viii. 14. Luc. xxii. 35. neque vero ego de pane, de viatico locutus sum. coll. v. 11. ὀλιγόπιστοι] *leves*, diffidentes providentiæ divinæ vi. 30. h. l. diffidentes benignitati atque potentiæ meæ.

(9—12.) οὔπω νοεῖτε] *nondum sapitis?* intelligentes estis? etiamnunc tardi et segnes estis in percipiendis dictis sermonibusque meis? μνημονεύετε, v. 14, 15 sqq. xv. 32 sqq. ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, *panes qui distributi sunt inter quinque millia hominum:* Marc. viii. 19. ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς κ. τ. λ.—(11.) πῶς οὐ νοεῖτε] *qui fit ut non intelligatis*, me non locutum esse de panibus, dum vos admonui, ut vobis caveretis a fermento Pharisæorum et Sadducæorum? πῶς, Hebr. אֵיךְ, particula admirantis et expostulantis, 2 Sam. i. 14. Marc. iv. 40. viii. 21. vid. *Noldius* Concordd. h. v. Pro περὶ ἄρτου in multis libris extat: περὶ ἄρτων, quæ tamen lectio glossema redolet. Interpres Matthæi Græcus Hebr. לחם, quod collectivum est, ejusdem numeri nomine expressit; Grammaticus autem, vel ut omnino moneret Singularem habere vim Pluralis, vel quia Pluralis præcesserat, πέντε ἄρτους, ἑπτὰ ἄρτους, adscripsit in marg. libri sui ἄρτων, quod a librariis deinceps in textum relatum est. Ante προσέχειν subintelligi debet: εἶπον, ut v. 12. add. i. 13. εἶπε προσέχειν, *jussit cavere;* neque adeo probanda mihi videtur *Griesbachii* sen-

Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, 13
ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ
ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Οἱ δὲ εἶπον· Οἱ μὲν, 14
Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλίαν· ἕτεροι δὲ, Ἱερε-
μίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα 15
με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος, εἶπε· Σὺ
εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ 17
Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ

tentia, qui præeuntibus codd. nonnull. legendum præcipit: εἶπεν ὑμῖν· περιέχετε δὲ κ. τ. λ. Scilicet περιέχετε a Grammaticis, non perspicientibus unde Infinitivus περιέχειν penderet, e v. 6. adscriptum est: neque particulam δὲ orationis series ferre videtur.

(13. 14.) ἐλθὼν—Φιλίππου] *pergens Jesus in fines Cæsareæ Philippi.* Quæ h.l. leguntur, Jesum in ipsa via locutum esse, patet e Marc. viii. 27. Itaque ἔρχεσθαι h.l. respondet Hebr. הלך et notat: *ire, abire, pergere.* Καισαρεία τοῦ Φιλίππου, hanc urbem, Paneas olim dictam, a monte Paneo, sub quo jacebat trans Jordanem, vid. Euseb. H. E. vii. 17. Philippus tetrarcha, Herodis M. filius, amplificarat et exornarat, atque in Tiberii honorem *Cæsaream* vocarat, vid. Hieron. ad h.l. Joseph. Ant. xviii. 3. Φίλιππος δὲ Πανεάδα τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου κατασκευάσας, ὀνομάζει Καισάρειαν· quo vero distingueretur hæc urbs ab aliis ejusdem nominis, additum est nomen Philippi, ut h. l. et Marc. viii. 27. vid. *Cellarii* Geogr. T. ii. p. 527. *Relandi* Palæstina voc. Paneas. τίνα — υἱὸν ἀνθρώπου;] *quemnam me esse putat vulgus Judæorum?* interrogavit Jesus discipulos suos, ut occasionem nancisceretur, eos instruendi notitia consilii legationis suæ, eorumque fidem confirmandi. Alii verba nostra vertunt: *quemnam me dicunt homines esse? num filium hominis?* i. Messiam. Alii, *quemnam me dicunt homines esse? me, inquam, qui sum Messias?* At Pronomen με omittunt cod. Vatic. et codd. quos secuti sunt versiones antiquæ complures; et videtur a Grammaticis e Marc. viii. 27. aut Luc. ix. 18. adscriptum ad verba, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, quo significarent, hæc ipsa verba, ut alias viii. 20. ix. 6. xii. 40. habere vim Pronominis Personalis. —(14.) Responderunt discipuli, alios credere ipsum esse Johannem baptistam ab inferis reversum, vid. xiv. 2. alios Eliam, alios Jeremiam, aliumve prophetam, vid. ad xi. 9. Ἠλίαν] opinionis illius, Eliam paulo ante Messiæ adventum in has terras esse rediturum, vestigia reperiuntur etiam Sir. xlviii. 9, 10. nitebatur ea verbis Malachiæ iv. 5. male ac perperam intellectis. προφητῶν] nempe V. T. Luc. ix. 19. ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη· qui locus quoque docere potest, εἷς etiam h. l. esse id. qd. τὶς. vid. *Noldius* Concordd. p. 570. *Leusdenius* de Hebraismm. p. 32.

(16.) Petrus, ut erat ingenii fervidi, (de Petri indole vid. *Niemeyeri Charakteristik der Bibel*, Th. i. 499 ss. *Potti* Prolegg. ad epist. Cathol. Vol. ii. p. 4. — Chrysost. ad h. l. p. 483. τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων ὁ Πέτρος, ὁ πανταχοῦ θερμὸς, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, πάντων ἐρωτηθέντων αὐτὸς ἀποκρίνεται·) cum Jesus discipulos suos de sua ipsorummet opinione interrogasset, nomine reliquorum respondit: σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ ζῶντος] *tu es Christus, veri Dei filius.* Χριστὸς] *Messias*, vid. i. 1. et υἱὸς τοῦ Θεοῦ] sunt formulæ idem valentes, ut xxvi. 63. et Joh. vi. 69. ap. Marc. viii. 29. legitur simpliciter, ὁ Χριστὸς, et Luc. ix. 20. ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· ergo sensus est: tu es Messias, rex ille hominum a Deo constitutus, de quo V. T. prophetæ cecinerunt. Ab Hebræis reges dicebantur Dei filii, ut Saulus משיח יהוה 1 Sam. xxiv. 7. ubi Alex. Χριστὸς κυρίου, et a Græcis διογενεῖς, v. interpp. ad Ps. ii. 7. "Omnium maxime improbabilem eorum interpretum et theologorum rationem videri non diffiteor, qui naturam vere summoque gradu divinam hac ipsa formula significari arbitrantur, cum huic interpretationi non tantum ne unus quidem locus, si singuli accurate tractentur, faveat: verum etiam ipsius formulæ υἱὸς propria significatio, locusque 1 Cor. xv. 27 s. quo υἱὸς expresse dicitur ὑποτάσσεσθαι τῷ πατρὶ, aperte repugnet." *Koppii* N.T. Vol. ii. ed. 2. p. 108. Θεὸς ζῶν] est *Deus verus*, nam Deus, ut distinguatur a deastris, etiam in libris V. T. sæpius vocatur אלהים חי Jos. iii. 10. 1 Sam. xvii. 26, 36. Jer. x. 9, 10. 1 Thess. i. 9. Act. xiv. 15. et idola vocantur εἴδωλα ἄψυχα Sap. xiv. 29. מתים Alex. νεκροὶ, Ps. cvi. 28. Sap. xxiii. 10. אלילים, *res nihili*, Zach. xi. 17. ubi οἱ ὀ. μάταια.

(17.) Audita hac Petri ingenua professione, laudabat Jesus animi constantiam Petri, eumque felicem prædicabat, quod ad hanc firmam persuasionem pervenisset, nec

καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς
18 οὐρανοῖς. Κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ
ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι

calumniæ et persecutiones doctrinæ divinæ adversariorum, Pharisæorum ac Sadducæorum, nec humilis magistri conditio, eam frangere ac debilitare potuissent. βὰρ Ἰωνᾶ] *filius Jonæ;* solebant enim Hebræi nominibus personarum adjungere nomina parentum, quo ab aliis eodem nomine præditis discernerentur, vid. ad x. 3. Pater ergo Simonis dictus est יונה et sine idonea ratione *Hieron.*, *Drusius*, *Grotius*, alii, eum dictum esse putarunt יוחנא atque Ἰωνᾶ contractum esse ex Ἰωαννᾶ i. Ἰωάννου· nam pauci tantum codd. Joh. i. 43. xxi. 16, 17. legunt Ἰωαννᾶ et Ἰωάννου Joh. ll. cc. atque ortæ videntur hæ lectiones e scripturæ vitio Ἰωαν pro Ἰωνα, unde alii nomen corruptum et contractum putarunt. vid. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. p. 651. ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα — ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] *neque enim homines te edocuerunt* (ἀποκαλύπτειν, *edocere*, ut xi. 27. al.) *sed pater meus cœlestis*, non homines hoc te docere, hanc tibi persuasionem largiri potuerunt, sed Deus per me te edocuit xi. 27. tibique largitus est hanc firmam persuasionem. Dei enim beneficio et providentia factum erat, ut Petrus Jesu discipulus et comes perpetuus fieret, ut mature hanc veritatem cognosceret, nec a Christi disciplina se abalienare sineret. Vocabulum בשׂר, σάρξ, Hebræi ita usurpare solent, ut *hominem* ipsum significet, vid. Ps. lvi. 5. coll. 12. ubi cum אדם commutatur, et Alexandrini Gen. vi. 12. Job. xii. 10. בשׂר expresserunt ἄνθρωπος. Eodem modo adhibetur etiam דם αἷμα, ut Ps. xciv. 21. Sed in libris V. T. formula בָּשָׂר דָם de hominibus non occurrit; illis autem temporibus, quibus Matthæus scribebat, ea usi sunt Judæi, et in scriptis Rabbinorum frequenter ea recurrit, vid. *Lightfootus* ad h. l. et *Vorstius* de Hebraism. p. 125 sq. hinc et in libris N. T. formula σὰρξ καὶ αἷμα de *hominibus* usurpatur, ut Gal. i. 16. ubi v. *Borgerus.* Eph. vi. 12. add. Sir. xiv. 18. Sap. vii. 1, 2. et cum vocabulo בשׂר frequenter insit notio imperfectionis, imbecillitatis, etiam hæc ipsa notio huic formulæ inesse solet, ut h. l. id quod ipsa orationis series docet, cum referatur ad Deum.

(18.) Ego vero vicissim (κἀγὼ, ut x. 32.) tibi dicam, quis tu sis, et quid a te exspectandum sit. σὺ εἶ Πέτρος] *tu vere nominaris Petrus* i. rupes, saxum, nomen et omen habes. Sic Gen. xlix. 8. יהודה אתה, *tu recte nominaris Juda*, nam יודוך, quod sequitur, alludit ad nomen יהודה. add. Gen. xxvii. 36. Nomen Πέτρος, sive potius כֵּיפָה h. e. πέτρος, *rupes*, Jesus imposuerat Petro, vid. Joh. i. 42. usus autem est Jesus Syro-chaldaïce loquens, vocabulo כיפה et Matthæus eadem dialecto scribens, illud ipsum quoque vocabulum adhibuit. Sed Matthæi Græcus interpres primò loco scripsit πέτρος, et altero πέτρα, quia proprium Apostoli nomen Græcum non erat πέτρα, sed πέτρος· nullum autem discrimen his vocabulis inest; imo Græci promiscue dicunt πέτρος et πέτρα ad significandum *saxum, rupem.* Sic πέτρος legitur Herodo. ix. 55. Callim. h. Apoll. 22. Soph. Œd. Tyr. 342. vid. *Fischeri* Index Æschin. s. v. πέτρος· et *Albertius* ad h. l. καὶ ἐπὶ ταύτῃ—ἐκκλησίαν] *et super hac rupe ecclesiam meam exstruam*, quæ verba edisserens Jesus, Petrum manu vel digito tetigisse putandus est. Male enim plures interpp. per πέτραν intellexerunt vel Christum ipsum, vel professionem Petri paulo ante v. 16. editam, vid. *Suiceri* Thes. Eccl. h. v. *Wolfius* in Curis et *Kæcherus* Anal. ad h. l. neque vero ad has contortas interpretationes confugissent interpretes, si non Pontificii e verbis καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, ad Petrum relatis, male ac perperam vindicare voluissent Petri successoribus h. e. Pontificibus Romanis auctoritatem et prærogativam singularem ac divinam. At Christus nullo pacto voluit Petrum reliquis apostolis cunctis præferre. vid. Matth. xx. 26. xviii. 1, 18. add. Act. xv. ubi non Petri sed Jacobi sententiam ecclesiam secutam esse legitur, et Petrus ipse se συμπρεσβύτερον vocavit 1 ep. v. 1, 2. Sensus verborum Christi nostro loco omnino hic est: tu in ecclesia mea (μου, non Petri, sed Christi) fundanda egregiam operam navabis, per te inchoabo opus novæ religiosæ societatis condendæ, tu eris στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, Gal. ii. 9. unus e præcipuis religionis meæ doctoribus et defensoribus. Id quod etiam evenit; nam Petrus primus omnium post Christi in vitam reditum publice Judæis Act. ii. 14 sqq. et gentilibus Act. x. 15. 7. doctrinam Christi annuntiavit. Alluditur autem verbis καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ κ. τ. λ. ad morem in Palæstina receptum, ædificia in solo saxoso exstruendi, quo aquarum procellarumque vim eludere possint, vid. Matth. vii. 24 s. et ecclesia comparatur h. l. cum domo ponenda et exstruenda super rupe, sicuti et in scriptis Apostolorum sæpius comparatur cum templo 2 Cor. vi. 16. 1 Petr. ii. 5. 1 Cor. iii. 9. Eph. ii. 10. Jesus ergo verbis ἐπὶ ταύτῃ—οἰκοδομήσω illud tempus respexit, quo post suum ex his terris abitum, Petri opera e Judæis atque gentibus quam plurimi ad Christi signa sese

19 ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς
βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται
δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς,

collaturi essent. Cæterum verba ἐπὶ ταύτῃ κ. τ. λ. admittunt etiam interpretationem aliam, qua tamen recepta idem fere sensus manet. Nempe pronomen οὗτος, αὕτη, τοῦτο, ut Hebr. זו, זה, interdum etiam notat, *talis*, vid. *Glassius* Phil.S. p. 154. hinc verba nostra reddi possunt: super tali rupe, tam firmo fundamento vii. 24. exstruam ecclesiam meam; ut adeo his verbis præter Petrum respiciantur quoque apostoli reliqui. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς] *nec portæ Orci eam superabunt*: ᾅδης, Hebr. שְׁאוֹל, *locus subterraneus, in quem manes, sejunctæ a corpore animæ coguntur et congregantur*; hanc de Orco notionem Hebræorum poëtæ sibi finxerant, et Hebræi habebant cum Græcis atque Romanis communem, vid. not. ad Luc. xvi. 23. *Lowth* de Poësi Hebr. S. Præl. 7. ibique *Michaëlis* p. 186 sqq. *Herder Geist der Hebr. Poësie*, Th. i. p. 218 sqq. *Conz über die Lehre der Unsterblichkeit bey den Hebr.*, in *Paulus Memorabilien*, St. 3. p. 141 sqq. *Ammon über das Todtenreich der Hebr.* ib. St. 4. p. 188. *Meyer* Comment. de notione Orci ap. Hebræos, Lubec. 1793. *Ziegler Uebers. der Sprüche Salomos* p. 381 sqq. Ejusd. *theolog. Abhandl.* Th. ii. p. 171 sq. *Potti* Epistt. Cathol. Vol. ii. Exc. 3. de descensu J.C. ad inferos; *Wetstenius* et *Elsnerus* ad h. l. Jam πύλαι ᾅδου, *portæ Orci* (quæ ipsæ a Græcis Latinisque poëtis tanquam firmissimæ describuntur, quod nemo per eas redit, quod redituris nunquam reserantur, vid. Homer. Odys. λ΄. 276. Il. ϑ΄. 367. Virg. Æn. vi. 552. Prop. iv. 11. 4. et quæ ibi notavi), atque Hebr. שַׁעֲרֵי שְׁאוֹל Ies. xxxviii. 10. Ps. ix. 14. al. sæpius pro Orco ipso commemorantur, atque Orcus omnino est imago roboris summi, firmitatis et potentiæ maximæ, vid. Cant. viii. 6. Petron. Sat. 62. *ecce autem miles fortis, tanquam Orcus.* Itaque sensus verborum Christi est: nulla hostium vis, ne potentissima quidem et maxima, evertere, destruere ecclesiam meam poterit. Sine idonea ratione nonnulli αὐτῆς ad remotius nomen πέτραν retulerunt. κατισχύειν, *vincere, expugnare*, Luc. xxiii. 23. Diod. Sic. p. 15. A. κατισχυομένων ἔτι τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ϑηρίων, *cum homines a multitudine ferarum adhuc opprimerentur.* Respondet Hebr. יכל Ps. xiii. 7. 1 Sam. xvii. 9. et גבר Ex. xvii. 11. vid. *Elsnerus* et *Münthius* ad h. l.

(19.) Portas Orci clausas sibi fingebant Hebræi, adeoque ad eas reserandas clavibus opus erat, vid. *Eichhornii* Commentar. in Apocal. Vol. i. p. 53. hinc cum Christus v. 18. commemorasset πύλας ᾅδου, ac præterea comparasset cum domo ecclesiam suam: eo facilior transitus erat ad imaginem quæ nunc sequitur. καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασ. τ. οὐρανῶν] *dabo tibi claves ecclesiæ meæ.* βασιλεία τῶν οὐρανῶν id. qd. ἐκκλησία v. 18. *Clavis* symbolum erat curæ et administrationis, etiam summæ rerum potestatis, vid. Ies. xxii. 22. Apoc. i. 18. iii. 7. ibique interpp. Itaque verba nostra hoc sibi volunt; committam tibi curam civitatis meæ, summam rerum in ecclesia mea. Accipiebat autem non modo Petrus potestatem moderandæ et regendæ ecclesiæ, sed accipiebant eam quoque una cum eo apostoli reliqui, vid. Matth. xviii. 18. Joh. xx. 21. καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς κ. τ. λ.] miris modis hæc verba ab interpretibus vexata, inque multiplicem sensum tracta sunt. vid. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Alii nimirum, cum λύειν in versione Alex. Ies. xl. 2. λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, eo sensu legatur, ut sit: *remittere peccata*, atque hoc ipso sensu λύειν ἁμαρτίας apud scriptores exteros quoque occurrat, vid. *Kypkius* ad Matth. xviii. 18. et Joh. xx. 23. etiam sermo sit de potestate peccata remittendi ac retinendi; sensum verborum nostrorum constituunt hunc in modum: quibuscunque peccatorum veniam vel concesseritis vel denegaveritis, id quoque ratum erit apud Deum. Sed h. l. non fuit in antecedentibus sermo de peccatis atque delictis, nec legitur h. l. vocabulum peccata indicans, et perquam dure cum *Kypkio* ad ὅσα subintelligitur ἁμαρτήματα· nec Joh. l. c. ubi v. not. occurrunt verba δέειν et λύειν. Hinc alii observarunt: verbum λύειν in vers. Alexandrina respondere verbo פתח, *aperire*, Gen. xxiv. 27. et verbum δέειν, Hebr. עצר, *claudere*, Jer. xxxiii. 1. et sic h. l. verba δέειν et λύειν, cum antea sermo fuerit de clavibus ecclesiæ, notare *claudere* et *aperire ecclesiam*, et cum sermo sit de personis, atque ὃ accipiendum pro οὓς, ut xviii. 11. δέειν significare *expellere, excludere*, contra λύειν, *admittere*, adeoque verba juncta explananda esse: *si quos repuleris* (ab ecclesia mea) *in his terris*, si quos indignos repereris, qui in cœtum christianorum recipiantur, eosque ab eo excluseris, *ratum id erit apud Deum*; *si quos admiseris* (in ecclesiam meam) ob animum docilem, moresque ad Evangelii normam compositos, dignos judicaveris, qui in cœtum cultorum meorum recipiantur, *itidem id ratum erit apud Deum*, vid. *Thaddæi* Com-

20 ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τότε διεστείλατο τοῖς
μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν †Ἰησοῦς ὁ
21 Χριστός. Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθη-
ταῖς αὐτοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ
παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων, καὶ Γραμματέων,

20. † Ἰησοῦς.

ment. in effatum Christi Matth. xvi. 18 sq. Colon. 1789. 4. et *Rosenmülleri* Scholia ad h. l. Urgent hi interpp. inprimis etiam locum Matth. xviii. 15—18. ubi sermo sit de homine a societate christianorum excludendo, et v. 18. eadem verba legantur quæ h. l. Sed imaginem, a clavibus desumptam, his verbis continuasse Christus non videtur, nec xviii. 18. præcessit imago a clavibus desumpta; continent potius ulteriorem explicationem curæ ac potestatis, cujus symbolum sunt claves. Si continuata esset illa imago, atque adeo interpres Græcus a Matthæo usurpatum reperisset verbum פתח, haud dubie hoc, verbo notiori, ἀνοίγειν, expressisset, vid. Apoc. iii. 7, 10. et usus fuisset etiam verbo κλείειν, v. Matth. xxiii. 13. præterea ipsæ voces ὃ xvi. 19. et ὅσα xviii. 18. nos eo deducunt, ut sensum latiorem his verbis tribuamus. Scilicet δεῖν respondet verbo אסר h. e. *vetare, interdicere*, quo sensu non tantum in scriptis Rabbinorum, vid. *Lightfootus* ad h. l., sed etiam ap. Dan. vi. 8, 9, 14, 16. legitur; verbum autem λύειν, ut Hebr. התיר et שְׁרָא, vid. *Lightfoot*. ad h. l. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 2524. 1410. *Hottingeri* Diss. de usu scriptt. Hebr. in N. T. p. 400. notat: *licitum pronuntiare, concedere, præcipere, jubere*, ut adeo sententia sit: quicquid licitum declaraveris, et constitueris in ecclesia, ratum erit apud Deum (οὐρανοῖς per enallagen pro ἐν τῷ οὐρανῷ, ut legitur xviii. 18.) οὐρανὸς id. qd. Θεὸς, vid. xxi. 25. not. ad iii. 2.

(20.) Admonuit Jesus Apostolos, ne cuiquam tunc temporis dicerent ipsum esse Messiam, nec adversus eos, qui aliter de ipso judicarent v. 14., inutiles pro magistro pugnas pugnarent. Sciebat enim Jesus discipulos suos, utpote præpeditos et occupatos somniis de regno Messiano terreno, nondum esse satis idoneos ad hanc doctrinam prædicandam; et probe prævidebat vulgus Judæorum prædicationi eorum vel nullam fidem habiturum, vel ea ad moliendum res novas abusurum esse. Jusserat quidem Apostolos prædicare τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν x. 7. hoc vero erat: adesse regni Messiani tempora, vitam animumque esse emendandum; hoc prædicare poterant Apostoli, etiamsi non dicerent, quinam Messias esset. διαστέλλεσθαι] Hebr. הזהיר, notat: *admonere* Exod. xviii. 20. 2 Paral. xix. 19, vid. *Læsnerus* ad h. l. etiam *præcipere* Act. xv. 24. et *interdicere* h. l. In quibusdam codd. pro διεστείλατο legitur ἐπετίμησεν e Marc. viii. 30. et Luc. ix. 21. Vocabulum Ἰησοῦς, quod ante Χριστὸς in multis codd. et verss. deest, recte omittitur. Solent enim librarii solenni formulæ Ἰησοῦς Χριστὸς adsueti, ubi Χριστὸς scribendum erat, Ἰησοῦς inculcare, ac vicissim ubi Ἰησοῦς occurrebat, Χριστὸς apponere. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

(21.) Professio Petri Jesum esse Messiam, quam et reliqui Apostoli probabant, tam perspicua et tam ingenua erat, ut Jesus facile intelligeret, tantam esse eorum de dignitate sua Messiana persuasionem tamque firmam, ut jam ferre possent perspicuam et apertam expositionem eorum, quæ hactenus subobscure et tectius de morte sua dixisset. Edocebat autem eos clarius et accuratius de calamitatibus sibi imminentibus et morte sua, ut opiniones illas præconceptas, de felicitate terrena in regno Messiano exspectanda, quæ animos eorum insederant, fortius labefactaret, et ut præpararet eosdem ad ea quæ brevi eventura erant, ne ab ipso cruci affixo postea penitus desciscerent. Sciebat vero etiam tantum se apud discipulos auctoritate valere, ut perturbatos eorum animos facile sedare et ad fiduciam reducere posset. ἤρξατο δεικνύειν] pro ἔδειξε i. *docuit* id. qd. ἐδίδαξε Marc. viii. 31. nam respondet Hebr. הורה 1 Sam. xii. 23. al. et לַמֵּד Deut. iv. 5. Ies. xl. 14. ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων — γραμματέων] i. a Synedrio magno, Hierosolymitano, a Synedrii magni assessoribus, vid. Matth. ii. 4. ἀπὸ pro ὑπὸ, vid. xi. 19. πρεσβύτεροι sunt *civitatis Judæorum principes*, nam πρεσβύτερος, ut זקן, non tantum *ætatem*, sed etiam *dignitatem* indicat, unde et זקנים distinguuntur ab עם Jos. vii. 6. viii. 10. Ps. cvii. 32. imo conjunguntur זקנים et שׂרים, *principes*, Ps. cv. 22. Recte ergo πρεσβύτεροι reddi potest *principes, primores populi*, qui ab Homero dir. γέροντες et ἀριστῆες· quin et etiamnum apud Orientis populos *Scheik*, senex, est nomen dignitatis. vid. *Ikenii* Diss. ad Deut. xxi. 1—9. §. 3. Seriori ætate πρεσβύτεροι dicebantur *assessores synedrii magni Judæorum*, qui e singulis Judæorum tribubus in consessum judicum cooptabantur, et vocabantur nunc πρεσβύτεροι simpliciter ut h. l.

καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι. Καὶ προσ- 22

Luc. xx. 1. nunc πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ Matth. xxvi. 3. nunc πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραὴλ Act. iv. 8. nunc πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων Act. xxv. 15. et Synedrium ipsum dicebatur πρεσβυτέριον Luc. xxii. 6. et γερουσία Act v. 22. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἐγερθῆναι] *et tertio die ab inferis se rediturum esse.* Marc. viii. 30. μετὰ τρεῖς ἡμέρας· quod idem est, nam Hebræi מִקְצֵה שְׁלֹשֶׁת יָמִים dicunt pro בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ut Deut. xiv. 28. *decimæ proventuum sunt solvendæ* מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים *in fine trium annorum;* Alexandrini interpretes ibi habent: μετὰ τρία ἔτη. sed Deut. xxvi. 12. ubi hac eadem de re sermo est, in textu Hebraico legitur: בַּשָּׁנָה הַשְּׁלִישִׁית Alexandrini vertunt: ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ. Joseph. Ant. i. 12. 2. μετ' ὀγδόην ἡμέραν, sed c. 10. ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. B. I. i. 13. 1. μετὰ δύο ἔτη· sed Ant. xiv. 13. 3. δευτέρῳ ἔτει. vid. *Kypkius* ad Matth. xxvii. 63. *Krebsius* et *Læsnerus* ad Marc. viii. 31. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Gramm. Gr. Vol. iii. P. 3. p. 201.—Jesum resurrectionem suam non prævidisse, nec prædixisse, plures ætate nostra contenderunt, ita tamen ut multis Evangelistarum locis vim inferrent, et plura pro arbitrio sumerent, quæ argumentis certis atque idoneis destituta essent. vid. *Paulus* Meletemata ad historiam dogmatis de resurrectione mortuorum, Jenæ 1796. Ejusd. *Kritisch. Kommentar* et *Thiess Kommentar* ad h. l. add. *Briefe über das Evangel. Joh.* in *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 7. p. 1039 sqq. Alii nimirum observarunt, "voces ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, ἀνάστασις, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι, non proprie, sed improprie et figurate esse accipiendas, et Christum ipsum eas ita usurpasse, ut iis significaret: doctrinæ suæ resurrectionem post suam mortem, brevi eventuram; vitam suam post mortem futuram per doctrinam suam; lætam doctrinæ veræ post mortem suam propagationem. Apostolos autem, qui, vivo magistro, has voces non intellexissent, eas post ipsius in vitam reditum proprie cepisse, et de resurrectione Jesu explicuisse." Ad hanc sententiam suam comprobandam provocant interpretes illi ad locos V. T. in quibus interitus regni sub imagine mortis, et restitutio illius sub imagine resurrectionis proponitur, quam in rem afferunt Ies. xxvi. 14, 19. Ezech. xxxvii. 5 sqq. Hos. vi. 2. Dan. xii. 2, 3. notant præterea formulas μετὰ τρεῖς ἡμέρας, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, non semper certum ac definitum temporis spatium indicare, sed omnino etiam temporis spatium breve et exiguum, ut Hos. vi. 2. Luc. xiii. 32. ubi v. not. Sed illis ipsis V. T. locis neutiquam vindicari potest formulis ἐγερθῆναι, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, significatio illa paulo ante notata; desiderantur exempla idonea et similia, quibus defendi possit insolentia tropi in oratione soluta adhibiti: *Christus cruci affigetur et tertio die resurget,* pro, Christi doctrina post mortem ipsius brevi lætius reflorescet, latius propagabitur; et quomodo tandem, ut alios locos prætereamus, verba Christi Matth. xxvi. 32. *ubi in vitam rediero, præcedam vos in Galilæam,* de doctrinæ propagatione intelligi et explicari poterunt? vid. *Süskind Einige Bemerkungen über die Frage, ob Jesus seine Auferstehung bestimmt vorher gesagt habe?* in *Flatt Magazin für christl. Dogmatik. u. Moral,* St. 7. p. 203 sqq.—Hinc alii interpp. monuerunt, "formulas ἐγερθῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, esse quidem proprie accipiendas, de resurrectione e mortuis, sed his formulis non Christum ipsum usum esse, imo eas auctores habere Evangelistas, qui, quæ Christus dixisset aliis vocibus ac formulis similibus, de felici operis sui successu, quem nec sua ipsius mors impeditura esset, reddidissent, post Christi in vitam reditum, formulis illis resurrectionem e sepulcro significantibus." Sed hac conjectura admissa nullius effati Christi veritas asseri atque defendi potest; et qui factum est, ut in omnibus illis locis quam plurimis, qui resurrectionis Christi prædictionem commemorant, Evangelistæ easdem formulas retinuerint, nec eas cum aliis a Christo usurpatis commutarint? qui factum est, ut nulli Evangelistarum, nulli discipulorum Christi in mentem venerit, magistrum, dum viveret, nihil tale dixisse? vid. *Süskind* l. c. p. 222. Plures præterea loci in medium possunt proferri, qui conjecturæ illorum interpretum aperte repugnant. Matth. xvii. 9. (coll. Marc. ix. 10.) Jesus Petrum, Jacobum et Johannem, qui ipsum viderant in monte splendore circumfusum, admonet, ne cuiquam, quæ vidissent, aperirent, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Jam si hæc verba Jesus ipse illo tempore non protulit, nulla probabilis afferri poterit ratio, quæ scriptorem, ut hæc verba adjiceret, commoverit; sed vel ipsa discipulorum disceptatio, quid hæc formula ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι sibi vellet, vid. Marc. l. c., affatim docet, Jesum illa ipsa verba usurpasse. Joh. ii. 19, 20. cum Judæi postulassent a Jesu σημεῖον, respondet: λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· Johannem ibi ipsissima verba Christi retulisse, et Jesum voce quoque illa ἐν τρισὶν ἡμέραις, usum esse, Judæorum responsio irrisoria docet, confirmantque verba τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτη, quæ ταῖς τρισὶν ἡμέραις opponuntur. Constituunt quidem sensum hujus loci interpretes nonnulli hunc in modum: "diruite vestrum

λαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ, λέγων·

hoc templum, utinamque jam sublatum esset hoc probrum et melioris disciplinæ obstaculum! triduanum opus erit mihi, novum, imo sanctius aliquando reponere. Brevi nullo amplius templo tali, talique apparatu ad legitime venerandum Deum opus erit, coll. Joh. iv. 21 sqq." atque ita probare volunt, Johannem non bene assecutum esse vim dicti illius, eamque demum glorioso rerum a Jesu gestarum eventu patefactum credidisse, vid. *Henkii* Diss. Johannes Apostolus nonnullorum Jesu apophthegmatum in Evangelio suo et ipse interpres, Helmst. 1798. in Sylloge commentatt. theologg. a *Pottio* et *Rupertio* editis Vol. i. p. 8 sqq. add. *Gurlitti* Lectt. in N.T. Spec. quint. Hamb. 1805. p. 8 sqq. Sed si componimus hunc locum cum Matth. xii. 39. s. xvi. 4. ubi Jesus quoque de resurrectione sua verba fecit, postquam Pharisæi σημεῖον ab eo postularant; si perpendimus, quam commode Jesus corpus suum comparare potuerit cum templo, vid. Philo de opificio mundi p. 93. s. Plato Sympos. 32. 1 Cor. vi. 19. iii. 16. *Reinhardi* Diss. de Christo suam dum viveret resurrectionem prædicente, Vit. 1784. in Commentatt. theol. a *Velthusenio, Rupertio* et me ipso editis Vol. iii. p. 3 sq.: haud dubitamus subscribere eorum sententiæ, qui hæc verba a Christo usurpata proprie capiunt, et ea quoque Apostolos proprie cepisse, sed iis fidem denegasse, statuunt. Dixit autem Jesus verba λύσατε τὸν ναὸν κ. τ. λ. δεικτικῶς, digitoque exserto suum ipse corpus monstravit. Id quidem h. l. non diserte legitur, sed nec diserte legitur xvi. 18. aliisque in locis pluribus, ubi Christum δεικτικῶς locutum esse, facile quisque concedit. Nec obstat huic interpretationi Judæorum responsio τεσσαράκοντα κ. τ. λ. hi enim ut Jesum irriderent, ita responderunt, et sæpius ejusmodi absurdas calumnias honori Jesu invidentes protulerunt. v. et not. ad Joh. l. c.—Matth. xxvii. 63. legimus Synedrium a Pilato petiisse, ut diligenter custodiri juberet Christi sepulcrum, dixisse enim hunc impostorem, se die tertio e sepulcro proditurum esse. Vana profecto fuisset illa magistratus Judaici cura, vel omnino non habuisset locum, si non Jesus ipse, dum viveret, publice et disertis verbis dixisset, se non modo vitam esse recuperaturum, sed etiam se eam die post supplicium tertio recuperaturum esse. vid. ibi notata et *Süskindii Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 9. p. 171. Verba illa, quæ leguntur Matth. xxviii. 6. Luc. xxiv. 6. Ἰησοῦς ἠγέρθη, καθὼς εἶπε, sive fuerint verba angeli, sive potius cogitationes in animis mulierum subortæ: postulant ut concedatur, Jesum, ante mortem suam, de resurrectione sua dixisse.—Neque vero aliud argumentum silentio prætereundum est, quo ii utuntur, qui contendunt, Jesum resurrectionem suam non prædixisse. Ponamus, inquiunt, Jesum vocibus illis, quæ in scriptis Evangelistarum de ipsius resurrectione occurrunt, usum esse, easque nonnisi de ipsius in vitam reditu explicari posse; ita vero perspici nequit, qui factum sit, ut discipuli ipsius, has voces toties repetitas, tandem non proprie caperent et intelligerent, earumque post magistri necem, antequam in vitam rediisset, recordarentur. Ad hanc objectionem responderi possunt hæc: Sæpius quidem Christus de calamitatibus sibi imminentibus, morte et resurrectione sua, disseruit verbis claris et perspicuis, sed hæ prædictiones Apostolis obscuræ erant v. Marc. ix. 10, 32. Luc. xviii. 34. Matth. xvi. 22. xvii. 22. Luc. ix. 45. cum non viderent, quomodo illas cum receptis de Messia ejusque dignitate opinionibus componerent, vid. ad Matth. xx. 28. Nam Messiam moriturum et in vitam rediturum esse, tum non credebant Judæi vid. Joh. xii. 34. hinc discipuli non intelligebant, quid Jesus sibi vellet (Marc. ix. 10.), verba ejus aliter accipienda esse putabant quam sonarent, hoc tantum perspiciebant, eum de calamitatibus sibi imminentibus, magnis et gravibus, loqui, quare etiam ejus oratione valde contristabantur v. Matth. xvii. 23. sed recreabat et confirmabat eorum animos persuasio, Jesum, qui toties ex hostium suorum manibus evasisset, etiam hæc pericula, si ei imminerent, feliciter esse superaturum, eum Messiam esse, non moriturum. Hinc cum Jesus mortem cruentam subiisset, consternati animum abjiciebant, cum omnis eorum exspectatio, quamvis maxima fuisset, jam prorsus concidisse videretur; recordabantur quidem eorum, quæ de resurrectione sua prædixerat Christus, sed prædictiones illas neque antea crediderant, neque etiamnum credebant, et postea quoque, cum Christus in vitam rediisset, pro segnitie et tarditate eorum, a magistro sæpius reprehensa, v. xvi. 9. et not. ad xv. 16. extr., vix eo adduci potuerunt, ut eam rem, quamquam sæpe et perspicue prædictam, crederent.

(22.) Nunquam antea Jesus tam plane et perspicue de morte et resurrectione sua verba fecerat coll. Marc. viii. 32. Petrus, qui Jesum Messiam moriturum esse non credebat, qui sperabat, eum propediem regnum Messianum conditurum esse (Luc. xix. 11.), ea quæ Jesus de perpessione malorum, morte subeunda, et secutura eam resurrectione dixerat, non intelligebat, nec sibi explicare poterat; conjiciebat, Jesum hoc tantum dicere voluisse, sibi esse mala multa

Ἵλεώς σοι Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. Ὁ δὲ στραφεὶς, 23
εἶπε τῷ Πέτρῳ· Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου
εἶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.
Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Εἴ τις θέλει ὀπίσω 24
μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν
αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι· Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν 25
αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν

et gravia, et mortis pericula metuenda. Itaque Jesum admonebat, ut bono animo esset, mortis periculum caveret et regia potestate uteretur, eique affirmabat, sectatores ipsius depugnaturos esse, quo minus tam indigna ipsi evenirent vid. ad Joh. xiii. 35. Luc. xxii. 49. προσλαβόμενος αὐτὸν] *manu prehendit Jesum*, ut facere solent familiarius aliquid dicturi vel aliquem monituri. ἤρξατο ἐπιτιμᾷν] pro ἐπετίμησε, ut v. 21. Propert. iii. 4. 16. *incipiam spectare* pro *spectem*. ib. ii. 15. 33. *incipient revocare*, ii. 19. 19. *incipiam captare*. Verbum autem ἐπιτιμᾷν non tantum est *increpare*, *objurgare*, sed etiam *admonere* id. qd. ἐλέγχειν, ut Luc. xvii. 3. add. Matth. xviii. 15. coll. Luc. xvii. 3. Hebr. הוֹכִיחַ, quod plerumque ab interpretibus Alexandrinis exprimitur verbo ἐλέγχειν, qui iidem interpretes Ies. l. 2. גְּעָרָה, quod alias vertunt ἐπιτίμησις, reddiderunt ἐλεγμός. λέγων· Ἵλεώς σοι, κύριε] *his verbis: Deus hoc prohibeat! hoc non eveniet!* Ἵλεώς σοι scl. ὁ Θεὸς εἴη· est hæc vox abominantis et dehortantis, atque respondet Hebr. חָלִילָה לְּךָ 1 Paral. xi. 19. ubi LXX. Ἵλεώς μοι ὁ Θεὸς τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο. add. 2 Sam. xx. 20. xxiii. 17. Græci utuntur hanc in rem vocibus εὐφήμει, εὖ ἔχε στόμα, εὐστόμει, vid. *Elsnerus*, *Kypkius*, *Krebsius* ad h. l. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 377. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alex. p. 204 sq. Latine reddi potest: *Deus hoc omen avertat! Deus hoc prohibeat! da sey Gott für! sprich nicht so!* Verba οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο] sunt velut interpretamentum verborum quæ præcesserunt, *das wird nicht geschehen! das soll dir nicht widerfahren!*

(23.) Jesus avertens se a Petro, ei, audientibus discipulis reliquis, vid. Marc. viii. 33. respondebat: ὕπαγε ὀπίσω μου] qua formula non tantum utuntur ii, qui alterum discedere jubent, sed omnino ii quoque, qui ostendere volunt alterius orationem sibi esse molestam, qui alterum monent, ut sentiat et loquatur meliora, *apage te a me! dic meliora!* vid. *Fischerus* l. c. et *Schleusneri* Lex. v. ὑπάγω. Vocabulum σατανᾶς, ut שָׂטָן, h. l. significat *eum, qui alteri mala ac perniciosa consilia dat*, *consiliarium malum*, ut 2 Sam. xix. 22. Matth. iv. 10. σκάνδαλον est, *seductor*, qui facit, ut alii errent et delinquant, saltem errare et delinquere possint; h. l., si sensum spectamus, est id. qd. σατανᾶς, consultor pessimus, qui mala suadet ac perniciosa. ὅτι οὐ φρονεῖς—τῶν ἀνθρώπων] scl. πράγματα, *non ea facienda censes, quæ Deus fieri vult et jubet*, e cujus voluntate mihi calamitates sunt perferendæ et mors subeunda, *sed ea facienda censes, quæ in vulgus probantur, quæ homines fieri volunt et jubent*, exspectas et optas, ut Messiæ terreni personam agam, sicuti Judæorum vulgus, quod nil ardentius optat, quam liberationem a jugo Romanorum, voluptates quæ suaviter ad sensus affluunt, dignitatem et commoda terrena, felicitatem terrenam maximam. De formula φρονεῖν τά τινος h. e. ea facere, facienda censere, quæ alter fieri vult, quæ alterum juvant, earum rerum studio teneri et duci, quæ alteri placent, quibus alter tenetur, rebus alicujus studere. vid. *Albertius*, *Raphelius* Obss. Polybb. et Arriann. *Kypkius* et *Münthius* Obss. e Diod. Sic. ad h. l. Ex his autem ultimis hujus versus verbis, quibus Christus priora emollire voluit, perspicue satis patet, quare Jesus Petrum præconceptis opinionibus indulgentem dixerit σκάνδαλον et σατανᾶν, nempe propterea quod ipsum admonuerat, ut mortis periculum caveret, neque adeo voluntati patris pareret.

(24—26.) Ne Petri oratio in animos reliquorum discipulorum, qui quoque vana spe et exspectatione gloriosi Messiæ regni terreni ducebantur, vim et efficaciam haberet, et ut perturbatos eorum animos confirmaret ac sedaret, vid. v. 27 sq. ad eos conversus Jesus ita pergebat: εἴ τις—ἀκολουθείτω μοι] *si quis vult meus sectator esse, vitam suam contemnat, neglectis vitæ periculis, paratus sit ad subeundam mortem etiam ignominiosissimam et crudelissimam, et sic me sequatur.* De formulis ἔρχεσθαι et ἀκολουθεῖν ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ, et αἴρειν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, vid. ad x. 38. ἀπαρνεῖσθαι respondet Hebr. מאס Ies. xxxi. 7. *vilipendere*, *contemnere*, et ἀπαρνεῖσθαι ἑαυτὸν est *se*, *vitam suam contemnere*, *despicere atque negligere mortis pericula*, vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 375 sq. id. qd. οὐκ ἔχειν τιμίαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Act. xx. 24. et

26 αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρω-
πος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ
ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς
27 αὐτοῦ; Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ
δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ

μισεῖν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν Luc. xiv. 26. Quæ v. seq. leguntur, c. x. 39. exposita sunt.—(26.) τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος;] *quid vero cuiquam proderit?* ἄνθρωπος id. qd. τις, ut sæpius. γὰρ h. l. particula adversativa, quo eodem modo etiam Lat. particula *enim* poni solet, ut ap. Plaut. Casin. v. 2. 14. Epid. v. 2. 36. Pers. ii. 2. 54. Liv. xxiii. 45. ὠφελεῖται est fut. contractum pro ὠφελήσεται, et Fut. Med. positum est pro Fut. Pass., sequitur enim ἐὰν—κερδήσῃ. coll. Marc. viii. 36. κόσμος inter alia notat, *res terrenas, commoda et bona terrena, divitias*, ut 1 Cor. vii. 31. Jac. iv. 4. 1 Joh. ii. 15. Itaque ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ] erit, *si quis omnes orbis terrarum divitias acceperit.* τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζημιοῦσθαι] est *vitæ jacturam facere*, id. qd. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσαι v. 25. Explicant: nemo orbis terrarum divitias pro vita accipere velle potest h. e. nemini nil vita carius. ἢ τι δώσει—τῆς ψυχῆς αὐτοῦ] *et quodnam pretium aliquis dabit* s. *dare poterit pro vita sua*, ea amissa? al. *et quod invenitur quod quis dare possit pro vita sua servanda*, i. nemo habet quicquam quod sit pretio par vitæ h. e. omnino: quid vita pretiosius? ἀντάλλαγμα prop. est *commutatio*, Hebr. תְּמוּרָה Ruth. iv. 7. מְחִיר Job. xxviii. 15. 1 Regg. xxi. 2. Deinde, id ipsum quo aliquid commutatur, redimitur, *pretium redemptionis*, omninoque *pretium quodcunque*, vid. *Elsnerus, Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. Hesych. ἀντάλλαγμα· ἀντίδομον. Sir. vi. 16 φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, *nil pretiosius est amico certo.* xxvi. 14. οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα πεπαιδευμένης ψυχῆς. Monent interpp. sententiam ipsam esse proverbialem a Jesu translatam ad felicitatem, quam religio ipsius promittit; ut adeo sensus h. l. sit: vita homini carissima est, sed longe præstantior est felicitas, qua veri et genuini mei cultores in hac et in altera vita ornabuntur, jam si arbitramur, omnia quæ possidemus, recte impendi, ut nosmet ipsos hac in vitâ servemus, quanto magis hujus vitæ commoda, et ipsa hæc vita terrena impendenda sunt, ut participes reddamur felicitatis, quam Messias cultoribus suis piis et constantibus largietur. Mallem tamen equidem, præeunte Luca ix. 25. ubi clarius sententia ipsa expressa legitur, sensum verborum ita constituere: *Quid tibi proderit, si acceperis commoda terrena omnia, honores, opes, divitias, te ipsum autem miserum reddideris?* (τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, pro quibus verbis ap. Luc. l. l. legitur: ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς·) *Num omnibus divitiis tuis felicitatem amissam recuperare poteris?* Cæterum ἢ est id. qd. καὶ, ut poni quoque solet Hebr. אוֹ. vid. *Noldius* Concord. h. v. n. 4.

(27.) Conf. Luc. ix. 25, 26. Marc. viii. 38. De duplici παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, *reditu Christi* solenni, in scriptis Evangelistarum sermo est, nempe de reditu ipsius *ad eversionem civitatis Judæorum*, et de reditu *ad judicium extremum.* In describenda eversione templi et reipublicæ Judæorum, eamque secutura liberatione christianorum a calamitatibus et persecutionibus Judæorum lætissimaque religionis christianæ propagatione; vid. xxiv. 33 sqq. et in describendo judicio extremo xxv. 31 sqq. usus est Jesus imaginibus et coloribus poëticis, more prophetarum, qui ejusmodi orationis ornamentis uti solebant, respiciens simul solennem Judæorum de Messia cogitandi et loquendi consuetudinem, quam cum iis discipuli habebant communem, ita tamen, ut iis non falsa felicitatis spe illuderet, imo potius ut præconceptas eorum opiniones de dignitate Messiana et felicitate regni Messiani terrena, corrigere et ex eorum animis expellere studeret; id quod vel hic ipse locus noster satis perspicue docet. Loquitur enim h. l. de morte sua, de calamitatibus, quæ cultoribus suis perferendæ essent, cohortatur eos ad pietatem et constantiam, iisque præmia alterius vitæ, animique salutem promittit. Quæritur autem, de quanam παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ hoc loco sermo sit? Ac plures quidem *de judicio extremo* verba nostra interpretantur, atque loci cohærentiam constituunt hunc in modum: ne dubitetis, jacturam omnium bonorum, etiam ipsius vitæ facere, judex enim ego aliquando redibo, doctrina mea erit norma judicandi, atque tunc recte factorum studiosi, non minus quam facinorosi, mercedem debitam reportabunt; cujus rei potestatem mihi esse, plures eorum, qui hic circumstant, priusquam morientur, e magnis rebus a me gestis cognoscent. Formula igitur ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ his interpretibus omnia illa significat, quibus Christi dignitas Messiana probabatur, ipsius miracula, mortem, resurrectionem. Attamen hæc interpretatio durior et nimis

τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Ἀμὴν λέγω 28
ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται

28. ∾ ἑστώτων.

longe petita videtur. Accuratius omnino, me judice, cohærent omnia, si *de eversione templi et reipublicæ Judæorum* locus explicatur. Scilicet Petrus, cum Christus de calamitatibus sibi imminentibus et morte sua dixisset, eum admonuerat, ut mortis pericula devitaret, nec ferret, ut tam indigna ipsi evenirent. Jesus vero ostenderat, sibi parendum esse voluntati patris, et eum qui vellet sectatoris sui nomine dignus esse, promptum paratumque esse debere, ad calamitates quasque perferendas, et ad ipsam mortem subeundam, propter religionis professionem; qui ita animatus esset, hanc pietatem et constantiam verbis et factis exprimeret, felicitate ornatum iri summa in hac et in altera vita, εὑρήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ v. 25. Jam quo prius sedaret animi perturbationem discipulorum, addit: morte et duris fatis sibi suisque eventuris, nihil decessurum suæ dignitati, se potius eo majorem dignitatem consecuturum, gloriosam enim successuram esse regni sui manifestationem, et pœnas luituros religionis suæ contemptores et adversarios; idque certo eventurum esse, ita probat, ut affirmet, plures auditorum suorum, hujus rei spectatores et testes fore. μέλλει γὰρ — τοῦ πατρὸς αὐτοῦ] *ego vero redibo majestate patris conspicuus* i. potentia Dei, summa potentia instructus, statuendi nempe de vita et factis hominum. δόξα, ut כבוד, omnia ornamenta, omnes virtutes indicat, quatenus eum, qui iis instructus est, ornant, ei laudem et gloriam afferunt. Præpositio autem ἐν nominibus virtutum ita jungitur, ut Latine reddi debeat; *instructus, ornatus, præditus.* vid. *Fischerus* de vitiis Lexx. N. T. p. 367 sq. μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ] imago Judaica, de qua vid. ad xiii. 40. in nonnull. codd. hæc verba propter ὁμοιοτέλευτον omissa sunt. καὶ τότε ἀποδώσει — αὐτοῦ] *et justam cuique factorum suorum mercedem tribuet.* Ego Messias majestatem meam demonstrabo, puniam qui a mea disciplina desciverunt, et religionis meæ contemptores et adversarios. De his enim eorumque pœna sermonem esse, e locis parallelis Marc. viii. 38. Luc. ix. 26. patet.

(28.) Hoc certissime eveniet. εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων κ. τ. λ.] *quidam eorum, qui hic stant, non morientur prius, quam viderint* etc. Satis perspicue hæc verba docent, non posse sermonem esse de interitu mundi, ea potius explicari debere de eversione reipublicæ Judæorum; quodsi vero de ea hic versus agit, satis luculenter exinde consequitur, de ea quoque verba v. 27. interpretanda esse. Hinc quoque patet, vanam esse eorum sententiam, qui de Christi reditu ad superos brevi secuturo v. 28. cogitant, atque vertunt: *donec viderint Messiam abeuntem in regnum suum,* ut ἐν τῇ βασιλείᾳ positum sit pro εἰς τὴν βασιλείαν, cui interpretationi nec favet locus Marci ix. 1. neque sic v. 27. et 28. accurate inter se cohærent, et si Christus hac de re dixisset, non opus fuisset illa asseveratione ἀμὴν λέγω ὑμῖν et λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς ap. Luc. ix. 27. Ex Apostolis quidem Johannes tantum vitam usque ad tempus eversionis Hierosolymorum produxit, sed Jesus hæc dixit præsente et audiente Judæorum multitudine, aliisque discipulis, vid. Marc. viii. 34. Pro ἑστηκότων auctoritate antiquissimorum et optimorum codd. ἑστώτων *Griesbachius* in textum recepit, qua forma Matthæus usus est vi. 5. xx. 3, 6. xxvi. 73. altera formula e Marco et Luca in hunc locum transferri potuit. γεύεσθαι θανάτου. Hebr. טעם מות, (quæ formula in scriptis Rabbinorum sæpius, et in vers. Syr. Hebr. xi. 5. occurrit, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 895.) idem valet quod θεωρεῖν τὸν θάνατον Joh. viii. 51. ἰδεῖν τὸν θάνατον Hebr. l. c. hoc est, *mori:* ἰδεῖν, ita ut sit *experiri, sentire, percipere, participem fieri,* legitur. 1 Macc. xiii. 3. add. 1 Petr. iii. 10. Act. ii. 27. et eadem significatione γεύεσθαι aliis quoque nominibus jungitur a scriptoribus exteris, ut Aristoph. Ran. 465. οὐ μὴ διατρίψῃς, ἀλλὰ γεῦσαι τῆς θύρας. Soph. Trachin. 1108. μόχθων μυρίων ἐγευσάμην· ubi schol. ἐγευσάμην, ἐπειράσθην, πεῖραν ἔσχον· add. Eurip. Herc. Fur. 1356. Soph. Antig. 1005. schol. ad Eurip. Hippol. 667. γεγευμένος, πεπειραμένος. Philo p. 837. d. *Francof.* ἐλευθερίας γεύσασθαι. Hesychius: γεύσεσθαι, πειρᾶσθαι, ἅψασθαι. v. *Kusterus, Spanhemius* et *Brunckius* ad Aristoph. l. c. *Potterus* ad Lycophr. Cassandr. v. 382. *Barnesius* ad Eurip. Alc. 1069. *Læsnerus* ad h. l. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 716 ss. τὸν υἱὸν τ. ἀ. ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ] *me, Messiam venientem cum* (ἐν, Hebr. ב pro σὺν v. 27. Eurip. Alc. 771.) *regno suo* i. habentem regnum suum, utentem regno suo h. e. venientem regem, et judicem Judæorum, declarantem publice auctoritatem potestatemque suam, nempe eversione templi et reipublicæ Judæorum, et cum ea conjuncta læta ac felici doctrinæ suæ propagatione. Marcus l. l. habet: ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει. Alii verba interpretantur, *donec viderint me Messiam,*

θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

*pervenientem ad regnum suum* s. *regem constitutum, regnum consecutum esse* np. eversione civitatis Judæorum, et læta religionis christianæ propagatione, ut ἔρχεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ sit id. qd. εἰς τὴν βασιλείαν. vid. *Storrius* Opusc. Vol. i. p. 262. et not. ad Luc. xxiii. 42. Sensus idem manet, priorem tamen interpretationem Marci l. l. commendat.

---

## CAP. XVII.

Priorem hujus capitis sectionem 1—9. si omnia proprie capiuntur, magnis difficultatibus premi, in promptu est, et præclare nuper ostendit *Gablerus* im *neuesten theol. Journal* B. I. St. 1. p. 505 sqq. Hinc etiam interpretes, quo facilius sibi ea, quæ h. l. leguntur, explicarent, varias protulerunt interpretationes, e quibus præcipuas nominasse sufficiat. Ven. *Ravius*, Erlangensis theologus, in peculiari libello, inscripto: *Symbola ad illustrandam Evangelistarum de metamorphosi Jesu Christi narrationem*, Erlang. 1797. 4. locum nostrum interpretatus est hunc in modum: Jesus, qui vesperi cum discipulis in montem sese contulerat, ibi seorsum alta voce precabatur, Luc. ix. 28. et in precibus suis Eliæ atque Mosis mentionem faciebat. Discipuli interim somno opprimebantur, et cum somnolenti Mosis atque Eliæ nomen audissent; somniabant Jesum cum Elia et Mose colloqui. Repente tonabat et fulgurabat, discipuli evigilabant, Jesum igne veluti cinctum conspiciebant, et adhuc somnolenti atque oscitabundi opinabantur, saltem unus eorum opinabatur, Mosen et Eliam Christo adstare. Ven. *Gablerus* l. c. p. 533 sqq. inter alia observavit hæc: a) ex ipsa rei expositione apparere, Apostolos Jesum pro Messia habentes, et præconceptas adhuc de Messia ejusque dignitate opiniones foventes, rem in facto positam, quæ tantopere eorum animos affecisset, eo modo enarrasse, quo ipsi rem concepissent et sibi explicuissent, atque rem gestam, ab ejusdem explicatione ipsis propria, Orientalium more, in narratione sua non diligenter satis discrevisse, adeoque mirandum non esse, Apostolos Christi illustrationem in miracula retulisse, eamque enarrantes, tanquam miraculum proposuisse. b) Apostolos rem enarrantes, singula momenta eo ordine exposuisse, qui esset conveniens modo, quo ipsi rem concepissent, eamque sibi explicuissent; hinc in narratione Evangelistarum, et narrationis eorundem instituenda interpretatione, non nimis anxie, quod singula momenta attinet, ordinem esse tenendum, quem ipsi secuti sint, inprimis cum vestigia haud obscura reperiantur, quæ doceant, singula momenta alio ordine collocanda esse, iisque ita collocatis, facilius rem omnem explicari posse. c) In Evangelistarum scriptis sæpius tribui pluribus, quod uni tantum competat, et vicissim de uno dici id, quod de pluribus valeat (vid. not. ad xv. 15. add. infra v. 10.), sic etiam h. l. quod Petro evenisset, quod hic somniasset, vidisset, ita enarrasse Evangelistas, ac si reliquis quoque duobus Apostolis, Jacobo et Johanni, Petri comitibus, hoc idem evenisset. Hac observatione h. l. admissa, evanescere difficultatem illam, tres Apostolos eodem tempore idem plane somniasse et vidisse. His præmissis V. D. qui ex parte interpretationem loci a nobis in Pericopp. Evangell. (Lips. 1796. 8.) T. i. p. 126. allatam, assensu suo comprobavit, rem ita proposuit: Jesus in monte, non procul ab Apostolis remotus, preces faciebat; Apostoli exemplum magistri sequebantur; orabant, ut regnum Messianum brevi constitueretur, atque Jesus Messias splendore summo et dignitate maxima ornatus appareret. Finitis precibus, earum argumentum ulterius animo volventes, et accuratius perpendentes, splendorem et majestatem Messiæ sibi proponentes, recordantes etiam de Mose et Elia, quos Judæi opinabantur temporibus Messiæ in vitam redituros esse, somno opprimebantur Apostoli. Oriebatur tempestas cum tonitru conjuncta, fulgurabat. Apostoli (vel forte Petrus solus, vid. not. c.) somniantes de regni Messiani splendore, in somnis videbant Jesum insigni splendore cinctum, apparebant Moses et Elias, quorum vigilantes meminerant. Petrus, cui lætissimæ imagines et species in somnis obversabantur, optabat, ut tria figerentur tentoria v. 4. quo diutius voluptate, quam perciperet, perfrui posset. Interim tempestas propius accesserat, et fragor cœli e somno suscitabat Apostolos. Quæ in somnio vidimus, ea sæpius, ut experientia docet, cum evigilamus, primo momento adhuc ob oculos versantur. Petro igitur, qui nondum sibi penitus discusserat somnum, inter fulgura primo momento eadem obversabatur imago, quam in somnis viderat; sed vehemens tonitru somnum ei plane excutiebat, eumque non minus quam Jacobum et Johannem percellebat. Tonitru erat Petro declaratio Jesum esse Messiam (vid. ad iii. 17.) Jam vero tempestas præterierat, animum recipiebant Apostoli, et præter Jesum videbant neminem. — Non somnium, sed visionem h. l. enarratam esse, defendit *Her-*

*derus* in libro: *vom Erlöser der Menschen,* Riga 1796. cf. *Gablerus* l. c. p. 528 sqq. 547 sq. *Paulus* in *philologisch-krit. Kommentar* ad h. l. statuit, rem h. l. expositam primo mane evenisse, locumque omnem hunc fere in modum explicat: Jesus preces faciebat, et Apostoli in montis spelunca somno indulgebant. Evigilabant et conspiciebant Jesum in vertice montis stantem, atque colloquentes cum eo duo homines, quos æque ac Jesum sol collustrabat, ita, ut igne cincti viderentur. E colloquio pauca tantum verba de Jesu exitu auribus percipiebant. Spectaculi novitas animos Apostolorum perturbabat, et Petrus temere in vocem illam erumpebat: *κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς κ. τ. λ.* Matth. xvii. 4. Jesus, et illi duo, qui cum eo loquebantur, et jam in eo erant, ut a Jesu discederent, ad hæc Petri verba non attendebant. Eo ipso autem temporis momento nebula spissa, particulatim a sole illustrata, sese demittens, omnes cingebat. Jesus et homines illi duo, qui hactenus cum eo collocuti erant, in nebulam ingrediebantur, et unus ex illis alta voce dicebat: *οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητὸς κ. τ. λ.* Matth. xvii. 5. Fuerunt etiam qui opinarentur, narrationem h. l. propositam, fabulam (mythum philosophicum) esse, confictam, ut ostendi posset, Jesu eadem memoratu digna evenisse, quæ aliis doctoribus populi, auctoritate et dignitate summa conspicuis, evenissent (vid. not. p. 28.), adeoque faciem ipsius æque ac Mosis radiasse. Ejusmodi vero fictionem omnibus, quæ de origine trium priorum Evangeliorum innotuerunt, repugnare, nec viventibus *αὐτόπταις* locum habere potuisse, bene monuit *Paulus* ad h. l.

Allatis variis iisdemque præcipuis virorum doctorum conjecturis, aliam quoque, quæ nobis nunc quidem maxime probabilis videtur, paulum diversam ab ea, quam quondam in Pericc. Evangg. protulimus, adjicere liceat. Vesperi Jesum precandi caussa in montem illum sese contulisse, ibique noctem transegisse, patet e Luc. ix. 37. ubi Jesus postridie *ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ*, de monte descendisse dicitur, patet etiam exinde, quod de discipulis legitur eos somno fuisse oppressos, Luc. ix. 32. et solebat omnino Jesus vesperi in locum solitarium, *κατ' ἰδίαν*, secedere, ibique vacare precibus et meditationibus piis. De somnio esse sermonem, locus et tempus, quo illa, quæ h. l. leguntur, evenerunt, suadere videntur, et aperte docent verba Lucæ ix. 32. *ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ* (Jacobus atque Johannes) *ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ.* Tempestatem cum tonitru conjunctam, nocte illa, qua Jesus cum Apostolis in monte versabatur, ortam esse, patet e verbis: *νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς,* Matth. xvii. 5. Marc. ix. 7. Luc. ix. 34. coll. Exod. xiv. 20, 24. xix. 9, 16. xxiv. 16 ss. atque *φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα,* Matth., Marc., Luc. ll. cc. coll. Ps. xxix. 3. add. not. ad Matth. iii. 17. Apostoli non diligenter et accurate observare potuerunt ea omnia, quæ in monte evenerunt, nam erant *βεβαρημένοι ὕπνῳ* et *διαγρηγορήσαντες ἐφοβήθησαν, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν,* Luc. ix. 32, 34. Matth. xvii. 6. Ea, quæ h. l. exponuntur, evenerunt post colloquium illud, quod Christus cum discipulis habuit Matth. xvi. 13 sqq. qui Christo eos interroganti, quemnam homines ipsum esse dicerent? responderant, alios arbitrari, eum esse Johannem baptistam, alios *Eliam,* alios rursus *prophetam* V. T. Petrus vero Christo, porro quærenti, quemnam ipsi se esse putarent? suo condiscipulorumque nomine responderat: *tu es Messias, filius unice veri Dei.* Haud dubie autem discipuli plures ejusdem argumenti sermones illis diebus cum Christo contulerant. Jesus seorsum in monte precabatur, discipuli exemplum magistri secuti, ipsi quoque preces faciebant, easque ardentissimas. Noctis silentium, locus ipse in quo versabantur, mons præaltus (vertices autem montium altos, utpote sedi et domicilio numinis propiores, sanctos habebant veteres, vid. nos ad Hos. iv. 13.) ardorem animi eorum mirifice augebant. Finitis precibus confabulabantur de regno Messiano, et hujus regni splendore, ita, ut sequerentur solennem Judæorum de Messia ejusque regno cogitandi et loquendi consuetudinem, unde etiam iis sermo erat de Mose atque Elia Messiæ temporibus apparituris. Messiam splendore summo cinctum fore existimabant Apostoli, atque de Mose et Elia verba facientes recordabantur etiam, saltem Petrus, vivida imaginandi facultate præditus, recordabatur, ut videtur, eorum, quæ de faciei Mosis splendore leguntur Exod. xxxiv. 29. (verba ibi sunt: cum vero e monte descenderet, nesciebat, faciem suam *radiare ex illo cum Deo colloquio.* Judæis, qui Dei consuetudine perfruebantur, magno splendore circumfusi dicebantur, vid. Matth. xiii. 43. et *Wetstenius* ad h. l.) et de Elia 2 Regg. ii. 11. ubi vid. interpp. add. Sirac. xlviii. 10. qui inter fulgura atque tonitrua ex his terris discessisse dicitur. Fuisse autem Judæorum opinionem, Eliam temporibus Messiæ in vitam rediturum esse, docent loci Matth. xi. 14. xvi. 14. Joh. i. 21. Sir. xlviii. 8. eos vero etiam Mosis in vitam iisdem temporibus reditum exspectasse, præter hunc nostrum locum docere possunt loci a *Lightfooto, Schættgenio* et *Eisenmengero* ad h. l. e scriptis Rabbinorum collecti. Sic *Debarim Rab.* fol. 293, 4. *Dixit Sanct. Benedictus Mosi, sicut vitam tuam dedisti pro Israële, in hoc seculo, sic tempore futuro,* עולם הבא, *tempore Messiæ, quando mittam ad eos Eliam prophetam, vos duo venietis simul.* Erat præterea Moses, ut scite monuit *Gablerus* l. c. p. 452. sacrorum Judaicorum auctor et conditor, Elias sacrorum corrector et emen-

## ΚΕΦ. ιζ'.

Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· καὶ ἀναφέρει

dator, unde mirandum non est, Apostolos cum Judæis reliquis hos viros Messiæ adjunxisse comites.

Jam inter confabulationes illas Apostoli somno opprimebantur. Somnium nobis sæpius reddere solet ea, quæ vigilantes cogitavimus. Oriebatur tempestas cum tonitru conjuncta, fulgurabat. Sonus gravis, fulgura, et hujus generis phænomena, multum valent ad excitandas et exornandas imagines, quæ in somnis nobis obversantur. Somniabant Apostoli de Jesu Messia, et fulgore cœlesti collustrati, eum in somnis splendore cinctum videbant. Petrus, qui somnio vividiori utebatur, somniabat Mosen et Eliam apparere, et cum Jesu colloqui. Evangelistæ autem reliquis Apostolis tribuunt, quod de Petro tantum valebat, qui etiam solus in hanc vocem erumpebat: κύριε, καλόν ἐστιν κ. τ. λ. Matth. v. 4. Marc. v. 5. Luc. v. 33. Fragor cœli Apostolos e somno excitabat. Videbant homines duo (fortassis e numero sectatorum Jesu, qui e vicinia ad eum venerant, sicuti et Nicodemus nocturno tempore ad eum accesserat) cum Jesu colloquentes, qui in eo erant, ut eum relinquerent; videbant Jesum et illos duo fulgore cœlesti collustratos, vid. Luc. ix. 29, 31. Somno nondum penitus discusso, (διαγρηγορήσαντες limitatur verbis: ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ Luc. ix. 32.) spectaculi novitate maximopere perturbabantur, et Johanni atque Jacobo vox faucibus hærebat, ἦσαν ἔκφοβοι, Marc. ix. 6. Petrus vero ita agitatus erat, ut veluti mente captus, et quo esset in loco ignarus, in hanc vocem erumperet: juvat nos hic remanere, domine si placet, tibi, Mosi et Eliæ tabernacula erigamus. (Petrum non in somnis hoc optasse, docere videntur verba μὴ εἰδὼς ὃ λέγει, Luc. ix. 33. οὐ γὰρ ᾔδει τι λαλήσῃ, Marc. ix. 6.) Hanc vero vocem cum emisisset Petrus, repente magno splendore omnes circumfundebantur; nubes lucida, fulgura emittens, Jesum et comites ipsius discedentes (ἐν τῷ ἐκείνους εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην, Luc. ix. 34.) et vero etiam ipsos quoque Apostolos cingebat, νεφέλη ἐπεσκίασεν αὐτούς, Luc. l. c. et ingens cœli fragor audiebatur, quo audito proni in terram cadebant. Hic cœli fragor, ille splendor quo magistrum collustratum viderant discipuli, aperta et perspicua iis declaratio erat, Jesum esse Messiam, vid. ad iii. 17. Quare cum Jesus intelligeret, discipulorum fidem et constantiam hoc spectaculo mirifice esse confirmatam, eorum de re visa opiniones intactas relinquebat, præsertim cum sua ipsius dignitas et auctoritas aliis argumentis niteretur; admonebat autem eos, ne, quæ vidissent, cuiquam enuntiarent, priusquam ipse ab inferis rediisset, Matth. xvii. 9. Marc. ix. 9. iisdem de caussis, quibus vetabat c. xvi. 20. ne cuiquam tunc temporis dicerent ipsum esse Messiam. Si nimirum Apostoli opinione regni terreni a Christo constituendi adhuc fascinati, quæ viderant, enuntiassent, plures iis fidem denegassent, alii vero qui fidem habuissent, turbas et seditiones movere potuissent, arbitrati, jam adesse regni Messiani terreni initia. Quid Jesus per suum in vitam reditum significare vellet, non perspiciebant Apostoli, intelligebant quidem vim formularum, mori, et in vitam redire, sed cur Jesu Messiæ mors subeunda esset, quam sequeretur ipsius resuscitatio a mortuis, hoc quidem tunc temporis non perspiciebant, vid. not. ad xvi. 21. extr. cum vero postea morte magistri et ipsius in vitam reditu, permulta iis antea obscura aut male et perperam intellecta, clara et satis perspicua reddita essent; tunc perspiciebant quoque mortem ipsius atque in vitam reditum idem docere, quod eos docuisset illud in monte spectaculum, cujus testes fuissent. Itaque rem silentio premebant, eamque post Christi demum mortem enarrabant, et tunc fortassis etiam e verbis Christi, quæ leguntur Matth. xvii. 2. et v. 9. extr. quorum recordabantur Apostoli, colligebatur, Eliam et Mosen cum Christo, de ipsius ex hac vita exitu, (hæc enim est vocabuli ἔξοδος significatio Luc. ix. 31.) collocutos esse.

(1.) Sex diebus præterlapsis, μεθ' ἡμέρας ἓξ] Jesus, una cum discipulis suis, Petro, Jacobo et Johanne, auctore Matthæo, montem quendam altum ascendit. Sed Lucas ix. 28. scripsit: ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους (Matth. xvi. 13 sqq.) ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ. Itaque monuerunt interpretes, Matthæum et Marcum numerasse tantum dies, qui intercessissent inter diem, quo Jesus sermones illos habuisset, et inter diem, quo cum discipulis suis in montem illum sese contulisset; Lucam vero hunc diem utrumque reliquis annumerasse. Hac tamen explicatione vix opus videtur, modo cogitaverimus, Lucam non exacte et accurate dies enumerare voluisse, quod vel illa ipsa vocula ὡσεὶ, *circiter*, qua usus est, satis perspicue docet. Quæsiverunt porro interpretes, quinam mons h. l. intelligendus sit? Veteres doctores intellexerunt montem Thabor, quo in tota Galilæa non fuerit altior et

αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. Καὶ μετεμορφώθη ἔμ- 2
προσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος·
τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Καὶ ἰδοὺ, 3
ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, καλόν ἐστιν 4
ἡμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, σοὶ
μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ. Ἔτι αὐτοῦ λα- 5
λοῦντος, ἰδοὺ, νεφέλη [1]φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ,

5. ∾ φωτός.

celebrior, vid. *Korte Reise nach dem gelobten Lande*, B. 2. K. 18. p. 315. *Paulus Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient*, Th. i. p. 143. Th. ii. p. 106. *Warnekros Hebr. Alterthümer* p. 111. Sed quæ c. 16. leguntur, ea evenerunt in vicinia Cæsareæ, vid. xvi. 13. nec aliam regionem aut urbem commemorarunt Evangelistæ, et nullum idoneum argumentum proferri potest, quo demonstretur, montem, in quo ea, quæ hoc in capite exponuntur, evenerunt, non situm fuisse in Cæsareæ vicinia. Sed hoc oppidum in parte Galilææ septentrionali situm erat, mons vero Thabor in parte meridionali. vid. *Büsching Harmonie der vier Evangelisten*, Th. i. p. 53, 54. *Relandi* Palæstina L. i. c. 51. *Haseus* in Sylloge dissertat. p. 132. Itaque intelligi potius debet, suadentibus etiam *Haseo* l. c. et *Lightfooto* in Hor. Hebrr. et Talm. ad Marc. ix. 2. mons *Paneus*, sub quo Cæsarea Philippi jacebat. Neque adeo audiendi sunt ii, qui de monte Sinaï cogitant; situs ille erat in deserto Arabiæ, in quod Jesum se contulisse, nuspiam legitur.

(2. 3.) καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν] *et mutata est facies ipsius præsentibus discipulis.* μορφὴ cum de hominibus usurpatur, os et faciem indicat, sed præpositio μετὰ in compositis, mutationem designat, hinc μεταμορφοῦσθαι de iis dicitur, qui novam formam externam assumunt, quorum os et facies mutatur, unde et Luc. ix. 28. scripsit: τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον ἐγένετο. Formula autem ἔμπροσθεν αὐτῶν, quæ vel exprimi potest, *præsentibus iis*, vel *spectantibus iis*, non potest opponi interpretibus illis, qui Apostolos ea, quæ h. l. exponuntur, in somnis vidisse statuunt, cum hæc ipsa formula adhibeatur quoque de rebus inanimatis v. 24. Act. xviii. 17. καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος] *nempe splenduit facies ipsius solis instar.* καὶ est explicantis, ut sæpius. ὡς ὁ ἥλιος sunt ornantis, indicant splendorem summum, ut xiii. 43. Apoc. i. 16. Hab. iii. 4. καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς] *et vestis ipsius exterior instar solis canduit.* Jesus summo splendore quasi offusus erat. τὰ ἱμάτια] est id. qd. ἱμάτιον, *pallium*, numerus enim pluralis vim habet singularis. vid. xxiv. 18. coll. Marc. xiii. 16. Matth. ix. 21. coll. Marc. v. 27. Etiam interpp. Alexandrini, quoniam pallium amplius, prolixius et splendidius reliquis vestibus esse solebat, scripserunt ἱμάτια iis in locis, ubi singularis בֶּגֶד et מְעִיל legitur Gen. xxxix. 18. Job. i. 20. et ita quoque locuti sunt scriptores exteri. vid. Eurip. Phœn. 337. s. 385. *Casaubonus* Exercitt. p. 437. λευκὰ] id. qd. λαμπρὰ, *candida, splendida.* Hesych. λευκὸν, τὸ λαμπρόν· λευκὰ, φαιδρὰ, λαμπρά. Sed φῶς] est h. l. *sol*, ut Hebr. אוֹר Job. xxxi. 26. ubi οἱ ό. habent ἥλιος. add. xxxvii. 21. Jer. iv. 23. — (3.) ὀπτεσθαι] adhibetur de rebus, quæ in sensus cadunt, de spectaculo rei in facto positæ, et de iis quoque, quæ mente quasi videmus, quæ phantasia ob oculos ponit, ut h. l. Act. ii. 17. μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες] *cum eo colloquentes*, Lucas copiosius ix. 31. ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ, *disseruerunt de morte ipsi Hierosolymis imminente.* De voc. ἔξοδος vid. *Elsnerus*, T. i. p. 219. et *Læsnerus* p. 486.

(4. 5.) ἀποκριθεὶς εἶπε] id. qd. εἶπε Luc. ix. 33. κύριε] *magister;* Luc. l. c. ἐπιστάτα. Marc. ix. 6. ῥαββί. καλόν ἐστιν ὧδε εἶναι] *placet, juvat nos hic remanere.* εἶναι id. qd. μένειν, *manere, commorari*, nam Alexandrini verbum ישׁב non modo vertunt μένειν Gen. xxiv. 55. sed etiam εἶναι Jos. xxiv. 7. Ezech. iii. 15. ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς] *tria figamus tentoria;* etiam Hebr. נטה Alexandrini 1 Par. xv. 1. expresserunt Græco ποιεῖν. Sed σκηνὴ est tentorium e frondibus arborum, qualia Judæi festo tabernaculorum figere solebant. — (5.) ἔτι αὐτοῦ — ἐπεσκίασεν αὐτοὺς] *cum Petrus adhuc loqueretur, circumfudit eos nubes lucida.* Pro νεφέλη φωτεινὴ perpauci codd. cum Ephremo Syro legunt νεφέλη φωτός· quam lectionem *Griesbachius* in textum recepit, cum tamen vulgaris lectio, ut ipse fatetur in Commentar. Crit. ad h. l. numero non solum, sed etiam pondere testium multo altera superior sit. Sed φωτὸς

φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ
6 ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. Καὶ ἀκούσαν-
τες οἱ μαθηταὶ, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν
7 σφόδρα. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν·
8 Ἐγέρθητε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς
9 αὐτῶν, οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον. Καὶ κατα-
βαινόντων αὐτῶν [1]ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς,
λέγων, Μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
10 ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐ-
τοῦ, λέγοντες· Τί οὖν οἱ Γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν

9. ∼ἐκ.

utpote lectionem insolentiorem, difficiliorem, duriorem ac hebraïzantem in textum recepit; eique φωτεινὴ glossema redolere videtur, cum caussa probabilis excogitari non possit, cur quisquam φωτεινὴ mutarit in φωτός. *Paulus* contra monuit, vocabulum φωτεινὴ in N.T. tantum Matth. vi. 22. et loco parallelo Luc. xi. 34, 36. legi, sed perquam frequenter in libris N.T. Genitivum τοῦ φωτὸς aliis nominibus junctum reperiri. Recte. Puto igitur in codd. nonnullis φωτεινὴ deletum fuisse a sciolis, qui vim verbi ἐπεσκίασεν non caperent; ab aliis vero emunctioribus in marg. appositum esse τοῦ φωτὸς fortassis e v. 2. Sed νεφέλη φωτεινὴ est *nubes lucida* (Apoc. xiv. 14. νεφέλη λευκή) *fulgura emittens.* Ejusmodi nubes Hebræis erat symbolum præsentiæ divinæ; et exteris quoque gentibus erat signum præsentiæ deorum. Virg. Æn. ii. 590. *et pura per noctem in luce refulsit;* ubi Servius: in luce, *in nimbo, qui cum numinibus semper est.* v. 839. *aëra dimovit tenebrosum, et dispulit umbras.* Servius: *nam semper deos ambit nimbus.* Jam vero hoc ipsum epitheton φωτεινὴ docet, verbum ἐπισκιάζειν non posse reddi *obumbrare,* sed potius exprimi debere *cingere, circumdare, circumfundere;* et Alexandrini quidem interpp. verbum סָכַךְ, quod proprie respondet verbis σκεπάζειν et περικαλύπτειν, reddiderunt verbo ἐπισκιάζειν Ps. xc. 4. cxxxix. 7. cum obumbrandi notioni insit quoque notio circumfundendi. v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 30. αὐτοὺς refert *Olearius* in Obss. ad h. l. ad discipulos, alii referunt ad Mosen, Eliam et Christum; rectius *Clericus,* ad omnes præsentes. φωνὴ — λέγουσα] *vox e nube delapsa,* (intelligi debet tonitru) *quæ indicabat, declarabat,* vid. not. ad iii. 17. αὐτοῦ ἀκούετε, אֵלָיו תִּשְׁמָעוּן Deut. xviii. 19. Jos. i. 17. est, *fidem ei habete, ejusque præceptis obtemperate.* Hunc ergo in modum tonitru sibi explicabant Apostoli. ἀκούειν, *obtemperare,* Luc. xvi. 29, 31. Joh. v. 24. viii. 47. Act. iii. 22. iv. 19. vid. *Raphelius* in Obss. Herodott. ad h. l.

(6—9.) Tonitru audito, discipuli ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν] *procubuerunt in terram,* nempe timoris pleni, nam diserte additur ἐφοβήθησαν σφόδρα. Accessit vero Jesus ad discipulos, eosque cohortatus est, ut metum omnem deponerent. Surgentes igitur et circumspicientes, jam per tonitru plane excusso somno, neminem præter Jesum videbant; ἐπάραντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, aliis quidem in locis sæpe redundat, coll. LXX. Gen. xxxi. 10. Joh. iv. 35. vi. 5. h. l. tamen idem est quod περιβλεψάμενοι, quo participio usus est Marcus ix. 8. ὅραμα] sæpius adhibetur de *visione,* sive illa vigilanti, sive per quietem alicui contigerit, vid. *Wetstenius* ad h. l. et in versione Alexandrina respondet hoc voc. Hebr. חָזוֹן Dan. viii. 2. et מַרְאָה Gen. xlvi. 2. Hesychius: ὅραμα· θέαμα, ὀπτασία — φαντασία.

(10—13.) Admonuerat Jesus Apostolos, ne ea, quæ vidissent, enuntiarent, μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα v. 9. hujus interdicti caussam cum non plane perspicerent Apostoli, atque opinarentur solenniorem Eliæ apparitionem exspectandam esse, cujus nunc aliqua vidissent quasi præludia: unus ex iis, (quis enim credat, omnes simul quæstionem illam, quæ v. 10. legitur, proposuisse?) haud dubie Petrus, reliquorum nomine Jesum interrogabat: τί οὖν οἱ γραμματεῖς κ. τ. λ.] *cur vero legis doctores Eliam prius venturum esse dicunt?* h. e. attamen doctores Judaici publice docent, Eliam ab inferis rediturum, et Messiæ in regno terreno instituendo opem laturum esse (vid. ad xi. 14.), quidni ergo nosmet ipsi quoque publice profiteri possimus nos Eliam vidisse? num hæc fuit ipsius apparitio? an solennior exspectanda est? Brevis et concisa est Petri interrogatio, ut interrogare solent, qui paulo timidius interrogant, silentium enim ei reliquisque imposuerat Jesus v. 9. πρῶτον] i. e. πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὸν

δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· 11
Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα.
Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε· καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν 12
αὐτόν· ἀλλ᾽ ἐποίησαν ἐν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν· οὕτω καὶ ὁ
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ᾽ αὐτῶν. Τότε συνῆκαν 13
οἱ μαθηταὶ, ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.
Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄν- 14
θρωπος, γονυπετῶν αὐτῷ, Καὶ λέγων· Κύριε, ἐλέησόν μου 15
τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις
γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ. Καὶ 16

14. ∾ αὐτὸν.

Χριστὸν, et e v. 11. subintelligi debet: καὶ ἀποκαθιστάναι πάντα. — (11.) Jesus nullo respectu habito eorum, quæ in monte evenerant, ad Petri interrogationem ita respondet, ut ostendat, talem Eliæ apparitionem, qualem exspectarent Judæi, non esse exspectandam, suum præcursorem fuisse Johannem baptistam, nuper interfectum, virum Eliæ similem. Ἠλίας ἔρχεται h. e. *Elias apparere debet*, nam præcessit δεῖ ἐλθεῖν add. not. ad xii. 36. Per ironiam laudat h. l. Jesus ipsa doctorum Judaicorum verba coll. v. 12. πρῶτον quod et suspectum visum est *Griesbachio* v. Comment. Crit. ad h. l. cum *Gersdorfio* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik der Schriftst. des N. T.* p. 476. e textu ejiciendum puto. Deest in BD. (in L. post ἀποκαταστήσει legitur) Copt. Arm. Arr. Vulg. It. exc. Brix. Chrys. Justin. c. Tryph. p. 269. A. ed. Colon. e versu præcedente vel e Marco insertum videtur. ἀποκαθιστάναι est *restituere, redigere aliquid in pristinum ac meliorem statum.* vid. *Raphelius* ad h. l. *Palairetus* in Bibl. Brem. Nova Cl. 3. p. 222. et *Schleusneri* Lex. h. v. Hesych. ἀποκαταστῆσαι, τελειῶσαι. Respondet Hebr. השיב Mal. iii. 24. quem locum Judæi male interpretabantur de Elia in has terras redituro, et Messiæ, in republica ipsorum in pristinum, imo splendidiorem statum restituenda, opem laturo. — (12.) Opinionem Judæorum perversam corrigens Jesus, addit: Ἠλίας ἤδη ἦλθε] *Elias jam venit,* nempe Johannes baptista, Eliæ similis, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ut legitur Luc. i. 17. καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν] *sed eum repudiarunt.* Sic ידע לא occurrit Exod. v. 2. 1 Sam. ii. 12. Jer. ii. 8. ἐποίησαν ἐν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν] *eum tractarunt pro arbitrio,* omnis generis injuriis eum affecerunt, et interfecerunt. ποιεῖν, ut Hebr. עשה, et bono sensu adhibetur, ita ut sit, *bene tractare, beneficiis aliquem afficere,* Matth. xxv. 40. Prov. iii. 27. Ps. cxxv. 4. et malo sensu, ut notet, *male tractare aliquem,* ut h. l. Gen. xxii. 12. Ps. lvi. 5. al. Formulam insolentiorem ἐποίησαν ἐν αὐτῷ (in nonnull. codd. e Marci ix. 13. simpliciter legitur αὐτῷ) peperit haud dubie usus loquendi Hebræorum, עָשָׂה cum ב conjungentium; etiam Alexandrini interpp. עָשׂוּ לָהֶם reddiderunt καὶ ἐποίησαν ἐν αὐτοῖς.

(14. 15.) Cum Jesus retulisset sese ad reliquos discipulos, ad quos magna Judæorum multitudo interim confluxerat, *accidit aliquis ad Jesu genua,* more supplicum, γονυπετῶν αὐτῷ] pro quo Luc. v. 8. habet: προσέπεσεν τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ· Sed pro αὐτῷ cum plurimis codd. legendum est αὐτὸν, quam lectionem recte *Bengelius* et *Griesbachius* in textum receperunt. Construitur enim hoc verbum cum Accusativo etiam Marc. i. 40. x. 17. ut cum ἔμπροσθεν Matth. xxvii. 29. librariorum igitur incuriæ, cum præcesserit αὐτῷ, vulgaris lectio originem suam debere videtur. Suidas: γονυπετῆσαι· αἰτιατικῇ, προσκυνῆσαι. — (15.) σεληνιάζεται] *morbo comitiali laborat,* vid. ad iv. 24. Ex ipsa morbi descriptione patet, hominem illum fuisse epilepticum, quæcunque caussa epilepsiæ fuerit. coll. Marc. ix. 18. Luc. ix. 39. Patris æque ac filii animo inhærebat opinio, genium malum esse morbi auctorem, vid. ix. 32. et Jesus huic eorum opinioni convenienter loquebatur, cf. v. 18. Marc. ix. 25. ubi per πνεῦμα ἄλαλον καὶ κωφὸν intelligitur genius malus, qui puerum, ut putabant, mutum et surdum reddebat. Epileptici autem, tempore paroxysmi, de statu mentis dejecti, nec audiunt, nec articulate loqui possunt, sed inarticulatos clamores edere solent, unde et Luc. ix. 39. legitur κράζει. Verba κακῶς πάσχει] *pessime affligitur,* explicantur: πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ κ. τ. λ.] *sæpe in ignem, sæpe in aquam conjicitur.* Cœlius Aurelian. de morbis chron. i. 4. *alii* (epileptici) *publicis in locis cadendo fœdantur, adjunctis etiam externis periculis, loci caussa præcipites dati, aut in flumina vel mare*

προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν
17 αὐτὸν θεραπεῦσαι. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν· Ὦ γε-
νεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν;
18 ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. Καὶ ἐπετί-
μησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον·
19 καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. Τότε προσελ-
θόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν, εἶπον· Διατί ἡμεῖς
20 οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς·
Διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν· ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε
πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ· Μετάβηθι
ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν.

*cadentes.* add. Celsus de Medicina iii. 23. Marci ix. 18. additur: *ubicunque eum arripuit* (genius malus), *in terram dejicitur, ut spumet et dentibus stridat.* Quæ sunt perspicua epilepsiæ symptomata. Cæterum pro κακῶς πάσχει in libris nonnull. legitur κακῶς ἔχει, et ἐνίοτε, loco posterioris πολλάκις, quæ tamen lectiones Grammaticis suam originem debent.

(16. 17.) καὶ προσήνεγκα—θεραπεῦσαι] *adduxi eum ad tuos discipulos, qui tamen eum sanare non potuerunt.* *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. monuit: sermones legisperitorum, quibus præsentibus ægrotus ad Christi discipulos adductus esset, vid. Marc. ix. 14. dubitationes ab illis motas, an pueri valetudo restitui possit, narrationes de morbo ipsius horrifico atque gravissimo, perturbasse Apostolos, ita, ut animum abjicerent, et cum conspicarentur insolitam morbi ferociam, ex diffidentia vererentur, ut sanationi pares esse possent; cum vero eos deficeret persuasio firmissima, se nomine Jesu Messiæ (Act. xvi. 18.) ejusque auxilio et ope adjutos, hunc genium malum expellere posse, atque adeo eos etiam deficeret loquendi παῤῥησία, et agendi libertas: eos ipsos neque patris neque filii mentem concutere, in eorumque animis fiduciam excitare et alere potuisse. —(17.) ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη] quæritur, quosnam his verbis spectaverit Christus? *Grotius* opinatur, in patrem ejusque amicos, coll. Marc. ix. 22., hæc dicta esse, ita tamen, ut ex eorum exemplo commune Judaicæ gentis vitium accusaretur. Alii patrem et legisperitos, alii discipulos his verbis Jesum notasse, statuunt. Equidem assentior *Kypkio, Paulo,* aliis, qui arbitrantur Jesum vituperasse ἀπιστίαν patris, legisperitorum, discipulorum et reliquæ turbæ præsentis. γενεὰ ἄπιστος, *homines leves,* quibus deest fiducia, animi fortitudo et constantia. διεστραμμένη, *homines perversi,* qui prava et mala, non bona et recta sequuntur, דּוֹר פְּתַלְתֹּל Deut. xxxii. 5. ubi οἱ ό. habent: γενεὰ διεστραμμένη· vid. *Kypkius* ad h. l. ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν] *quousque tandem* (עד מתי Jer. iv. 14, 21.) *mihi vobiscum degendum erit?* ut spem et fiduciam in Deo, et me Messia reponatis, ac vobis ipsis fidatis, ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;] *quousque vos,* mores vestros pravos *perferam?* ἀνέχεσθαί τινα, patienter ferre alicujus contumaciam et pertinaciam, Hebr. סָבַל Ies. xlvi. 4. נְשׂא Ies. i. 14. οὐκ ἀνέχεσθαι ita quoque legitur 2 Macc. ix. 12. φέρετε pro προσφέρετε, Luc. ix. 41. habet: προσαγάγετε.

(18—20.) Accedebat morbi impetus, ex animi commotione vehementiori ortus, simulac puer ad Jesum adductus esset, eumque vidisset, coll. Marc. ix. 20. Jesus vero ἐπετίμησεν αὐτῷ] Marc. v. 25. legitur ἐπετίμησε τῷ πνεύματι ἀκαθάρτῳ, add. Luc. ix. 42. qui loci docent αὐτῷ non pertinere ad hominem ægrotum, sed ad genium malum, adeoque ἐπετίμησεν αὐτῷ esse, *coërcuit, infregit potestatem genii mali,* i. alta voce jussit eum exire, nam sequitur, καὶ ἐξῆλθεν τὸ δαιμόνιον. —(19.) Postquam Jesus cum discipulis secesserat in domum nescio quam, vid. Marc. ix. 28. interrogabant eum privatim, κατ' ἰδίαν, cur non ipsi puerum illum sanare potuissent? et Jesus v. 20. ostendebat in caussa fuisse ipsorum ἀπιστίαν h.e. animi levitatem, fiduciæque gravis et plenæ defectum. Pro ἀπιστίαν in aliis libris legitur ὀλιγοπιστίαν, quod vocabulum a Grammaticis, emolliendæ durioris sententiæ caussa margini adscriptum, in ordinem a librariis translatum est. Cum videret Jesus, voce paulo duriori ἀπιστία offendi discipulos, eam defendens addebat: ἐὰν ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως] *si haberetis fidem ut granum sinapis,* si vel tantillum fiduciæ gravis ac plenæ in vobis situm esset. Per πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως *Möllerus* in

Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ 21
νηστείᾳ.
Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς 22
ὁ Ἰησοῦς· Μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς
χεῖρας ἀνθρώπων· Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ 23
ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.
Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ 24

*neuen Ansichten schwieriger Stellen a. d. vier Evangelisten*, p. 109 ss. cum aliis (v. *die heil. Schrift des A. u. N. T. aus d. auserlesensten Anmerkk. Englisch. Schriftstell., a. d. Holländ. übersetzt von Brucker*, Th. xii. p. 559.) intelligit fiduciam quæ incrementa capit sicuti granum sinapis. Sed πίστις ὡς κ. σ. opponitur discipulorum ἀπιστίᾳ, et Orientales comparare solebant etiam rem quamvis parvam et exiguam cum grano sinapis, ita, ut non cogitarent de incrementis quæ illa captura esset. vid. Coran. Sur. 31. v. 12. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 822. *Bruckerus* l. l. et not. ad xiii. 31. cf. etiam Matth. xxi. 21. ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ—μεταβήσεται] *hic mons a vobis discedere jussus, discederet*: sunt locutiones hyperbolicæ et proverbiales, neque adeo singula nimis premenda, explicantur verbis οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν] atque mens Christi omnino hæc est: si Deo et mihi confiditis, et vero etiam vobismet ipsis fiditis, res cummaxime arduas, religionis meæ promovendæ caussa susceptas, perficere poteritis. cf. Ies. liv. 10. Zach. iv. 7. *Lightfootus* Hor. Hebrr. ad Matth. xxi. 21. et *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1653. τῷ ὄρει τούτῳ· vicinum montem, in quo Jesus cum tribus Apostolis illis noctem transegerat, vid. xvii. 1, 9, 14. digito exserto iis præmonstrabat. ἐκεῖ id. qd. ἐκεῖσε, *illuc*, vid. ad ii. 22.

(21.) τοῦτο τὸ γένος] scl. τῶν δαιμονίων· vid. *Münthius* ad h. l. etenim ad genios malos hæc verba referenda esse, docet locus Marci ix. 29. et ipsum verbum ἐκπορεύεται h. l. atque ἐξέρχεσθαι Marc. l. l. quæ verba alias de geniis malis adhibentur. Secutus autem est etiam h. l. Jesus Judæorum loquendi consuetudinem, atque adeo sensus verborum ita constitui debet: hoc genus morborum aliter non potest curari. προσευχὴ καὶ νηστεία] notat omnino *preces ardentissimas*, ut 1 Cor. vii. 5. Act. xiv. 23. ubi προσεύχεσθαι μετὰ νηστειῶν, est *precari ardentissime, preces ad Deum facere ardentissimas*, quales esse solent jejunantium, vid. *Grotius* et *Bosius* ad h. l. quia Judæi ardorem et fervorem precum, jejuniis adjuvare et adaugere studebant. Cum vero precibus ardentibus excitetur et confirmetur fiducia in Deo reponenda, mens hujus versus ita exprimenda est: ut hujus generis morbos graves ac desperatos sanare possitis, vobis opus est fiducia Dei, animi vigore et constantia: hæc vero fiducia, hic animi vigor, hæc constantia, excitatur et alitur, atque augetur precibus ardentissimis. ἐν, ut Hebr. בְּ, est *ope, auxilio*. Cæterum hunc versum, qui in nonnull. codd. deest, e Marc. ix. 29. huc venisse putabat *Millius*, sed tuetur eum auctoritas plurimorum et optimorum codd. nec ibi legitur οὐκ ἐκπορεύεται, sed ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, vid. *Whitby* examen varr. lectt. Millii p. 152. et *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l.

(22. 23.) Sanatio ægroti illius in admirationem summam rapuerat testes et spectatores omnes, vid. Luc. ix. 43. Hic populi favor et plausus facile eo redigere poterat Apostolos, ut plane obliviscerentur eorum, quæ Christus iis de imminentibus sibi periculis et morte prædixerat. vid. xvi. 21. xvii. 12. Jesus igitur cum discipulis relicta Cæsarea Philippi iter per Galilæam faciens, (quo in itinere, ut discipulos suos absque impedimento et interpellatione privatim instruere posset, palam versari nolebat, vid. Marc. ix. 30.) eos admonebat, ne crederent auræ populari, et iterabat prædictionem instantis mortis atque resurrectionis suæ, neque tamen tunc hanc ipsius prædictionem conciliare poterant cum somniis, quibus se de regno Christi terreno lactabant, tristes Jesum dicentem audiebant nec eum accuratius interrogare audebant, metuentes tarditatis et segnitiei reprehensionem, quam jam aliquoties subierant. De verbis singulis vid. ad xvi. 21.

(24.) Cum Jesus et discipuli Capharnaumum essent ingressi: προσῆλθον—τῷ Πέτρῳ] *adibant Petrum didrachmorum exactores*. δίδραχμον scl. νόμισμα, *nummus argenteus, duas drachmas Atticas* s. *dimidium sicli Judæorum*, i. quartam partem imperialis *continens*, Joseph. Ant. iii. 8. 2. ὁ δὲ σίκλος, νόμισμα Ἑβραίων ὢν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. *Stater argenteus*, στατὴρ, valebat quatuor drachmas Atticas, sive denarios Romanos, eodemque pondere erat cum siclo Judæorum. Respondet autem δίδραχμον, Hebr. בֶּקַע, quod Exod. xxxviii. 26. explicatur מַחֲצִית

δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· Ὁ διδάσκα-
25 λος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; Λέγει· Ναί. Καὶ ὅτε
εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, λέγων·
Τί σοι δοκεῖ, Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμ-
βάνουσι τέλη, ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν
26 ἀλλοτρίων; Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· Ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων·

הַשֶּׁקֶל, *dimidium sicli*, ubi Aquila habet δίδραχμον. Quando igitur Alexandrini vocabulum שֶׁקֶל per δίδραχμον exprimunt, ut Gen. xxiii. 15, 16. Jos. vii. 21. tenendum est, eos civitatis suæ mores et instituta secutos esse, *duæ* enim *drachmæ Alexandrinæ* conficiebant unum siclum. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 74. et 554. atque *Schleusneri* Lex. s. v. δίδραχμον. De quonam autem tributo h. l. sermo sit, dissentiunt inter se interpretes. Maxime tamen probabilis est eorum sententia, qui de pecunia templo pendenda et viritim imperata, h. l. sermonem esse statuunt. Judæi enim quotannis, inde ab ætatis anno vicesimo, solvere *dimidium siclum* ad tuendum templum, et comparandum sacrorum apparatum, debebant, vid. Exod. xx. 13. *Michaëlis Mos. Recht*, Th. iii. p. 213 sqq. *Wetstenius* ad h. l. quæ pecunia inde a die xv mensis Adar (Febr.) exigebatur, docentibus Rabbinis. Tractat. Talmud. Schekalim: xv *Adar ubique sederunt nummularii extra Hierosolymam, et placide a quovis semisiclum expetierunt—nec tamen vi adegerunt, qui tunc nondum obtulerat. A die* xxv *vero, cum in urbe sancta sedissent, tamdiu quemvis urgebant, donec tradidisset, et si longas moras nexisset, nec dedisset, in pignus vel veste retenta oppignerabant*. Alii contra cogitant de censu, qui in capita pendi debebat Herodi Galilææ tetrarchæ, alii de tributo Cæsari, Tiberio, pendendo; alii denique primam et secundam sententiam conjungunt, ita, ut exactores ad Petrum accessisse dicantur, non tantum pecuniæ templo dandæ, sed et tributi Cæsari solvendi caussa, vid. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. quæ tamen ultima sententia levissimis argumentis nititur, v. c. positum esse Pluralem τὰ δίδραχμα, non unum exactorem, sed plures adiisse Petrum. Præterea exactores Romani aut Herodis, acerbius haud dubie exegissent tributum Cæsari vel Herodi solvendum, neque probari potest, fuisse illo tempore a Romanis aut Herode vectigal in singula capita impositum, idque δίδραχμον· obstat denique etiam sententiæ eorum, qui de tributo Cæsari aut Herodi pendendo cogitant, quæstio a Jesu Petro proposita, quomodo enim Jesus se nominare potuisset Cæsaris aut Herodis filium? ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα;] Petrum, extra domum exactoribus illis obviam factum, unus ex iis, (vid. ad xv. 15.) dum Jesus et reliqui domum intrarent, his verbis alloquebantur: *nonne magister vester pendit didrachma?* vel ut alii vertunt: *magister vester solet didrachma solvere;* ut interrogatio sit affirmantis. Urbane a Petro et Jesu (coll. v. 27. extr.) Capharnaumi degentibus, tributum homo ille expetebat; hinc conjecerunt interpp. nonnulli, doctores Judaicos immunes fuisse a pecunia illa templo pendenda, sed plerosque pietate ductos sponte eam solvisse. Conjectura haud plane improbabilis, argumentis tamen certis idoneisque destituta. τελεῖν est Hebr. טלשים, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. et *Palaireti* Obss. p. 370.

(25 sq.) Petrus sat gnarus morum magistri, vid. xxii. 21. affirmabat, magistrum tributum esse daturum. Jesus, qui domum ingrediens, exactoris appellationem audiverat, προέφθασεν αὐτὸν λέγων] *occupavit Petrum interrogare*, i. Petrum interrogavit prius, quam hic eum de appellatione exactoris certiorem reddere posset. προφθάνειν, quod idem est ac προλαμβάνειν, vid. schol. ad Aristoph. Plut. 1103. ut 1 Macc. x. 4, 23. respondet Hebr. קוּם Ps. xvii. 13. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς] ex Hebraismo pro simplici οἱ βασιλεῖς, *reges*, ut Apoc. xviii. 3. Marc. ix. 3. Ps. cxlviii. 11. al. τέλη] sunt *vectigalia*, portorium, scripturæ, decimæ. κῆνσος] *tributum capitulare*. Hesych. κῆνσος· ἐπικεφάλαιον, vid. ad xxii. 17. *Fischerus* Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 28. Sed τέλη et κῆνσος h. l. in sententia generaliori posita sunt pro tributis quibusvis. ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων;] *a filiis an ab alienis?* per υἱοὺς non sunt intelligendi, ut nonnulli voluerunt, *subditi, cives*, nulla enim idonea ratio afferri potest, quæ nos a propria vocabuli significatione recedere jubeat, sed sunt *filii, familia regis*, atque adeo ἀλλότριοι sunt *alieni*, qui non pertinent ad familiam regis, *cives*. Ita quoque vocabulum ἀλλότριος extat Sir. xl. 29. Joseph. Ant. vii. 15. 9. respondet Hebr. אֲחֵרִים, quod hoc ipso nomine Græco Alexandrini expresserunt Ps. xlix. 11. Cum Petrus v. 26. ad hanc quæstionem respondisset ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, *ab alienis, a civibus tributa accipiunt:*

Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. Ἵνα 27
δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν,
βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ

Jesus ἄραγε, inquibat, ἐλεύθεροί εἰσι οἱ υἱοὶ] *itaque immunes sunt filii* h. e. itaque ego, Messias, a tributo, templo et patri meo pendendo, immunis sum, vid. not. ad xii. 4. xxi. 12. usus est Jesus Plurali numero, non dixit υἱὸς, quoniam sententia generalior proposita est, atque Pluralis præcesserat. Similis locus Luc. xvi. 9. ubi per φίλους significatur Deus. Jesum autem de se, non de Petro simul loqui, etiam exinde patet, quod tributi exactor, cujus appellationem audiverat Jesus, pro urbanitate sua non Petrum, quocum loquebatur, qui etiam nondum tributum solverat, sed Jesum nominaverat.

(27.) ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς] *ne vero eos* np. exactores aliosque Judæos, me non pro Messia habentes, offendamus; ne dicere possint a me templum contemni, ne calumniandi caussam et occasionem iis suppeditemus. πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν] *perge ad lacum Tiberiadis.* βάλε ἄγκιστρον] *mitte hamum.* ἄγκιστρον, Hebr. חַח Ezech. xxxii. 3. חַכָּה Hab. i. 15. καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον] *et primum piscem, qui ad hamum decucurrit, trahe in litus.* καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα] *et aperto ipsius ore reperies statera.* στατὴρ, vid. ad v. 24. De unionibus in piscium ventriculis repertis exempla attulit *Wetstenius* ad h. l. Verba ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, serius in textum venisse, et adscripta fuisse ab eo, qui cum verbum εὑρίσκειν proprio significatu, *invenire*, acciperet, locum notare voluisset, ubi stater esset repertus, conjecit *Justi* in *Erfurter Nachrichten von gelehrten Sachen*, St. 4. 1798. quæ tamen conjectura nullis idoneis argumentis potest defendi. Aliam viam, ut miraculum ab hoc loco removerent, ingressi sunt Anonymus in *Rathless Theologen* 1755. *Leimerus* in illustratione loci Matth. xvii. 27. Friedrichsst. 1794. et *Paulus* im *Neuen theolog. Journal* 1795. monuerunt nimirum, esse h. l. sermonem de pisce magno, vel piscibus pluribus a Petro captis ac venditis, pro quibus accepisset statera. Contra hanc explicationem loci disseruit *Storrius* in *Flatt Magazin für christl. Dogmat. u. Moral*, St. ii. p. 66 sqq. 1797. *Storrii* objectiones removere, sententiamque suam accuratius comprobare studuit *Paulus* in *Krit. Kommentar*, ad h. l. Argumenta præcipua in utramque partem prolata, pro consilii ratione, breviter strictimque recensuisse sufficiat.

(1.) πρῶτον esse potest vel Adverbium vel Accusativus, et ἰχθὺς ut Collectivum accipi potest. *Paulus.* Vulgaris usus τοῦ πρῶτον, sive sit Adverbium sive Accusativus, nos eo deducit, ut de uno pisce, quo capto, plures capi possint, cogitemus; si de venditione piscis h. l. sermo esset, atque verba πρῶτον ἰχθὺν cum *Paulo* interpretari vellemus: *primum quemque piscem*, np. ita comparatum, ut pro statere vendi possit, vel *primos quosque pisces*, additio vocis πρῶτον plane supervacanea foret. *Storr.* p. 77. 2) ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, est: *solve eum ab hamo. Paulus.* Desunt exempla, quibus demonstretur, ἀνοίγειν τὸ στόμα significare posse: *piscem solvere ab hamo;* et verba ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ hoc modo exposita superflua forent; quodsi vero usum loquendi sequimur, atque ea interpretamur, *aperi os illius:* facile intelligimus, ea addita esse, ut designaretur locus, ubi στατὴρ reperiendus esset. *Storr.* Non adeo superflua sunt, ut participium λαβὼν quod sequitur, Jesus diligentius et graphice piscationem ipsam describit, piscis qui non statim de hamo solvitur, brevi moritur. *Paulus.* At enimvero ejusmodi admonitio, homini piscaturam exercenti data, valde superflua videtur; commemorasset præterea Jesus quæ non ad summam rei pertinerent, omisisset vero, quod ante omnia monendum fuisset, nempe piscem esse vendendum. Participium autem λαβὼν, ut tritum est, centies ex Hebraismo redundat, ut verbum לקח 1 Regg. xvii. 23. Jer. xxxviii. 6. al. *Storr.* et (*Möllerus*) in *Kritik des Kommentars von Paulus*, p. 110. 3) εὑρίσκειν notat: *accipere, auferre, parare,* ut Xenoph. Œcon. xx. 26. Theophr. Char. xv. 1. vid. *Fischeri* Ind. Theophr. h. v. *Leimerus. Paulus.* εὑρίσκειν prop. notat *invenire, reperire,* ut Hebr. מצא, et quæ de piscis ore aperiendo dicuntur, non nisi de statere in ore piscis reperiundo cogitare nos jubent. *Storr.* Apud εὑρήσεις subintelligendum est ἐν αὐτῷ, hoc referri quidem potest ad στόμα, atque reddi, *in eo*, sed æque recte pertinere potest ad ἰχθὺν, ita ut sit *pro eo, loco piscis. Paulus.* Ad remotius ἰχθὺν per leges linguæ referri nequit; rarior est etiam usus præpositionis ἐν pro ἀντί. 4) Si omnia accuratius exponuntur, etiam ea, quæ per se intelliguntur, non debent ea omitti, quæ unice faciunt ad narrationem propositam recte intelligendam. Quodsi ergo verbum εὑρήσεις significaret, *auferes, tibi parabis;* necessario scribi debuisset: καὶ πωλῶν αὐτὸν εὑρήσεις στατῆρα, *vendens piscem statera tibi parabis.* Sed cum in omni narratione nil de piscis venditione monitum sit, nulla idonea

ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν, δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.

## ΚΕΦ. ιη'.

'Εν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες·

afferri ratio potest, ob quam interpreti ab usitata et propria verbi εὑρίσκειν significatione recedendum sit. *Storr.* Per se intelligebatur, piscem esse vendendum, et si Petrus male ac perperam intellexisset verba Christi, quod non probabile est, atque exspectasset in ore piscis statera, brevi errorem suum agnovisset, se ipsum derisisset, et piscem vendidisset. *Paulus.* Satis ambigue Christus locutus esset, si verbis ipsius ille sensus substitui posset, quem iis *Leisnerus* atque *Paulus* substituunt, et Petrum, tot mirabilium Christi factorum testem et spectatorem, iis facile eo deduci potuisse, imo deductum esse, ut crederet, se in ore piscis statera reperturum esse, non improbabile, sed cummaxime probabile, imo certissimum est. Num Christum, qui antea (v. 25.) professus erat, se esse Messiam, decebat, si de piscis venditione cogitasset, verbis ambiguis falsam in animo Petri spem et exspectationem excitare? nonne potius, si voluisset ut piscis venderetur, addidisset πωλῶν, aut saltem simpliciter dixisset ἆρον καὶ εὑρήσεις στατῆρα; *Storr.* p. 71. et (*Möllerus*) *Kritik* etc. p. 112. 5) Miraculum quatuor drachmarum comparandarum caussa susceptum, superfluum fuisset, et a Christi dignitate ac sentiendi ratione alienum, cum Capharnaumi facile hanc pecuniæ summam ab amicis et sectatoribus suis accipere potuisset. *Paulus.* Miraculum h. l. commemoratum, a Christo non quatuor drachmarum caussa editum est, quam potius ut Petro, cui antea dixisset: se Dei filium, Messiam esse, sed ne Judæos irritaret, tributum solvere velle, novum dignitatis suæ documentum daret. *Storr.* 6) Si Petrus modo tam mirifico statera abstulisset, id haud dubie in fine narrationis scriptor notasset, saltem Petri admirationem commemorasset. *Paulus.* Sed e scriptoris silentio nihil probari potest, etiam v. 18. non commemoravit scriptor noster, Petrum, reliquosque discipulos et spectatores sanationem epileptici esse miratos, quod tamen Lucas refert ix. 43. add. viii. 14. coll. Luc. iv. 38. *Storr.* Omnino fatendum est, verba textus, inprimis verba ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, non admittere interpretationem a *Leisnero* et *Paulo* propositam, sed narrationem ipsam ita comparatam esse, ut appareat scriptorem miraculum enarrare voluisse; et recte monuerunt Auctor libri *Kritik des Kommentars von Paulus* p. 112. et *Kaulfussius* in Judicio Critico p. 45. " Non est scriptoris verbis vis inserenda, neque ea torquenda sunt, si aliter rem sibi cogitavit atque exposuit, quam nos putamus eam evenisse, et proponi debuisse. In historia quidem res difficiles explicari possunt ex iis quæ narrantur, sed in libris, ut sunt Evangelia, miraculum exponere velle, de quo sæpissime nil nisi ipsum factum narratur, interpretis non est. Excogitantur enim, finguntur, quæ non adsunt, inde ingenii oriuntur experimenta, quæ nullum veri habent fundamentum, nam explicationes illæ contra ea dicunt, quæ auctores enarrare voluerunt, cum sæpissime ne levissima quidem conjectura e textu significet, rem ita factam esse, ut interpretum recentiorum plures volunt. add. *Beckii* Observationes critico-exegeticæ, Lips. 1795. p. 16.

Aliam loci interpretationem, quæ tamen etiam non magnopere a probabilitate mihi sese commendare videtur, proposuit (*Möllerus*) in libro *Kritik* etc. p. 113 sqq. Herodes, inquit, nomine διδράχμου, tributum certo tempore solvendum imposuerat exteris, Judæis æque ac gentilibus, qui non in Galilæa sedem fixam habebant, sed in hac regione variis de caussis, inprimis mercaturæ exercendæ caussa, commorabantur, (sed vid. not. ad v. 24.). Exactores sub vario prætextu Jesum in numerum exterorum referre studebant; parentes quidem ipsius Galilæi erant, Nazarethæ habitabant; sed Jesus sæpius itinera extra Galilæam suscipiebat, nec ibi domicilium habebat. (At Petrus Capharnaumi domicilium habebat, et ipse Jesus, vid. iv. 13. ix. 1.) Neque tamen sine ambagibus exactores illi tributum expetebant. Adibant Petrum, eumque interrogabant: an magister tributum solveret? Petrus, ne eos irritaret, sine mora affirmabat. Jesus vero Petri incogitantiam graviter his verbis reprehendebat: quare a me, atque adeo a te tributum datum iri promisisti? hoc tributum solvendum est ab exteris (ἀλλοτρίοις), non an civibus (υἱοῖς τῶν βασιλέων). At vid. not. ad v. 25. Quo acrius vero Petrum pungeret, qui ipse pauper, piscatu vivens, tributum pendere promisisset, ironia utens adjiciebat Jesus hæc: i, quæso, ne offendas exactores, mitte hamum, piscis primi cujusque os aperi, et reperies statera, quem promisisti.

## CAP. XVIII.

(1.) Loci paralleli sunt Marc. ix. 33 sqq. Luc. ix. 46 sqq. In via Capharnaumum

Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; Καὶ 2
προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ
αὐτῶν, Καὶ εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, 3
καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασι-
λείαν τῶν οὐρανῶν. Ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παι- 4
δίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρα-
νῶν. Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί 5

ducente, Jesu discipuli, qui præconceptam opinionem fovebant, exspectandum esse regnum Messianum terrenum, et Jesum hujus regni conditorem fore, externis honoribus inhiantes, inter se disputarant, quisnam reliquorum omnium princeps tunc futurus esset? Disputatio illa inde fortassis orta erat, quod Jesus Petro, Johanni, atque Jacobo, vid. Matth. xvi. 18. xvii. 1. inprimis favere videbatur. Jesus igitur, qui altercationem discipulorum audiverat tacitus, cum Capharnaumum venissent, ut Petro, vid. xix. 27. Johanni et Jacobo, vid. Marc. x. 35. non minus quam discipulis reliquis modestiam commendaret, eosque a superbia avocaret, postquam Petrus a piscatu redierat, discipulos interrogabat: quanam de re in via disputassent? Primo quidem pudore tacti tacebant, deinde vero, cum probe intelligerent, magistrum non ignorare disputationis argumentum, profitebantur, ut Matthæus refert, se de præcipuo honore in regno Messiano olim exspectando contendisse. ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ] *illo ipso die* vel *tempore.* ὥρα enim est id. qd. καιρὸς, vid. xi. 25. coll. Luc. x. 21. et ἡμέρα xiv. 15. coll. Luc. ix. 12. atque id ipsum vocabulum ἡμέρα h.l. in libris nonnullis extat, et Origenes in codd. se reperisse testatur, v. *Griesbachii* Comment. Crit. ad h. l. videtur tamen hæc lectio glossema redolere. μείζων ἐστὶ] *maximus erit*, reliquorum princeps, primus dignitate, auctoritate, potestate, in illo regno. In textu Hebraico h.l., ut scite observavit *Boltenius*, legebatur רב h.e. princeps, qui primas partes post regem tenet, vid. Gen. xlii. 30, 33. xlv. 9. Vocabulum autem רב in lingua Chald. et Syr. idem valet quod גדול, hinc h. l. μείζων id. qd. μέγιστος h. e. πρῶτος, vid. Marc. ix. 35. præcipuus, primus post regem. Comparativi autem sæpius vim obtinent Superlativorum, ut 1 Cor. xv. 19. al. v. ad xiii. 31. Denique ἐστὶ positum est pro ἔσται, erit.

(2—4.) Jesus, qui, quo fortius cohortationes et admonitiones ipsius ferirent auditorum animos, Orientis populorum more, haud raro, ut verbis *Wetstenii* utar, per imagines corporeas, visui subjectas, doctrinam suam repræsentabat, προσκαλεσάμενος παιδίον] *venire ad se jussit puerulum;* παιδίον significat puerulum, qui fari et ambulare posset. παιδίον respondet Hebr. נער, quod infantem, puerum adultiorem, etiam ministrum significat. Hinc *Boltenius* h. l. puerum, i. ministrum, sectatorem Jesu, ei ministrantem intelligit, sine ulla tamen idonea ratione; neque huic interpretationi contextus favet, v. 3. ὡς τὰ παιδία· add. v. 5. neque eam commendant loci similes Marc. x. 13. Luc. xviii. 16. ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν] *collocavit eum in medio Apostolorum*, i. e. omnino, inter eos, ut Hebr. בְּקִרְבָּם, et בְּתוֹכָם coll. Luc. ix. 47.—(3.) Mentem suam Jesus explicabat additis verbis his: ἀμὴν λέγω ὑμῖν, — ἐὰν — ὡς τὰ παιδία] *mihi credite, nisi, mutatis animi sensibus, puerorum sensum indueritis.* Verbum στρέφειν, quod in vers. Alexandrina respondet Hebr. הָפַךְ, *convertit, emendavit, mutavit*, Ex. vii. 15. Jer. xxxi. 13. add. 1 Macc. i. 41, 42. Sir. vi. 30. h. l. non animi emendationem in universum declarat, sed cum additum sit, γένησθε ὡς τὰ παιδία, et v. 4. legatur, ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτόν· patet, indicari animi emendationem hanc, ut omnem fastum, superbiam, aliosque præcedendi levitatem abjicias, et puerorum more, modestiæ sis studiosus. οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν] *non poteritis esse regni Messiani cives*, e numero sectatorum meorum esse, et præmiorum commodorumque, quibus hi ornantur, participes. —(4.) ὅστις οὖν ταπεινώσῃ — τοῦτο] *qui ita modestiæ studiosus est, ut hic puerulus;* ταπεινοῦν ἑαυτὸν est, modestum, ab omni fastu et superbia remotum esse, tolerare potius aliorum contemptum, non affectare honores vanos et perituros, nec alios contemnere et despicere; etiam alias ταπεινοὶ sunt *modesti*, et opponuntur τοῖς ὑπερηφάνοις 1 Petr. v. 5. Jac. iv. 6. οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ β. τῶν οὐρ.] *is erit maximus in regno meo*, erit discipulus meus hoc nomine dignissimus, et utpote talis, præmia uberrima et maxima consequetur. ἐστὶ pro ἔσται ut v. 1. add. xiii. 34. coll. Luc. xi. 49.

(5.) Hujus igitur modestiæ non modo ipsi studiosi sitis, sed et eos amate atque diligite, qui modesti, ab omni fastu atque superbia alieni sunt. καὶ ὃς ἐὰν — δέξηται]

6 μου, ἐμὲ δέχεται. Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν
τούτων, τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρε-

quibus in verbis παιδίον τοιοῦτον ἓν, ut vel v. 4. docet, significat hominem aliquem, tali animo præditum, quali est ejusmodi puerulus, modestum. Luc. ix. 48. extat quidem τοῦτο τὸ παιδίον, sed τοῦτο frequenter poni pro τοιοῦτο tralatitium est, vid. Marc. iv. 16. 2 Joh. vii. etiam Marc. ix. 37. habet ἓν τῶν τοιούτων παιδίων. εἷς, Hebr. אחד, *aliquis*, vid. viii. 19. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου] *meo nomine* i. propter me, quoniam est meus discipulus hoc nomine dignus, nam Marc. ix. 41. ἐν τῷ ὀνόματί μου explicatur ὅτι Χριστοῦ ἐστι. Hebræi eodem modo utuntur formula עַל שְׁמִי, *propter meum nomen* i. propter me, et ἐν ὀνόματι Marc. l. c. est id. qd. ἐπὶ ὀνόματι nam et Hebræi dicere solent בְּשֵׁם, v. *Vorstius* de Hebraism. p. 740. Verbum δέχεσθαι autem positum est h. l. latiori sensu, ita ut sit, beneficiis ornare, honorare, non contemnere, benigne et comiter tractare, ut Act. xxi. 17. add. Marc. ix. 37. coll. 41. ἐμὲ δέχεται] *me ipsum his beneficiis ornat, meipsum colit*, eum ita amabo et remunerabor, ac si me ipsum adeo benevole tractasset. *Paulus* et *Thiessius* in *Krit. Komment.* ad h. l. παιδίον τοιοῦτον proprie, non translate accipiunt, et puerum (parentibus orbum, *Paulus*), intelligunt. *Thiessius* sensum verborum ita constituit: qui puerum ejusmodi excipit, ejus curam habet, quoniam puer ille, me Messiam (ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου) esse, facile et confidenter credit, atque eum christianum reddit, is ἐμὲ δέχεται. *Paulo* præeunte, sensus est: qui talis pueri curam habet, quoniam Messias nominor et sum, atque hoc volo et jubeo (ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου), is ἐμὲ δέχεται. Etiam per μικροὺς v. seq. liberos, natu minores *Paulus* et *Thiessius* intelligunt. Sed μικροὶ in libris N. T. nunquam dicuntur *infantes*, et additur h. l. τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ· vid. et not. ad v. 6. et x. 42.

(6.) Johannes cohibuerat studia hominis, qui ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, Messiæ nomen nuncupans, ejusque auxilio fretus, dæmonia expulerat, quoniam non fuerat ille e numero Apostolorum, perpetuorumque Christi comitum, et Johanni prorsus ignotus. Cum igitur Jesus hactenus commendasset discipulis suis modestiam, atque usus esset formula ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, qua et ipse homo ille usus erat, hæc ipsa res Johanni in mentem venit. Ut ergo sermonem alio converteret, interpellabat Jesum, vid. Marc. ix. 33. sqq. Luc. ix. 49. sq. eique hanc rem enarrabat, quo, quid Christo de ea videretur, percunctando eliceret, vid. *Moschii Erklärung der Sonn- und Festtagsevang.* Th. iii. p. 2149 sqq. et *Nœsselti* Opuscc. T. i. qui p. 8. præter alia, notavit hæc: "neque illa quæstio Johannis nihil arrogantiæ continere videbitur iis, qui cogitent: Apostolos paulo ante de præcipuo honore contendisse, ipsumque Johannem in simili plane caussa talem a Christo honorem petiisse, Marc. x. 35 sqq. itemque hæc verba Johannis: cohibuimus eum, quoniam non sequebatur *nos*; ut facile agnosci possit, eum aliqua fuisse invidentia ductum propter ea, quod Christus facultatem miraculorum solis Apostolis et discipulis LXX. tanquam aliquid præcipui dedisset." Matthæus igitur, nulla dicendi occasione memorata, duos Christi sermones diversos, propter argumenti et temporis communionem, in unum convertit. Cujusmodi rerum diversarum conjunctionem Matthæo frequentem esse, aliunde scimus, vid. c. x. al. Lucas brevius rem exposuit, Marcus negligentius narrationem suam contexuit. ὃς δ' ἂν — ἕνα τῶν μικρῶν τούτων] *qui ullum infimorum meorum sectatorum a mea disciplina abalienaverit.* Vocabulum קָטֹן, quod haud dubie in textu Hebraico Matthæi extitit, significat *discipulum, sectatorem*, vid. ad x. 42. atque etiam *inferioris conditionis hominem, infimum*, et ex adjuncto *contemptum*, vid. Deut. i. 17. Num. xvi. 13. Ez. viii. 17. hinc alii μικρὸς h. l. vertunt *contemptus*, minus recte, ut videtur, coll. v. 10. etsi non negaverim hanc notionem inhærere quoque h. l. huic vocabulo; alii reddunt *modestus*, sed nec μικρὸς per se spectatum, significat *modestum*, hanc ergo notionem orationis contextum, ea quæ præcesserunt, vocabulo μικρὸς h. l. tribuere, monent. At enimvero de alia re v. 6. sermo est, quam de qua antea fuerat, et verba Jesu respiciunt Johannis narrationem de homine, qui dæmonia ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ expulerat, ut adeo de modestia non commode sermo esse possit. Itaque μικρὸς in hac orationis serie significat potius eum, qui Apostolis videbatur infimum inter cultores Christi locum obtinere, qui non esset ex Apostolorum et LXX. discipulorum numero, qualis ille Judæus exorcista erat, qui ne ad numerum quidem sectatorum Christi pertinuisse videtur, attamen Jesum Messiam habebat, atque adeo vere dici poterat εἷς τῶν μικρῶν τῶν πιστευσάντων εἰς τὸν Χριστὸν, *infimus sectatorum Christi et ab Apostolis contemptus*, qui tali Apostolorum acerbitate facile irritari et a Christi caussa alienior fieri poterat. De vi et potestate verbi σκανδαλίζεσθαι dictum est ad v. 29. et h. l. quidem σκανδαλίζειν notat, facere, ut quis deserat disciplinam Christi, et quidem ita, ut eum contemnas,

μασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταπον-
τισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ 7
τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα·
πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι᾽ οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.

male tractes: sicuti exorcista ille a Johanne male tractatus erat. Hinc pro σκανδαλίζεσθαι, quod Matth. xiii. 22. extat, apud Lucam viii. 1. legitur verbum ἀφίστανται. cf. quoque de hoc verbi usu *Michaëlis* in Diss. de linguæ Syriacæ usu, præmissa Chrestomathiæ Syriacæ p. 51 sqq. qui eum e Syriasmo illustrat. Jam ut Jesus hujus criminis atrocitatem declararet, usus est proverbio, inter Judæos tunc temporis perquam usitato hoc: συμφέρει — θαλάσσης] *illi satius esset, suspenso in collo ipsius lapide molæ asinariæ in altum mare projici.* Deest ἀνταπόδοσις hunc in modum supplenda: quam ejusmodi crimen committere, et pœnas divinas sibi contrahere. Hanc explicationem flagitant versus seqq. et locus parallelus Luc. xvii. 2. Sensus autem proverbii est: præstaret ei, ut *prorsus e conspectu hominum submoveretur,* coll. Apoc. xviii. 21. est homo cummaxime perniciosus. Neque adeo opus est, ut cum aliis interpretibus multum disceptemus de eo, an fuerit καταποντισμὸς ex pœnis Hebræorum capitalibus, id quod argumentis certis demonstrari non potest, etsi fuerit aliis gentibus, Phœniciis, Græcis, Syris, Romanis, hoc supplicii genus usitatum, vid. *Elsnerus, Grotius,* et *Münthius* ad h. l. *Casaubonus* ad Sueton. Oct. c. 67. etenim pœna illa, supplicium illud h. l. non commemoratur. Cæterum pertinet huc locus Julian. Orat. vi. p. 198. ubi simili locutione criminis atrocitas exprimitur, allatus ab *Elsnero* ad h. l. οὐ βέλτιόν ἐστιν ὑπὸ τὴν Χάρυβδιν, καὶ τὸν Κωκυτὸν, καὶ μυρίας ὀργυιὰς κατὰ γῆς δῦναι, ἢ πεσεῖν εἰς τοιοῦτον βίον; *nonne vel in Charybdin, et Cocytum, et decem sub terram millibus ulnarum præcipitari satius est, quam in illud vitæ genus?* συμφέρει αὐτῷ positum est pro συμφέροι ἂν αὐτῷ et subintelligi debet μᾶλλον, sed συμφέρει, *expedit, conducit, utile est,* respondet Hebr. טוֹב, vid. Jer. xxvi. 7. Marc. ix. 42. habet: καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον. Sequitur h. l. conjunctio ἵνα, quoniam Hebræi verbum טוֹב sequi jubent Infinitivum cum ל ut Eccles. vii. 2. quæ particula ab Alexandrinis reddi solet Græc. ἵνα. Pro μύλος ὀνικὸς apud Marc. ix. 42. legitur λίθος μυλικὸς, *lapis molæ asinariæ.* Nempe μύλος proprie notat *molam,* et quidem majorem, quæ non hominum, sed asinorum opera versari solebat, deinde per synecdochen indicat: *lapidem molarem,* ut h. l. Adjectum vero legitur epitheton ὀνικὸς, *ein Eselsmühlstein;* quo appararet, sermonem esse de ejusmodi mola, quæ ab asino circumagebatur (Ovid. Fastt. vi. 318. *et quæ pumiceas versat asella molas*); cujusmodi molæ opponebantur molis manuariis, quæ a servis agitabantur. ἐπὶ τὸν τράχηλον] in aliis libris legitur περὶ e Marc. ix. 42. Luc. xvii. 2. in aliis εἰς, quod posterius originem suam debere videtur Grammaticis, qui vellent constructionem Hebraicam reddere Græcam. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης] πέλαγος haud raro *mare ipsum* indicat, h. l. vero, *maris profunditatem, mare altum,* ut docuerunt *Albertius* et *Kypkius* ad h. l. et mentio facta est lapidis molaris majoris, et maris profundi, quo vividius exprimeretur sententia hæc: prorsus e conspectu hominum removeri. Cæterum quæ h. l. v. 6, 7. leguntur, ea Luc. xvii. 1, 2. occurrunt tanquam alio loco et tempore dicta, sed accuratior est h. l. verborum nexus.

(7—9.) In tanta hominum improbitate et perversitate, ἀνάγκη ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, fieri non potest, quin præbeantur occasiones deserendæ religionis meæ; quamdiu erunt homines perversi, tamdiu perverse agent, imbecilliores in errorem inducent, ad peccandum incitabunt, sed deplorandam sibi sortem parant, qui adeo perverse agunt, et sectatores meos a disciplina mea abalienare student. οὐαὶ, *væ, eheu,* אוֹי, הוֹי, est nunc particula dolentis et deplorantis sortem ac conditionem alicujus tristem et miseram, ut h. l., nunc comminantis, ut xxiii. 13. al. vid. *Noldius* Concordantt. h. v. Per τὸν κόσμον intelliguntur illi ipsi homines perversi, qui vario modo pietatem christianam, doctrinæ divinæ studium impediunt, aliosque eo redigunt, ut a Christi disciplina deficiant. Sed σκάνδαλα indicat insidias, actiones omnes, quibus evertitur sectatorum Christi fides et constantia, cujus generis actiones erant persecutiones, denegatio officiorum humanitatis, contemptus, contumeliæ etc. Denique ἀπὸ verti debet *propter,* ut Luc. xix. 3. et respondet Hebr. מִן. cf. *Olearius* de stylo N. T. p. 172. et *Noldius* Concordd. Particc. n. 29. Legitur ita quoque ap. Liban. ep. 20. θαυμάζων τὸν κράτιστον Ἑρμογένην ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας. Diod. Sic. p. 131. D. ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας. Phavorinus: ἀπὸ, πρόθεσις — σημαίνει καὶ αἰτίαν. πλὴν οὐαὶ — ἔρχεται] *væ vero illi, qui ita agit,* qui alios irritat, ut desciscant. σκάνδαλα positum est h. l. pro ἐκεῖνο, more loquendi Hebræorum, qui loco Pronominis,

8 Εἰ δὲ ἡ χείρ σου, ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον
αὐτὰ, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν
ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα,
9 βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου
σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοι
ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς
10 ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Ὁρᾶτε, μὴ
καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι
οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσ-
11 ωπον τοῦ πατρός μου, τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς
12 τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν

vocabulum quod præcessit, repetere solent. vid. Gen. xxiv. 32, 36. 1 Sam. v. 2. — (8. 9.) Sed ipsi quoque constantes estote, cupiditates pravas reprimite, et cavete vobis, ne aliorum contemptu, insidiis atque peccati illecebris variis eo redigamini, ut a religione mea, ejusque professione abripiamini. Ea quæ h. l. leguntur, extant quoque v. 29, 30. neque negari potest, desiderari h. l. cum sermo sit de occasionibus peccandi, quæ ab Apostolis præberi possint aliis, accuratam horum versuum cum iis quæ præcesserunt, et quæ sequuntur, cohærentiam. Repetiit ergo, ut videtur, Matthæus h. l. data occasione, doctrinas a Christo alio tempore propositas, atque ita etiam h. l. more suo sermones diverso tempore habitos conjunxit. vid. not. ad c. 5.

(10. 11.) ὁρᾶτε μὴ — τῶν μικρῶν τούτων] repete: τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, coll. v. 6. *cavete vobis, ne quemquam horum infimorum cultorum meorum contemnatis*, ita ut hoc sui contemptu eo redigatur, ut a religione christiana deficiat. Duæ vero hujus cautionis caussæ afferuntur, quarum prima est: λέγω γὰρ ὑμῖν — ἐν οὐρανοῖς] *genii eorum in cælis semper vident faciem patri mei cælestis*, h. e. genii, qui horum sectatorum meorum curam habent, sunt ex geniis, angelis, principibus. Scilicet formula βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος, quæ omnino notat, *videre aliquem et versari cum eo, ministrare alicui, familiaritate alicujus uti*, vid. Tob. xii. 19. add. Apoc. i. 4. inprimis ponitur de amicis et ministris regum, *apparere regi, ministrum regis esse*. Ita Jer. lii. 25. רֹאֵי פְנֵי הַמֶּלֶךְ sunt *ministri et amici regis*, quam eandem vocem Hebraicam οἱ ό. Esth. i. 14. expresserunt verbis οἱ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 407 sq. Jam cum apud populos Orientis reges raro in conspectum populi venirent, neque cuiquam ministrorum quotidie διὰ παντὸς, regem adire liceat, sed solis regni primoribus et amicis principibus, vid. *Paulsen Regierung d. Morgenl.* p. 482 sq. hinc οἱ διὰ παντὸς βλέποντες τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως dicuntur *amici regis principes*. Judæi vero cogitabant sibi Deum tanquam regem supremum, et majestatem Dei describentes utebantur formulis ac imaginibus a pompa et splendore regum Orientis desumptis, dividebant porro angelos in certos quosdam ordines et classes, atque singulis hominibus a Deo angelos custodes dari existimabant. De angelis custodibus hominum vid. *Lightfoot.* Hor. Hebr. et Talm. ad Act. xii. 15. *Hyde* de religione vet. Persarum c. 33. p. 395. et *Petavius* Theol. Dogm. ii. 7. p. 69. Hinc Christi discipuli facile poterant sensum verborum ipsius intelligere, nempe hunc: sectatores mei etiam minimi et vel maxime contempti singulari Dei favore ac tutela perfruuntur. Cum ergo Deus curam eorum inprimis habeat, nemo eos contemnat. — (11.) Alteram caussam complexus est Jesus verbis his: ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς] *Messias venit, ut infelices redderet felicissimos.* Cum ergo me miserit pater meus, ut errantes, flagitiis sceleribusque deditos, adeoque infelices, felices redderem; nemo eos contemnat et negligat, atque ita a disciplina mea abstrahat, et felicitate ea, qua sectatores mei perfruuntur, eos privet! Metaphora deducta est h. l. ab ovibus, quæ pascua deseruerunt, et vagæ per agros et campos errant, atque est imago miseriæ et infelicitatis. cf. xv. 24. x. 6. τὸ ἀπολωλὸς id. qd. τὸ πλανώμενον v. 12. et positum est pro τὰ ἀπολωλότα. v. *Glassius* Phil. S. p. 54. Cæterum hic v. 10. in codd. plur., verss. et patrr. deest. E Luc. xix. 10. eum huc translatum, et propterea intrusum fuisse, haud male opinatur *Griesbachius* Comment. Crit. ad h. l. ut sequentia aptius cohærerent cum antecedentibus, neque orationis filum abruptum autumaretur: quod quidem verisimilius ei etiam hanc ob caussam videtur,

γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ
αὐτῶν· οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα, ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς,
ζητεῖ τὸ πλανώμενον; Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν 13
λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενη-
κονταεννέα, τοῖς μὴ πεπλανημένοις. Οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα 14
ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται
εἷς τῶν μικρῶν τούτων. Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός 15
σου, ὕπαγε, [1]καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου·
ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου. Ἐὰν δὲ μὴ 16

15. † καί.

quoniam codd. 27. ante *σῶσαι* addunt *ζητῆσαι καὶ*, quod ex eodem fonte promanarit.

(12—14.) Imago ab ovium grege deducta, perquam familiaris Christo, vid. Luc. xv. 4. (ubi eandem comparationem diverso tamen consilio usurpat) Joh. x. al. ostendit, Deum plane nullum perire, salutisque beneficio privare velle; quare ne unum quidem minimorum, *τῶν μικρῶν τούτων* esse sollicitandum, irritandum, contemnendum, ita, ut a religione christiana desciscat. *ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ*] *si sint alicui, si possideat aliquis.* *γένηταί τινι* est Hebr. היה cum ל. Luc. xv. 4. legitur *τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα*. Verba *ἐπὶ τὰ ὄρη*] conjungenda sunt cum præcedentibus, non cum *πορευθεὶς*, adeoque exprimenda cum interprete Latino, *in montibus*. Præpositio *ἐπὶ* etiam a scriptoribus exteris cum Accusativo conjungitur, ita ut sit *in*, vid. *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 141. in montibus enim pascebantur ovium greges frequentissime, vid. Jer. l. 6. al. et Luc. xv. 4. legitur *ἐν τῇ ἐρήμῳ*· solent autem montosa loca esse deserta. Participium *πορευθεὶς* ex Hebraismo redundat.—(13.) *ἐὰν γένηται εὑρεῖν*] dictum est pro *ἐὰν εὕρῃ*. Ita quoque Hebr. היה frequenter pleonastice ponitur, atque adeo ab Alex. omittitur, ut Gen. xlvi. 33. *χαίρει ἐπ' αὐτῷ*, nam Hebr. שמח non tantum cum ב, sed etiam cum על construitur, ut Jon. iv. 6. Sensus est: sic quoque Deus magnopere gaudet emendatione peccatoris. Ipsa loquendi ratio ex moribus hominum petita est, quos insperata rei ante amissæ recuperatio majori lætitia afficit, quam res qua jam perfruuntur.—(14.) *οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν*] simpliciter est, non vult Deus: cf. xi. 16. ubi *εὐδοκία* id. qd. *θέλημα*, vid. ibi notata. Pro *εἷς* in libris nonnull. legitur *ἕν*, quod glossema haud dubie inde ortum est. quod Neutrum præcessit, et v. 12. legitur *πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν*.

(15.) Quoniam Jesus verba fecerat de *πλανωμένοις*, errantibus, de peccatorum emendatione, hac data occasione, Matthæus huic Jesu disputationi annectit aliam ejusdem orationem, qua Apostolis præceperat, quomodo se gerere deberent offensi atque irritati ab aliis. Et fatendum est, ni conjecturis parum probabilibus locum concedere malimus, hanc orationem cum iis, quæ præcesserunt, non accurate cohærere, adeoque a Christo haud dubie alio tempore dictam esse. Etiam Lucas xvii. 3, 4. quæ h. l. inde a v. 15. leguntur, in compendium redacta, tanquam alio tempore dicta protulit: et ipsum c. 19. initium: *ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους*, prodere videtur Matthæum hoc in capite varios atque diversos Christi sermones more suo copulasse. *ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου*] *si injuria te affecerit alter.* *εἰς σὲ* indefinite loquitur Jesus adeoque pronomen *σὲ* pertinet et ad Apostolos, qua disciplinæ Christi alumnos, cum iis enim Jesus agebat, coll. v. 21. et vero etiam ad christianos alios. *ἀδελφὸς*, ut orationis contextus docet, notat eum, qui religionis et disciplinæ vinculo cum aliquo conjunctus est, uno verbo *christianus, disciplinæ Christi alumnus.* *ἁμαρτάνειν εἴς τινα*, est Hebr. חטא seq. ל, *injuria aliquem afficere;* Judd. xi. 27. 1 Sam. xix. 4. unde et interpp. Alexandrini Jer. xxxvii. 38. hoc idem verbum expresserunt Græco *ἀδικεῖν*. Sed *εἰς σὲ*, quod a libris nonnullis abest, deletum fuisse videtur, ut acute suspicatus est *Griesbachius* ad h. l. ut præceptum omnia peccatorum genera complecteretur. *ἔλεγξον αὐτὸν*] *castiga eum verbis et admone;* ut ostendas eum peccasse, ut eum eo perducere studeas, ut fateatur se injuria te affecisse, ut te roget, velis ipsi ignoscere, ut resipiscat animumque hoc in genere mutet, vid. 1 Tim. v. 20. *μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου*] *ut nemo adsit præter te et ipsum,* privatim, *κατ' ἰδίαν*, vel *ἰδίᾳ*, ut Chrysostomus exposuit. *ἐὰν σου ἀκούσῃ*] si correctionem admiserit, resipuerit, *ἐὰν μετανοήσῃ*, ut ap. Luc. xvii. 3. legitur. *ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου*] *eum reddidisti christianum*, in viam reduxisti aberrantem, eum,

ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο· ἵνα ἐπὶ στόμα-
17 τος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. Ἐὰν δὲ παρα-
κούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας
18 παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν
τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυ-

qui a religione christiana alienior erat, ad meliorem frugem revocasti. 1 Cor. ix. 19. verbum κερδαίνειν explicatur verbo σώζειν, et confirmant interpretationem propositam verba v. 17. ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ τελώνης h. e. a religione christiana alienus.

(16.) ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ] si admonitionibus tuis privatis non siverit se moveri. παράλαβε μετὰ σοῦ ἕνα ἢ δύο] *adhibe unum et alterum* disciplinæ meæ alumnorum, qui apud illum auctoritate valent, ut eum tecum admoneant, ut ei pudor exprimatur, et ut sint testes futuri rei cum eo gestæ. ἵνα ἐπὶ— ῥῆμα] *ut trium vel duorum testium oratione tota caussa componatur*, respexit his verbis Christus legem illam forensem Deut. xix. 15. qua in caussis a judicibus dirimendis, reus damnari non poterat, nisi convictus duorum vel trium testium oratione. Hæc lex postea etiam in proverbium abiit, ita, ut de aliis quoque rebus usurparetur, vid. 2 Cor. xiii. 1. Joh. viii. 17. *Schotti* Adagia N. T. p. 48. στόμα, *oratio, admonitio*, vid. xv. 8. ῥῆμα, *res, negotium*, דבר, 2 Cor. xii. 4. speciatim h. l. *caussa*. σταθῇ, *finiatur, componatur*, nempe ita, ut qui alterum læsit, admonitionibus et castigationibus eo perducatur, ut delictum agnoscat, ejus veniam petat, et impetret.

(17.) ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν] *si nec hos audierit*, si et hos repudiarit, nec iis paruerit, id. qd. v. 16. ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ· verbo παρακούειν Alexandrini Hebr. לֹא שָׁמַע Ies. lxv. 12. sed Jos. v. 6. hanc eandem vocem Hebr. reddiderunt verbo ἀπειθεῖν. De variis notionibus verbi παρακούειν vid. *Reiskii* Animadvv. ad Auctt. Grr. T. iv. p. 88 sqq. εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ] *ad concionem totam rem refer.* Valde dissentiunt de vi ac potestate vocabulo ἐκκλησία h. l. tribuenda interpretes. vid. *Wolfius* et *Köcherus* ad h. l. Alii significari statuerunt: *collegium Apostolorum*, alii *collegium seniorum, qui præfuturi erant ecclesiæ christianæ loco quoque*, quam in rem laudant 1 Tim. iv. 14. ubi tamen occurrit voc. πρεσβυτέριον, nec tunc temporis, cum Jesus hoc præceptum daret, constitutum erat collegium presbyterorum. Rectius omnino alii vulgarem vocabuli ἐκκλησία, (quod Hebr. קָהָל respondet) in libris N. T. significatum h. l. retinent, illudque explicant *de cœtu christianorum*. Ejusmodi igitur obstinatus et pertinax homo deferri debebat ecclesiæ, concioni christianorum, ut cognita caussa publice coargueretur, atque sic, si fieri posset, in rectam viam reduceretur. Judæis quoque usitatum erat, obstinatos et frustra admonitos publico præconio in synagogis notare, vid. *Lightfootus* ad h. l. et *Vitringa* de Synagog. vet. p. 97. ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ] *quodsi vero nec concionis auctoritatem admiserit*, nec admonitionibus publice datis paruerit. ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης] *sit tibi instar gentilis et portitoris*, judicabis eum esse hominem a religione christiana alienum et insigniter improbum, cujus adeo consuetudo tibi, disciplinæ christianæ alumno, fugienda sit. Loquitur Jesus h. l. Judæorum cogitandi et loquendi consuetudini convenienter, qui cum homines perditos et flagitiosos notare vellent, eos nominabant gentiles et portitores, quorum hominum consortio se pollui credebant, vid. ad v. 46.

(18.) Exclusionem a cœtu christianorum indigitarant verba versus præcedentis ultima, atque hominem ejusmodi pertinacem, qui non privato cujusque judicio pro alieno et excluso a societate christianorum declarari poterat, ab Apostolis tanquam ecclesiæ præsidibus ea excludendum esse, verbis v. 18. satis aperte Jesus docet. De singulorum verborum vi ac potestate disputavimus ad xvi. 18. Sensus eorum, ut vidimus, omnino hic est: quicquid constitueritis in ecclesia, ratum erit apud Deum, quicquid interdixeritis, itidem ratum erit apud Deum. Quæ quidem sententia h. l. relate ad peccatorem pertinacem cœtu christianorum excludendum, speciatim hanc vim habet: *Si hominem ejusmodi judicaveritis, non amplius esse christianis annumerandum* (quibus verbis notio vetandi inest): *nec a Deo judicabitur amplius esse christianus; si vero ejusmodi hominem*, quoniam ad meliorem frugem rediit, *judicaveritis in cœtum recipiendum, denuo christianis annumerandum* (inest ergo his verbis notio jubendi, præcipiendi): *etiam a Deo christianis posthac annumerabitur*. Usus autem est Jesus de industria verbis iisdem, quibus usus erat, cum Petro ecclesiæ regundæ curam et potestatem committeret xvi. 18. quo ostenderet parem atque ean-

ἐκείνου, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Ἐξελ- 28
θὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς
ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε,
λέγων· Ἀπόδος μοι, ˡὅ, τι ὀφείλεις. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδου- 29
λος αὐτοῦ ˡεἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων·
Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα ἀποδώσω σοι. Ὁ δὲ 30
οὐκ ἤθελεν· ἀλλ' ἀπελθὼν, ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως
οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον. Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ 31
γενόμενα, ἐλυπήθησαν σφόδρα· καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ
κυρίῳ αὐτῶν πάντα τὰ γενόμενα. Τότε προσκαλεσάμενος 32
αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· Δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν
τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· Οὐκ 33
ἔδει καί σε ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα;
Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασα- 34
νισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ. Οὕτω καὶ 35

28. ∾ εἴ τι. 29. † εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ.

τὸν] *ministrum absolvit*, i. liberum esse jussit. coll. v. 25. καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ, *et debitum* s. *æs alienum* (δάνειον—χρέος Hesych.) *ei remisit*. De voc. δάνειον cf. *Salmasius* de usuris c. 2. atque Perizon. ad Æl. H. V. iv. 1.

(28—30.) ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος κ. τ. λ.] *egressus vero ille minister e palatio regis, offendebat quendam collegarum suorum, qui ipsi centum denarios debebat.* δηνάριον, ipsa vox Latina, *denarius*, erat nummus Romanorum argenteus, conficiebat octavam partem nostri imperialis, sive tres grossos, ac respondebat Græcorum drachmæ, vid. *Eisenschmidtius* de ponderibus c. ii. p. 31. et *Kypkius* ad xx. 2. erant ergo ἑκατὸν δηνάρια, si nostræ monetæ rationem habemus, duodecim thaleri et duodecim grossi. κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε] *collum ei obtorquebat*; κρατήσας enim ex Hebraismo redundat, notionem hujus verbi involuit πνίγειν. Hoc vero ipsum verbum πνίγειν, ut ἀποπνίγειν et ἄγχειν, apud Græcos ponitur de creditoribus duris, qui collo debitorum quasi constricto eos urgebant ad solvendum debitum. vid. interpp. ad Tho. Mag. p. 9. *Wetstenius* ad h. l. *Bosius* et *Hemsterhusius* ad Lucian. dial. Mort. xxii. 1. Pro ὅ, τι cum plurimis et optimis codd. legendum εἴ τι i. e. *quicquid*. vid. *Abreschius* Diluc. Thucyd. p. 27. Lectio ὅ, τι originem suam debet librariis, qui vim τοῦ εἴ τι non capiebant.—(30.) οὐκ ἤθελεν] scl. μακροθυμῆσαι ἐπ' αὐτῷ· sed ἀπελθὼν ex Hebraismo redundat. Cæterum verba εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, quæ a multis codd. absunt, facile a librariis omitti potuerunt, ob præcedens αὐτοῦ· etiam ap. Laërt. ii. 79. legitur: εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε.

(31—34.) Hominis ingrati, duri et inhumani sævitiam detestati sunt collegæ ipsius, et ut oppressum liberarent, rem omnem retulerunt ad regem. ἐλυπήθησαν] *commoti, indignati sunt*, ira conjuncta esse solet cum ægritudine et tristitia, hinc verba ægritudinem declarantia, etiam de ira ponuntur, ut ἄχος, Hom. Il. α'. 188. pro quo v. 224. legitur χόλος, et v. 244. χωόμενος commutatur v. 241. cum ἀχνύμενος· Hesych. ἄχος, λύπη· vid. not. ad xiv. 9. διασαφεῖν *Albertius* ad h. l. interpretatus est, *pro rei veritate explanare et declarare*, provocavit ad Schol. ad Soph. Œd. Col. v. 615. Φοῖβος σαφὴς, ἀντὶ τοῦ ἀληθής· et interpp. Alexandrini hoc ipso verbo διασαφεῖν expresserunt Hebr. בֵּאֵר, *explanare*, Deut. i. 5. Sed Hesych. explicuit διασαφεῖν per ἀγγέλλειν. Apud Latinos quoque *explanare* ponitur pro *enarrare*, ut Cic. ad Div. iii. 1. 1. atque ita hoc quoque loco διασαφεῖν hanc notionem obtinet, ut sit *exponere*, *enarrare*, quo significatu etiam legitur 1 Macc. xii. 6. 2 Macc. i. 18. xi. 18. Diod. Sic. p. 23. B. vid. *Münthius* ad h. l.—(32.) πονηρὸς h. l. est vocabulum formæ, et exprimi debet *ingratus*, vel *malignus*, *durus*, *inhumanus*, coll. vii. 11.—(33.) *Nonne æquum erat, commilitonis tui misereri, ut ego tui misertus sum?* Sir. xxviii. 3. ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργὴν, καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν. 4. ἐπ' ἄνθρωπον ὅμοιον αὐτῷ οὐκ ἔχει ἔλεος, καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεῖται.—(34.) βασανισταὶ] non sunt *tortores*, nam sermo est de debitore, qui in custodiam dari, non vero tor-

ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν †τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

## ΚΕΦ. ιθ'.

ΚΑΙ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους,
μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰου-
2 δαίας, πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι
3 πολλοί· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ
οἱ Φαρισαῖοι, πειράζοντες αὐτὸν, καὶ λέγοντες αὐτῷ· Εἰ
ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν
4 αἰτίαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι

35. † τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

queri solet, ut vera confiteatur; sed βασανισταὶ sunt h. l. *præfectus carceris, ejusque operæ*, qui a Luca Act. xvi. 23, 24, 27. vocatur δεσμοφύλαξ. Vocabulum quoque βάσανος omnem omnino cruciatum et molestiam indicat, atque בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת h. e. *carcer*, 2 Chron. xvi. 10. ab Alex. exprimitur φυλακὴ, a Symmacho vero Jer. xx. 2. vocabulo βασανιστήριον. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 456 sqq.

(35.) Sequitur jam doctrina parabolæ. Deus est paratissimus ad condonanda peccata plurima et gravissima, precibus religionis meæ sectatorum, hi vero ipsi quoque injuriis minoribus et paucioribus ab aliis affecti, Dei humanitatem et lenitatem sequi debent; sin minus, Deus quoque in ipsorum peccata graviter et severe animadvertet, vid. Jac. ii. 13. Luc. vi. 36. Col. iii. 13. Luc. xxiii. 34. 1 Joh. iv. 20. Sir. xxviii. 3, 4. ulterius non extendenda parabola, nec omnia ad latum unguem resecanda. Pro ἐπουράνιος BDKL al. legunt οὐράνιος, et hanc lectionem quam etiam probavit *Griesbachius*, vulgatæ præoptandam esse judicavit *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftst. des N. T.* p. 93. cum Matthæus alias non usus sit voce ἐπουράνιος sed οὐράνιος vi. 14, 26, 32. xv. 13. ποιήσει ὑμῖν] *vos tractabit*, ita quoque legitur verbum עָשָׂה seq. לְ Ps. ciii. 10. ἀπὸ τῶν καρδιῶν] non ore tantum et verbis, sed animo integro et sincero, ἐκ ψυχῆς, Eph. vi. 6. Verba τὰ παραπτώματα αὐτῶν] in multis libris non leguntur, et recte quidem, ut opinor, cum et v. 21. add. Luc. xvii. 3, 4. simpliciter legatur ἀφιέναι τινί· quoniam vero aliis in locis Matth. vi. 15, 16. Marc. xi. 25, 26. legitur ἀφιέναι τινὶ τὰ παραπτώματα, ex illis ipsis locis Grammatici hæc verba in hunc nostrum locum transtulisse videntur.

## CAP. XIX.

(1—3.) μετῆρεν] v. xiii. 53. εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας] *in Judæam*, v. ii. 16. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] pro ὅρια τῆς Ἰουδαίας τῆς πέραν τοῦ Ἰορδ., in eam Judææ partem, quæ dicebatur Peræa, ἡ ὑπὲρ Ἰορδάνην Περαία, Joseph. B. I. ii. 5.—(3.) Accedebant Pharisæi, atque Jesu proponebant quæstionem captiosam hanc: εἰ ἔξεστι ἀνθρώπῳ κ. τ. λ.] *num marito licet uxorem repudiare quavis de caussa?* an adulterium unice legitima caussa divortii est? hæc sunt subintelligenda. vid. not. ad v. 31. Quæstio illa, ut monuerunt ad h. l. *Paulus* et *Thiessius*, eo malignior erat, quod eam proponebant Jesu in Peræa versanti, cui regioni tunc temporis Herodes Antipas, (de quo vid. ad xiv. 1.) præerat. ἄνθρωπος est h. l. cum referatur ad γυναῖκα, *maritus*, ut Tob. vi. 8. al. κατὰ, *propter*, עַל, Levit. xxvi. 28. Herodo. v. 39. οὐ κατὰ ἀνδραγαθίαν-ἀλλὰ κατὰ γένος. Polyb. xv. 11. p. 394. κατὰ τὰς ἀρετάς. add. Diod. Sic. p. 23. D. Joseph. Ant. i. 18. 2. vid. *Raphelius, Krebsius, Læsnerus, Münthius* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 182. πᾶσαν αἰτίαν, *caussam quamcunque.* Cum αἰτία etiam notet *crimen*, ut xxvii. 37. Act. xxv. 18. Herodi. vi. 1, 5. unde et in codd. nonnull. e glossemate legitur ἁμαρτίαν· interpretes alii voc. αἰτία etiam h. l. de *crimine, delicto* acceperunt. Sed ut ad v. 31. vidimus, repudiari poterat uxor, e placitis scholæ Hillelis, non tantum ob crimen gravius et turpius commissum, sed etiam ob quamcunque caussam, ut adeo αἰτία rectius h. l. exprimatur *caussa*. Confirmat hunc voc. significatum locus Josephi Ant. iv. 8. 32. γυναικὸς τῆς συνοικούσης βουλόμενος διαζευχθῆναι, καθ' ἃς δηποτοῦν αἰτίας, πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦται γίνοιντο· γράμμασι μὲν περὶ τοῦ μηδέποτε συνελθεῖν ἰσχυριζέσθω, *qui a conjuge, quascunque ob caussas (multæ autem tales hominibus accidunt) disjungi velit, scripto ei fidem faciat, se nunquam cum ea amplius habiturum.*

ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; Καὶ 5
εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ
τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ
ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, 6
ἀλλὰ σὰρξ μία. ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χω-
ριζέτω. Λέγουσιν αὐτῷ· Τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι 7
βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν; Λέγει αὐτοῖς·
Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν 8

(4—6.) Quæstionem Pharisæorum captiosam prudenter ita declinabat Jesus, ut ad eam respondens, non ipse directe suam, sed scripturæ hac de re sententiam afferret. Locus librorum sacrorum, quem respexit Jesus, extat Gen. i. 27. *οὐκ ἀνέγνωτε*] *nonne legistis* in libris Mosis? *ὁ ποιήσας*] *Deus, qui creavit hominem*, cum non sit nomen collectivum, ad quod *αὐτοὺς* referatur, subintelligi debet *ἄνθρωπον* collective capiendum e Gen. l. c. ubi אדם præcedit et אֹתָם sequitur. *ποιεῖν* h. l. *creare*, ut Act. iv. 24. et עשה pro בָּרָא legitur Gen. i. 31. *ἀπ' ἀρχῆς*] id. qd. *ἐν ἀρχῇ*, בְּרֵאשִׁית etiam Exod. xii. 15. בַּיּוֹם *οἱ ό*. vertunt *ἀπὸ τῆς ἡμέρας*. Pronomen *αὐτοὺς*] ex Hebraismo redundat, ut infra xxi. 41. vid. *Storrius* Obss. ad Anal. et Synt. Hebr. p. 296. neque hanc loquendi rationem scriptoribus exteris inusitatam esse, docuerunt *Kypkius* ad Act. x. 38. et *Elsnerus* ad Apoc. ii. 7.—(5.) *καὶ εἶπεν*] scl. *ἡ γραφή*, Gen. ii. 24. ut *λέγει*, Eph. iv. 8. Hebr. i. 7. *φησὶ* 1 Cor. vi. 16. alii *ὁ ποιήσας*, quod præcessit, repetunt. *ἕνεκεν τούτου*] quoniam Deus, qui matrimonium instituit, *unum* tantum marem, et *unam* tantum fœminam creavit, propterea e posteris eorum quisque, qui matrimonium iniit, adhærere debet uxori suæ, nec ab ea divelli. *καταλείψει τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα*] *relinquet parentes*, intelliget se arctiori vinculo cum uxore, quam cum ipsis parentibus esse conjunctum, matrimonii vinculum esse omnibus reliquis arctius. *προσκολλᾶσθαι*] ut simplex *κολλᾶσθαι*, respondet Hebr. דבק, atque ponitur de iis, qui a latere alicujus non discedunt, qui sequuntur aliquem ita, ut ab eo avelli sese non patiantur, v. Ruth. ii. 23. et *Bielii* Thes. h. v. In multis codd. legitur *κολληθήσεται τῇ γυν.*, in aliis *προσκολληθ. πρὸς τὴν γυναῖκα*, sed librarii sæpius composita mutarunt in simplicia, et *πρὸς τὴν γυν.* adscriptum fuisse videtur e Marc. x. 7. Eph. v. 31. *καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*] *et ambo unus homo erunt*, ambo in unum quasi coalescent, sunt ratione matrimonii unus homo. *εἰς σάρκα μίαν* ex Hebraismo pro *σὰρξ μία*, quod v. 6. legitur. Hebræi enim cum Nominativum exprimere volunt, verbum היה construunt cum particula ל, ut Gen. xxiv. 67. ubi tamen Alexandrini Nominativum posuerunt, ut solent interdum, *καὶ ἐγένετο* (לְאִשָּׁה לו) *αὐτοῦ γυνή*· coll. Deut. xxi. 13. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 680 ss.—(6.) Cum igitur maritus et uxor sint et esse debeant una quasi persona, non duæ: neque maritus divortio cum uxore faciundo, ita ut jam non amplius sint una persona, sed duæ, illud conjugii vinculum pro arbitrio discindere debet. Itaque Jesus ad primam matrimonii institutionem provocans ostendit, ipsam matrimonii naturam intendere perpetuum vinculum, atque docere neutiquam esse quavis de caussa divortium faciundum. *ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν*] *quod ergo Deus tam arcto vinculo copulavit*. *συζεύγνυμι*, *conjungo*, est Hebr. חָבַר Ezech. i. 11. et ponitur inprimis, etiam apud scriptores exteros, ut verba composita, *de connubio junctis*, Herodi. iii. 10. de Antonio, qui uxorem invitus, patre jubente, duxerat: *οὐ πάνυ τι ἡδόμενος τῷ γάμῳ, ἀνάγκῃ μᾶλλον, ἢ προαιρέσει συνεζευγμένος*, *parum lætabatur de matrimonio, necessitate magis, quam sua voluntate conjunctus*. add. Æl. H. V. iv. 1. Eurip. Phœnn. 1375. unde et *συζυγὴς maritus* 3 Macc. iv. 8. *ζεῦγος par* de conjugibus Xen. Œcon. vii. 18. vid. *Dorvillius* ad Charit. p. 469. *Elsnerus* ad Marc. x. 9. et *Kypkius* ad h. l.

(7—9.) Objiciebant Pharisæi: *τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο κ. τ. λ.*] *cur ergo Moses jussit* (apud Marc. x. 4. pro *ἐνετείλατο* legitur *ἐπέτρεψε*) *cum uxore divortium facere, dato libello repudii?* Respiciebant locum Deut. xxiv. 1. *βιβλίον ἀποστασίου*, *libellus repudii*, vid. v. 31. cujus exemplum est ap. *Buxtorf.* Synag. Jud. p. 644. *Surenhus.* Mischn. P. 3. p. 324. —(8.) *Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν κ. τ. λ.*] *Jesus, Moses, inquit, permisit, propter inhumanitatem vestram, ut dimitteretis uxores vestras*. *πρὸς propter*, Hebr. אֶל. vid. Herodo. 461. Diod. Sic. p. 35. A. Ita quoque Latini particula *ad* utuntur ut sit id. qd. *propter* v. *Drackenborch.* ad Liv. xlv. 39. 8. *Raphelius* Obss. Polybb. *Münthius* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 260.

ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω.
9 Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, †εἰ
μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπο-
10 λελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ
αὐτοῦ· Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυ-
11 ναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ πάν-
12 τες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται. Εἰσὶ γὰρ
εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω· καί εἰσιν
εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· καί εἰσιν

9. † εἰ.

ἐπέτρεψεν ap. Marc. x. 5. legitur ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην. Moses, ut licentiam et levitatem Israëlitarum in solvendo matrimonii vinculo frenaret atque coerceret, ne primo impetu, et quavis, etiam levissima de caussa, divortium fieret, jusserat, ut uxoribus repudiandis daretur libellus repudii, qui, cum perpauci artem scriptoriam callerent, a scriba scribendus erat, cujus adeo etiam cohortationibus mutua concordia restitui poterat. Sensus autem verborum Christi est: Moses prudenter legibus civilibus coërcuit vestram licentiam, et divortium sub certis tantum quibusdam conditionibus permisit, propter inhumanitatem vestram, ne quid atrocius patraretis; uxores, quas ferre nolletis, gladio aut veneno interficeretis. Sed non quicquid permittitur, legibus præsertim civilibus, fas piumque est. σκληροκαρδία, *durities*, *inhumanitas* קשה לב, Deut. ix. 27. vitium, cum quis nullo pacto se eo adduci sinit, ut ignoscat alteri, a quo læsus fuerit, aut se læsum esse credat. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω] *olim non sic erat:* ἀπ' ἀρχῆς id. qd. ἀπὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου, inde a mundo condito, usque ad tempora Mosis; ex vestro vitio est, quicquid ab illis legibus a natura Deoque præscriptis, e quibus conjugium dissolvi non debet, deflectit.—(9.) λέγω δὲ ὑμῖν κ. τ. λ.] ego vero qui volo, ut mei cultores probitatis ac sanctitatis præcipuo studio excellant, jubeo, præcipio etc. De verbis hujus versus singulis vid. ad v. 32. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ· ab omnibus fere codd. εἰ abest, quo omisso, verba explicanda sunt: *cum non sit adultera;* fortasse εἰ illatum est a Grammaticis, quoniam loco parallelo legitur παρεκτὸς λόγου πορνείας v. 32. quæ ipsa etiam verba in pluribus codd. e loco notato a Grammaticis adscripta sunt. Verba ultima: καὶ ὁ ἀπολελ. γαμήσας μοιχᾶται, ut recte judicavit *Griesbachius*, propter ὁμοιοτέλευτον a librariis in multis libris omissa sunt.

(10—12.) Apostoli, quibus Christi responsum atque decretum nimis severum videbatur, privatim, remotis arbitris, vid. Marc. x. 10. de eadem re ex eo quærebant, et inter alia dicebant: si talis est mariti conditio, ut divortium facere non debeat, nisi ob adulterii crimen: præstat conjugio abstinere. οὕτως] positum est pro αὕτη l. τοιαύτη, ut i. 18. etiam Hebræi eodem modo particula כֵּן utuntur, vid. *Noldius* Concord. h. v. αἰτία, *conditio*, respondet Hebr. דִּבְרָה, quod *caussam* et *conditionem* notat, sicuti et Latinis *caussa* sæpius idem est quod conditio. vid. Cic. Fam. vii. 4. Martial. vii. 92. 5. οὐ συμφέρει γαμῆσαι] *inutile est et malum, uxorem ducere,* לא טוב, Prov. xvii. 26. xviii. 5. al.—(11.) οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον] *non omnes hanc rem* (nempe οὐ γαμῆσαι), *præstare possunt.* λόγος, *res*, ut Marc. i. 45. al. Hebr. דבר. Verbum autem χωρεῖν, Hebr. הָכִיל, Amos. vii. 10. Jer. vi. 11. prop. significat *amplum*, *capacem esse*, hinc *capere* et metaphorice *assequi*, *intelligere*, etiam *parem esse alicui rei*, *sufficere*, ut h. l. vid. *Elsnerus* et *Kypkius*. Alii λόγος vulgari significatu accipiunt, *vox;* "hanc vocem οὐ συμφέρει γαμῆσαι, non omnes capiunt, satis intelligunt." Sensu eodem manente. ἀλλ' οἷς δέδοται] scl. ἐκ Θεοῦ. 1 Cor. vii. 7. *sed qui hujus rei facultatem a Deo acceperunt*, quibus hæc facultas contigit ut stimulos libidinis retundere et frangere possint, vid. ad xiii. 10.—(12.) Etenim non tantum cœlibes vivunt ii, quos natura vel malignitas hominum in cœlibatu vivere cogit, sed sunt etiam, qui sponte cœlibes manent, libidinis stimulos frangunt et extinguunt διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν] qui hac facultate præditi sunt, ea utantur, qui hoc præstare possunt, præstent, cœlibes maneant: ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω] respexit Jesus his verbis nominatim Apostolos quibus hæc privatim dixit, quorum omnino nonnulli conjugio abstinuisse videntur, ut eo melius atque diligentius rem christianam adjuvare atque tueri possent. Tria eunuchorum, castratorum (vid. de voc. εὐνοῦχος copiosius disputantem *Fischerum* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 490 sqq.)

εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν
οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.
Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, 13
καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς. Ὁ δὲ 14
Ἰησοῦς εἶπεν· Ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν
πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας, ἐπορεύθη ἐκεῖθεν. 15
Καὶ ἰδοὺ, εἷς προσελθὼν, εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, 16
τί ἀγαθὸν ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· 17

genera afferuntur: εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω] *qui nati sunt sine extis obscœnis*, quibus natura ipsa virilitatem ademit, quos natura cœlibes vivere cogit. ἐκ κοιλίας μητρὸς id. qd. ἐκ γενετῆς, Act. iii. 2. coll. Joh. ix. 1. οὕτω pro τοιοῦτοι, *tales*. οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων] *quibus testiculi demessi sunt aut compressi et contusi*, vel de industria ab aliis, vel casu, ut rebus venereis uti nequeant. οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασ. τ. οὐρ.] *qui stimulos libidinis reprimere didicerunt*, et a conjugio abstinent, ut ab omnibus impedimentis liberi, totos se religioni christianæ ejusque propagationi consecrare possint. εὐνουχίζειν ἑαυτὸν est locutio hyperbolica, similis illi ἐκκόπτειν τὴν δεξιὰν v. 29, 30. xviii. 8, 9.

(13—15.) Hebræis persuasum erat faustas apprecationes hominum pietate et sanctitate insignium, prophetarum inprimis, quam plurimum valere, eas eventu non carere, et felices atque beatos esse eos, quos illi precibus Deo commendassent. vid. Gen. xlviii. 14. Num. xxii. 6. Luc. ii. 28. Hinc et ad Jesum, ut h. l. legitur, afferebantur *parvuli*, (παιδία, Luc. xviii. 15. βρέφη) *ut iis bona quævis a Deo precaretur*, προσεύξηται, *impositis manibus*, erat enim apud Hebræos in more tunc positum, ut qui alteri aliquo in genere apprecaretur bona, ipsius capiti manus imponeret, Gen. xviii. 14. Matth. ix. 18. Marc. xvi. 18. Act. vi. 6. viii. 17. Apostoli diutius cum Christo de matrimonio colloqui cupientes, interpellationem hanc intempestivam, ut putabant, ægre ferebant, *admonendo arcere* studebant, *qui infantes attulerant*, ad hos enim pertinet Pronomen αὐτοῖς, ut vel e Marci x. 13. patet, ubi legitur τοῖς προσφέρουσι, quod Participium h. l. latet in verbo προσηνέχθη.—(14.) Jesus vero, sinite, inquit, parvulos ad me venire, neque eos aditu ad me prohibete, quidni enim eos amem, precibusque Deo commendem? nostis, homines iis virtutibus præditos, quibus infantes prædíti sunt, modestia iis similes, regni Messiani cives fore, vid. xviii. 3. Etenim τοιοῦτοι sunt infantibus similes, ut planissime docet vox Christi, quæ legitur Marc. x. 15. et Luc. xviii. 17.—(15.) ἐπορεύθη ἐκεῖθεν] *discessit illinc*, ex oppido Perææ, in quo hactenus commoratus erat, Marc. x. 17. ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν· coll. ibid. v. 10.

(16. 17.) Juvenis (νεανίσκος v. 22.) quidam (εἷς id. qd. τις ut אחד) dives (v. 22.) de proceribus (ἄρχων Luc. xviii. 18.) vel synedrii magni assessor (synedrii assessores dicebantur ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων, Luc. xxiii. 23. xxiv. 20. 1 Macc. i. 14, 27. ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν Joseph. Ant. xx. 1, 2. add. *Wesselingius* de Judæorum Archontibus, Traj. ad Rhen. 1748. 8.) vel synagogæ præfectus (ut ix. 18. vid. *Vitringa* de Synagog. vet. iii. 1. 1. p. 610 sqq.) juvenili ardore properabat ad Jesum, eique, non quo eum tentaret, et laudibus ipsius obtrectaret (tentationis enim nullum vestigium in omni narratione deprehenditur), sed discendi cupidus, hanc quæstionem proponebat: διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω — αἰώνιον] *magister præstantissime, quid mihi præcipui boni faciendum, ut obtineam felicitatem perennem?* in regno Messiano exspectandam, quam tu doces. Cogitabat autem homo ille de regno Messiano terreno, coll. v. 21. quod Judæi et vero etiam ipsi Apostoli exspectabant, coll. v. 27. add. xvi. 21 sq. xx. 20. sqq. et not. ad iii. 2. διδάσκαλε ἀγαθὲ (מַלְפָנָא טָבָא Syr.) vertunt *optime*, ut positivus vim habeat superlativi, ut sæpius; alii, *præstantissime* s. *perfecte*, cum ἀγαθὸς, ut Hebr. טוֹב, etiam *perfectum* notet; atque hæc vocabuli significatio omnino orationis seriei convenientissima est. ἀγαθὸν dicitur h. l. *id, quod utile est et salutare ad consequendam felicitatem*, et τί ἀγαθὸν ποιήσω est *quid præcipui boni faciendum est?* Pharisæi autem, ut notatum est ad v. 20. præcepta legis dividebant in gravia et levia, et existimabant multa eorum negligi et violari posse, ita, ut hac neglectione nulla contraheretur culpa, pœna digna, eas vero leges, quæ

Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός· εἰ δὲ
18 θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. Λέγει
αὐτῷ· Ποίας; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Τό· Οὐ φονεύσεις· Οὐ

17. ∾ τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός. Εἰ δὲ θέλεις.

ritus externos spectarent, fere unice in numerum graviorum referebant. Hinc horum placitorum Pharisaicorum haud ignarus juvenis ille, certior fieri cupiens, quid præcipuæ virtutis sibi exercendum sit, sperans etiam, ut videtur, se a Jesu nova, et ignota atque graviora virtutis præcepta accepturum esse, interrogabat eum: τί ἀγαθὸν ποιήσω; quid faciendum est mihi, quod præcipue utile sit et salutare ad consequendam felicitatem? ἔχειν, *obtinere, nancisci*, ut Joh. xx. 31. id. qd. κληρονομεῖν, Marc. x. 17. Luc. xviii. 18. — (17.) Jesus in responsione sua ostendit, se non delectari, Pharisæorum more, titulis vanis et tumidis, solum Deum nominari posse ἀγαθὸν, *perfectum* s. ex aliorum sententia, *optimum*, omnium bonorum fontem, datorem et largitorem: τί με λέγεις ἀγαθὸν κ. τ. λ.] *quare, inquit, me perfectum doctorem appellas?* non sum talis doctor, quales doctores Judaici, qui ejusmodi titulis delectantur (xxiii. 7.); *solus Deus perfectus est.* εἰ δὲ θέλεις — ἐντολὰς] *si vis felicitatis* in regno Messiano exspectandæ *particeps fieri, præcepta Dei serva.* εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν id. qd. εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ l. οὐρανῶν, vid. Matth. vii. 14. coll. 21. add. xviii. 9. Marc. ix. 47. e quibus locis patet, βασιλείαν τοῦ Θεοῦ et ζωὴν, haud raro inter se permutari solere. — Magna autem, quod hoc Christi effatum attinet, in codd. deprehenditur lectionis diversitas, vid. *Wolfius, Kœcherus, Wetstenius, Griesbachius, Boltenius, Paulus* et *Thiessius* ad h. l. Scilicet ἀγαθὲ v. 16. plures codd. omittunt. Pro τί με λέγεις ἀγαθόν; alii libri, patrr. et verss. habent τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; et pro οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός· iidem fere testes legunt: εἷς ἐστὶν ὁ ἀγαθός· alii εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, ὁ Θεός· hinc critici illud ἀγαθὲ e textu ejiciendum, et quoad reliqua verba legendum esse putarunt: τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός· atque adeo sensum verborum ita constituunt: quid me interrogas de eo, quod utile sit et salutare ad obtinendam felicitatem, unum id est (εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθὸς positum accipiunt pro ἕν ἐστιν ἀγαθὸν): si igitur particeps fieri vis felicitatis perennis etc. qui sensus sane diversus est ab eo, quem vulgaris lectio continet, quam etiam loci paralleli Marc. x. 17. s. Luc. xviii. 18. tuentur, quibus in locis codd. non ita ut h. l. variant (cf. not. ad xvi. 8.), sed iisdem verbis hoc memorabile Christi effatum reddunt. Videtur omnino hic locus noster manus interpolatrices expertus esse; omnia optime cohærent, si vulgaris lectio τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς, et v. 16. ἀγαθὲ retinetur, atque facillime potest doceri, quomodo altera illa lectio oriri, et in codices irrepere potuerit. Scilicet ἀγαθὲ, ut ipse *Griesbachius* ad h. l. concessit, librariorum incuria omitti potuit, hinc Grammatici, quibus verba τί με λέγεις ἀγαθὸν absona videbantur, ea in τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ mutanda esse in marg. notabant, et librarii hanc mutationem in textum recipiebant. Potuerunt vero etiam verba τί με ἐρωτᾷς π. τ. ἀ. adscribi ab iis, qui, quanquam v. 16. legebant ἀγαθὲ, tamen putabant: convenientius esse ad ipsam quæstionem, quam ad titulum respondere. Sive vero legatur οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεὸς, sive εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθὸς, omnino v. 16. ἀγαθὲ retinendum videtur, nisi paulo durius atque contorte illa ipsa verba interpretari malis. Lectionem autem εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθὸς, et quam alii libri habent εἷς ἐστιν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, etiam librariis (qui pro οὐδεὶς ἀγαθὸς scripserant εἷς ἀγαθὸς, et reliqua verba omiserant), atque Grammaticis originem suam debere opinor. τήρησον τὰς ἐντολὰς] scl. τοῦ Θεοῦ quod præcessit. τηρεῖν, *servare* (Horat. Epp. i. 16. 40.), *observare* Gal. vi. 13. h. l. in versione Alexandrina respondet verbis שׁמר Prov. viii. 34. et נצר Prov. iii. 1, 21. hujus significationis verbi τηρεῖν, qua notat *observare, facere*, exempla plura e Polybio, Achille Tatio, Diod. Sic. attulerunt ad h. l. *Elsnerus, Münthius, Lœsnerus.* Sed in libris Græcorum veterum verba τηρεῖν et φυλάσσειν, adjectis vocabulis legum, institutorum, præceptorum, fere significant, *tueri aliquid, videre, curare ut fiat, observetur aliquid*; recentiores autem Græci iis notionem *faciendi* et *observandi* subjecerunt v. *Leusdenius* de dialectis N. T. p. 60. ed. *Fischer.*

(18—20.) Omnino legum divinarum observationem juveni commendarat Jesus. Sciscitabatur ergo ille, ad quæ præcepta potissimum attendere deberet, num ad ea, quæ ritus externos, an quæ mores spectarent, an ad alia a Jesu propheta et doctore populi ediscenda, vid. ad xii. 4, 6. xxi. 12. ποίας id. qd. τίνας, *quasnam?* ut xxi. 23. xxii. 36. 1 Macc. ii. 10. etiam Hebr. מה Alexandrini exprimunt modo per τί, modo per ποῖον 2 Sam. xv. 2. al. vid. *Noldius* Concord. h. v. Non illa præcepta, quæ ad ritus pertinebant, Pharisæorum more, commendabat Jesus, nec vero etiam novas re-

μοιχεύσεις· Οὐ κλέψεις· Οὐ ψευδομαρτυρήσεις· Τίμα τὸν 19
πατέρα †σου, καὶ τὴν μητέρα· καί· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον
σου ὡς σεαυτόν. Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος· Πάντα ταῦτα ἐφυ- 20
λαξάμην ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ; Ἔφη αὐτῷ ὁ 21
Ἰησοῦς· Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ
ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ·
καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον, 22
ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά. Ὁ δὲ 23
Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι

19. † σου.

gulas interroganti præscribebat, sed confirmabat et nunc temporis, quod olim jam affirmaverat, se venisse, ut morum præceptis majorem auctoritatem conciliaret, vid. v. 17. atque exempli et speciminis loco laudabat præcepta decalogi, quæ officia spectabant mutua. *οὐ φονεύσεις*, vid. Exod. xx. 12 ss. Deut. v. 17 sq. — (19.) *τίμα τὸν πατέρα κ. τ. λ.*] vid. xv. 4. *ἀγαπήσεις — σεαυτὸν*] *omni amore et humanitate alterum prosequere*, vid. ad v. 43. quibus verbis Christus summam præceptorum hactenus memoratorum complexus est. Cæterum hæc verba Origeni sine idonea ratione suspecta fuisse, cum ea codd. omnes tueantur, copiosius demonstravit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. — (20.) Non malæ indolis adolescens, sed nimio amore sui captus, et juvenili ardore abreptus, cum non nisi nota præcepta audiret, quæ fortassis cum Pharisæis non gravissimis annumeraret, paulo jactantius respondebat: *πάντα — νεότητός μου*] *hæc omnia observavi inde a puero.* Med. *φυλάσσεσθαι observare*, Hebr. שָׁמַר, Exod. xii. 17. Levit. xx. 8, 22. עֲשׂוֹת 1 Paral. xxviii. 7. *ἐκ νεότητός μου*, מִנְּעֻרַי Gen. viii. 21. Ies. xlvii. 12. vid. *Keuchenius* ad h. l. a nonnull. codd. et patrr. latt. hæc verba omittuntur, et *Grotius* e Marc. x. 20. Luc. xviii. 21. ea in hunc locum translata esse putabat. Male. Omissa sunt ab iis quibus inepta scilicet videbantur, cum *νεανίσκος* loquens induceretur; sed præclare pingunt adolescentis arrogantiam. *τί ἔτι ὑστερῶ;*] i. e. *τί ἔτι λείπει μοι*, coll. Luc. xviii. 22. *quid mihi amplius deest ad obtinendam felicitatem?* Suspicabatur ergo, plus aliquid requiri, alia nova et graviora præcepta audire cupiebat.

(21. 22.) Jesus, audita adolescentis jactantia et provocatione, eum, utpote probitatis saltem externæ studiosum, atque discendi cupidum, non castigabat gravius et severius, sed, plane perspiciens animum ipsius divitiarum cupidum, præconceptis ac perversis opinionibus occupatum, ut ostenderet, eum nondum rerum divinarum amore summo incensum flagrare, atque destitutum esse idonea et accurata cognitione felicitatis in regno Messiano exspectandæ, subridens, bene! inquit, macte virtute tua! (*ἠγάπησεν αὐτὸν*, *blandis verbis eum compellabat, laudabat*, Marc. x. 21. ita ut ironia verbis subesset) sed si cupis, ut nihil plane tibi desit eorum, quæ facienda sunt ad felicitatem in regno Messiano obtinendam (*εἰ θέλεις τέλειος εἶναι*): rem tuam vende, pecuniam distribue inopibus, et tunc te in disciplinam meam trade. *τέλειος*] cui *οὐδὲν ὑστερεῖ* Marc. x. 21. *λείπει* Luc. xviii. 22. *δὸς*] pro *διάδος*, *distribue*. *δεῦρο*] vid. iv. 19. *redi* id. qd. *ἐλθὲ*, vid. Eustath. ad Hom. Il. p. 398. Etymol. M. h. v. *ἀκολούθει μοι*] trade te in disciplinam meam, ita ut sis meus perpetuus comes, Apostolis meis te adjunge, vid. vi. 19. *ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ*] *thesaurum in cœlo*, non in terra, vid. ad iii. 2. p. 63. *repositum habebis*, vid. vi. 20. Sir. xxix. 11. *θὲς τὸν θησαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον.* — (22.) *Adolescens ille*, qui tanti emere *θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ* non sustinebat, vid. xiii. 46. nec divitiarum terrenarum jacturam facere volebat, *hac Christi voce audita*, cum ea neutiquam ipsius votis ac desideriis responderet, *tristis*, *λυπούμενος*, *περίλυπος* Luc. xviii. 23. *abibat*.

(23.) Ii qui tunc temporis Christi discipuli fieri, et Apostoli munere fungi volebant, opes terrenas negligere atque contemnere divitiisque suis sese abdicare debebant, ut totos se religioni ejusque propagationi consecrare possent, ut eo paratiores essent ad muneris sui vices obeundas, vid. not. ad vi. 24. Constat præterea, eos, qui e Judæis ad Christi signa se contulissent, fuisse excommunicatos, vid. Joh. xvi. 2. ix. 22, 28, 34, 35. xii. 42. his vero a sacris Judæorum exclusis etiam opes et facultates fuisse ademptas. Hinc, postquam abierat adolescens ille, Jesus dicebat discipulis: *mihi credite, ægre fient locupletes religionis christianæ*

δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.
24 Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπή-
ματος ῥαφίδος ¹διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ
25 Θεοῦ εἰσελθεῖν. Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ ¹αὐτοῦ, ἐξεπλήσ-
26 σοντο σφόδρα, λέγοντες· Τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; Ἐμ-
βλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο
27 ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ¹ἐστι. Τότε ἀπο-
κριθεὶς ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα,

24. ∼ εἰσελθεῖν. 25. † αὐτοῦ. 26. † ἐστι.

*alumni!* Singularis πλούσιος vim habet pluralis, unde et Marc. x. 23. est οἱ χρήματα ἔχοντες, neque intelligendi sunt divites simpliciter et in se spectati, sed ii qui divitias amant, qui spem atque fiduciam in divitiis ponunt et collocant, quique adeo ita animati sunt ut erat adolescens ille, quocum Jesus collocutus erat; sic quoque Marc. x. 24. οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες] et οἱ πεποιθότες τοῖς χρήμασι iidem sunt. δυσκόλως] id. qd. χαλεπῶς, *ægre, difficulter:* Hesychius δύσκολος — δυσχερής. Per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν] significatur h. l. ut contextus docet, cœtus discipulorum, numerus alumnorum disciplinæ Christi.

(24.) Quo clarius atque vividius rei difficultatem depingeret Jesus, usus est proverbio tunc temporis solenni. *Imo, mihi credite, citius camelus per acus foramen transibit.* Idem proverbium legitur in Sura Coran. 7. v. 38. ed. Hinckelman. Scriptores autem Talmudici, cum significare volunt rem aut difficulter, aut omnino non fieri posse, utuntur formula פִּילָא דְּעָיֵל בְּקוּפָא דְּמַחְטָא, *elephantus intrans foramen acus,* vid. *Lightfootus, Schættgenius* in Horis ad h. l. et *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1722. Vocabulum autem κάμηλος, præeunte Theophylacto, (παχὺ σχοίνιον ᾧ χρῶνται ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν τὰς ἀγκύρας) alii, ut *Bochartus* Hieroz. N. 2. L. 2. c. 5. interpretati sunt *de fune crasso nautico, fune ancorario,* cum nulla convenientia sit inter camelum et foramen acus, funis vero nauticus, scissus et laceratus in tenuia fila, tandem duci possit per foramen acus. Sed sicuti hoc perquam difficulter fieri possit, ita et divitem perquam difficulter nec sine magno labore fieri posse christianum. Temere. Consulto enim et de industria res impossibilis et inaudita hoc loco posita est; nec in proverbiis omnia ad latum unguem sunt resecanda; et *funis nauticus,* s. *ancorale,* dicitur κάμιλος, vid. Hesych., Suidas, schol. ad Aristoph. Vespp. 1030. et *Schefferus* de Milit. naut. vet. p. 333. quam ipsam scripturam male h. l. exhibent codd. pauci et recentes. Lectioni κάμηλος, *camelus,* etiam plane convenit verbum διελθεῖν, vel, ut alii legunt, εἰσελθεῖν. Legendum autem est εἰσελθεῖν, quod Grammatici mutarunt in διελθεῖν, partim quia hoc verbum convenientius videbatur τῷ διὰ τρυπήματος, partim ne idem verbum bis in eodem commate extaret, vid. *Griesbachius* ad h. l. τρύπημα, נֶקֶב, *foramen.* ῥαφὶς, מַחַט, *acus,* vid. Pollux vii. 42. x. 136.

(25. 26.) *Graviter hac voce commoti discipuli,* (αὐτοῦ quod codd. plur. et antiquissimi omittunt, recte ex ordine ejecit *Griesbach.*) *quis igitur, inquiunt, fieri potest felix?* σωθῆναι] si sensus spectatur, est idem quod εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τ. οὐρ. v. 23. adeoque, *christianum fieri et esse, et ita felicitate ornari.* Commovebantur autem Christi discipuli, quod sciebant, non modo divites in divitiis spem fiduciamque suam ponere solere, sed etiam pauperes et egenos divitias appetere atque sectari. — (26.) *Jesus vero intuens Apostolos, homines, inquit, hoc quidem non efficient, a Deo autem omnia fieri possunt;* vario modo Deus efficere potest, ut homines, qui a divitiis pendent, animum mutent, præstantiam doctrinæ meæ agnoscant, eamque spretis et neglectis opibus terrenis suscipiant, constanter profiteantur, et ita felices evadant. Docent autem hæc ipsa quoque verba, Jesum v. 23 sq. non esse locutum de divitibus in se spectatis, sed de hominibus in divitiis fiduciam suam ponentibus. αὐτοῖς pertinet ad ἐμβλέψας, *intuens Apostolos,* vid. Marc. x. 27. vultu innuebat Jesus eos ipsos esse e numero eorum, qui abjecta aliarum rerum, etiam divitiarum cura et fiducia, disciplinæ suæ facti essent alumni. In verbis παρὰ ἀνθρώποις, παρὰ τῷ Θεῷ constructio Hebraica est; Græci ἀδύνατόν ἐστι, vel δυνατά ἐστι, dativo jungunt, v. *Vorstius* de Hebraism. p. 648.

(27. 28.) Admonuerat Jesus adolescentem illum, ut spretis abjectisque divitiis, fieret disciplinæ christianæ alumnus, atque ita sibi compararet θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, coll. v. 21. Petrus igitur paulo jactantius Jesum interrogabat: ecquid præmii nobis, qui primi dis-

καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς 28
εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές
μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου

ciplinam tuam omnibus rebus humanis prætulimus, in regno Messiano continget? ἔσται, *continget*, *dabitur*, Xen. Anab. i. 7. 7. ἀξιοῦντες εἰδέναι τί σφίσιν ἔσται, ἐὰν κρατήσωσιν. ii. 1. 8. τί ἔσται τοῖς στρατιώταις; vid. ad xviii. 19. et *Kypkius* ad h. l. Alium sensum verbis τί ἄρα ἔσται ὑμῖν, substituit *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. explicat ea: quomodo nobiscum erit? quænam est conditio nostra? num nos qui omnia deseruimus, voluntati tuæ satisfecimus, an aliud quid nobis agendum restat? Sensum autem verborum Christi v. 28. idem interpres ita constituit: nihil restat, vos laudo ac probo, vos enim ita animati estis ut esse debent sectatores mei (ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ scl. ἐστε. Post voc. παλιγγενεσίᾳ puncti notam ponendam censet), estis ἄνωθεν γεγεννημένοι, et præmiis ornabimini. Hæc vero longius petita, et pro arbitrio sumpta esse, quam idoneis argumentis confirmata, in oculos sponte incurrit. Non allata sunt exempla alia, quibus demonstretur formulam τί ἄρα ἔσται ἡμῖν eam vim habere posse, quam ei *Paulus* tribuit; ellipsis τοῦ ἐστε ad παλιγγενεσίᾳ paulo durior est; neque orationis contextus allatæ verborum expositioni favet.—(28.) παλιγγενεσίᾳ] prop. est *iterata generatio*. Hesychius: παλιγγενεσία· τὸ ἐκ δευτέρου γεννηθῆναι· deinde per metaphoram notat: *pristini status alicujus instaurationem*, inprimis in partem bonam, omninoque *rei alicujus mutationem in melius*; etiam a Latinis, qui in exilium acti redierant, et pristinos honores recuperarant, dicebantur *bis geniti*, v. Cortius ad Salust. fragmm. p. 999. et Cicero ad Attic. vi. 6. exilio revocatus, dignitatis fortunarumque suarum recuperationem dixit παλιγγενεσίαν, eodemque vocabulo insignitur Judæorum recuperatio patriæ, cum e Babylonia rediissent, a Josepho Ant. xi. 3. 9. et Philo Vit. Mos. Lib. 2. T. ii. p. 114. 31. terræ post diluvium Noachicum instaurationem παλιγγενεσίαν vocavit. Sed vario modo hanc vocem h. l. explicuerunt interpretes. vid. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Alii nimirum eam referunt ad Jesum, atque *ipsius in vitam reditum* ea significari autumant. Provocant hanc in rem ad usum vocis תחיה, quæ in Rabbinorum scriptis *resurrectionem*, ἀνάστασιν, indicet, vid. *Bolten*. ad h. l. sed si hoc sensu capiendum esset h. l. nomen παλιγγενεσία, additum esse deberet pron. μου· neque in libris N. T. hoc vocabulo *resurrectio* insignitur, neque ulla caussa apparet, cur Jesus hac de re novo vocabulo uti debuisset. Hoc idem etiam opponi potest iis, qui παλιγγενεσία *de mortuorum resurrectione* interpretantur, quod Judæi existimarint, Messiæ temporibus mortuos in vitam revocatum iri, vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. ad Matth. xxiv. 3. Alii παλιγγενεσία accipiunt *de emendatione hominum per Christi religionem instituenda*. Ita *Hammondus*, *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 478 sqq. *Eckermanus theolog. Beyträge*, B. 3. St. 1. p. 141 sq. alii. Sensum verborum hunc fere in modum exprimunt: vos sectatores mei, quo tempore emendatio hominum per doctrinam christianam fiet (ἐν haud raro tempus indicat, quo fit id quod nomine adjuncto significatur), feretis jam hac in vita præmium hoc, ut, ubi ad superos rediero, et rex ecclesiæ sedere cœpero (ὅταν καθίσῃ κ. τ. λ.), vicarii succedatis meæ potestati (καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς κ. τ. λ.); tradetis Judæis disciplinam meam, eamque exercebitis; vel, regia mea dignitas agnoscetur, doctrinam meam sequentur homines, etiam vestram dignitatem Apostolicam agnoscent homines, vestris præceptis obtemperabunt. Notant, imaginem petitam esse a forma civitatis Judæorum, atque Judæos commemoratos esse pro cultoribus Christi quibusvis.

Mihi vero hæc interpretatio orationis seriei non magnopere conveniens videtur, nec favent ei alii loci similes, neque video, quomodo omnino Apostolica dignitate, (quam jam antea acceperant a Christo Apostoli xvi. 19. x. 5.) cum innumeris molestiis, laboribus atque periculis conjuncta, compensata Apostolis fuerint (v. 27.) mala illa quæ Christi caussa susceperant. Quare per παλιγγενεσίαν videtur potius intelligi debere tempus illud, quo Apostoli virtutum suarum, et calamitatum ob Christi doctrinam perpessarum, præmia luculentissima et amplissima reportaturi essent, *solennis inauguratio regni Messiani*, h. e. *felicitas in altera vita exspectanda*. Θησαυρὸς ἐν οὐρανῷ, cf. v. 21. ζωὴ αἰώνιος v. 29. add. vi. 20. Sermo nimirum fuerat in antecedentibus *de felicitate in regno Messiano exspectanda*, et Jesus ipse v. 21. usus erat verbis ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· hæc ipsa verba Christi respexerat Petri quæstio v. 27. proposita. Ergo etiam in responsione Christi de felicitate illa in regno Messiano, in altera vita exspectanda, sermo esse debet. Loco plane simili Luc. xxii. 28 sqq. Christus discipulis dicit: *Vos mecum in calamitatibus meis perdurastis, hinc ego promitto, vos regni mei participes fore*

ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρό-
29 νους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ πᾶς ὃς

(v. 29.), *et felicitate summa perfruituros esse.* Diserte ibi a calamitatibus Christi caussa perferendis, nunquam ab Apostolorum munere sejunctis, discernitur τὸ καθίσαι ἐπὶ θρόνων et τὸ κρίνειν τοὺς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, quæ formulæ commutantur ibi cum formula ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ, qua, ut satis constat, eximia felicitas significatur, vid. ad viii. 11. Ita quoque 2 Tim. ii. 11, 12. συναποθνήσκειν τῷ Χριστῷ (gravissimas calamitates Christi caussa in his terris perferre), ὑπομένειν, atque συζῆν et συμβασιλεύειν inter se distinguuntur, et sermo ibi est de christianis in genere. Neque Matth. xx. 20. ubi precatio matris filiorum Zebedæi aperte spectat splendorem et felicitatem in regno Messiano exspectandam, verba καθίσαι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων referri possunt ad munus doctrinæ Christi propagandæ. Ipse denique Christus suam dignitatem et felicitatem *post mortem* adeundam, depingit formula καθίσαι ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς Matth. xxvi. 64. nunquam vero idem de se, qui tamen, æque ac ipsius Apostoli, patris mandata his in terris peregerit, in hac vita versante, prædicat. vid. *Flatti* Diss. de notione vocis βασιλεία τῶν οὐρανῶν, in Commentt. theoll. a *Velthusenio*, *Rupertio* et me ipso editis, Vol. ii. p. 443. Ex his vero locis hactenus allatis, haud obscure apparere arbitror, τὸ καθίσαι ἐπὶ δώδεκα θρόνους κ. τ. λ. non posse commode explicari de propagatione doctrinæ Christi et dignitate Apostolica. Promittebat Jesus Petro reliquisque Apostolis, quo animos eorum perturbatos v. 25. sedaret et deliniret, et ad fiduciam revocaret, virtutis et constantiæ præmia uberrima, maxima, et utebatur hanc in rem imaginibus atque picturis regni Messiani Judaicis. Opinabantur nimirum Judæi Messiam reliquas gentes sibi subjecturum, mortuos in vitam revocaturum, novaque facie orbi inducta (vid. *Lightfootus* ad Matth. xxiv. 3.) rempublicam Judæorum in pristinam formam θεοκρατικὴν redacturum, et summa felicitate Judæos beaturum esse. v. not. ad iii. 2. et ad xvi. 27. Has Judæorum opiniones de regno Messiano solennes Jesus h. l. respiciebat, hanc παλιγγενεσίαν (bene Syrus interpres hoc voc. expressit עלמא· חדתא h. e. Hebr. עולם חדש, *seculum novum*), hanc *magnam rerum conversionem*, ipsi quoque Apostoli tunc temporis exspectabant. Neque tamen, ut scite observavit *Flattus* l. l. p. 439. falsa spe hoc modo Apostolis illudere volebat Jesus, id quod ex hoc ipso sermone, coll. v. 21, 29. aliisque ab eo habitis clarissime patet, quibus vanam bonorum terrenorum spem ex animis discipulorum evellere studebat, ita, ut discipuli ipsius, cæterique non plane hebetes auditores, propria cum impropriis comparantes, facile intelligere possent, posterioris generis sermones, tropicas mere dictiones, alibi a Christo explicatas, esse. Utebatur autem istis doctrinæ suæ involucris, quoniam probe intelligebat, adhuc discipulorum auditorumque suorum mentibus, ejus felicitatis, quam ipse promisit, neque justum sensum, neque tantum inesse desiderium, ut jam tunc temporis ad doctrinam suam constanter tenendam satis momenti apud eos habere posset. Et quamquam eum non fugiebat, plures discipulorum suorum impropriis hujus generis dictis vim propriam, quippe præjudicatis eorum opinionibus convenientem, tributuros esse; tamen etiam prævidebat opiniones illas præconceptas ex animis eorum evulsum iri, et clariori cognitionis luce affulgente, et mentibus eorum hac doctrina in melius formatis, ipsos alius generis, quam in vano splendore positam felicitatem exoptaturos et exspectaturos esse. Verba ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ non cum verbis οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, sed cum verbis ὅταν καθίσῃ κ. τ. λ. quæ vocabuli παλιγγενεσία vim et potestatem accuratius definiunt, cohærere, in promptu est; ut Marc. xii. 23. ἐν τῇ ἀναστάσει, ὅταν ἀναστήσονται. vid. *Fischerus* l. c. p. 479. θρόνος δόξης, Hebr. כִּסֵּא כָבוֹד, 1 Sam. ii. 8. est *thronus splendidus*, insigne potestatis regiæ, et καθίσαι ἐπὶ θρόνου δόξης est *sedere, esse regem.* Reges enim imperantes, majestatem splendoremque ostentantes, cogitantur sedentes in soliis. κρίνειν h. l. idem est quod ἄρχειν, *regnare, præesse:* Artemidor. ii. 12. κρίνειν γὰρ τὸ ἄρχειν ἔλεγον οἱ παλαιοί· sic κρίσις est *imperium* Apoc. xx. 4. hinc שופט est *rex* Amos. ii. 3. Judæi autem, cum summam dignitatem et felicitatem describere volebant, imagines a dignitate, splendore, et felicitate regis desumere solebant. Hinc *regnare* sæpe id. qd. *felicitate frui*, ut Apoc. ii. 6. δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν h. e. *eadem mecum felicitate perfruetur:* i. 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν (pro βασιλεῖς καὶ) ἱερεῖς, *nos constituit reges et sacerdotes*, i. summam nobis dignitatem et felicitatem concessit, quoniam nimirum tunc dignitas regis et sacerdotis summo in honore erat. Sap. iii. 8. κρινοῦσι ἔθνη, καὶ κρατήσουσι λαῶν, καὶ βασιλεύσει αὐτῶν κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας. add. iv. 14. v. 17. Commemorantur porro δώδεκα θρόνοι, allusione facta ad numerum Apostolorum, et δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ, allusione facta ad duodecim tribus civitatis Judæorum; quoniam solennis

ˈἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.
Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι· καὶ ἔσχατοι, πρῶτοι. 30

## ΚΕΦ. ιζʹ.

Ὅμοια γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς

29. ↑τις.

et communis Judæorum opinio erat, Messiæ temporibus gentes suscepturas esse avitam Judæorum religionem, et ita conjunctum iri cum Judæis, ut unus tantum sit orbis terrarum populus, Mikraë Kodesch fol. 108. col. 1. *caput et summa rei in adventu Messiæ in eo continetur, quod omnes omnino populi adorent Jovam illumque colant unanimiter, nam Jova nullam voluptatem capit ex morte improbi, sed consiliis suis cum vult edocere, ut se ad illum convertat; nam omnes sunt opus manuum ejus.* vid. et not. ad iii. 2. Significantur ergo verbis δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ non tantum Judæi, sed etiam alii populi. Jam vero sensus horum verborum omnium, omissis imaginibus Judaicis, est hic: Vos (alterum καὶ ὑμεῖς redundat) mei Apostoli, pro jactura in bonis et facultatibus hujus vitæ facta, præmia amplissima, perpetua aliquando reportabitis, summa mecum dignitate et felicitate perfruemini. Atque hunc in modum v. 29. extr. Jesus ipse hactenus dicta explanat.

(29. 30.) Nec tantum vos præmia capietis virtutis atque constantiæ amplissima, sed et omnis qui præ doctrina christiana, divitias, aliasque res carissimas quasvis contempserit, eadem feret. Pro ὃς e codd. recte *Griesbachius* reposuit ὅστις, solet etiam alias in Matthæi commentariis πᾶς copulari cum ὅστις. v. vii. 24. x. 32. al. ἢ γυναῖκα] abest a codd. pluribus, et omissum est, ut πατέρα, vel librariorum incuria, vel de industria, quoniam cogitabant de divortio, de quo tamen non sermo est, et ut adimeretur omnino adversariis religionis occasio inepte calumniandi, quam sequens ἑκατονταπλασίονα λήψεται præbere videbatur. cf. Theophylactus et *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου] *propter me* i. propter doctrinæ meæ professionem; ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίου habet Marc. x. 29. ἑκατονταπλασίονα λήψεται] *longe majora accipiet præmia*, commoda plura atque majora, quam quæ ob religionis meæ constantem professionem amisit et posthabuit. Apud Marc. et Luc. xviii. 29. additur ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. ostendit ergo Jesus, eos, qui coacti fuerint possessiones et necessarios propter religionem relinquere, eximia bona jam his in terris nacturos esse, et præter animi tranquillitatem, spem felicitatis in altera vita consequendæ etc. etiam reperturos esse christianos alios plures, quorum benignitas et liberalitas resarcitura sit iis jacturam possessionum et necessariorum. καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει] *et felicitatem perennem consequetur*, felix erit in hac et in altera vita. Luc. l. c. addit: καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ, *olim, in regno Messiano.* — (30.) Quod vero felicitatem in regno meo exspectandam attinet: *multi, qui primi fuerunt, ultimum, qui contra ultimi fuerunt, primum locum obtinebunt.* Hac autem proverbiali loquendi formula, de qua vid. *Schotti* Adagg. N. T. p. 50. commendare voluit Christus Apostolis modestiam, eosque edocere, Deum in remunerando non respicere res externas, non vanas hominum de meritis suis opiniones, sed unice virtutem, probitatem, pietatem, et in ea exercenda diligentiam, neque adeo Apostolos de rebus et ornamentis externis gloriari, neque existimare debere, neminem posse majora vel eadem præmia accipere, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, propterea, quod ipsi fuissent primi Christi sectatores, et doctores ecclesiæ principes. Hoc ipsum est quoque argumentum parabolæ prima parte capitis seq. propositæ, et secutus est, ut bene monuit *Schættgenius* in Hor. Hebr. ad h. l., Christus morem tunc apud Judæos receptum, qui talis erat, ut primo sententia proponeretur, deinde simili vel exemplo illustraretur, tandem repeteretur, vid. Ies. xl. 18, 25.

## CAP. XX.

(1.) ὁμοία γάρ ἐστιν — ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ] *quod attinet regnum Messianum*, felicitatem in eo exspectandam, *idem eveniet, quod factum est a quodam patrefamilias*, qui rei familiaris diligentem curam habebat. ἅμα πρωῒ] *primo mane, summo diluculo*, mane cum luce simul (Plaut. Merc. ii. 1, 31.), cum primo luci (Plaut. Cistell. ii. 1. 53.) Plena formula est ἅμα σὺν τῷ πρωῒ, v. τοὺς οʹ. Eccles. xi. 6. Jer. xx. 16. sed Græci scriptores scribere solent ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ut Xen. Hist. Gr. i. 6. 10. Diod. Sic. p. 113. B. add. 1 Marc. iv. 6. Hesychius: ἅμα· ὁμοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ

2 τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν
ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα
3 αὐτοῦ. Καὶ ἐξελθὼν περὶ ¹τὴν τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους
4 ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς· Κἀκείνοις εἶπεν· Ὑπάγετε
καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα· καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν.
5 Οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν,
6 ἐποίησεν ὡσαύτως. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν, εὗρεν
ἄλλους ἑστῶτας ¹ἀργοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τί ὧδε ἑστήκατε
7 ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; Λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς
ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν

3. † τὴν. 6. † ἀργούς.

χρόνῳ. cf. *Albertius* et *Raphelius* Obss. Herodott. et Xenophh. ad h. l. μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ] *ut conduceret operarios, qui vineam ipsius colerent.* Præpositio εἰς, quæ respondet Hebr. ל 2 Sam. xi. 7. notat sæpius *pro,* ut h. l. et objecto præponitur, in cujus usum aliquid facimus, ut notavit ad h. l. *Kypkius.* Sic Cic. epp. ad Div. ii. 17. scripsit: *de legionibus, quæ decretæ sunt* in *Syriam.*

(2.) συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν] *postquam pactus erat cum operariis.* συμφωνεῖν est verbum de musicis proprium, cum e diversis vocibus unum efficiunt concentum. Phavorinus: συμφωνῶ· συνᾴδω—συντίθεμαι. Inde factum est, ut significaret quoque *convenire, consentire, communi consensu aliquid pacisci,* ut h. l. Act. v. 9. Theophr. Char. viii. 2. al. ἐκ δηναρίου] vid. ad xviii. 28. Merces diurna, quæ operariis dari solebat, erat temporibus illis denarius. Etiam Tobiæ filius, Tob. v. 14. comiti promittit in singulos dies drachmam, δραχμὴν τῆς ἡμέρας· sed δραχμὴ ejusdem erat pretii, cujus δηνάριον. Idem erat stipendium diurnum militum apud Romanos. Tacit. Annal. i. 17. ubi Percennius de militibus dicit: *denis in diem assibus animam et corpus æstimari, hinc vestem, arma, tentoria, hinc sævitiem centurionum, et vacutiones munerum redimi.* cf. *Krebsius* ad h. l. *Eisenschmidtius* de ponder. et mensuris, c. ii. p. 31. τὴν ἡμέραν] *in diem, auf einen Tag.* Omissa est præpositio εἰς, quæ in ejusmodi orationis serie determinative accipi debet, ut Lat. *in,* Ovid Met. ii. 47 sqq. de Phaëthonte: *Inque diem alipedum jus et moderamen equorum.* Polyb. vi. 37. εἰς τὸν μῆνα· Alii subintelligunt κατὰ et distributive vertunt: *in singulos dies;* attamen non est h. l. sermo de pluribus, sed de uno tantum die.

(3—7.) *Exiit rursus circa horam tertiam,* περὶ τὴν τρίτην ὥραν· Judæi nimirum diem in duodenas partes sibi æquales describebant, Joh. xi. 9. οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; Initium diei fiebat ab hora prima, quæ nobis est sexta matutina. Itaque τρίτη ὥρα est hora nostra nona. περὶ, *circa, circiter,* de tempore etiam ponitur Marc. vi. 48. Act. xxii. 6. Alexandrini ita vertunt Hebr. כ Exod. xi. 4. εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργοὺς] *conspexit alios in foro otiosos stantes.* ἀγορὰ de iis maxime locis dicitur, in quibus res venales exponuntur, judicia fiunt, conciones habentur, cum populo agitur etc. quoniam ibi magnus hominum numerus convenire solet. Etymol. M. ἀγορὰ,—παρὰ τὸ ἀγείρω, τὸ ἀθροίζω καὶ ἐκκλησιάζω—. Suidas: ἀγορὰ—καὶ ὁ τόπος ἔνθα πιπράσκονται τὰ ὤνια. Phavorinus: ἀγορὰ—καὶ τὸ δικαστήριον. Quæ quidem loca Latinis dicebantur *fora.* Cf. omnino *Fischerus* Proluss. de vit. p. 275 sqq. In foris ergo conveniebant etiam homines otiosi et desides, atque ii, qui operam suam mercede aliis locare vellent, ibi tempus terebant, vid. Æl. H. V. xiv. 37. Inprimis vero hora diei tertia, sive ut nos loquimur, nona ante meridiem, homines frequentes illis temporibus in forum confluebant, unde et Græcis περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν idem erat quod *hora tertia.* Suidas: πλήθουσα ἀγορὰ, ὥρα τρίτη· vid. Æl. H. V. xii. 30. et *Kypkius* ad h. l. qui idem observat, hanc ipsam ob caussam ad tertiam tantum horam additum esse: ἐν τῇ ἀγορᾷ· hanc ipsam ob caussam patremfamilias hac hora operarios in foro quæsivisse, qui alio tempore aliis forsitan in locis fuissent conquirendi; Judæorum vero fora, ut constat, sub portis erant, vid. Gen. xxiii. 10. Prov. xxxi. 31. Ps. ix. 15. lix. 13. ἄλλους scl. ἐργάτας, quod voc. e v. 2. repetendum.—(4.) ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον] *quod justum et æquum fuerit.* Ita δίκαιος legitur quoque Phil. i. 7. Col. iv. 1. 2 Petr. i. 13.—(5.) πάλιν ἐξελθὼν περὶ ἕκτην κ. τ. λ.] *rursus exiit circa horam sextam et nonam.* ἕκτη, *sexta hora,* nostra fere duodecima; ἐννάτη, *nona,* nobis tertia hora pomeridiana; ἑνδεκάτη] (v. 6.) *undecima,*

ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε. Ὀψίας δὲ γενο- 8
μένης, λέγει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ·
Κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν ἀρξά-
μενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ 9
τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Ἐλθόντες δὲ οἱ 10
πρῶτοι, ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται· καὶ ἔλαβον καὶ
αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον. Λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκο- 11
δεσπότου, Λέγοντες· Ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποί- 12
ησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ

nostra quinta pomeridiana, sed hora sexta operarii ab opere diurno desistere solebant. ὧδε] *ita, hoc modo*: Hesych. ὧδε, οὕτως, εἰς τοῦτον τὸν τρόπον. Mœris: ὧδε, κοινὸν Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν· οὕτως, Ἑλλήνων. Cæterum voc. ὥραν v. 6. plures codd., patrr. et verss. omittunt, originem suam debere videtur Grammaticis, cum facile ex antecedentibus subintelligi possit; etiam ἀργοὺς libri nonnull. et verss. omittunt, illudque e v. 8. vel posteriori hujus versus membro irrepsit. Verba v. 7. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε omittunt BDL. 1 Copt. MS. Sahid. Perss. Vulg. It. exc. brix. clar. tol. Orig. Cyr. Hilar. Arnob. Hieron. Juvenc. Pro λήψεσθε habent δώσω ὑμῖν Copt. Arr. Æth. Syr. hieros. tol. has lectiones e glossemate ortas, et verba a grammaticis e v. 4. in hunc locum esse translata verissime judicavit *Griesbachius*.

(8—10.) ὀψίας δὲ γενομένης] *hora diei ultima*, sive duodecima, ut nos loquimur, sexta pomeridiana. τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ, *villico* s. *procuratori suo*. Vocabuli ἐπίτροπος usus latissime patet. Notat omnino eum, cujus curæ ac fidei aliquid commissum est ita, ut alterius loco certa quædam negotia administret, *procuratorem*. Cic. pro Cæcin. c. 20. *procurator dicitur omnium rerum ejus—quasi quidam pæne dominus, hoc est alieni juris vicarius*. Inprimis ita dicebantur servi, quibus herus rei domesticæ curam, rationes excepti et expensi etc. commiserat, qui alias dicuntur οἰκόνομοι. Hos e servorum genere fuisse docet Aristot. Œcon. i. 5. δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος καὶ ἐργάτης. Speciatim vero ἐπίτροποι erant *inspectores villarum et prædiorum*, quos Liban. ep. 322. vocavit ἐπιτρόπους τῶν χωρίων. Hoc sensu nostro loco hoc vocab. capiendum est. Hesych. ἐπίτροπος ὁ προστατῶν χωρίων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας. cf. *Kypkius* ad h. l. *Raphelius* Obss. Herodott. p. 244. et *Fischerus* Ind. Palæph. h. v. κάλεσον pro συγκάλεσον, *convoca*, quo posteriori verbo οἱ ό'. Hebr. קרא expresserunt Exod. vii. 11. ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν] *solve iis mercedem*: ἀποδιδόναι id. qd. διδόναι et frequenter de mercede exsolvenda legitur, ita ut sit: *dare quod debetur*, vid. Rom. xiii. 7. Matth. v. 26. Æl. H. V. v. 21. et *Kypkius* ad h. l. ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ἕως τῶν πρώτων] *incipiens ab ultimis usque ad primos*, h. e. ita, ut primi et ultimi eandem mercedem accipiant. *Kypkius* locutionem ellipticam ita explicandam esse, monuit; ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων καὶ ἐλθὼν ἕως τῶν πρώτων, *incipiens a postremis, et pergens usque ad primos*. His vero verbis non tam indicatur ordo, quo omnes mercedem accipere debuerint; sic enim scribendum fuisset: ἀπὸ τῶν πρώτων ἕως τῶν ἐσχάτων, sed potius, cum locutio inversa sit, notatur mercedis æqualitas. Cæterum in ipsa mercedis distributione non est argutandum, sed quæ de ea allata sunt, faciunt ad rem ipsam accuratius illustrandam. ἀνὰ] adverbium, *singulatim*, plena formula legitur Apoc. xxi. 21. ἀνὰ εἷς ἕκαστος.

(12.) *Isti per unam tantum horam opus fecerunt, tuque eos pares fecisti* (eandem mercedem iis dedisti) *nobis, qui per totum diem labore et æstu solis defatigati sumus*. Formulam: μίαν ὥραν ἐποίησαν] plures vertunt: *unam tantum horam consumpserunt*, sive *commorati sunt in vinea*, ut adeo ποιεῖν sit idem quod διατρίβειν, ut Act. xv. 33. xviii. 23. 2 Cor. xi. 25. Jac. iv. 13. Tob. x. 7. quo sensu etiam usurpavit verbum *facere* Seneca ep. 66. *quamvis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt*. Contemptim ergo hos operarios, de illorum opera præstita, locutos esse, et præterea non dixisse εἰργάσαντο, sed ἐποίησαν. Rectius tamen, ut opinor, cum de laboribus operariorum sermo sit, cum non additum legatur ὧδε vel ἐν τῷ ἀμπελῶνι, subintelligitur ἔργον, ut adeo vertendum sit, *opus fecerunt*, quæ formula legitur apud Terent. Heautont. i. 1. 90. Ita Hebr. עשׂה et פעל sæpius occurrunt, ut Exod. v. 9. Levit. xxiii. 7. Exod. xx. 9, 10. et ποιεῖν ut sit id. qd. ἐργάζεσθαι in versione Alexandrina Ruth. ii. 19. Matth. xxi. 28. Columella de Re Rust. ii. 2. hac in re usus est formula *facere*

13 βάρος τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν καύσωνα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν
ἑνὶ αὐτῶν· Ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς
14 μοι; Ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε· θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ
15 δοῦναι ὡς καί σοι. Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν
τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός
16 εἰμι; Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι· καὶ οἱ πρῶτοι,
ἔσχατοι· πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.
17 Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς

*agrum*, βάρος τῆς ἡμέρας] *onus*, labores diei. τὸν καύσωνα] *æstum solis*, nam in Orientis regionibus tantum per aliquot horas post solis ortum aura frigidior spirat; per reliquum diei tempus sol flagrantissimus urit, unde Jacobus Gen. xxxi. 40. ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύσωνι.

(13—15.) Auditis horum hominum sua sorte non contentorum et invidorum vocibus, *respondit herus uni eorum: amabo, te nulla injuria affeci. Nonne tecum pactus sum denario? aufer mercedem tuam et abi. Volo enim ultimo eandem mercedem dare, quam tibi dedi.* ἑταῖρε] *bone vir, amabo;* quo vocabulo in vita communi notos et ignotos blande compellare solemus, id. qd. ὦ ἀγαθὲ, ὦ φίλε· Hesychius, ἑταῖρος· φίλος. Interdum vero etiam est compellatio expostulantis et exprobrantis ut h. l. et Matth. xxii. 12. cf. not. ad xxvi. 50. — (15.) ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς] *annon mihi licet meis facultatibus pro lubitu uti?* ἐν τοῖς ἐμοῖς scl. χρήμασι, *meis bonis, facultatibus*, Arrian. Epict. i. 18. ἐν τοῖς σοῖς c. 24. τὰ σὰ, vid. *Albertius* ad h. l. Sic τὰ ἐμὰ, Hebr. אשר לי, legitur Luc. xv. 31. ut idem fit quod τὰ ὑπάρχοντα Matth. xix. 21. ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;] *num tuam invidiam mea beneficentia movet?* num tu invides his beneficentiam meam? Pro ἢ ὁ ὀφθ. multi codd. habent εἰ ὁ ὀφθ., sed vetustissimi libri et verss. pleræque lectionem ἢ tuentur. ὀφθαλμὸς πονηρὸς per Hebraismum indicat *avarum* et *invidum;* Hebræis enim טוֹב עַיִן dicitur *liberalis, benignus*, sed רַע עַיִן *avarus* et *invidus*. Deut. xv. 9. ורעה עינך באחיך, ubi οἱ ο'· καὶ πονηρεύσεται ὁ ὀφθαλμός σου τῷ ἀδελφῷ σου· add. Prov. xxii. 9. xxiii. 6. quo posteriori loco Alexandrini habent ἀνὴρ βάσκανος, sed vulg. *homo invidus*. Tob. iv. 7, 16. Sir. xiv. 5, 10. xxxii. (al. xxxv.) 8, 9. cf. *Drusius* et *Casaubonus* ad h. l. ἀγαθὸς, *beneficus, liberalis*, חסד.

(16.) οὕτως] sic, animadvertetis sententiam supra a me propositam verissimam esse. ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι] h. e. quod attinet præmia in regno Messiano exspectanda, ea pendent ab arbitrio et benignitate Dei; non respicientur tempus, quo vos meam doctrinam accepistis, eamque propagare studuistis, non opinio vestra de meritis vestris, non res externæ, sed respicientur pietas, probitas, ardor, studium. Nolite ergo existimare, neminem posse majora, vel eadem præmia accipere, quæ vos exspectatis, quoniam estis *primi* mei *discipuli*, neminem posse eodem modo probitatis virtutisque studio excellere, quo vos excellitis. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί] in universum vobis affirmo: *plures religionem meam esse accepturos, paucos vero ita accepturos, ut Deo probentur*, ut sint christiani hoc nomine digni, egregii. Virg. Æn. vi. 130. *Pauci, quos æquus amavit Jupiter, atque ardens evexit ad sidera virtus.* Loquitur Jesus de christianis in genere. Nempe καλεῖν respondet Hebr. קָרָא, Ies. xlviii. 12. et cum de Deo ac Christo in N. T. legitur, non tantum notat beneficium alicui destinare et offerre, sed etiam hoc beneficium largiri. Jam Judæi quoniam erant populus Dei quasi e reliquis gentibus selectus, quoniam habebant religionem veram, et eximiis beneficiis a Deo ornati erant, dicebantur κλητοὶ, etiam ἐκλεκτοί. Sed Christus et Apostoli, temporibus N. T., formulas in re Judæorum sacra solennes transferre solebant ad christianos, atque iis dicebantur christiani, quatenus præcipuis a Deo beneficiis ornati erant, κλητοί. Et cum κλητοὶ discernuntur ab ἐκλεκτοῖς, per τοὺς κλητοὺς intelliguntur ii, qui religionem christianam susceperunt, et per ἐκλεκτοὺς, qui eam ita acceperunt, ut sint christiani rectæ indolis, Deoque probati. Etiam בחורים, ἐκλεκτοὶ, sunt qui aliis præstant, in militia præcipue, 2 Sam. vi. 1. xxi. 6. Ps. lxxxix. 3. lvi. 13. atque מִבְחָר dicitur omne id, quod est suo in genere excellens et eximium, quodque adeo probatur et diligitur, Gen. xxiii. 6. ubi ab Alexandrinis redditur ἐκλεκτὸς, et Matth. xii. 18. ὁ παῖς ὃν ᾕρετισα explicatur ὁ ἀγαπητός μου.

(17—19.) Solebat Jesus inprimis tum

δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς·
Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου 18
παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι· καὶ κατα-
κρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ· Καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνε- 19
σιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι, καὶ μαστιγῶσαι, καὶ σταυρῶσαι· καὶ
τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, μετὰ 20
τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα, καὶ αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ.

disputare cum discipulis suis, primo obscurius, successu temporis apertius et sæpius, de morte sua et reditu in vitam, eamque cœlestem, cum essent vel facinorum ab ipso patratorum magnitudine perculsi, vel alia quadam re commoti, ut sensim meliora discerent, ut labefactarentur opiniones inveteratæ de regno Messiano, ne reliquorum Judæorum vanitas, qua ad audenda et exspectanda quævis ferebantur, eorum quoque animos contingeret atque inflaret, et ut præpararentur ad ea quæ brevi eventura erant, ne a magistro cruci affixo penitus desciscerent. Inprimis vero in ultimo itinere Hierosolymitano, Jesus, cujus animum non perturbabat certa calamitatum, quin et ipsius mortis præsensio, ut potius ea vis et ardor, quem in munere gerendo demonstrabat, augeretur, cum ipsi de lætissimo exitu, quem illa res habitura esset, persuasissimum esset, monebat Apostolos sæpius de calamitatibus sibi imminentibus, cujus rei multa vestigia deprehenduntur in sermonibus iis, quos Johannes copiosius descripsit. Quare et nunc temporis Jesus, cum jam Hierosolymis appropinquaret, atque eum interficiendi consilium cepisset synedrium, Joh. xi. 46 sqq. postquam discipulis, xix. 28. quo fortius eorum animos moveret, eosque perturbatos tranquillaret xix. 25. præmia iis in altera vita promiserat maxima, usus imaginibus Judaicis, ita tamen, ut eos ab arrogantia dehortaretur, et ad modestiam, virtutis, pietatisque studium excitaret, libere, et ingenue, et clarissime prædicebat calamitates ipsi, volente Deo, subeundas, v. 17 sqq. At enimvero Apostoli, quorum tarditatem in percipiendis magistri dictis ipse sæpius reprehenderat, v. xvi. 18. al. ut Lucas (qui iisdem fere verbis, quæ h. l. leguntur, usus est,) xviii. 34. refert, neque nunc temporis, etiamsi verba Christi plana essent atque perspicua, rem ipsam componere poterant cum opinionibus præjudicatis, quas de regno Messiano fovebant. vid. not. ad xvi. 21. xvii. 22. ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα] *petens Hierosolyma:* Hebr. עָלָה, ut ἀναβαίνειν, ponitur de iis, qui de loco quodam inferiore eunt et tendunt ad locum aliquem superiorem. vid. 1 Regg. xii. 27. Neh. vii. 6. Hom. Odys. α'. 210. β'. 172. Luc. xviii. 31. xix. 28. Joh. vii. 8, 10. xii. 20. *Michaëlis* Diss. de notionibus superi et inferi in S. S. Halæ 1735. παρέλαβεν κατ' ἰδίαν] *seorsum assumpsit Apostolos,* nempe a reliqua multitudine populi, quæ quoque Hierosolyma petebat ad celebrandum ibi festum paschale. — (18.) τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, vid. ad xvi. 21. κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ] *capite me condemnabunt,* non sententiam judiciali potestate pronuntiando, ut bene observavit *Grotius* ad h. l. (nam arbitrium vitæ et necis erat penes Pilatum, procuratorem Judææ), sed præjudicio auctoritatis suæ, εἶπον, ἔνοχος θανάτου ἐστί. add. Marc. xiv. 64. Simili modo הִרְשִׁיעַ legitur Job. xxxii. 3. de amicis Jobi. Alex. ibi habent ἔθεντο αὐτὸν εἶναι ἀσεβῆ. De constructione verbi κατακρίνειν varia vid. *Heupelius* ad Marc. x. 33. — (19.) τοῖς ἔθνεσι id. qd. τοῖς ἐθνικοῖς vi. 7. εἰς τὸ ἐμπαῖξαι κ. τ. λ.] *ut me ludibrio habeant, et flagellis cæsum, in patibulum agant,* vid. not. ad xxvii. 26, 32. x. 38.

(20.) Salome (v. Marc. xv. 40. xvi. 1.), mater filiorum Zebedæi, Johannis et Jacobi (Marc. x. 35.), fœmina et ipsa ambitiosa (Senec. ad Helv. 14. *viderint illæ matres— quæ quia fœminis honores non licet gerere, per illos ambitiosæ sunt*), una cum filiis (μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, v. 20.) Jesum adiit, atque his ipsis filiis suis ab eo societatem imperii petiit, ita, ut ipsos esse juberet amicorum suorum, i. cæterorum Apostolorum principes. Ut rem illam a Jesu peteret, auctores matri haud dubie extiterant ipsi filii, et precibus his inprimis occasionem dedisse videntur verba Christi xix. 28. a Johanne et Jacobo, regnum Messianum terrenum, et institutionem illius propediem exspectantibus, male intellecta. Nec improbabile est, matris filiorumque ambitionem excitatam, altam et auctam fuisse eo, quod Christus Jacobo et Johanni inprimis favere videretur, vid. ad xviii. 1. ita ut solus Petrus cum iis de principatu contendere posset. Neque tamen illi ipsi his precibus magistrum adire ausi sunt, graviter ab eo jam alio tempore ad modes-

21 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ· Εἰπὲ ἵνα καθί-
σωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ
22 εὐωνύμων¹, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
εἶπεν· Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον,
ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, ¹καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζο-
23 μαι, βαπτισθῆναι; Λέγουσιν αὐτῷ· Δυνάμεθα. Καὶ λέγει

21. † σου. 22. † καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι;

tiam admoniti, v. xviii. 1 sqq. xix. 30. xx. 1 sqq. Marc. x. 35. filios Zebedæi ipsos sistit precantes, nempe propterea, quod Salome in eorum præsentia, eorumque suasu et auctoritate (unde etiam Jesus orationem suam v. 22, 23. non ad matrem, sed ad filios dirigebat) rem illam a Jesu expetebat. Verum audiendus est inprimis Matthæus, qui colloquio ipsi interfuit. αἰτοῦσα τι παρ' αὐτοῦ] ut bene monuit *Grotius*, ipsam petitionis præfationem indicat. Solent enim, qui aliquid sunt postulaturi, præfari, non multa a se, sed unam rem peti, ne inverecundi videantur, coll. 1 Regg. ii. 16, 20. ubi petitionis præfatio est: αἴτησιν μίαν ἐγὼ αἰτοῦμαι.

(21.) εἰπὲ] *jube*, permitte, sine *sedere*, Marc. x. 37. δός· Hebr. אמר, quod Alex. Esth. ix. 14. expresserunt verbo ἐπιτρέπειν, vid. ad Matth. iv. 3. εἷς—εἷς] *alter—alter*, אחד־אחד, Levit. xii. 8. 2 Par. iii. 17. ἐκ δεξιῶν—εὐωνύμων] *alter secundum, alter tertium a te, rege, locum teneat*, i. sint amicorum tuorum principes, societatem imperii, proximum iis a te locum concede, coll. v. 25, 28. Formula enim: *sedere ad alicujus dextram*, indicat vel: honorem et dignitatem, 1 Sam. xx. 25. Sic Alexander rex Syriæ honoris caussa assidere sibi jussit Jonathanem, 1 Macc. x. 63. καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν (Ἰωνάθαν) ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ· amicitiam, familiaritatem, Sir. xii. 12. μὴ καθίσῃς αὐτὸν ἐκ δεξιῶν σου, *noli ejus consuetudine uti*, ne sit tibi familiaris: vel, potestatem, societatem imperii, Ps. cx. 1. et h. l. vid. *Knappius* de Christo ad dextram Dei sedente, Opuscc. T. i. p. 39 sqq. Nempe Johannes atque Jacobus, non minus quam reliqui Apostoli, in regno Messiæ dignitatem φυλάρχων exspectantes " sciebant, utor verbis *Grotii* ad h. l., inter eos, qui paris essent gradus, aliquem esse ordinem, quemadmodum in veteri regno Israelitico, duo primi loci erant τῶν φυλάρχων tribuum Judæ et Josephi. Hos igitur honores filiis suis deposcit. Dextræ regis assidere, significat locum a rege principem. Tertius autem in regno locus describitur sessione ad sinistrum regis latus. Nam quo quisque in regno major, ita regi in publicis conventibus propior sedebat." ἐν τῇ βασιλείᾳ] *in regno* terreno *a te constituendo*.

(22.) Perquam humaniter atque prudenter Jesus ad has discipulorum preces vanas et inconsideratas respondet; loquitur eorum opinionibus præconceptis convenienter, vid. ad xix. 27. easdem vero etiam corrigit, et a terrenis cogitationibus eos avocare studet. Verba facit de calamitatibus sibi imminentibus, eosque edocet, longe aliam esse regni sui indolem imperiique formam, quam sit regnorum terrenorum, neque adeo cum his regnum suum comparari posse, cohortatur denique eos ad humanitatem et modestiam. οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε] *nescitis quid petatis*, nescitis quale regnum meum sit, et quot incommoda atque calamitates vobis ad illam dignitatem et potestatem adspirantibus, his in terris perferendæ sint. δύνασθε;] *num potestis, sustinetis?* vel, *vultisne?* δύνασθαι enim, ut יכל, inter alia quoque notat *sustinere, audere*, 2 Sam. xvii. 17. Gen. xxiv. 50. et *velle*, v. not. ad Marc. vi. 5. πιεῖν τὸ ποτήριον] imago Hebræis perquam usitata. Comparant enim Hebræi beneficia, quibus Deus ornare solet homines, cum lauto convivio hospitioque quo excipiuntur, Ps. xv. 1. xvi. 5. al. quæ imago desumpta est ab hospitalitate Orientalium. Tribuunt vero etiam Deo poculum vino infecto et austero repletum, quod ebibendum porrigat hominibus, assignans iis sortem adversam, pœnas et calamitates, vid. Ps. lx. 5. lxxv. 9. Ies. li. 17, 22. Thren. iv. 21. Joh. xviii. 11. Apud Homer. Il. ω'. 524. duo commemorantur dolia, e quibus homines bona vel mala accipiunt, ubi vid. *Heynius*. Sic h. l. ut contextus docet, πιεῖν ποτήριον, Hebr. שתה כוס, est, *sortem adversam, calamitates perferre*; ποτήριον autem positum est pro vino ipso, quod poculum continet, quomodo et apud Æschyl. Agam. 1408. legitur: κρατῆρ' ἐκπίνειν. Eandem vim habet imago, quæ sequitur. τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι] *malis submergi*, incommoda perferre, *quibus ego submergor*, quæ ego perlaturus sum. Afflictiones et calamitates in literis sacris sæpius comparantur gurgitibus aquarum, quibus veluti submerguntur, qui calamitatum onere premuntur, vid. Ps. lxix. 2, 3. Ies. xliii. 2. al. Hinc βαπτισθῆναι, *malis, ærumnis opprimi* s. *malis mergi*, ut dixit Virg. Æn. vi. 512. vid. *Münthius* Obss. e Diod. Sic.

αὐτοῖς· Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, ᶦκαὶ τὸ βάπτισμα, ὃ
ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν
μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς
ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, 24
ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκα- 25
λεσάμενος αὐτοὺς, εἶπεν· Οἴδατε, ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν
κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν
αὐτῶν. Οὐχ οὕτως ᶦδὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν 26
ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος· Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ 27
ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ 28
ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦ-
ναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

23. † καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε. 26. † δὲ.

ad h. l. Sed hoc significatu, ut scienter monuit *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N.T. p. 531. recentiores tantum scriptores hoc verbo usi sunt, et addiderunt verbo βαπτίζεσθαι alia verba, quibus durities metaphoræ quodammodo molliretur, ut Achill. Tat. 3. p. 179. *Salm.* τί τηλικοῦτον ἠδικήσαμεν, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις τοσούτῳ πλήθει καταβαπτισθῆναι κακῶν; v. et not. ad iii. 11. Præsens autem βαπτίζομαι vim habet Futuri, atque positum est pro μέλλω βαπτίζεσθαι. Sed hæc ipsa verba τὸ βάπτισμα— βαπτισθῆναι h. l. in plerisque codd. et verss. desunt, atque videntur huc translata esse e Marc. x. 39.

(23.) Jacobus et Johannes, præconceptis opinionibus ducti (vid. not. p. 75.), vanæque gloriæ cupidi, perquam confidenter respondebant: δυνάμεθα] *has calamitates sustinebimus*, l. *eas perferre volumus, parati sumus. Tum Jesus: subibitis quidem et perferetis eosdem labores, eadem incommoda, quæ ego subiturus atque perlaturus sum, sed quod dignitatem, quam a me petiistis, attinet, ea a me tribui non nisi iis potest, quibus a patre meo parata est.* οὐκ ἔστιν ἐμὸν] לִי לֹא, *non possum;* sic לָכֶם Mich. iii. 1. ὑμῖν ἐστι· add. Prov. xxxi. 4., vid. *Keuchenius* ad h. l. οἷς ἡτοίμασται] habita scilicet ratione mentis et animi, virtutis, pietatis et constantiæ. ἀλλὰ, cum negatio præcesserit, est idem quod εἰ μὴ, etiam Hebræi כִּי ponere solent pro כִּי אִם, vid. Matth. xvii. 8. coll. Marc. ix. 8. *Keuchenius* et *Kypkius* ad h. l. *Gatackerus* Advv. Miscell. i. 3. p. 195. et *Fischerus* ad Plat. Apol. xxii. 20.

(24—27.) Apostoli reliqui, non minus quam Johannes et Jacobus præconceptis opinionibus occupati, et eidem vanæ gloriæ inhiantes, v. xviii. 1., succensuerunt condiscipulis, quare eos Jesus propius ad se arcessitos, v. 25. ita alloquebatur: οἴδατε, ὅτι οἱ ἄρχοντες κ. τ. λ.] nostis principes eorumque amicos dominari civibus, verum vos non debetis illorum mores imitari et sequi, nemo vestrum dominium exercere debet in alterum, sed qui vestrum volet dignitate in regno meo excellere, modestia, humanitate, officiositate, excellere, alios superare studeat. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, sunt omnino *principes, reges:* οἱ μεγάλοι, הַגְּדוֹלִים, (quod Alex. etiam vertunt δυνάσται, μεγιστᾶνες, Prov. xviii. 16. Nah. iii. 10.) sunt *primores*, ratione civitatis, 2 Regg. x. 6. ratione regis, principis, *amici* h. l. 2 Regg. x. 11. Jon. iii. 7. κατακυριεύειν et κατεξουσιάζειν, *dominari, potestatem habere,* vim habent verborum simplicium, ut Neh. ix. 37. Sir. xvii. 4. add. Luc. xxii. 25. respondent Hebr. בעל et משל Jer. iii. 14. Ps. lxxii. 8. xix. 14. κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν] scl. ἐθνῶν.—(26.) οὐχ οὕτως ἔσται ἐν ὑμῖν] *inter vos non ita*, vos non debetis illos imitari: οὐχ οὕτως, כֵּן לֹא, Deut. xviii. 14. Ps. i. 4. οὐ χρὴ ταῦτα οὕτω γίνεσθαι, ut loquitur Jacob. iii. 10. ἔσται vim habet Imperativi ἔστω, qui et statim sequitur. μέγας] pro μέγιστος, *maximus*, vid. ad v. 19., id. qd. πρῶτος, *dignitate primus, dignitate excellens.* ἔστω ὑμῶν διάκονος] id. qd. δοῦλος v. 27. commodis reliquorum ita prospiciat, ut sua commoda postponat commodis reliquorum, sit modestus, officiosus.

(28.) Suum exemplum imitandum proponit Jesus Apostolis. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ.] ego, Messias, non veni, ut more ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν, juberem homines mihi ministrare, sed ut ipse potius inservirem multorum commodis, doctrina, vita, factis meis, ut multorum salutem morte mea redimerem. δοῦναι ψυχὴν] *vitam deponere*, vid. 1 Macc. ii. 50. et *Kypkius* ad h. l. λύτρον indicat *redemptionis pretium*, pecuniam, sacrificium,

29 Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ
30 ὄχλος πολύς. Καὶ ἰδοὺ, δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν
ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει, ἔκραξαν, λέγοντες·
31 Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν

quo redimebatur aliquis a periculo, pœna, omninoque statu deteriore, vid. *Grotius*, *Münthius* et *Kypkius* ad h. l. *Storrii Erläuterung des Briefs an die Hebräer* p. 436 ss. In vers. Alexandrina respondet Hebr. כֹּפֶר Num. xxxv. 31 sq. Prov. vi. 35. quo posteriori loco Aqu. Symm. et Theod. habent ἐξίλασμα. Hesychius: ἐξίλασμα· ἀντίλυτρον. Verbum autem כִּפֶּר *expiare*, Alexandrini expresserunt verbo ἐξιλάσεται Levit. iv. 20. x. 17. ubi sermo est de *sacrificio piaculari*. add. Ps. cvi. 30. quo sensu et h. l. λύτρον capiendum est. Dixit ergo Jesus se ἀντὶ πολλῶν] s. περὶ πολλῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ut legitur xxvi. 28. ubi v. not. mortem esse subiturum tanquam victimam piacularem. Et jam quæritur, num fuerint inter Judæos Jesu ætate viventes, qui putarint et exspectarint, Messiam multos labores, incommoda multa subiturum, et ipsam vitam pro salute populi depositurum esse? Ac maxima quidem Judæorum pars et ipsi quoque Apostoli cum Pharisæis et Sadducæis existimabant Messiam mori non posse, vid. Joh. xii. 34. Sed erant omnino inter sapientiores Judæos, qui existimarent, Messiam, omnis generis felicitatis auctorem, qui et peccata populi expiaturus esset, quo populum lustraret, insontem pro sontibus pœnas luiturum, et moriturum esse, antea, quam summa ejus majestas conspicua fieret, suosque beare posset. Hinc et plures locos V. T. quos alii aliter intelligebant et explicabant, de Messiæ infortuniis, calamitatibus, et ipsa adeo morte interpretabantur. Cf. omnino quæ hanc in rem disputavimus ad Joh. i. 29. add. not. ad Matth. iii. 2. Quamquam vero notio Messiæ sustinentis et expiantis non prorsus incognita erat Judæis, Apostoli tamen, qui cum vulgo Judæorum credebant, Messiam semper felicem victorem futurum, nec moriturum esse, hac præconcepta opinione occupati, etiam nunc temporis verba Christi, etsi satis perspicua essent, non assequebantur. vid. ad xvi. 21. Cæterum quod verbosam appendicem attinet, quæ in cod. Cantabrig. in plerisque Italæ libris, apud patres nonnull. latinos, et in marg. Syræ Philoxenianæ legitur, (vid. *Griesbachii* N. T. h. l.) cujus dictio ab oratione Matthæi prorsus discrepat; e similibus nostrorum Evangeliorum locis eam effictam esse, plures opinati sunt, et laudarunt hanc in rem Luc. xxii. 28. xiv. 8. sed perquam dissimiles sunt hi loci appendici. Longe probabilius *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. statuit, Græco Matthæo hæc ex apocrypho Evangelio adscripta fuisse, apocryphi autem auctorem, relata ab iis, qui Christum coram docentem audissent, suo modo, utcunque retulisse, literisque consignasse. Corruptioni locum dedisse aliquem scholiasten Græcum, opinatur *Matthæi*.

(29. 30.) Matthæus duo cœcos Jesum sanasse memorat. Lucas unius tantum mentionem facit, et hunc cœcum sanatum esse tradit, priusquam Jesus Hierichuntem veniret ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, Luc. xviii. 35. Matthæus contra et Marcus x. 46. id factum esse docent post egressum ex urbe ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχώ. Marcus cœcum, filium Timæi fuisse notat. Itaque plures arbitrati sunt, unum tantum horum notum fuisse, alterum fuisse ignotum, ideoque Marcum et Lucam unum tantum commemorasse, vel unum tantum verba fecisse, auxiliumque Christi implorasse. vid. *Storr über den Zweck der Evangel. Gesch. und der Briefe Joh.* p. 345. §. 66. *Grotius* monet, formulam ἐγγίζειν εἰς Ἱεριχὼ non significare motum ad locum, sed omnino distantiam, *non procul abesse ab Hierichunte*, cui tamen rationi repugnat Luc. xix. 1. qui refert, Jesum sanato homine cœco intrasse urbem, add. Marc. x. 46. sed Jesum profectum cum Apostolis Hierichunte, rediisse in oppidum, non legitur. Jesum alterum sanasse cum urbem intraret, alterum cum ex urbe exiret, et Matthæum de his duobus conjunctim esse locutum, statuerunt alii. vid. *Schulzii Anmerkk. üb. Michaëlis Uebers. des N. T.* ad h. l. Omnis hæc diversitas orta esse videtur e diversitate narrationum ore propagatarum, omninoque hujus generis discrepantiæ, quæ nonnunquam in scriptis Evangelistarum deprehenduntur, non magni momenti sunt, neque adeo necesse est, ut anxie conquirantur conjecturæ, quibus ejusmodi narrationum diversitates componantur. Habent Evangelistæ eas cum aliis historicis communes, neque hoc modo eorum fides historica minuitur, sed potius ipsorum veritatis studium confirmatur. Ἱεριχὼ] urbs Palæstinæ, sita in tribu Benjamin, ab Hierosolyma fere tribus milliaribus distans, Joseph. B. I. i. 18. 5. vi. 6. Plin. H. N. v. 14. Cœci audientes strepitum prætereuntis multitudinis, sciscitabantur, quid hoc rei esset? vid. Luc. xviii. 36. et cum comperissent Jesum præ-

αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν· οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες· Ἐλέ-
ησον ἡμᾶς Κύριε, υἱὸς Δαβίδ. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν 32
αὐτοὺς, καὶ εἶπε· Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Λέγουσιν αὐτῷ· 33
Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί. Σπλαγχνισθεὶς δὲ 34
ὁ Ἰησοῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν
αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

terire, alta voce clamabant: ἐλέησον κ. τ. λ. de qua formula vid. ad ix. 27.

(31 sqq.) Quare ii, qui præcedebant, οἱ προάγοντες, silentium imposuerint cœcis, variæ caussæ afferuntur. Alii existimant, factum id esse propterea, ne, cum appropinquarent magis magisque Hierosolymis, Jesus patrato rursus miraculo, una cum suis asseclis Pharisæis proderetur, ne ad horum aures perveniret, eum publice Messiam esse nominatum. *Thiessius* ad h. l. opinatur, cœcis impositum fuisse silentium ab iis qui ipsi ægre tulissent, quod prophetam Nazarethanum, Messiam nominassent, nomine ut ipsis videretur nimis honorifico. Alii, quod credidissent, οἱ προάγοντες, cœcos stipem velle rogare, vel ne Jesum colloquentem cum discipulis irritarent, quod posterius probabilius est. Sed has conjecturas laudasse sufficiat. — (32.) Substitit Jesus, arcessivit eos, atque interrogavit: τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;] *quid vultis ut vobis faciam?* E Græca ratione scribi debuisset ὑμᾶς, sed Hebræi hac in re verbo עשה jungere solent Dativum. Ante ποιήσω subintelligendum ἵνα· Hebræi quoque ו, *ut*, interdum omittere solent, v.c. 1 Sam. xvi. 16. al. — (33.) ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ] *ut visum recipiamus*, vid. ix. 30. — (34.) De verbo σπλαγχνίζεσθαι v. ad ix. 36.

## CAP. XXI.

Jesus, quem non latebat mortem suam a Judæorum senatu esse decretam, vid. Joh. xi. 46., nihilominus tamen ad festum Paschatos concelebrandum Hierosolyma proficiscebatur, et solenniter urbem introibat. Neque tamen propterea potest contendi, eum gloriæ cupidine incensum, animæ prodigum fuisse, atque fanatico impetu morti sese objecisse; cum potius nobilissimo animi impetu ductus, et ut a patre demandato officio omni ex parte satisfaceret, insidiis hostium suorum, et ipsi morti sese obtulerit. Volebat nimirum Jesus, ut doctrinæ salutaris ab ipso hactenus traditæ semina longe lateque spargerentur, ut ea etiam inter calamitates gravissimas ubivis locorum læte efflorescerent, et felicissimus eventus his ipsius desideriis respondebat. Quodsi autem historiam ducem sequimur, facile animadvertimus, caussam lætæ rei christianæ progressionis et propagationis, caussam ardoris et constantiæ Christi sectatorum in religione salutari tenenda et tradenda, non tantum fuisse excellentiam præceptorum magistri de moribus atque officiis, sed inprimis etiam firmam persuasionem, eum Messiam esse, eum aliquando rediturum, et summa atque perpetua felicitate pios atque constantes suos cultores ornaturum esse. Judæi, veri et unius Dei cultores, exspectabant Messiam, non item gentes reliquæ, et in illorum animis prophetæ V.T. hanc spem et exspectationem excitarant, aluerant, foverant. Si Jesus, ut hostium suorum insidias effugeret, in alias terras sese contulisset, non modo Judæi eum, semel capitis damnatum, ibi ex insidiis tollere studuissent, sed etiam tradenda sua doctrina gentilium philosophorum atque sacerdotum odium et invidiam sibi contraxisset, et vitæ conservandæ caussa, ne vel ex insidiis tolleretur, vel supplicio afficeretur, coactus forte tandem fuisset, paucis tantum interioris admissionis discipulis doctrinam suam tradere. Messiæ dignitatem tunc sibi vindicare non potuisset, Messias enim in Judæa prodire et regnum suum condere debebat, nec locum habuissent omnes illæ spes et exspectationes de Jesu Messia, quas ipsius sectatores fovebant, quæque iis, cum in vitam et in cœlum rediisset, ad virtutem constantiamque incitamenta erant gravissima. Sic vero rei christianæ inter Judæos æque ac gentiles propagatio, et omnis quæ inde penderet rerum conversio, intercepta fuisset, et omnis disciplinæ, quam Christus voluerat stabilitam, fructus interiisset. Cum ergo Jesus intelligeret, regnum veritatis atque virtutis ab ipso conditum, non nisi morte sua stabiliri et confirmari posse, ex eaque commoda maxima in genus humanum redundatura esse, atque adeo aut ab officio sanctissimo sibi desciscendum, aut mortem cruentam oppetendam esse: religione commotus, optimis et humanissimis consiliis ductus, voluntati patris sui convenienter, sponte, animo tranquillo, adversariis suis sese necandum tradidit. — Cum autem Jesus solenniter ur-

## ΚΕΦ. κα΄.

Καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγῆ
πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μα-
2 θητὰς, Λέγων αὐτοῖς· Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέ-
ναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον

bem introiret, nolebat in animis Judæorum hanc spem vel excitare vel alere, se regnum terrenum instituturum esse, neque ullo modo turbas et seditiones movere volebat Joh. xviii. 36, 37. Quam alienus enim ab omni seditione fuerit, quam parum vanæ gloriæ inhiaverit, hominumque favorem venatus sit, omnis ipsius historia docet, et vel exinde patet, quod per reliquos vitæ dies, eandem sequebatur vitæ rationem, quam antea secutus erat. Volebat potius hoc modo publice et solenniter declarare, se esse Messiam a prophetis promissum, et omnes tunc temporis Hierosolymæ versantes, ad suam captivitatem, passionem et mortem brevi secuturam attentos reddere, atque vanas et inanes de regno Messiano terreno opiniones, quæ animos Judæorum et sectatorum suorum hactenus insederant, corrigere. cf. *Harras Bemerkungen über den letzten Einzug Jesu in Jerusalem, in Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. x. p. 189 sqq. Evenerunt autem ea, quæ h. l. leguntur, quinto circiter die ante festum Paschatos. Cæterum Matthæus, Marcus et Lucas, qui silentio præterierunt historiam Lazari a morte excitati, ea quæ Jesus Hierichunte fecerat et dixerat, narratione conjunxerunt cum isto triumphali ejus ingressu in urbem, quasi sine diverticulo venisset Hierosolymam; plenior est Johannis narratio c. 12. idem Johannes refert Jesum solenniter urbem ingressum esse, post cœnam cui Bethaniæ interfuerat xii. 2 sqq. Matthæus, Marcus et Lucas, ante cœnam illam introitum ipsius commemorant, v. Matth. xxiv. 1 ss. Evangelistas autem, et inprimis Matthæum, non semper in narrationibus suis ordinem temporis esse secutos, jam aliunde constat; quare *Paulo* adstipulari non possum suspicanti, vid. *Krit. Kommentar* ad h. l., Jesum bis solenniter urbem ingressum esse, priorem ejus ingressum memorasse Matthæum, Marcum et Lucam, posteriorem, Johannem. Contra *Paulum* disputarunt etiam (*Möllerus*) in *Kritik des Kommentars von Paulus*, p. 136 sqq. et *Thiessius* in *s. Kommentar* p. 247 ss. 254.

(1.) καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα] *postea cum appropinquassent ad urbem*: Luc. xix. 29. scripsit καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισαν, quibus verbis inest Hebraismus; sed Alexandrini quoque Ex. iii. 21. formulam Hebraicam והיה כי simpliciter per ὅταν δὲ expresserunt. καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγῆ] *et quidem venissent in confinia Bethphages*; Marc. xi. 1. legitur: εἰς Βηθφαγῆ καὶ Βηθανίαν. Bethphage, auctoribus Origene, Chrysostomo, Hieronymo, Eusebio, aliisque, erat vicus ad montem olivarum situs prope Bethaniam, vid. *Büsching Harmonie der Evangelisten* p. 35. Alii vero etymologiam vocis prementes (פַּג *ficus*, et בית, *domus, locus, regio*) existimant Βηθφαγῆ fuisse nomen integri tractus ad montem olivarum, vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. p. 545. quæ tamen ratio non magnopere firma videtur. vid. *Lud. de Dieu* ad h. l. ὄρος ἐλαιῶν] *mons olivarum*, mons ille ab olivis præcipue nomen adeptus erat, imminebat urbi ab oriente, cæteris montibus altior erat, et ab urbe itinere sabbati Act i. 12. vel quod idem est, quinque stadiis distabat. Joseph. Ant. xx. 8. 6. πρὸς τὸ ὄρος τὸ προσαγορευόμενον ἐλαιῶν — ὃ καὶ τῆς πόλεως ἀντικρὺς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε. Marcus quidem l. l. et Luc. xix. 29. præter Βηθφαγῆ commemorat Βηθανίαν, cum tamen Christus una cum suis ex hoc vico jam egressus esset, coll. Joh. xii. 1, 12. Marci et Lucæ verba ita explicari debent: Christus venit in confinia Bethaniæ et Bethphages, in eam montis olivarum regionem, ubi utriusque vici agri contermini sunt. Bethania erat vicus ultra montem olivarum situs, quindecim ab Hierosolymis stadiis distans, vid. Joh. xi. 18.

(2.) εἰς τὴν κώμην] *in vicum*, intelligitur Bethphage, non Bethania; e Bethania enim Jesus, qui a Judæorum cœtu Hierosolymam proficiscente, qui eum hactenus comitatus erat, discesserat, et Bethaniam sese contulerat, vid. Joh. xii. 1, 2. ablegavit duo illos discipulos; nec scribi potuisset πορεύθητε vel ὑπάγετε, ut Marcus et Lucas habent, sed ὑποστρέψετε. τὴν ἀπέναντι ὑμῶν] *qui vobis e regione est*, על פני Zach. xiv. 4. ubi οἱ ό. vertunt: ἀπέναντι· Marc. xv. 39. ἐξ ἐναντίας. ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ᾽ αὐτῆς] *asinam alligatam, et pullum cum ipsa.* Orientis populi asinis equorum loco frequenter utebantur, et etiamnum utuntur, vid. Judd. v. 10. 2 Sam. xvi. 2. 1 Regg. i. 38. *Warnekros Entwurf der Hebr. Alterthümer* p. 36. *Niebuhr Reisebeschr.* P. 1. p. 311. 164. Ejusd. *Beschr. von Arabien* p. 44. 164. *Hasselquist Palæstina* p. 148. *Harmars Beobachtt. über den Orient.* Th. ii. p. 98. Th. iii. p. 168.

μετ' αὐτῆς· λύσαντες ἀγάγετέ μοι. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ 3
τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ [1]ἀπο-
στέλλει αὐτούς. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν 4
διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· 5
Ἰδοὺ, ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ
ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, 6
καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἤγαγον 7
τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια

3. ~ ἀποστέλλει.

equis Orientales belli tempore utebantur; unde asinus erat quoque symbolum pacis, vid. *Moschii Bibelfreund*, Th. i. p. 401. *Staüdlinii neue Beyträge zur Erläut. der bibl. Prophet.* p. 123. s. *Meyeri Versuch einer Hermeneut. des N. T.* Th. ii. p. 588. πῶλον intelligitur pullus, cui nemo hactenus insederat, ut diserte legitur Marc. xi. 2. Luc. xix. 30. Animalia jugum nondum experta, intacta, ad usus sacros adhibebantur, vid. Deut. xxi. 3. 1 Sam. vi. 7. Horat. Epod. ix. 22. Ovid. Met. iii. 12. Virg. Georg. iv. 540. 551. Asinam vero haud dubie propterea Christus adduci jussit, ut pullus eo facilius discipulos sequeretur. Marcus et Lucas nominant tantum pullum, neque tamen propterea negant, repertam et adductam quoque esse asinam.

(3.) καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι] *si quis vero vos quicquam interrogaverit*, nemque τί ποιεῖτε τοῦτο; *quem in finem hoc facitis?* διὰ τί λύετε Luc. xix. 31. εἰπεῖν, *interrogare*, v. Luc. xix. 31. add. Matth. xiii. 10. coll. Luc. viii. 9. ita λέγειν Matth. xix. 3. coll. Marc. x. 2. Est autem h. l. sermo de asinæ dominis, nam Luc. loco parall. commemorantur οἱ κύριοι αὐτοῦ scl. τοῦ πώλου. His dominis Christus et discipuli haud dubie optime noti erant. ἐρεῖτε ὅτι ὁ κύριος κ. τ. λ.] *respondete, magister noster iis opus habet.* κύριος, *doctor, magister*, v. viii. 25. coll. Marc. iv. 38. respondet Hebr. רַב, רַבִּי, *principem, dominum, doctorem* indicat, et a paraphr. Chald. sæpius ponitur pro שַׂר Ex. i. 11. et אָב, 2 Regg. ii. 12. εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτοὺς] *statim eos abduci jubebit*, np. is qui interrogaverat. Plurimi codd. habent ἀποστέλλει, recte; altera lectio ἀποστελεῖ e Marci loco parallelo in hunc nostrum translata videtur. Sed præsens ἀποστέλλει vim habet futuri.

(4. 5.) Hæc omnia a Christo sunt instituta, ut eventu comprobaretur, quod prædixerat Zach. ix. 9. continet ille Zachariæ locus descriptionem poëticam ætatis aureæ, regni Messiani. vid. *Eckermani theol. Beyträge*, St. i. p. 90. et libr. nostr. *Messianische Weissagungen d. A. T.* p. 107 sqq. Cæterum h. l. ut Joh. xii. 14, 15. non verbotenus, sed memoriter Zachariæ effatum laudatum est.—(5.) θυγατρὶ Σιών] *civibus Hierosolymitanis*, nam Zion, per synecdochen, ipsam Hierosolymam notat. Solebant autem Hebræi populos et civitates vocare *filias, et virgines.* v. Amos. v. 1. Ps. xlv. 13. cxxxvii. 8. Jer. xlvi. 24. Thren. i. 6. ii. 1. *Glassius* Phil. S. p. 101. ὁ βασιλεύς σου] *Messias promissus.* v. ii. 2, 4. σοὶ πραῢς] *in vestrum commodum, vestram salutem, mitis, mansuetus, pacificus*, vid. ad v. 5. non, *pauper, afflictus*, hæc enim notio a nostro et Zachariæ loco aliena est; describitur enim Messias tanquam is, qui pacem, concordiam, felicitatem, civibus suis largiturus sit. Ita πραῢς legitur quoque Pind. Pyth. iii. 124. ὃς Συρακόσσαισι νέμει Βασιλεὺς Πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς, ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ. ἔρχεται] pro ἐλεύσεται, Joh. vi. 14. Matth. xi. 3. καὶ ἐπιβεβηκὼς — ὑποζυγίου] *insidens —nempe pullo, fætui asinæ:* καὶ, ut Zach. l. c. ו, est explicantis, *nempe, scilicet*, ut Jer. xl. 8. Joh. x. 33. τὸ ὑποζύγιον scl. ζῶον l. κτῆνος, in universum omne jumentum notat, cui jugum imponitur, quo ad portandum vel vehendum utimur, inprimis tamen de asinis adhibetur, ut h. l. 2 Petr. ii. 1, 6. Diod. Sic. p. 158. C. Suidas: ὑποζύγια, οἱ ὑπὸ ζυγὸν βόες — λέγεται ὑποζύγια καὶ τἄλλα τῶν ἀχθοφόρων ζώων, οἷον. ἵπποι τε, καὶ ἡμίονοι, καὶ ὄνοι. His autem ipsis verbis υἱὸν ὑποζυγίου accuratius definitur præcedens πῶλον, nempe intelligendum esse *pullum asinum*, non quemvis, sed adhuc *lactentem*, qui adeo matrem sequeretur. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 495 sq. Lucæ quoque xix. 30. diserte legitur: πῶλον — ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε. Græcos autem etiam pullos animalium nominasse παῖδας et υἱοὺς, exemplis probarunt *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l. Sic etiam Columella vi. 37. de onagris loquens, *filii* nomen usurpavit.

(7.) ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν] imposuerunt vestimenta sua, in significationem amoris et reverentiæ, 2 Regg. ix. 13. *Beza* referri voluit αὐτῶν ad sequens ἱμάτια, ut Jesus collocatus dicatur super

8 αὐτῶν, καὶ [7]ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν. Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος
ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον
9 κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ. Οἱ δὲ
ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, ἔκραζον, λέγοντες·
Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι
10 Κυρίου· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ

7. ∾ἐπεκάθισεν.

vestimenta. Durius, et contra usum loquendi. Pullo tantum Jesus vectus est, et super pullum tantum injecerunt vestimenta sua discipuli, ut Marc. et Luc. referunt. *Glassius* Phil. S. p. 172. et *Clericus*, pluralem loco singularis positum putant. Neque tamen hac enallage opus est. Sed ἐπάνω αὐτῶν h. l., ut versu extremo, verti debet: *super unum illorum* jumentorum i. supra pullum asininum, ut adeo omissum sit εἷς, ut Joseph. Ant. ii. 6. 1. ἄγεται Πετεφρεῦ θυγατέρα τῶν ἐν Ἡλίου πόλει ἱερέων, *duxit in matrimonium filiam Petephræ, unius ex sacerdotibus Hierapolitanis.* vid. *Krebsius* ad h. l. Quæ loquendi ratio Hebraica est, vid. Gen. xix. 29. Judd. xii. 7. Ita et Homer. Il. κ'. 513. 529. ἵππων ἐπεβήσατο. Pro ἐπάνω αὐτῶν in aliis libris legitur: ἐπ' αὐτὸν, αὐτῷ, ἐπάνω αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν πῶλον, ut v. extr. in aliis ἐπάνω αὐτοῦ· quæ lectiones omnes interpretamenta videntur, nata e locis Marci et Lucæ parallelis, ut adeo lectio difficilior ἐπάνω αὐτῶν præferenda sit. Pro ἐπεκάθισαν plures codd., verss. et patres legunt ἐπεκάθισεν, *et vectus est eo,* quæ lectio haud dubie verissima est, etiam a *Griesbachio* in textum recepta. Qui ἐπεκάθισαν retinent, transitive vertunt: *collocarunt eum,* sed in textu non additum legitur αὐτὸν, qui tamen Accusativus per leges linguæ abesse non potest, si legatur ἐπεκάθισαν, ut 1 Regg. i. 44. ubi οἱ ό'. καὶ ἐπεκάθισαν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἡμίονον τοῦ βασιλέως· add. v. 33, 38. Luc. xix. 35. x. 34. ἐπάνω αὐτῶν, *super unum ex illis.* Alii αὐτῶν referunt ad τὰ ἱμάτια.

(8.) ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος] *maxima pars populi.* Erant Judæi, qui partim ad festum properabant, partim, comperta Lazari resuscitatione, ex urbe egressi erant et obviam iverant Christo, Joh. xii. 9. ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ] *vestes suas in via straverunt.* Hebræi, omninoque Orientis populi regi advenienti, reverentiæ testificandæ caussa, vestes, flores, tapetia substernere solebant, 2 Regg. ix. 13. hoc honore excipiebatur Alexander M. vid. Joseph. Ant. ii. 8. 5. Agrippa cum Hierosolymam veniret, vid. Philo de Leg. ad Cai. Lib. 1. add. Plutarch. in V. Caton. Min. p. 764. C. προεπέμφθη δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας, *abeuntem provincia Catonem lacrimis et insatiabili amplexu prosecuti sunt, sternentes vestes iis locis, quibus ipse pedibus iturus erat, et manus ipsius osculati sunt.* Hujus moris antiqui vestigia etiam reperiuntur ap. Æschyl. Agam. 918. ubi vid. *Stanleius:* add. Herodo. vii. 54. Suet. Ner. c. 25. cf. *Spencerus* de legg. Hebrr. rituall. iv. 5. p. 1112. 1116. *Paulsen Regierung d. Morgenl.* p. 228. *Chardin Reisebeschr.* Th. iii. p. 103 s. 209. *Tavernier Reisebeschr.* Th. i. B. 5. p. 577. ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων] *alii ramos arborum cædebant.* Accuratius constituit ramorum genus Joh. xii. 13. commemorat, τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, *ramos palmarum.* βαΐον prop. *ramus palmæ,* deinde sive addito, sive omisso φοίνιξ, *ramus.* vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 18 sq. Rami palmarum erant symbolum lætitiæ, 1 Macc. xiii. 51. 2 Macc. x. 6, 7. Etiam Græcorum milites triumphantes ramos palmarum gestare solebant, eorumque antesignani θαλλοφόροι dicebantur. A Græcis hæc consuetudo ad Romanos pervenit, vid. Liv. x. 47. Frondibus autem atque floribus viam spargere, signum quoque apud vett. reverentiæ atque honoris erat: Curtius v. 1, 19. *magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi novum regem* (Alexandrum M.), *plures obviam progressi sunt; inter quos Bagophanes, arcis et regiæ pecuniæ custos—totum iter floribus coronisque constraverat,* ubi vid. interpp. Ovid. Tristt. iv. 2. 50. *Quacunque* (Cæsar) *ibis, manibus circum plaudere tuorum, undique jactato flore tegente vias.* Claudian. de Laudib. Stilic. ii. 400. Panegyr. 2. (de Stilicone) *spectabunt cupidæ matres, spargentur et omnes Flore viæ.*

(9—11.) Rami palmarum decisi in memoriam revocabant populo festum tabernaculorum et verba Ps. cxviii. 24, 25. quæ tunc decantabantur, hinc quoque Christo acclamabant: ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ] *serva quæso, felicitatem largire* Davidis filio. Debet autem e Ps. l. c. subintelligi יהוה. Verba τῷ υἱῷ Δ. referuntur ad ὡσαννὰ, (Hebr. הוֹשִׁיעָה נָּא, ex quo per Syncopen ὡσαννὰ factum) nam הושיע non modo cum accusativo, sed etiam cum dativo construitur, vid. Jos. x. 6. Judd. vii. 2. x. 14. 1 Sam. xxv. 26. Job. xl. 14. Ps. xliv. 4. εὐλογημένος scl. ἔστω, *laudetur,*

εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα· Τίς ἐστιν
οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης, 11
ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς 12
τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ
ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν

*celebretur*, בָּרוּךְ, ut Eph. i. 3. *ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου*] Psalmi l. c. notat eum, qui ad templum accedit, h. l. legatum divinum, Messiam v. xi. 3. Joh. v. 43. Luc. xix. 38. *ἐν τοῖς ὑψίστοις*] pro *ὁ ὢν ἐν τοῖς ὑψίστοις*, ut xxii. 30. *ἄγγελοι οἱ ὄντες ἐν οὐρ.* Per *τὰ ὕψιστα* intelligitur *cœlum*, Sir. xliii. 9. Hebr. בַּמָּרוֹם, quod Alex. Ps. xciii. 4. *ἐν ὑψηλοῖς* et Job. xxxi. 2. מְרוֹמִים, vertunt *ὕψιστα*, ut adeo sensus sit; felicitatem largire, tu qui in cœlo versaris. Est periphrasis Dei. vid. not. ad Luc. ii. 14.—(10.) *ἐσείσθη*] *commota est tota civitas.* Verbum *σείσεσθαι* non retulerim ad metum, ut xxviii. 4. (ubi additum legitur *ἀπὸ τοῦ φόβου*) nempe turbarum, sed potius ad concursum Hierosolymitanorum, qui novitate spectaculi vehementer commovebantur; sic Cic. pro Domo c. 56. *Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumque concursus.* — (11.) *ὁ προφήτης*] quem hactenus prophetam habuimus, jam vero Messiam veneramur. *ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας*] pro Ναζ. *πόλεως τῆς* Γαλιλ. vid. Luc. i. 26. Tob. iv. 21.

(12—14.) Jesum non eodem die, quo solenniter urbem ingressus erat, e templo ejecisse, qui in eo vendebant et emebant, sed postridie hujus diei hoc factum esse, planissime Marcus docet xi. 15. qui diligentius ordinem temporis constituit. *τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ*] In codd. nonnullis simpliciter legitur *τὸ ἱερὸν*, omisso *τοῦ Θεοῦ*, neque aliis in locis N. T. templum dicitur *ἱερὸν τοῦ Θεοῦ*, adjectum tamen legitur 3 Esdr. v. 70. ubi *τὸ ἱερὸν τοῦ Θ.* id. qd. *ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ·* sed illam ipsam ob caussam, ut recte judicavit *Griesbachius* Comment. Crit. ad h. l. a sciolo deletum fuisse videtur *τοῦ Θεοῦ*, præsertim cum nec Marcus, nec Lucas, hoc additamentum habeant. הַמִּקְדָּשׁ generatim est area illa in monte Moria, in qua ipsa ædis sacra cum porticibus, atriis et conclavibus exstructa erat, speciatim vero ponitur de exterioribus templi ædificiis, contra vero *ναὸς* plerumque de ipso templo, quod sancto et sancto sanctorum constabat, vid. *Kypkius* Obss. Sacrr. T. i. p. 136. nos ad 4, 5. et *Schleusneri* Lex. h. v. In parte areæ illius (in qua fere media ipsa ædis cum porticibus exstructa erat) occidentali, ante porticum mulierum, erat spatium חֲנוּיוֹת, *tabernæ*, dictum, in quod aditus patebat pollutis a mortuo e gentilibus, unde etiam *atrium gentium* dicebatur, et ibi vendebantur indies thus, oleum, vinum, aliæque res ad sacrificia necessariæ, columbæ, agni, boves etc. victimæ omnes jam lectæ, spectatæ et probatæ. Auxerat nunc temporis hoc emporium appropinquans Pascha, ad quod innumera pecora requirebantur. Ex hoc igitur loco, ex area atrii gentium, ejecit Christus *τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας*] id quod confirmat locus Marci xi. 17. *ὁ οἶκός μου—πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.* Strepitus negotiantium turbabat et interpellabat eos, qui Deum in templo venerabantur, varii generis fraudes ibi committebantur, fraudes et emunctiones negotiatorum iniquæ rixas et jurgia procreabant, et ita templum profanabatur; sacerdotes autem turpis et sordidi lucri caussa hanc templi profanationem concedebant. Vid. *Lightfootus* ad h. l. qui opinatur negotiatores festo Paschatos in ipsum quoque mulierum atrium penetrasse, etiam ultra gentilium septum. Expellebat ergo Christus homines illos, quos sacerdotes ad radices montis relegare debuissent, quoniam turbabant venerantes Deum in templo, quoniam negotiatores illi, et sacerdotes, qui cum iis faciebant, sordida lucra captantes, spolia et furta ibi occultantes, templum profanabant, declarabat vero etiam simul se legatum divinum, se Messiam esse. Mal. iii. 1, 3. Neque enim adstipulari possum iis, qui Jesum hoc factum impune tulisse affirmant, ex jure zelotarum a Judæis recepto, vi cujus etiam privatis licebat eos, quos in atroci delicto contra sanctitatem Dei vel templi et religionis suæ deprehenderent, verberibus coercere, imo adhuc repugnantes occidere, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. Imo potius propterea nemo Jesu venditores et emptores e templo ejicienti repugnare et sese opponere audebat: quoniam arbitrabantur Judæi, legatum divinum, prophetam, posse leges ferre cultum Dei externum spectantes, alia permittere, alia interdicere, novos ritus inducere etc. vid. Joh. i. 25. Deut. xviii. 18. add. not. ad xii. 6. quoniam maxima pars populi (qui et ipse fraudes illas negotiatorum et turbas indignabatur) Jesum pro legato divino, et nunc temporis quidem pro Messia habebat. Messiæ autem inprimis datam esse, putabant Judæi, potestatem legum abrogandarum vel innovandarum, eumque hac potestate usurum, et multas novas leges laturum esse. Midrasch Schir Haschirim ii. 13. *Dixit R. Chiiah: referendum*

κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς.
13 Καὶ λέγει αὐτοῖς· Γέγραπται· Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευ-
χῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.
14 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ ἐθε-
15 ράπευσεν αὐτούς. Ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς
τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ
ἱερῷ, καὶ λέγοντας, Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, ἠγανάκτησαν.
16 Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς
λέγει αὐτοῖς· Ναί· οὐδέποτε ἀνέγνωτε, Ὅτι ἐκ στόματος

*est hoc ad dies Messiæ. Res magna ventura est mundo; lex convertetur ad novitatem et renovabitur Israeli.* Jalkut Schimuni in Ies. fol. 46. col. 1. *S. B. sedebit prædicans novam legem, quam daturus est per Messiam.* Emeck Hammelech fol. 196. col. 1. ad Ies. xii. 3. *Aquæ nil aliud sunt quam lex, et aquæ salutis nil aliud quam lex Messiæ; sunt autem arcana illa, quæ antiquus dierum* (Dan. xii. 13.) *obtexit et occlusit, ne revelentur usque ad adventum Salvatoris.* vid. *Bertholdti* Christologia p. 163. τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν] *mensas nummulariorum.* κόλλυβος proprie notabat *genus quoddam nummi minuti,* scholiast. ad Aristoph. Pac. 1199. οὐδὲ κολλύβου· εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὀβόλου· add. Pollux ix. 72. Hesych. vid. κολλυβιστής· deinde nummum, *nummos,* qui pro permutatione pecuniæ dari, vel deduci vel solvi solebant, *Agio, Aufgeld*; hoc significatu sæpius occurrit in Rabbinorum scriptis, qui hoc vocabulum in suam linguam receperunt, ita ut dixerint קָלְבּוֹן, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. denique *ipsam pecuniæ permutationem,* τὴν ἀργυρίου ἀλλαγὴν, vid. Pollux iii. 9. vii. 170. Cic. Verr. iii. 78. *deductiones fieri solebant primum pro spectatione et collybo — nam collybus esse qui potest, cum omnes utantur eodem genere nummorum.* Jam κολλυβισταὶ h. l. memorati, qui etiam τραπεζῖται, *mensarii* dicebantur, (Hesych. κολλυβιστὴς, τραπεζίτης. κόλλυβος γὰρ εἶδος νομίσματος,) שֻׁלְחָנִין, quod nummos in mensis expositos habebant, opera sua adjuvabant emptionem et venditionem pecudum, nummos Græcos et Romanos permutabant Hebraicis, si quis pecuniam donare gazophylacio (in quo nonnisi Hebraica pecunia reponi poterat), aut tributum annuum templo pendere vellet. Judæorum enim quisque annuatim, dimidium siclum ad templum tuendum solvere debebat, vid. ad xvii. 24. et quamquam hæc pecunia d. xxv. mensis Adar solvenda erat, plures tamen exterorum solutionem differre soliti esse videntur in sequentem mensem Nisan, quo ipsis Hierosolymæ festum Paschatos concelebrandum esset. καὶ τὰς — περιστεράς] *et sedilia eorum, qui vendebant columbas,* evertebat. Columbæ inprimis a pauperibus immolabantur, vid. Levit. v. 7. xii. 8. xiv. 21. καθέδραι, מוֹשָׁבִים, *sellæ, sedilia,* 1 Sam. xx. 25.—(13.) Recte igitur Jesus uti poterat verbis Ies. lvi. 7. et Jer. vii. 11. cf. *Eckermani theolog. Beyträge,* B. 1. St. 1. p. 91 sqq. *mea domus est precibus destinata* (ita enim explicari debent verba οἶκος προσευχῆς, ut Luc. xxi. 4. τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, *dona Deo destinata:* κληθήσεται pro ἔσεται, *est,* ut Hom. Il. α'. 293. γ'. 138., vid. *Casaubonus* Lectt. Theocritt. c. 3.) *vos vero eam commutastis in latronum speluncam.* λῃσταὶ sunt h. l. omnino homines pessimi et sordidi, qui turpis lucri studio se duci patiuntur.

(15. 16.) *Sacerdotum principes et legisperiti, qui vidissent miranda ipsius facinora:* τὰ θαυμάσια] scl. ἔργα, intelliguntur introïtus Christi in urbem solennis, et ejectio negotiatorum; Sir. xliii. 25. conjunguntur θαυμάσια καὶ παράδοξα ἔργα· ubi vid. *Bretschneiderus.* Insolitum enim et inauditum erat, hominem privatum, ut putabant illi primores populi, sine auctoritate Synedrii talia ausum esse. καὶ τοὺς παῖδας—Δαβίδ] *et audirent pueros clamantes in templo: floreat Davidis nepos:* qui acclamationes parentum repetebant: ἠγανάκτησαν, *indignati sunt,* succensebant non tam pueris, quam potius Jesu, qui Messiæ personam agebat, et laudem illam accipiebat.—(16.) Sacerdotes et legisperiti, metuentes populum, non severius Jesum vituperare audebant, sed, ut facere solent homines, qui aliorum honori et virtuti invident, et odium invidiamque suam nonnisi cavillationibus demonstrare possunt, has puerorum acclamationes, parum ut putabant honorificas, irridentes, dicebant: *audisne lætas has puerulorum acclamationes? Audio,* inquit Jesus, *nunquamne legistis: ex ore parvulorum et infantium tibi laudem parasti?* vel pueri dignitatem meam agnoscunt, et vos pudore afficiunt. Usus est Jesus verbis

[illegible]

καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ
20 συκῆ. Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ, ἐθαύμασαν, λέγοντες· Πῶς
παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
21 εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ
διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ
ὄρει τούτῳ εἴπητε· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν,
γενήσεται. Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ,
22 πιστεύοντες, λήψεσθε.
23 Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι

ad Marc. l. c. docere voluit, fuisse arborem infœcundam, omnes illius fructus non potuisse paulo ante decerptos esse. μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα] nunquam, ne amplius, עַד־עוֹלָם, Ezech. xxviii. 9. ubi Alex. οὐκ ἔτι εἰς αἰῶνα id. qd. οὐ πάποτε, Joh. vi. 35. Conjunct. γένηται pendet ab μὴ. Sir. xxi. 1. καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ] exaruit confestim ficus: παραχρῆμα, פֶּתַע, Num. vi. 9. illico. ἐξηράνθη interpp. plures explicant de arefactionis initio, quo concilient hunc locum cum Marci l. c. ut מָלַךְ, regnare cœpit. 1 Regg. xv. 9. sed v. paulo superius notata. Quod autem exsecrationem ipsam et consilium Christi ficum exsecrantis attinet, monent interpp. voluisse Jesum, qui per signa et symbola suam doctrinam adumbrare solebat, actione symbolica (cujusmodi actiones Orientalibus frequentes sunt, Ies. xx. 2 sqq.) depingere imminens Judæorum exitium, quod pietatis fructus ferre noluissent, coll. Luc. xiii. 6 sqq. et ad hoc præsignificandum eum elegisse arborem in Judæa vilissimam, nulli propriam, in via publica stantem, quæ neque fructus ferret, neque promitteret; et parabolam Luc. l. l. notatam, discipulos consilium Christi ficum exsecrantis edocuisse. Heidenreichius in Wachleri theolog. Annalen, Jahrg. 1814. theolog. Nachrichten p. 121. contendit, Jesum hoc miraculo confirmare voluisse discipulorum fidem et constantiam. coll. v. 21 sq. Sed ut recte animadvertit van Willes in Specimine Hermeneut. de iis, quæ ab uno Marco sunt narrata, aut copiosius et explicatius ab eo, quam a cæteris Evangelistis exposita p. 130. ex iis quæ de caussa devotæ ficus cum Marcus tum Matthæus addiderunt, satis apparet, Jesum non tantum fidei efficacitatem docere voluisse.

(21. 22.) ἐὰν ἔχητε πίστιν] Marc. xi. 22. πίστιν Θεοῦ· si Deo et mihi et vobismet ipsis etiam confiditis. vid. ad xvii. 20. καὶ μὴ διακριθῆτε] neque dubitatis, neque fiducia vos deficit; eadem sententia Hebræorum more affirmative et negative expressa est, ut xiii. 34. al. De verbo διακρίνεσθαι vid. Heupelius ad Marc. xi. 23. οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε] non modo efficietis, quod arbori ficulneæ accidit: τὸ τῆς συκῆς ποιεῖν explicant: ficum ita exsecrari, ut extemplo exarescat. Est enim τὸ τῆς συκῆς forma loquendi elliptica, et subintelligi debet τὸ περὶ τῆς συκῆς γεγονός. Ita elliptice Græci utuntur articulis, quidvis indicaturi, quod alteri quocunque modo accidit, cum genitivo rei vel personæ cui accidit, vid. Raphel. Obss. Xenophh. ad h. l. Sic τὰ τῶν δαιμονιζομένων viii. 33. τῷ ὄρει τούτῳ] huic monti, digito monstravit Jesus certum quendam montem, nempe montem olivarum. Ἄρθητι — γενήσεται] e loco tuo transfer te in mare, et fiet, i. res cummaxime arduas religionis meæ amplificandæ et promovendæ caussa susceptas, perficere poteritis, vid. ad xvii. 20. Cæterum Paulus in Krit. Kommentar ad h. l. monuit: non esse, quod ficus arefactionem attinet, de actione symbolica cogitandum; verba μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα explicat: nemo facile in posterum ficus de te decerpet! visse enim Jesum, cum propius accessisset, arborem propemodum totam exaruisse, et pauca tantum folia produxisse, (sed hac de re nihil Evangelistæ memorant) et inde eum conjecisse, arborem brevi (in regione calidiori) emorituram esse. (Postridie jam exaruisse arborem, refert Marc. l. l.) Idem V. D. observat: discipulos postea verba Christi ita intellexisse, ac si arborem exsecratus esset; verba οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε explanat: non modo eventus similes prævidere et prædicere poteritis, sed efficere etiam res longe graviores, cummaxime arduas. (At ποιεῖν v. 21. est efficere, non prædicere, et verba sequentia: Ἄρθητι κ. τ. λ. actionem, non prædictionem designant. Omnino omnis narratio ita comparata est, ut appareat, Evangelistas miraculum enarrare voluisse, vid. not. ad xvii. 27.)—(22.) Preces vestræ, religionis meæ progressionem et propagationem spectantes, exaudientur, v. xviii. 19.

(23.) Ad synedrium mag... relatum erat Jesum solenniter urbem

νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; Καὶ καταλιπὼν 17
αὐτοὺς, ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν· καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ.
Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε. Καὶ ἰδὼν 18
συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν 19
αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ

Psalmi (viii. 3.), qui magnificentiam et benignitatem Dei celebrat, quæ in cœlis et in terris appareat. ἐκ στόματος—αἶνον] *tenera ætas laudes tuas prædicat.* νήπιοι, עֹלְלִים, Aqu. βρέφη, infantibus lactentibus majores, *infantes a lacte depulsi*, vid. *Rosenmüllerus.* in Schol. ad Ps. l. c. θηλάζοντες, יֹנְקִים, *infantes lactantes*, qui apud Judæos vett. erant fere biennes, etiam triennes, vid. 1 Sam. ii. 22, 24. Gen. xxi. 8. 2 Macc. vii. 27. *Warnekros Entwurf der Hebr. Alterth.* p. 305. κατηρτίσω αἶνον, *parasti tibi laudem.* Hesych. κατηρτίσω· ἐποίησας, ἐτελείωσας· in textu Hebr. legitur יסד, *fundavit*, it. *paravit.* vid. 1 Chron. xvi. 27. *Müntinghe Anmerkk.* ad Ps. l. c. p. 18 sq. αἶνος, Hebr. עֹז, quod Aq. et Symm. vertunt κράτος, Alex. αἶνος, *laus, gloria*, quo sensu עֹז legitur quoque Ps. lxiii. 3. et κράτος 1 Tim. vi. 16. 1 Petr. iv. 11.

(17.) *Iis relictis, ex urbe Jesus Bethaniam abiit, ibique pernoctavit.* αὐλίζεσθαι omnino notat: *commorari aliquo loco*, 3 Esdr. ix. 2. αὐλισθεὶς ἐκεῖ. add. Sir. xxiv. 7. Xen. Anab. iv. 3. 1. ταύτην τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν. Hesych. αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω. Deinde vero etiam significat: *pernoctare, noctem in aliquo loco transigere*, sive omisso, sive addito νυκτὸς, Apollodor. ii. 5. 10. ἐν ὄρει Ἄβαντι αὐλίζεται. add. Diod. Sic. p. 372. B. Id. p. 333. C. αὐλιζομένους ἐν τῇ πόλει νυκτός. p. 356. τὴν μὲν νύκτα κατηυλίσθησαν. In versione Alexandrina respondet Hebr. לִין Jos. viii. 9. Judd. xviii. 2. xix. 6. Cant. vii. 11. ex urbe autem Jesus discessit, ut omnem affectati regni terreni suspicionem a se amoveret. Præclare ad h. l. notavit *Michaëlis*, templum munitissimum, et coacervatam fuisse in eo infinitam pecuniæ atque frumenti copiam, adeo ut qui templum, arcem urbis occupasset, in ipsa quoque urbe dominaretur. Jesum ergo, quem tam insignis multitudo hominum rerum novarum cupidissimorum, eumque Messiam agnoscentium, in templum comitata esset, si voluisset regnum terrenum affectare, opportunissimam tunc temporis occasionem nactum fuisse, seditionem movendi, præsertim cum plus quam decies centena millia, tempore festi Paschatos, Hierosolymis commorarentur; eum vero hac occasione non usum esse, sed e templo, et ipsa urbe, discessisse.

(18. 19.) πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν] *mane rediens in urbem.* Nempe die Solis Jesus Hierosolymam solenniter introïerat, vesperi Bethaniam redierat, v. Marc. xi. 11. die Lunæ ejiciebat e templo negotiatores. Marc. xi. 15, 16. vesperi rursus ex urbe egrediebatur; die Martis redibat in urbem, ingrediebatur rursus templum, in eo docebat, et omnes illos sermones habebat, qui leguntur Luc. xx. Marc. xi—xiii. Matth. xxi. 23—xxvi. Quod ficum attinet, cui Jesum maledixisse Matthæus et Marcus c. xi. referunt, Matthæus brevius et strictius rem enarrans, simul maledictam et arefactam memorat. Marcus vero fusius et accuratius rem exponens, Jesum eam exsecratum esse tradit mane illius diei, quo negotiatores e templo ejecerit xi. 12. postridie autem mane Apostolos arborem arefactam animadvertisse, v. 20. Itaque Marcus arefactam dicit, quando id vere contigit, sive, quando ab Apostolis observatum est, arborem, cui pridie maledixisset Jesus, exaruisse.—(19.) ἰδὼν συκῆν μίαν (pro τινὰ, v. xvi. 14.) ἐπὶ τῆς ὁδοῦ] *vidit ficum quandam juxta viam, et nihil in ea reperit præter folia;* ficus in Palæstina ter per annum fructus ferre solet: 1) *ficus præcoces*, בִּכּוּרִים, circa finem mensis Martii adolescunt, sed maturescunt demum exeunte mense Junio, Ies. xxviii. 4. Jer. xxiv. 2. 2) alterum genus ficuum (*Kermuse*) mense Junio erumpere solet, sed maturescit mense demum Augusto. 3) tertium genus, *ficus serotinæ* per hiemem clementem in arbore manent, et vere inter novas frondes et folia maturescunt: vid. Plin. H. N. xvi. 27. Theophrast. iii. 6. *Shaw Reisen*, p. 129. 296. *Bocharti* Descript. Terræ Sanctæ, p. 332. *Michaëlis* Supplem. ad Lex. Hebr. p. 176. *Buhlii* Calend. Palæst. p. 15. *Warnekros* Hebr. Alterth. p. 131. Sperare, ergo poterat Jesus, se forte *ficum* unam alteramve *serotinam* in arbore esse inventurum, sed reperiebat nil nisi folia, οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον] ne reperiebat quidem *ficus præcoces* eruptas, quas reperiisset, si arbor bonæ, non malæ indolis fuisset; οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων, Marc. xi. 13. nondum erat illa anni tempestas, qua messis *ficuum præcocium* institui solebat, nondum erat tempus ficus præcoces decerpendi et colligendi (Athen. ii. 24. p. 65. b. ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα et τῷ τῶν σύκων καιρῷ idem significant), quibus verbis Marcus, ut recte monuit *Wetstenius*

καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ
20 συκῆ.' Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ, ἐθαύμασαν, λέγοντες· Πῶς
21 παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
εἶπεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν, καὶ μὴ
διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ
ὄρει τούτῳ εἴπητε· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν,
22 γενήσεται. Καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ,
πιστεύοντες, λήψεσθε.
23 Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι

ad Marc. l. c. docere voluit, fuisse arborem infœcundam, omnes illius fructus non potuisse paulo ante decerptos esse. μηκέτι εἰς τὸν αἰῶνα] *nunquam, ne amplius*, אֵין עַד־עוֹלָם, Ezech. xxviii. 9. ubi Alex. οὐκ ἔτι εἰς αἰῶνα id. qd. οὐ πώποτε, Joh. vi. 35. Conjunct. γένηται pendet ab μὴ, Sir. xxi. 1. καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ] *exaruit confestim ficus*: παραχρῆμα, פִּתְאֹם, Num. vi. 9. *illico*. ἐξηράνθη interpp. plures explicant de arefactionis initio, quo concilient hunc locum cum Marci l. c. ut מָלַךְ, *regnare cœpit*. 1 Regg. xv. 9. sed v. paulo superius notata. Quod autem exsecrationem ipsam et consilium Christi ficum exsecrantis attinet, monent interpp. voluisse Jesum, qui per signa et symbola suam doctrinam adumbrare solebat, actione symbolica (cujusmodi actiones Orientalibus frequentes sunt, Ies. xx. 2 sqq.) depingere imminens Judæorum exitium, quod pietatis fructus ferre noluissent, coll. Luc. xiii. 6 sqq. et ad hoc præsignificandum eum elegisse arborem in Judæa vilissimam, nulli propriam, in via publica stantem, quæ neque fructus ferret, neque promitteret; et parabolam Luc. l. l. notatam, discipulos consilium Christi ficum exsecrantis edocuisse. *Heidenreichius* in *Wachleri theolog. Annalen, Jahrg.* 1814. *theolog. Nachrichten* p. 121. contendit, Jesum hoc miraculo confirmare voluisse discipulorum fidem et constantiam. coll. v. 21 sq. Sed ut recte animadvertit *van Willes* in Specimine Hermeneut. de iis, quæ ab uno Marco sunt narrata, aut copiosius et explicatius ab eo, quam a cæteris Evangelistis exposita p. 130. ex iis quæ de caussa devotæ ficus cum Marcus tum Matthæus addiderunt, satis apparet, Jesum non tantum fidei efficacitatem docere voluisse.

(21. 22.) ἐὰν ἔχητε πίστιν] Marc. xi. 22. πίστιν Θεοῦ· si Deo et mihi et vobismet ipsis etiam confiditis. vid. ad xvii. 20. καὶ μὴ διακριθῆτε] *neque dubitatis*, neque fiducia vos deficit; eadem sententia Hebræorum more affirmative et negative expressa est, ut xiii. 34. al. De verbo διακρίνεσθαι vid. *Heupelius* ad Marc. xi. 23. οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε] *non modo efficietis, quod arbori ficulneæ accidit*: τὸ τῆς συκῆς ποιεῖν explicant: *ficum ita exsecrari, ut extemplo exarescat*. Est enim τὸ τῆς συκῆς forma loquendi elliptica, et subintelligi debet τὸ περὶ τῆς συκῆς γεγονός. Ita elliptice Græci utuntur articulis, quidvis indicaturi, quod alteri quocunque modo accidit, cum genitivo rei vel personæ cui accidit, vid. Raphel. Obss. Xenophh. ad h. l. Sic τὰ τῶν δαιμονιζομένων viii. 33. τῷ ὄρει τούτῳ] *huic monti*, digito monstravit Jesus certum quendam montem, nempe montem oliferum. ἄρθητι — γενήσεται] *e loco tuo transfer te in mare, et fiet*, i. res cummaxime arduas religionis meæ amplificandæ et promovendæ caussa susceptas, perficere poteritis, vid. ad xvii. 20. Cæterum *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. monuit: non esse, quod ficus arefactionem attinet, de actione symbolica cogitandum; verba μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα explicat: nemo facile in posterum ficus de te decerpet! vidisse enim Jesum, cum propius accessisset, arborem propemodum totam exaruisse, et pauca tantum folia produxisse, (sed hac de re nihil Evangelistæ memorant) et inde eum conjecisse, arborem brevi (in regione calidiori) emorituram esse. (Postridie jam exaruisse arborem, refert Marc. l. l.) Idem V. D. observat: discipulos postea verba Christi ita intellexisse, ac si arborem exsecratus esset; verba οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε explanat: non modo eventus similes prævidere et prædicere poteritis, sed efficere etiam res longe graviores, cummaxime arduas. (At ποιεῖν v. 21. est *efficere*, non *prædicere*, et verba sequentia: ἄρθητι κ. τ. λ. *actionem*, non prædictionem designant. Omnino omnis narratio ita comparata est, ut appareat, Evangelistas miraculum enarrare voluisse, vid. not. ad xvii. 27.)—(22.) Preces vestræ, religionis meæ progressionem et propagationem spectantes, exaudientur, v. xviii. 19.

(23.) Ad synedrium magnum relatum erat Jesum solenniter urbem ingressum esse,

οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, λέγοντες· Ἐν ποίᾳ
ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ 24
λόγον ἕνα· ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ
ταῦτα ποιῶ. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ, 25
ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς, λέγοντες·
Ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ· ἐρεῖ ἡμῖν· Διατί οὖν οὐκ ἐπι-
στεύσατε αὐτῷ; Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων· φοβούμεθα 25
τὸν ὄχλον· πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην.
Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ, εἶπον· Οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη 27
αὐτοῖς καὶ αὐτός· Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ
ταῦτα ποιῶ. Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; Ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο, 28
καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ, εἶπε· Τέκνον, ὕπαγε, σήμερον

eum negotiatores e templo ejecisse, et in templo docere. Jam cum huic collegio cura rei sacræ demandata esset, vid. Deut. xvii. 18. xix. 17. Ezech. xliv. 15, 24. sub hoc prætextu synedri, qui hoc agebant, ut Jesus interficeretur, Joh. xi. 47. neque tamen aperta vi eum in templo aggredi audebant, legatos ad eum mittebant, qui ipsum interrogarent, cujusnam mandato in templo doceret? cum synedri, ecclesiæ Judaicæ præpositi, ei hanc potestatem non dedissent; et quanam de caussa omnino tantum sibi arrogaret? vid. ad v. 12. Sperabant Jesum ipsis esse responsurum, se divina auctoritate agere, se esse Messiam, quo haberent, de quo eum capitis accusarent, v. xxvi. 63. xxvii. 11. Pro ἐλθόντι αὐτῷ in codd. nonnull. legitur ἐλθόντος αὐτοῦ· quod glossema est, dativi enim positi sunt h. l. pro Genitivis consequentiæ, vid. ad viii. 1.

(24. 25.) Non aperte Jesus legatis malo animo eum interrogantibus respondet, sed more suo, vid. Luc. vii. 43. x. 29. Matth. xxi. 40. et modo disputandi Hebræis veteribus usitato, vid. *Schættgenius* Hor. Hebr. ad h. l. quæstionem quæstione dissolvit; neque Jesum metu legatorum apertam responsionem declinasse, præter alia plura, docent parabolæ, quas deinceps iis proposuit. κἀγὼ] *vicissim ego*, ut וַאֲנִי, Deut. xxxii. 21. λόγον ἕνα] דבר אחד, 2 Sam. iii. 13. pro τινὰ, sed λόγος h. l. notat *rem*, atque adeo λόγον ἕνα est omnino id. qd. τί. — (25.) τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν;] *quisnam auctor erat baptismatis Johannis?* per τὸ βάπτισμα intelligitur simul Johannis doctrina et admonitio animum esse mutandum in melius, v. iii. 2, 11. Act. xix. 4. se esse Messiæ præcursorem, Joh. i. 23. Jesum esse Messiam, Joh. i. 29, 30. iii. 25 sqq. Matth. xi. 2 sqq. add. not. ad iv. 1. Matth. xi. 2 sqq. ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;] *num Deus, an homines?* οὐρανὸς pro Θεὸς, 1 Macc. iii. 18. καὶ οὐκ ἔστι διαφορὰ ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ (ita enim legendum, non τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ; verba τοῦ Θεοῦ glossema redolent) σώζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις, *Deo idem est servare per multos aut per paucos.* v. 60. ὡς ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ οὕτω ποιήσει, *sicut fuerit Dei voluntas, sic faciet.* add. iv. 19. ix. 46. Sic Job. xxii. 26. verba: וְתִשָּׂא אֶל־אֱלוֹהַּ פָּנֶיךָ *et tollas faciem tuam ad Deum*, Alexandrini expresserunt: ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἱλαρῶς. vid. ad Matth. iii. 2. Maximopere perturbabantur hac quæstione Synedrii legati: διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς] *cogitabant secum*, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, Marc. ii. 6. διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ;] cur verbis ipsius non habuistis fidem, nec obtemperastis? Plures etiam Pharisæorum omnino baptismum Johannis sprevisse, docet locus Luc. vii. 29. vid. not. ad Matth. iii. 7.

(26 sq.) *Si dixerimus homines*, Johannem sine numine baptizasse et docuisse, eum non fuisse prophetam, doctorem a Deo missum; *populus est metuendus, omnes enim credunt, Johannem fuisse vere prophetam:* ἔχειν, *credere*, ὡς, *revera*, vid. ad xiv. 5. Marc. xi. 32. εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. Luc. xx. 6. πεπεισμένος ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι. Cum ergo undique se constrictos sentirent, fatebantur ignorantiam suam; Jesus vero, cognita istorum hominum ignorantiam simulantium perversitate et contumaci pertinacia, quæ in omnium auditorum sensus incurreret, ulteriori responsione insidiatores indignos declarabat, præsertim cum res ipsa sponte intelligeretur.

(28. 29.) Ne tamen quicquam ad eos evincendos intentatum relinqueret, ne de ipsorum contumacia atque perversitate non

29 ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Οὐ
30 θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς, ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν
τῷ ¹δευτέρῳ, εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἐγὼ
31 κύριε. καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα
τοῦ πατρός; Λέγουσιν αὐτῷ· Ὁ πρῶτος. Λέγει αὐτοῖς ὁ
Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι
32 προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἦλθε γὰρ
πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε

30. ∼ ἑτέρῳ.

admoniti abirent, proponebat iis parabolas, quibus egregie pravos ipsorum, et qui cum iis faciebant, mores, contumaciam, et secuturas pœnas depingebat. ἄνθρωπος] *pater quidam:* codd. nonnulli addunt τὶς, e glossemate; nam Hebræi quoque simpliciter utuntur voc. איש, ut sit *quidam*, non addito אחד, cf. not. ad v. 33. — (29.) ὁ δὲ ἀποκριθεὶς] non præcessit υἱοὺς aut παῖδας δύο· sed neutrum τέκνα δύο· est ergo h. l. synesis generum, ut Grammatici loqui solent. Synesis autem in eo posita est, ut in generibus pronominum, et adjectivorum, et participiorum, ad genera substantivorum referendis, ratio habeatur potestatis eorum, neque formæ Grammaticæ, ut Marc. ix. 20. καὶ ἰδὼν αὐτὸν — τὸ πνεῦμα· quasi pro τὸ πνεῦμα positum sit ὁ δαίμων, vid. *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 1. p. 317 sq. μεταμέλεσθαι] s. μεταμελεῖσθαι, *mutare consilium, sententiam*, נחם, Jer. xxxi. 19. Filius autem hic est imago portitorum, Judæorumque flagitiosorum, qui primo ita vixerant, quasi jura negarent sibi nata, deinde vero Johannis admonitu resipuerant, et posito studio impietatis, pietatis studium susceperant, coll. v. 32. Cæterum v. xxix. 30. responsiones οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε, et ἐγὼ κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθε in nonnull. codd., patrr. et versionibus inter se permutantur, et v. 31. pro ὁ πρῶτος legitur ὁ ἔσχατος sive ὁ ὕστερος· quæ tamen omnis transpositio et lectionis varietas, librariorum negligentiæ, præcipiti lapsu ex ὁ δὲ ἀποκριθεὶς v. 29. ad ὁ δὲ ἀποκριθεὶς v. 30. transilientium, mox vero detecto errore, reliqua immutato ordine supplentium, et Grammaticorum studiis, qui ordinem vv. 29, 30. inversum reperiebant, ac propterea loco ὁ πρῶτος, in marg. ἔσχατος s. ὕστερος notabant, originem suam debere videtur, ut adeo vulgaris lectio, tanquam genuina retinenda sit: cf. etiam *Griesbachii* Commentar. Crit. ad h. l.

(30.) Pro vulgari lectione τῷ δευτέρῳ *Griesbachius* in ordinem recepit ἑτέρῳ· quæ est codd. plurimor., verss. et patrr. lectio. Recte, δεύτερος enim melius convenire videbatur τῷ πρώτῳ v. 28. eamque ob caussam ἑτέρῳ mutatum est in δευτέρῳ· per se nihil interest, utrum δευτ. an ἑτ. legatur. δεύτερος est Hebr. השני ut xxii. 39. coll. 40. ἕτερος, האחר Lectiones καὶ κύριε, ἐγὼ ὑπάγω· ἀπέρχομαι, vid. *Griesb.*, glossemata sunt et explicationes formulæ ἐγὼ κύριε. Pronomen autem ἐγὼ in formula ἐγὼ κύριε, *Grotius* et *Heinsius* arbitrantur respondere Hebræorum voci הנני, qua utuntur ii, qui ostendere volunt, se paratos esse facere ea, quæ alter fieri velit, quamque Alexandrini vertunt ἰδοὺ ἐγὼ Num. xiv. 40. 1 Sam. iii. 4. Mihi vero cum *Wolfio* in Curis ad h. l. subintelligendum esse videtur ἀπέρχομαι, quod brevitatis studio omissum est, quia statim sequitur καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Solet autem e membro orationis sequente, ad antecedentia verbum, quod sensus requirit, subintelligi, ut Luc. xxii. 36. καὶ ὁ μὴ ἔχων, ubi e seqq. μάχαιραν subintelligendum est. κύριε vocabulum honoris, quo etiam liberi apud Hebræos patrem compellabant, vid. Gen. xxxi. 35. Hic autem filius, de quo v. 30. agit, est imago Pharisæorum et civitatis Judæorum principum, qui ore præ se ferebant pietatem, sed revera impietatis erant studiosissimi, atque Johannem æque ac Christum repudiarant, coll. v. 2.

(31. 32.) Cum Jesus legatos interrogasset, quisnam horum filiorum voluntati patris convenienter egisset? illi, etsi sensum parabolæ, et quo ea tenderet, probe perspicerent, tamen præfracta fronte respondebant; ὁ πρῶτος. Unde Jesus indignabundus pergebat: portitores atque fornicariæ potius perveniunt ad felicitatem christianam, quam vos; vobis exclusis ad eam perveniunt. Solent enim Hebræi negationem per comparationem exprimere, ut Gen. xxxviii. 26. 1 Sam. xxiv. 18. Luc. xviii. 14. τελῶναι καὶ αἱ πόρναι] v. ad v. 46. commemorantur pro hominibus quibuscunque, qui antea flagitiis indulserant, sed postea resipuerant, et Johannis atque Jesu admonitionibus paruerant.—(32.) ἦλθε Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης] *incedebat Johannes via recta:* sed ὁδὸς, ut

αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς
δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.
Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε· Ἄνθρωπός †τις ἦν οἰκοδεσπό- 33
της, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε,
καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον· καὶ ἐξέ-
δοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν. Ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ 34
καιρὸς τῶν καρπῶν, ἀπέστειλε τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς
γεωργοὺς, λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ. Καὶ λαβόντες οἱ 35

33. † τις.

דֶּרֶךְ, sæpius notat *doctrinam*, quatenus ea homines informat, eos docet, quam viam sequi, quid tanquam bonum et rectum amplecti debeant, vid. Act. xxiv. 14. Deut. v. 30. coll. 28 sq. Ps. cxix. 14, 27. 2 Petr. ii. 21. δικαιοσύνη id. qd. ἀλήθεια, vid. 2 Petr. ii. 2. coll. v. 21. Hebr. אֱמֶת Jer. xlii. 5. Jam cum h. l. sermo sit de Johanne doctore, cum sequatur ἐπίστευσαν αὐτῷ· sensus verborum est: Johannes vobis doctrinam veram (iii. 2.) tradidit, auctor atque interpres doctrinæ veræ extitit, sed vos eum repudiastis, auctoritati ejus non paruistis, ne secuti quidem (leg. οὐδὲ μετεμελήθητε) estis exemplum hominum antea flagitiosorum, qui verbis ipsius fidem habuerunt, quorum vos proprie duces esse oportebat.

(33.) Pergit Jesus alia collatione notare impietatem atque levitatem synedrorum magnorum, sacerdotum et primorum populi, qui, quamvis ipsorum curæ et providentiæ salus civitatis et ecclesiæ Judæorum commissa esset, tamen, mores majorum imitantes, vid. xxiii. 34, 37. salutem populi negligerent; proprii commodi et lucri caussa, ac dominandi libidine incensi, inscitiam et improbitatem promoverent, errores spargerent xxiii. 13. divinæ voluntatis interpretes contumaces repudiarent, et ipsius Messiæ, quippe votis ac desideriis eorum non respondentis, vocibus et cohortationibus parere nollent. Ut vero imago impietatis ac perversitatis illorum hominum omnibus numeris et partibus absoluta appareat, addit Jesus, se ipsum, quem etsi viderent Messiam esse, ab iis brevi interfectum iri. Cæterum neque in hac parabola singula verba esse nimis premenda, nec omnia ad latum unguem resecanda, non opus est ut pluribus demonstremus, cf. ad xiii. 1. ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης] *quidam paterfamilias:* τὶς in multis iisdem optimis Codd. et verss. deest, atque recte ex ordine ejecit *Griesbachius*. Solet enim Matthæi Græcus interpres vocabulum ἄνθρωπος aliis nominibus ita adjicere, ut habeat vim pronominis indefiniti, ut xiii. 45. xviii. 23. xxii. 2. xx. 1. add. not. ad v. 28. explicuit igitur Grammaticus voc. ἄνθρωπος in marg. exemplaris sui pronomine τὶς, atque ita in ordinem ipsum irrepsit. ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα] *qui vineam conseverat:* vinea est h. l. imago populi Judaici, ut Ies. v. 1, 7. sicuti οἰκοδεσπότης est imago Dei. καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε] *eamque sepimento cinxerat.* φραγμὸς, Hebr. מְשׂוּכָּה Ies. v. 5. *sepes spinosa*, murus circa vineam cum sepe viva ex spinis solebat conjungi, vid. Hos. ii. 8. et *Rosenmülleri* Scholia ad Ies. l. c. καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν] *foderat in ea lacum:* ληνὸς, Hebr. יֶקֶב, *fovea in monte vel saxo in qua restagnat aqua*, it. *lacus torcularis*. Hesych. ληνὸς, ὅπου σταφυλὴ πατεῖται· sic h. l. Ies. v. 2. Solent etiamnunc in Oriente torcularia subterranea esse, vid. *Harmar Beobachtt, über den Orient*, Th. iii. p. 117. *Rosenmüllerus* l. c. καὶ ᾠκοδόμησε πύργον] *exstruxerat turrim.* Tales turres apud vett. in hortis et vineis, quo diligentius fructus custodiri possent, exstruebantur, vid. *Ernestius* ad Suet. Ner. 38. *Duckerus* ad Liv. xxxiii. 48. *Harmar* l. c. P. 2. p. 273 sq. *Michaëlis* ad Ies. l. c. Omnino autem his verbis significatur, Deum ecclesiam Judaicam a se institutam, omnibus rebus ad eam tuendam, custodiendam, ornandamve necessariis, velut legibus et præceptis, beneficiis, instruxisse, summamque curam ei impendisse. ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς] *elocavit eam vinitoribus*, nempe ita, ut vinitores ei darent certam quandam fructuum atque uvarum copiam, coll. v. 34. Suidas et Phavorin. ἐξέδοτο· ἐξέδωκεν. Gloss. vett. ἐκδίδωμι, ἐπὶ μισθῷ, *colloco, loco.* γεωργοὶ sunt *vinitores*, qui et a Latinis dicuntur *agricolæ*, Cic. Cat. M. 15. γεωργεῖν, *vineas colere*, Plato Eutyphr. c. 4. Æsop. fab. 22. add. *Münthius* Obss. ad h. l. Per vinitores autem intelliguntur sacerdotes et primores populi, quibus ecclesiæ Judaicæ cura demandata erat. ἀπεδήμησε, *peregre abiit*, ornatus tantum caussa additum.

(34—37.) ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν] *tempus vindemiæ.* καρποὶ sunt *uvæ*, פְּרִי כְרָמִים, Ies. xxxvii. 30. ubi Alex. καρπὸς τῶν ἀμπελώνων. Per τοὺς δούλους intelliguntur prophetæ, qui viderent, an populus ita regeretur, ut pieta-

γεωργοὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν,
36 ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους
37 πλείονας τῶν πρώτων· καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως. Ὕστε-
ρον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· Ἐντρα-
38 πήσονται τὸν υἱόν μου. Οἱ δὲ γεωργοὶ ἰδόντες τὸν υἱὸν, εἶπον
ἐν ἑαυτοῖς· Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν
39 αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Καὶ λα-
βόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν.
40 Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, τί ποιήσει τοῖς γεωρ-
41 γοῖς ἐκείνοις; Λέγουσιν αὐτῷ· Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει

tis ac probitatis fructus ferret, atque Deo recte factorum studia probaret.—(35.) ὃν μὲν ἔδειραν] *hunc verberabant*. Pro ἔδειραν in nonnull. libris extat ἔδηραν, et hanc lectionem probarunt *Camerarius*, *Millius*, *Beza*, quod δαίρω, non vero δέρω, esset *cædo*. Male. δέρειν quidem proprie est, *pellem*, *corium detripere costis*, Hom. Il. α'. 459. sed usurpatur etiam sic ut sit, *verberare*, *cædere*, ut h. l. Marc. xii. 3. Act. xvi. 37. Luc. xxii. 64. etiam Syrus interpres 2 Cor. xi. 20. utitur verbo מְחָא, ubi in textu Græco legitur εἰς πρόσωπον δέρειν, et hoc ipsum verbum מחא adhibet Matth. v. 39. pro ῥαπίζειν, et Luc. x. 30. pro πληγὰς ἐπιτιθέναι· add. Aristoph. Vesp. 483. ubi schol. δέρεσθαι δὲ καὶ δέρειν ἐπὶ τοῦ τύπτεσθαι, vid. *Kypkius* ad h. l. pœna autem flagellandi in synagogis adhibebatur, v. x. 17. *Grotius* verbum ἔδειραν de contumeliis explicat, quas Jeremias pertulit, ἀποκτείνεσθαι, refert ad Iesaiam, λιθοβολεῖσθαι ad Zachariam, Joïadæ filium, vid. 2 Regg. xxi. 10, 16. Jer. xliv. 4 sqq. 2 Par. xxxvi. 16. Neh. ix. 26. Sed Jesus omnino his verbis omnibus significare voluit hoc: vos primores populi omni fere tempore legatos divinos repudiastis et omnis generis injuria affecistis. ἐλιθοβόλησαν] hoc verbum vel potest explicari: *lapidibus obruere*, petere aliquem lapidibus, ut mors sequatur, vid. Act. vii. 59., ut adeo verbum formæ copulatum sit cum verbo generis, ut xxiii. 27. vel *lapidibus obruere* aliquem, ut mors non sequatur. Sic legitur Marc. xii. 4. ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως, *eodem modo eos tractarunt*, de quo verbi ποιεῖν et עָשָׂה usu v. xviii. 35. add. Gen. xxxi. 43. Deut. iii. 2.—(37.) *Postremo misit filium suum ad eos, ratus fore ut hunc saltem revererentur*: Sapient. ii. 40. μηδὲ πρεσβύτου ἐντραπῶμεν πολιὰς πολυχρονίους. add. Diod. Sic. p. 676. B. Usus est hoc verbo etiam Symmach. 1 Sam. xxv. 35. ad exprimendam formulam Hebraicam נָשָׂא פָנִים, Hesych. ἐντρέπεται· λόγον ἔχει. cf. de verbi ἐντρέπεσθαι usu *Perizonius* ad Æl. H. V. iii. 17. et *Münthius* ad h. l. Cæterum per τὸν υἱὸν intelligendum esse Jesum, Messiam, notatione vix indiget.

(38—41.) εἶπον ἐν ἑαυτοῖς] non, *secum cogitabant*, sed *cohortati sunt inter se*, id. qd. Luc. ii. 15. εἶπον πρὸς ἀλλήλους· quam verborum expositionem sequentia flagitant. καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ] *ut potiamur ipsius patrimonio*, nempe vinea, et regnemus tanquam in orbata domo. Pro κατάσχωμεν in aliis libris legitur σχῶμεν, etiam Vulg. *et habebimus*. Orta est hæc lectio librariorum incuria, qui syllabam κατὰ ob præcedens καὶ neglexerunt.—(41.) Christo interroganti: *quomodo tractabit dominus istos vinitores?* synedrii legati respondent: κακοὺς κακῶς ἀπολέσει κ. τ. λ. Marcus xii. 9. et Luc. xx. 16. non diserte memorant synedros hæc respondisse, sed hanc vocem tanquam a Jesu ipso dictam attulisse videntur. *Michaëlis* igitur opinatur Græcum Matthæi interpretem וַיֹּאמְר commutasse cum וַיֹּאמְרוּ (vid. et *Dan. Heinsii* Exercitt. S. ad h. l.) et eo facilius commutare potuisse, cum in lingua Aramæa pluralis poni etiam soleat sine ו finali; parum enim probabile esse, sacerdotes sibi ipsis sententiam dixisse; vid. eum ad h. l. et in *Einleit. ins N. T.* p. 1001. Recte contra monuit *Paulus*, obstare pronomen αὐτῷ, quod quomodo in αὐτοῖς mutatum sit, ex illa notatione non satis apparere. Accedit quod v. 42. sequitur: λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Sed afferuntur omnino etiam a Marco et Luca verba legatorum, atque verbum אמר frequenter solet omitti, quod Alexandrini in versione sua haud raro renter supplent, ut εἶπον, 1 Sam. xxviii. 13. λέγων, 2 Sam. xi. 6. λέγοντες, Jer. xi. 19. λέγουσα, Jer. xlix. 4. add. Matth. xxv. 28. coll. Luc. xix. 24. Nec, quod ipsi sententiam dixerint, magnopere mirandum est, cum tanta fuerit horum hominum impudens contumacia; attamen ne legimus quidem,

αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες
ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. Λέγει 42
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς γραφαῖς· Λίθον
ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν
γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν
ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀρθήσεται ἀφ' 43

eos jam tunc mentem verborum Christi perspexisse; ut adeo hanc in rem conferri possit locus 2 Sam. xii. 5, 6. ubi Davides quoque sibi sententiam dixit. Verba Lucæ xx. 16. *ἀκούσαντες δὲ εἶπον· μὴ γένοιτο·* vel erant verba nonnullorum e legatis, qui utpote emunctioris naris, vim verborum Christi probe perspiciebant, et hæc verba: Deus hos averruncet! submissa voce proferebant, vel erant verba auditorum quorundam adstantium, quos verborum Christi gravitas, et sacerdotum atque Pharisæorum impudentia commovebat. *κακοὺς κακῶς ἀπολέσει*] *malos male perdet*, improbos illos gravissimis suppliciis afficiet. Adverbium nomini affini h. l. junctum est, atque hanc formam loquendi etiam exteri optimæ notæ scriptores amant, Aristoph. Plut. v. 418. *ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς ἐξολῶ κακοὺς κακῶς*. add. v. 880. Sophocl. Aj. 1409. *κακοὺς κακῶς φθείρειαν*. Plutarch. D. S. N. V. p. 27. ed. *Wyttenb.* *ἐξώλοντο κακοὶ κακῶς*. Sapient. vi. 6. *δυνατοὶ δυνατῶς·* vid. *Wetstenius*, *Palairetus*, *Raphelius* Obss. Polyb. ad h. l., *Maius* Obss. S. Fasc. i. p. 68 ss. et *Schachtius* Obss. in Matth. in Bibl. Brem. Nov. Cl. i. p. 250 sq. *αὐτοὺς*] per Hebraismum redundat, vid. *Glassius* Phil. S. p. 177. *Vorstius* de Hebrais. N. T. p. 570. *ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν*] pluralis vim habet singularis, et positus est, ut magis responderet plurali *τοὺς καρπούς*. Sed *ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν* est *tempore justo, quo fert natura:* Sir. xxxix. 33. *τὰ ἔργα κυρίου πάντα ἀγαθὰ, καὶ πᾶσαν χρείαν ἐν ὥρᾳ αὐτῆς χορηγήσει.* l. 24. *καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ λυτρωσάσθω ἡμᾶς.* li. 30. *καὶ δώσει τὸν μισθὸν ὑμῶν ἐν καιρῷ αὐτοῦ.*

(42.) Quo acrius feriret Jesus sacerdotes et Pharisæos contumaces, locum Psalmi cxviii. 22. qui de Davide agit, in se transfert, qui locus alias quoque sæpius in N. T. libris respicitur, vid. Act. iv. 11. Rom. ix. 33. Eph. ii. 20. 2 Tim. ii. 19. 1 Petr. ii. 7. *λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες*] *lapis quem operarii*, tanquam non aptum operi, *abjecerant*. *λίθον ὃν* positum est pro *λίθος ὃν*, quæ forma loquendi Græcis scriptoribus æque frequens est ac Latinis, Philo de Joseph. p. 560. D. *ἀδελφὸς ὃν ἀπέδοσθε εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖνος ὃν ὁρᾶτε νῦν παρεστῶτα, αὐτός εἰμι ἐγώ.* Virg. Æn. i. 573. *Urbem quam statuo, vestra est*, Plaut. Epid. iii. 4. 12. *istum, quem quæris, ego sum.* cf. *Wetstenius* et *Albertius* ad h. l. *ἀπεδοκίμασαν*, Act. iv. 11. legitur *λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς*, quod verbum *ἐξουθενεῖν* respondet Hebr. מָאַס, *sprevit, repudiavit*, Ies. liv. 6. Hesychius: *ἀποδοκιμάζει· ἀποβάλλει·* vid. *Raphelius* et *Elsnerus* ad 1 Petr. ii. 7. et *Albertius* ad h. l. *κεφαλὴ γωνίας*] *lapis angularis principalis*, primarius, quo sustinetur ædificium, nam *lapis principalis* dicitur הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה, Zachar. iv. 7. ubi Aquila: *ὁ λίθος ὁ πρωτεύων·* Theodot. *ὁ λίθος ὁ πρῶτος·* Symmach. *ὁ λίθος ὁ ἄκρος.* Constructio *ἐγενήθη εἰς* Hebraica est v. xix. 5. Civitatem Judaicam in libris V. T. et ecclesiam christianam in libris N. T. cum ædificio, cum templo sæpius comparari, tralatitium est, vid. ad xvi. 18. Psalmi l. c. et h. l. imago desumpta est ab ædificiis, in quibus angulorum parietes muniuntur lapidibus maximis et solidissimis, qui continent parietes atque ædificium; et Psalmi quidem l. c. respublica Judæorum comparatur cum ædificio, architecti sunt Saulus et primores populi, et lapis ab iis rejectus, rex tamen populi Israelitici postea constitutus, et Davides. H. l. vero sensus est: Jesus, quem sacerdotes et primores populi repudiabant, quem ad cœtum Judæorum pertinere nolebant, quem non doctorem illius, nedum Messiam et regem civitatis suæ agnoscere volebant, doctor præcipuus a Deo constitutus est, factus est rex, *κεφαλὴ* et *κύριος* populi pietatis et probitatis studiosi, conjungens veterem ecclesiam Judaicum cum nova ecclesia christiana, coll. v. 43. *παρὰ κυρίου — ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν*] *a Deo hoc factum est, et mirum videtur nobis:* *αὕτη* et *θαυμαστὴ* positum est pro *τοῦτο* et *θαυμαστὸν*, Hebræi enim fœmininum sæpius ponere solent pro neutro, et hanc loquendi rationem secuti sunt quoque interpp. Alexandrini Ps. l. c. Sic et 1 Sam. iv. 7. pro כָּזֹאת, est *τοιαύτη* pro *τοιοῦτο·* ib. xi. 2. pro בְּזֹאת, *ἐν ταύτῃ*. Judd. xix. 30. כָּזֹאת, *ὡς αὕτη·* Gen. xxiv. 14. pro בָּהּ, *ἐν τούτῳ·* Ps. xxvii. 4. *μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ἐκζητήσω·* Hebr. אַחַת et אוֹתָהּ cf. *Vorstius* de Hebraism. p. 282. et *Fischerus* ad Leusden. de Hebraism. N. T. p. 80.

ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς
44 καρποὺς αὐτῆς. Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, συνθλασ-
45 θήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Καὶ ἀκούσαντες
οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰς παραβολὰς αὐτοῦ, ἔγνωσαν
46 ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει. Καὶ ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι,
ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους, ἐπειδὴ ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.

## ΚΕΦ. κβ'.

ΚΑΙ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς,

(43.) διὰ τοῦτο — ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ] *quare, mihi credite, eripietur vobis regnum Messianum*, coll. v. 31. per τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ h. l. significantur bona et commoda in regno Messiano exspectanda, bona et ornamenta omnia, quæ religio christiana suis cultoribus offert et præbet. Per ἔθνος non intellexerim tantum *Judæos in melius mutatos* (vana enim est eorum interpretum sententia, qui statuunt, Jesum nunquam alias dixisse, gentiles, non antea proselytos factos, regni Messiani cives fore, cf. enim viii. 10—12. John x. 16 sqq. iv. 21, 23, 24.), neque vero etiam intellexerim *unice gentiles*, ut sensus sit: auferentur a vobis regni Messiani commoda, et tribuentur gentilibus (nam etiam plures Judæorum pervenisse ad felicitatem christianam, v. 31 sq. dixerat Christus, præterea vinea erat imago populi Judaici, v. 33. et Christus ipse se compararat cum lapide angulari primario, duos diversos parietes conjungente, v. 42.): sed per ἔθνος intelligendus est cœtus hominum e Judæis atque gentilibus collectus, vitam agens dignam ornamentis et beneficiis, quæ religio christiana suis cultoribus in hac et in altera vita præbet. Hunc verborum sensum similitudo c. xxii. 1 sqq. proposita, quæ hæc ipsa hujus versus verba accuratius et copiosius illustrat, mirifice confirmat. αὐτῆς] scl. βασιλείας, et formula ποιεῖν καρποὺς τῆς βασιλείας notatur vita, regni Messiani cive digna, religioni christianæ, quæ cultores suos felices reddit, conveniens.

(44. 45.) Versus 44. in codd. nonnull. non legitur, neque ab Origene in Comment. in Matth. laudatur, et male collocatus est, nam sequi debebat versum 42., ubi de lapide angulari, quem operarii improbarunt, sermo erat v. Luc. xx. 18. e quo loco parallelo haud dubie primo a Grammaticis in marg. adscriptus, et postea a librariis in textum ipsum receptus est. Verbis autem hujus v. respexisse videtur Christus locum Ies. viii. 14, 15., ubi Deus comparatur cum lapide sancto, ad quem qui confugit, in eoque spem ponit, tutus est; qui vero ei diffidunt, comparantur cum iis, qui metu perculsi, temere profugientes, in lapidem, in via jacentem impingunt, cadunt, et sese vulnerant, vid. *Bauerus* et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad Ies. l. c. ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον] *qui offenderit in hoc lapide.* πίπτειν, Hebr. כָּשַׁל, est id. qd. σκανδαλίζεσθαι, xi. 6. Lapis angularis cum præ cæteris emineat, sæpius usu venit, ut prætereuntes in eo culpa sua offendant. Tropo autem remoto, sensus h. l. est: qui conditione mea humili offenduntur, atque me, meamque doctrinam spernunt atque repudiant, sese infelices reddunt, contundentur, attamen resipiscere, sanari possunt. συνθλᾶσθαι] *contundi*, imago calamitatis atque miseriæ. ἐφ' ὃν — λικμήσει αὐτὸν] *in quem vero ceciderit lapis ille, eum conteret*, imagine remoto, hostes meos contumaces, ad frugem redire plane nescios, gravissime puniam. λικμᾷν prop. notat *ventilare frumentum*, Hom. Il. ε'. 500. τὰ ἄχυρα ἀπὸ τοῦ σίτου διαχωρίζειν, ut Hesych. explicat, vid. *Albertius* ad h. l. respondet Hebr. זָרָה, Ruth. iii. 2. deinde significat: *comminutum instar palearum dissipare*, omninoque *penitus perdere, delere*, ut h. l. Dan. ii. 44. תַּדִּק וְתָסֵיף οἱ ο'· λεπτυνεῖ καὶ λικμήσει πάσας τὰς βασιλείας. — (45 sq.) Sacerdotes atque Pharisæi probe intelligentes, se a Jesu peti, neque enim obscurus horum verborum sensus erat, non resipiscebant, sed magis exacerbati, volebant (ζητοῦντες v. xii. 46.) eum jam tunc temporis (Luc. xx. 19.) comprehendere, at metuentes populum (ib. v. 26.), non ausi manus ei inferre, abibant. Marc. xii. 12.

## CAP. XXII.

(1. 2.) Cum discessissent synedrii legati, proponebat Jesus parabolam aliam, qua inprimis etiam primores populi petebat. Argumentum autem hujus parabolæ (quam fere omnem Jesus etiam alio tempore, sed alio consilio proposuerat, vid. Luc. xiv. 16 sqq.) hoc est: Judæorum principibus, doctoribus, sacerdotibus, eorumque asseclis, felicitas regni Messiani, doctrina religionis christianæ cum omnibus bonis et commodis, quæ suis illa cultoribus præbet, annuntiatur

λέγων· Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, 2
ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ· Καὶ ἀπέστειλε τοὺς 3
δούλους αὐτοῦ καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς τοὺς γάμους·
καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. Πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους δούλους, 4
λέγων· Εἴπατε τοῖς κεκλημένοις· Ἰδοὺ, τὸ ἄριστόν μου ἡτοί-
μασα, οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα, καὶ πάντα
ἕτοιμα· δεῦτε εἰς τοὺς γάμους. Οἱ δὲ ἀμελήσαντες, ἀπῆλθον· 5

et offertur; illi vero improbitati indulgentes, errores et præjudicatas opiniones foventes atque spargentes, eam repudiant, ac voluntatis divinæ interpretes injuria quavis afficiunt. Pœnas igitur gravissimas luent, respublica eorum et civitas, in qua regnant, devastabitur. Præter Judæos aliæ quoque gentes participes reddentur bonorum ornamentorumque religionis christianæ, ii vero qui suscepta hac religione, ei non convenienter vivunt, felicitate regni Messiani excluduntur. Ad hæc capita omnis similitudo debet referri, reliquæ ejus partes ornatus tantum caussa adjectæ sunt. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ.] *Pergens Jesus parabolice loqui proponebat parabolam hanc: quod attinet regni Messiani felicitatem, idem evenire solet, quod evenit regi, qui filio suo apparabat epulas solennes.* Per γάμους] plures interpretes intelligunt *cœnam nuptialem.* Neque negari potest γάμος et γάμοι (pluralis enim sæpius ponitur, quoniam festum nuptiale per plures dies celebrari solebat, vid. Judd. xiv. 10. sed non differt a γάμος, unde etiam schol. ad Eurip. Phœnn. 961. γάμοι· ὁ γάμος, ἀντὶ τοῦ ἡ μνηστεία·) hoc sensu frequentari, ut Theophr. Char. xii. 1. xxii. 1. Hom. Odys. α'. 226. β'. 196. Tob. vi. 13. 1 Macc. ix. 37. cf. etiam *Kypkius, Albertius* ad h. l. interpp. ad Tho. Mag. p. 178. et *Fischerus* Proluss. de vitt. Lexx. N. T. p. 709 sqq. Attamen γάμος adhibetur etiam *de convivio quocunque,* ut Luc. xiv. 8. Esth. ix. 22. ubi Judæi dicuntur celebrasse ἡμέρας γάμων καὶ εὐφροσύνης· et cum h. l. non mentio fiat sponsæ, cum v. 4. simpliciter dicatur ἄριστον, omnino h. l. intelligendum est *convivium in honorem filii institutum, quem pater successorem declarare volebat,* vid. 1 Regg. i. 5, 9, 10. Sic etiam facile perspicitur, quare plures e primoribus populi convivio interesse noluerint. Cæterum Judæos felicitatem in regno Messiano exspectandam comparare solitos esse cum cœna et convivio, notatum est ad viii. 11.

(3. 4.) καλέσαι] *ut invitarent.* Eodem sensu קרא extat Prov. ix. 3. 1 Sam. ix. 22. Theophr. Char. c. 12. κεκλημένος εἰς γάμους. Id. c. 17. et 21. καλεῖν et καλεῖσθαι εἰς δεῖπνον. add. Hesiod. Ἔργ. 342. Theogn. 563. Diod. Sic. p. 189. D. et Lat. *vocare* Plaut. Menæchm. iii. 1. 11. *qui esum neque vocantur, neque vocant,* vid. *Wetstenius* ad h. l. *Cortius* ad Plin. Epp. x. 117. unde et servi ad cœnam invitantes Græcis dicti sunt κλήτορες, Athen. Deipnosoph. ii. 8. p. 47. vid. *Rittershusius* ad Oppian. Halieut. iii. 232. p. 270. ὀνοματοκλήτορες Lucian. de mercede conductis Opp. T. i. p. 453. *Græv.* δειπνοκλήτορες Artemidor. Oneirocr. p. 24. *Rigalt.* Latini Græcos imitati huic servorum generi tribuere solent nomen *vocatorum* Plin. xxxv. 36. Seneca de Ira, iii. 37. *invitatorum* Martial. epigr. viii. 93. *nomenclatorum* Seneca ep. 19. Plin. xxxii. 6. Ammian. Marcell. xiii. 6. p. 28. *Gronov.* τοὺς κεκλημένους] h. e. *invitatos,* ut v. 8., non *invitandos,* ut nonnulli vertendum esse statuunt, per Hebraismum. Nam apud vett. convivæ bis invitabantur, primum justo tempore, ut convivæ sese rite præparare possent, deinde brevi ante epulas ipsas, ut opportune adessent. Sic h. l. de secunda invitatione sermo est. cf. *Grotius* ad Luc. xiv. 17. et *Pricæus* ad h. l. Sueton. Claud. 39. ibique *Oudendorpius,* et *Pignorius* de servis, p. 113.—(4.) τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα] *convivium meum paravi* s. *paratum est.* ἄριστον primis temporibus adhibebatur de *cibo matutino,* qui a Græcis posteriorum temporum dicebatur ἀκρατισμὸς et ἀκράτισμα, a Latinis *jentaculum,* vid. *Perizonius* ad Æl. H. V. ix. 19. et quos laudavit *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 580. Sed successu temporis, cum apud veteres maxime solenne esset, nonnisi semel in die cibum capere, ἄριστον dicebatur *prandium,* usurpabatur de cibo, quem præter *cœnam,* semel adhuc, tempore plane indefinito, sive mane, sive ante, sive circa meridiem, capiebant. vid. *Kypkius* ad Joh. xxi. 12. In dialecto vero Alexandrino ἄριστον eo quoque sensu ponebatur, ut declararet idem quod δεῖπνον, εὐωχία, δοχὴ, *cœna, epulum, convivium solenne,* vid. Esth. i. 3. *Fischerus* l. c. et ita h. l. accipiendum est. οἱ ταῦροί μου, καὶ τὰ σιτιστὰ] *Bochartus* Hieroz. P. 1. p. 314. explicuit *boves saginati,* ut adeo sit ἓν διὰ δυοῖν sed vocabula generum solent copulari etiam a scriptoribus N. T. vocabulis formæ xxi. 35. al. Rectius ergo intelliguntur per τὰ σιτιστὰ *reliquæ pecudes saginatæ,* ut, arietes saginati, 2 Sam. vi. 13.

ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ·
6 Οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ
7 ἀπέκτειναν. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη· καὶ πέμψας
τὰ στρατεύματα αὐτοῦ, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους, καὶ
8 τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε. Τότε λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ·
Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν, οἱ δὲ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι.
9 Πορεύεσθε οὖν ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, καὶ ὅσους ἂν εὕρητε,
10 καλέσατε εἰς τοὺς γάμους. Καὶ ἐξελθόντες οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι
εἰς τὰς ὁδοὺς, συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ
11 ἀγαθούς· καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων. Εἰσελθὼν δὲ
ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς ἀνακειμένους, εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον
12 οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἑταῖρε,

7. ↑ ἐκεῖνος.

coll. 1 Chron. xv. 26. vituli etc. vid. *Bochartus* l. c. τεθυμένα] h. e. simpliciter, *mactata sunt*, vid. Deut. xii. 15. coll. Job. x. 10. Act. x. 13.

(5—7.) εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν] *in prædium suum*, pro ἀγρὸν αὐτοῦ, nam Alexandrini quoque suffixum ו exprimunt vocabulo ἴδιος, Job. vii. 10. Prov. xxvii. 8. ἀγρὸς, *ager, prædium, villa*, ut Luc. xv. 15. Cic. Offic. i. 20. *vixerunt nonnulli in agris, delectati re sua familiari.* εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ] *ad negotia sua*: Liban. ep. 177. πλέουσι δὲ κατ' ἐμπορίαν, *navigant ad mercaturam faciendam.* —(6.) ὕβρισαν] *male, contumeliose tractabant*, xxi. 35. ἔδειραν, *verberabant.* Moschopulus: ὑβρίζω σε καὶ ἀντὶ τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀτιμάζω σε· δηλονότι δι' ὕβρεως καὶ πληγῶν, καὶ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας· sed κρατήσαντες ex Hebraismo redundat, ut λαβόντες xxi. 35. Cæterum v. 7. in codd. pluribus post ὁ βασιλεὺς additur ἐκεῖνος, in aliis hæc vox ponitur ante ὁ βασιλεὺς, in aliis ἀκούσας omittitur, quæ vel ipsa varietas, cum verba adventitia et aliunde adjecta fere situ laborent, prodere videtur, ἐκεῖνος esse glossema. Per τὸν βασιλέα] non posse alium intelligi quam eum, de quo v. 2. sermo est, orationis series docet, quod secus est in verbis τοὺς φονεῖς ἐκείνους et οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι v. 10.

(8—10.) οὐκ ἦσαν ἄξιοι] *non erant digni*, qui ad has epulas concelebrandas invitarentur, indigni erant hoc honore. Etiam a scriptoribus exteris ἄξιος haud raro ita absolute ponitur. v. ad x. 11. —(9.) διέξοδοι τῶν ὁδῶν] sunt *compita viarum.* Nempe διέξοδος est *exitus*, atque vocabulo ὁδὸς sæpius significantur *plateæ* h. e. viæ in ipsa urbe. vid. *Læsnerus* et *Kypkius* ad h. l. *Exitus* ergo *viarum* sunt, interprete *Kypkio*, loca in urbibus spatiosiora, in quæ plures plateæ sive viæ simul exeunt, qualia *compita* Latini vocant, quod plures viæ, sive plateæ, ibi simul *competunt*, sive concurrunt. In his locis amplioribus sive foris, solennes erant populi conventus. Alii tamen interpretes *exitus viarum rusticarum* h. l. significari existimant. vid. *Fischerus* Proluss. p. 636 sqq. Sed prior interpretatio utpote simplicior præferenda videtur, cum non idonea cogitari possit caussa, ob quam rex vias urbicas præterierit, cum convivæ prius invitati urbem incoluerint, coll. v. 5. cum nec in illa parabola Luc. xiv. etsi cæteroquin diversa sit ab ea, quæ h. l. extat, servus ille ab hero emissus præterierit vias urbicas.—(10.) συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον] *congregarunt quotquot repererunt*, sine discrimine omnes (si consilium parabolæ spectatur: Judæos æque ac gentiles) πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς, *probos et malos.* Etiam alio tempore Jesus discipulis suis ostenderat, inter eos qui religionem suam professuri essent, extituros quoque esse, qui vitiis improbitatique indulgerent, hos vero, utpote non edituros τοὺς καρποὺς τῆς βασιλείας (xxi. 43.), pœnas gravissimas subituros esse vii. 21 sq. xiii. 24 ss. Idem etiam h. l. docet. καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος τῶν ἀνακειμένων] *ita ut cœnaculum convivis impleretur*: nempe γάμος in hac orationis serie eo sensu positum est, ut significetur per metonymiam, *triclinium, conclave in quo epulum solenne celebratur.*

(11—14.) εἶδεν ἐκεῖ ἄνθρωπον οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου] *conspexit hominem, qui non indutus erat vestimento cœnatorio.* Hunc hominem, ut v. 13. legitur, rex e convivio ejici jussit. Scilicet populorum Orientalium reges et principes solebant, et etiamnum solent iis, qui in ipsorum conspectum venire volunt, vestes splendidas (*Kaftans*) mittere et donare, et qui has contemnunt et repudiant, in gravissimam eorum indignationem

πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; Ὁ δὲ ἐφιμώθη.
Τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις· Δήσαντες αὐτοῦ πόδας 13
καὶ χεῖρας, ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώ-
τερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.
Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. 14
Τότε πορευθέντες οἱ Φαρισαῖοι, συμβούλιον ἔλαβον ὅπως 15
αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ. Καὶ ἀποστέλλουσιν αὐτῷ τοὺς 16
μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν, λέγοντες· Διδάσκαλε,
οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ

incurrunt. Itaque hic homo sibi sua levitate et insolentia pœnam illam ipse contraxerat. cf. Gen. xlv. 22. 2 Regg. v. 22. x. 22. Esth. vi. 8. viii. 15. *Paulsen Regierung der Morgenl.* p. 452 sq. 466 ss. *Harmar Beobachtt. über den Orient*, Th. ii. p. 117. ibique *Faber*. *Bauer Sammlung u. Erklg. der parabolischen Erzählungen unsers Herrn* p. 117. *Rosenmüller, altes u. neues Morgenland*, B. 5. p. 76. *Jahn biblische Archäologie*, Th. i. B. 2. p. 162 sq.—(12.) ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε;] *heus tu, qua fronte, non indutus vestimento cœnatorio huc intrusti?* et oblatum contemptim repudiasti? πῶς, *qua fronte*, ut vii. 4. ὁ δὲ ἐφιμώθη] h. e. simpliciter *obmutuit*, excusare et defendere sese non poterat. φιμοῦν, quod respondet Hebr. חסם, Deut. xxv. 4. prop. notat: *capistro os obstringere*, 1 Cor. ix. 9. deinde per metaphoram, *ad silentium redigere*, ut v. 34. Joseph. B. l. τάχα καὶ τοὺς ἀπαγγέλλειν προαιρουμένους οἱ ἀνῃρημένων δαίμονες ἀδελφῶν ἐφίμουν, *fortasse etiam illos, qui rem indicare volebant, manes fratrum interfectorum ad silentium redigebant.* Medium φιμοῦσθαι Marc. i. 25. Luc. iv. 35. quod etiam de mari jactabundo, quod defervescit, ponitur, Marc. iv. 39. vid. *Valckenarius* Animadvv. ad Ammon. ii. 14. est *obmutescere*, ut h. l.—(13.) δήσαντες αὐτοῦ πόδας κ.τ.λ.] depingitur his verbis sors cummaxime infausta, pœna gravissima. vid. not. ad viii. 12.—(14.) πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ κ. τ. λ.] Sensus: multi quidem doctrinam christianam profitentur, sed inter eos haud pauci non ita, ut Deo sese probent, non ita, ut felicitate christianorum digni reperiantur. ἐκλεκτοὶ id. qd. ἄξιοι v. 8.

(15.) οἱ Φαρισαῖοι] Synedrii legati, qui Pharisæorum placita sequebantur, postquam abierant, vid. Marc. xii. 12. deliberabant, quomodo elicerent ex eo responsionem, qua occasionem nanciscerentur ejus perdendi, eum capitis accusandi. Verbum παγιδεύειν] proprie adhibetur de aucupibus et venatoribus, qui volucribus et feris insidias struunt, deinde vero per metaphoram notat, *insidiose alicujus quærere perniciem*, et respondet Lat. *laqueos alicui tendere*, vid. Eccles. ix. 12. Prov. vi. 2. ibique τοὺς ό· et cum h. l. additum legatur ἐν λόγῳ scl. τινὶ, notat: illaqueare sermone quodam, interrogatione quadam spinosam et captiosam quæstionem proponere. Marcus l. l. usus est verbo ἀγρεύσωσι· Lucas vero xx. 20. scripsit: ὅπως ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου. ὅπως pro πῶς Soph. Aj. 1065. ὅπως κρύψεις — ἄνδρα, ubi Triclinius: ὅπως, ἀντὶ τοῦ, πῶς· add. Hom. Odys. ι. 420.

(16.) Deliberatione instituta, consilio capto, Pharisæi illi nonnullos discipulorum suorum miserunt ad Jesum, μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν] *cum Herodianis quibusdam.* Quinam homines hoc nomine significentur, disputarunt interpp. Varias eorum sententias collegerunt *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. maxime tamen probabilis est eorum sententia, qui Judæos intelligunt, qui a partibus Herodis Antipæ stabant, sive fuerint aulici, familiares et domestici Herodis, sive non. Etiam Cicero eos, qui partibus Cæsaris adhærebant, nominat *Cæsarianos*, qui Pompeii, *Pompeianos* (Martial. ix. 29. *nemo suos — sed domini mores Cæsarianus habet.* Vellei. Pat. ii. 51. extr. *Pompeiani*), et eandam ob caussam Antiochiæ ii, qui Jesum Messiam, Christum profitebantur, dicebantur *christiani*, vid. Act. xi. 26. add. Seneca Controv. 17. *vocetur ille Ciceronianus, ille cliens, amicus. Wetstenius* ad h. l. Hi ergo, qui a partibus Herodis, ejusque exemplo, cum Herodes veluti precario regnum obtineret, Cæsaris et Romanorum stabant, tributum Cæsari exhibendum esse, affirmabant; Pharisæi vero negabant, iisque non minus quam populo hoc onus, ut omnino Romanorum atque Herodis imperium invisum erat, vid. ad xiv. 2. Itaque quæstio illa, quam Pharisæorum discipuli et Herodiani proponebant, omnino captiosa erat. Nam si Jesus negasset censum esse solvendum, Herodiani eum seditionis accusassent, si solvendum dixisset, in odium populi, libertatis cupidissimi, (qui Jesum tunc temporis pro Messia habebat, ab eoque libertatem a jugo Romanorum exspectabat, Joh. xi. 48.) et vero

διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις
17 εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, τί σοι δοκεῖ, ἔξεστι
18 δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονη-
19 ρίαν αὐτῶν, εἶπε· Τί με πειράζετε ὑποκριταί; Ἐπιδείξατέ
μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου· Οἱ δὲ προσήνεγκαν αὐτῷ δηνά-
20 ριον. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή;
21 Λέγουσιν αὐτῷ· Καίσαρος. Τότε λέγει αὐτοῖς· Ἀπόδοτε
οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.
22 Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν· καὶ ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον.
23 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ προσῆλθον αὐτῷ Σαδδουκαῖοι, οἱ

etiam ipsius Herodis, incurrisset, qui ipse quoque, si potuisset, libenter jugum illud excussisset. Satis inepte arbitrabantur simulatores pessimi, se posse verbis blandis Jesum irretire et fallere, unde eum hunc in modum alloquebantur: διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς κ.τ.λ.] *magister, scimus te veracem esse, et præcepta divina accurate tradere, neque quemquam curare, cum personam non respicias:* ἀληθὴς, *verax*, laudavit *Albertius* locum Theocriti Idyl. ii. 154. ταῦτά μοι ἁ ξεῖνα μαθήσατο· ἔστι δ' ἀληθής, *hæc mihi narravit hospita, est autem verax.* τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ] *viam, qua hominibus incedendum est, quam Deus præscripsit, præcepta, doctrina divina*, vii. 14. xxi. 32. ἐν ἀληθείᾳ, Hebr. באמת i. ἀληθῶς, ὀρθῶς, *recte, accurate*, vid. *Glassius* Phil. S. p. 365 ss. vere et ingenue, nihil in cujusquam gratiam vel simulans, vel dissimulans. Formulæ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενὸς, et οὐ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων] si sensum spectamus, idem plane declarant; non hominum potentia, dignitas, auctoritas, te potest impedire, quo minus veritatem doceas. βλέπειν εἰς πρόσωπον id. qd. λαμβάνειν πρόσωπον, quæ formula legitur Luc. xx. 21. respondet Hebr. נשׂא פנים, vid. *Fischerus* ad *Leusden.* de dial. N.T. p. 152.

(17 sqq.) ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ;] *licetne nobis*, qui populus Dei peculiaris sumus, *Cæsari tributum dare, an non?* possumusne salva conscientia dare? cum e legibus nostris Deo, tanquam supremo regi nostro, quotannis tributum solvere debeamus, (Exod. xxx. 12. nempe σίκλου τὸ ἥμισυ, dimidiam partem sicli, quæ pecunia usibus templi Hierosolymitani destinata erat, vid. ad xvii. 24.) num ergo licet nobis etiam Cæsari, magistratui gentili, tributum solvere? κῆνσος, *tributum quotannis solvendum in singula capita imperatum et impositum*, unde Lucas xx. 22. usus est vocabulo φόρος· Hesych. κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον· *das Kopfgeld*: φόρος autem notat *tributum*, Joseph. Ant. vii. 5. 1. φόρους δὲ αὐτοῖς ἐπιτάξας κατ' ἔτος τελεῖν, *injunxit iis tributum, quotannis solvendum.* vid. *Krebsius* ad h. l. — (18 sqq.) Jesus probe cognoscens τὴν πονηρίαν αὐτῶν] *malitiam et calliditatem eorum*, (quo sensu etiam Theodotio hoc ipsum nomen usurpavit Dan. xi. 27. Marcus xii. 15. scripsit ὑπόκρισις, Luc. xx. 23. πανουργία) *ostendite, inquit, mihi nummum census; et cum ei obtulissent denarium, interrogabat eos: cujusnam imaginem et inscriptionem hic nummus refert?*

(21. 22.) *Bengelius* in Gnomone p. 126.: "in Judæa Romana pecunia in usu erat, At si Judæi non fuissent in potestate Cæsaris, non eo erant animo, ut numisma externum, præsertim imaginibus ethnicis signatum, in usu haberent." Confirmant hanc notationem ea, quæ *Wetstenius* ad h. l. observavit. Sed tributum, quod Deo solvendum, et usibus templi destinatum erat, non in alio, quam Judaicæ monetæ genere persolvi poterat, siclis vero non impressa erat Cæsaris imago. Dum ergo offerebant Judæi nummum Romanum, imagine et inscriptione Cæsaris ornatum, et quidem νόμισμα τοῦ κήνσου, ipsi tacite profitebantur, se tributum solvere debere, se subesse potestati Romanorum, et Cæsarem regem suum agnoscere. Maimon. in tr. Gezaleh c. 5. *Ubicunque numisma alicujus regis obtinet, illic incolæ regem istum pro domino agnoscunt.* Itaque Jesus respondet: quæstio hæc vestra est prorsus inutilis et supervacanea; ipsi fatemini, vos esse Cæsaris subditos, vos Cæsari debere tributum persolvere; ergo porro quoque persolvite, Deo vero etiam persolvite, quod ei debetis, tributum usibus templi destinatum, ita salva conscientia tributum Cæsari dare potestis. Suum cuique. Hic est sensus verborum Christi: ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, (scl. ὄντα vid. *Glassius* Phil. S. p. 133.) Καίσαρι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.

(23. 24.) Sadducæi, qui jam olim una cum Pharisæis captiosas quæstiones Jesu proposuerant, vid. xvi. 1. Luc. xi. 53 sq.

λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν· καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, Λέγον- 24
τες· Διδάσκαλε, Μωσῆς εἶπεν· Ἐάν τις ἀποθάνῃ μὴ ἔχων
τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ,
καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἦσαν δὲ παρ' 25
ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί· καὶ ὁ πρῶτος, γαμήσας ἐτελεύτησε· καὶ
μὴ ἔχων σπέρμα, ἀφῆκε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.
26 Ὁμοίως καὶ ὁ δεύτερος, καὶ ὁ τρίτος, ἕως τῶν ἑπτά. Ὕστε- 27
ρον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, 28
τίνος τῶν ἑπτὰ ἔσται γυνή; πάντες γὰρ ἔσχον αὐτήν. Ἀπο- 29

coll. 45. indignati, Pharisæos etiam nunc temporis a Jesu ad silentium esse redactos, vires suas ipsi quoque in eo periclitaturi, adibant ad eum, et cum scirent, Jesum resurrectionem mortuorum docere, atque inde colligerent, eum quoque Pharisæorum decretis de resurrectione et futuræ vitæ conditione huic vitæ simillima adstipulari: doctrinam de mortuorum resurrectione absurditatis convincere nitebantur, ipsi enim neque animorum immortalitatem, neque corporum resurrectionem admittebant. vid. ad iii. 7. Verba *οἱ λέγοντες—ἀνάστασιν* a libris pluribus absunt, et videntur in hunc locum translata esse e Marc. xii. 18. Luc. xx. 27.—(24.) Μωσῆς εἶπεν· ἐάν τις κ. τ. λ.] *Moses legem nobis sanxit, ut si quis sine liberis mortuus fuerit, frater ejus uxorem duceret, ex eaque sobolem susciperet.* Provocabant ad jus leviratus, de quo vid. Deut. xxv. 5, 6. et *Michaëlis Mosaisch. Recht*, Th. ii. p. 186 sqq. et ejusd. Comment. de Jure Leviratus, inserta Commentationibus per annos 1763—1768. Societ. Reg. Götting. oblatis. Non autem verba ipsa legis afferebant Sadducæi, sed argumentum illius. ἐπιγαμβρεύειν respondet Hebr. יְבָמָהּ (quod Alexandrini Deut. l. l. expresserunt συνοικεῖν, Aquila: ἐπιγαμβρεύειν, quo ipso verbo Græco Alexandrini usi sunt Gen. xxxviii. 8.) et adhibetur de *leviro*, (Gloss. vett. *Levir*, ἀνδράδελφος, ἀνδρὸς ἀδελφός·) de mariti fratre, qui viduam fratris uxorem ducit, ita ut sit: *affinitatis jure uxorem ducere.* καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ] Deut. l. c. לְהָקִים לְאָחִיו שֵׁם LXX. ἀναστῆσαι τὸ ὄνομα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· primogenitus enim ex leviro et fratria natus, defuncti filius et hæres nuncupabatur. σπέρμα id. qd. υἱός.

(25—28.) *Erant* (aliquando) *apud nos septem fratres, quorum primus, uxore ducta, mortuus est sine filiis, et fratri uxorem ducendam reliquit. Hanc duxit secundus, sed nec hic reliquit filium, nec reliqui, qui eam deinceps duxerunt. Tandem mulier ipsa obiit. Jam ubi mortui redierint in vitam, cujusnam uxor erit? fuit enim uxor omnium.* Per se quidem satis inepta quæstio et argumentatio, sed ad refutandos Pharisæos haud dubie satis idonea. Argumentabantur autem hunc in modum: Moses tulit legem de jure leviratus; si mortui in vitam redibunt, ita, ut animi conjungantur cum corporibus, necesse est, ut mulier, quæ hic diversis temporibus nupta fuerit viris pluribus, tunc uno eodemque tempore nupta sit pluribus illis, aut eorum uni, ut oriantur rixæ et odia; talem vero absurdam legem Moses ferre non potuit, ergo, Mose ipso auctore, nulla est mortuorum resurrectio. Nitebatur hæc Sadducæorum argumentatio hac falsa hypothesi, post resurrectionem mortuorum, in altera vita non tantum conjugia fore, sed fore etiam inter eosdem, qui in hac vita iniissent. Pharisæi statuebant, conjugia in altera vita fore, sed illa contractum iri ab iisdem, qui hac in vita conjuges fuissent, non omnes Pharisæorum sectæ addicti statuisse videntur, vid. *Schœttgenii* Hor. Hebr. ad v. 28. *Wetstenius* ad v. 30. et *Eisenmengerus entdeckt. Judenth.* T. ii. p. 943.—(26.) ὁμοίως] np. duxit fratris uxorem, et sine prole mortuus est, coll. Luc. xx. 30.—(27.) ὕστερον] *tandem*: Hesych. ὕστερον — ἔσχατον. Id. ἔσχατον — ὕστερον. Construitur autem hoc adverbium ut h. l. ita et ap. τοὺς ο'. Jer. xxxi. 19. et scriptt. exteros cum Genitivo. vid. *Albertius* et *Keuchenius* ad h. l. — (28.) ἀνάστασις νεκρῶν dicitur h. l. et de mortuorum resurrectione, et de vita eam secutura. v. 2 Macc. xii. 43 sqq. *Suiceri* Thes. Eccles. T. i. p. 305. et *Schleusneri* Lex. h. v. neque enim simpliciter h. l. de vita futura, ut voluerunt nonnulli, explicari potest. Nam Sadducæi h. l. non loquuntur, ut orationis series docet, de immortalitate animorum, quamquam et hanc negabant, sed de resurrectione mortuorum, de restitutione corporum et conjunctione eorum cum animis, ita ut contrahi matrimonia possent, quod statuebant Pharisæi, quorum sententiam Sadducæi risui exponere volebant. Ergo ἐν τῇ ἀναστάσει] est, *post mortuorum resurrectionem*, unde etiam Marc. xii. 23. additum legitur, ὅταν ἀναστῶσι· add.

κριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς
30 γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει
οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ
31 Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν
32 οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος· Ἐγώ
εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ;

26. ibid. cujusmodi additamenta, quibus vis verborum præcedentium accuratius definitur, etiam aliis in locis occurrunt, vid. Matth. xix. 28. Marc. vii. 13. xiii. 19 s.

(29. 30.) Ad ineptam Sadducæorum quæstionem Jesus ita respondet, ut primo ostendat, vanam esse, qua argumentatio ipsorum nitatur, opinionem doctorum Judaicorum de futuræ vitæ ratione, et conditione hominum, post resurrectionem, in altera vita. πλανᾶσθε] *erratis*, negantes alteram vitam, et mortuorum resurrectionem. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς] *non intelligitis libros divinos*. Per τὰς γραφὰς intelligi possunt non tantum libri Mosis, sed omnino V. T. libri, Sadducæos enim tantummodo Mosis libros admisisse, reliquos vero libros sacros repudiasse, ut plures opinati sunt, probari nequit, vid. not. ad iii. 7. sed cum Sadducæi protulerint locum e libris Mosis depromptum, cum ipse Jesus v. 32. ejusmodi locum protulerit: haud dubie de libris Mosis cogitandum est, ita, ut sensus sit: non intelligitis libros Mosis, quia nescitis neque videtis, in iis doceri, mortuos in vitam redituros esse. μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ] *et vos fugit Dei potentia*, qua nimirum mortuos in vitam revocare potest v. 31. coll. 1 Cor. vi. 14. Rom. vi. 4. — (30.) ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει—ἐκγαμίζονται] *ubi enim in vitam redierint mortui, neque uxores ducent, neque nubent:* γαμεῖν dicuntur mares, qui uxores ducunt, Med. γαμεῖσθαι, (vid. Hesych. Thom. Mag. et Ammon. v. γῆμαι) atque γαμίζεσθαι usurpatur de filiabus quæ nubunt. ἀλλ' ὡς ἄγγελοι — εἰσι] *sed angelis erunt similes*, ap. Luc. xx. 36. additur: οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται, quibus verbis declaratur, quonam sensu dicantur geniis similes, nempe, erunt immortales, nec adeo procreatione sobolis opus est, nec conjugia appetent, non terrestri corpore et terrestri conditione utentur, sed vitam agent superiorum naturarum, geniorum, naturam immortalem et perfectiorem habebunt.

(31 — 33.) Fore autem mortuorum resurrectionem ita Jesus probat, ut afferat locum Exod. iii. 6, 15. quoniam et ipsi Sadducæi locum e libris Mosis desumptum protulerant. περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως κ. τ. λ.] *quod autem attinet mortuorum resurrectionem, nonne legistis quæ vobis*, resurrectionem mortuorum animorumque immortalitatem negantibus, *dicta sunt? Ego sum Deus Abrahami, et Deus Isaaci, atque Deus Jacobi; non autem Deus est mortuorum Deus, sed viventium.* Exod. iii. 15. additum legitur: hoc nomen meum perpetuo erit, i. his perpetuo benefaciam. More Judæorum V. T. locos laudandi, priora tantum verba afferuntur, (Rom. iv. 18.) sed omnis locus respicitur. Jam Deus dicitur esse Deus alicujus, quatenus eum beneficiis ornat, quatenus est illius εὐεργέτης, ut Luc. i. 68. Hebr. xi. 16. al. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, non autem beneficia tribuere potest mortuis, ergo vivunt, Lucas xx. 38. addit: πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν, omnes igitur, nempe Abrahamus, Isaacus, Jacobus, per eum vivunt, et resurgent, ut eos beneficiis possit ornare. Joseph. de Maccab. 16. extr. οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἀποθνήσκοντες ζῶσι τῷ Θεῷ, ὥσπερ Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντες οἱ πατριάρχαι. Menasse f. Israel de resurr. mort. x. 6. *Cum Mosi primum appareret dominus, dixisse legitur: ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abrahami, Deus Isaaci, Deus Jacobi. Atqui Deus non est Deus mortuorum, qui non sunt, sed vivorum, qui existunt. Itaque Patriarchas etiamnum respectu animæ vivere ex eo recte infertur.* vid. *Wetstenius* ad h. l. Disputavit autem Jesus h. l. cum Sadducæis, ingeniis eorum accommodate et more inter doctores Judæorum recepto, qui ad loca librorum sacrorum alludere, sententiam breviter strictimque afferre solebant, et quid ex sententia proposita sequeretur, auditorem eruere jubebant, ita, ut in argumentationibus, transitus et conclusiones, usus et applicationes omitterent. Neque Jesus rem tam syllogismo convincebat, quam potius animum percellebat. Nempe Sadducæi propterea corporis restitutionem impugnabant, quod animum a corpore diversum non agnoscebant; incorporeas enim naturas præter Deum nullas esse existimabant, ideoque nec angelos existere, nec animas corpori superstites putabant v. Act. xxiii. 8. Joseph. B. I. ii. 7. ψυχῆς τε τὴν διαμονὴν, καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. add. Ant. xviii. 2. Mens igitur atque sententia Jesu eo redire videtur: Auctore Mose professus est Deus, se beneficiis suis perpetuo ornaturum esse Abrahamum, Isaacum et Jacobum, ergo necesse est, ut illi vivant, ergo Moses non

*οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Καὶ ἀκού-* 33
*σαντες οἱ ὄχλοι, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ.*
*Οἱ δὲ Φαρισαῖοι, ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδου-* 34
*καίους, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό· Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ* 35
*αὐτῶν νομικὸς, πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων· Διδάσκαλε, ποία* 36

negat alteram vitam et mortuorum resurrectionem, neque adeo vos eam negare potestis. — (33.) Hanc Christi disputationem vehementer admirata est (*οἱ ὄχλοι ἐξεπλήσσοντο*) adstans populi multitudo, probarunt eam legisperiti (Luc. xx. 39.) et Sadducæi ita erant convieti et profligati, ut, quæ verbis Christi opponerent, prorsus ignorarent, coll. v. 34.

(34 — 36.) Pharisæi, ut famam et existimationem Christi, quam hac ipsa controversia apud populum consecutus erat, imminuerent, eumque in invidiam abducerent, ipsi quoque rursus ei fallacem et captiosam quæstionem proponere audebant. *οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες κ. τ. λ.*] *Pharisæi, cum audissent*, eum Sadducæos ad silentium redegisse, consultarunt uno animo (*συνήχθησαν* scl. *κατ' αὐτοῦ*) *de eo captando*. *συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ*] vulgo vertunt: *convenerunt in uno eodemque loco*, deliberaturi nimirum, quomodo eum opprimere possent, ita ut ad *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* subintelligatur *χωρίον* Hesych. *ἐπὶ τὸ αὐτό· ὁμοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον* vid. Raphelius Obss. Polybb. p. 300. Sed *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, respondet Hebr. יחד atque idem valet quod *ὁμοθυμαδόν* et *συνάγεσθαι* est Hebr. יָסַד, coll. Ps. ii. 2. נוסדו יחד, ubi Alex. *συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ — τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*. add. Act. iv. 5, 26. Hinc etiam in codd. nonnullis pro *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* legitur *ἐπ' αὐτὸν*, quæ tamen lectio e glossemate orta est. — (35.) Postquam ergo Pharisæi coïerant, et instituta deliberatione convenerant invicem de quæstione Jesu proponenda, partes suas uni demandaverunt, qui ipsis præ cæteris inprimis idoneus videretur, nempe legisperito e secta Pharisæorum (*εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς*), qui adeo ad Jesum accedebat, eumque his verbis v. 36. alloquebatur. *διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ*;] *magister, quodnam præceptum est reliquorum omnium gravissimum?* Nempe Judæorum theologi, ut jam observatum est ad v. 20. add. xix. 16 sqq. præcepta legis dividebant in gravia et levia, quænam vero præcepta ad graviora, quænam ad leviora referenda, quodnam reliquorum omnium esset maximum et gravissimum, inter se dissentiebant. Erat igitur omnino captiosa quæstio, quam homo ille proponebat. Cum vero loco parallelo Marc. xii. 34. legatur: *Jesus animadvertens, eum intelligenter satis respondisse: dicebat ei, tu jam eo deductus es, ut facile possis sectator meus fieri*: interpretes haud pauci existimarunt, hunc ipsum legisperitum bono animo adiisse Jesum et verbum *πειράζειν* ut נַסּוֹת 1 Regg. x. 1. in bonam partem interpretandum esse, *sententiam alicujus explorare*. Attamen si paulo curatius, et a partium studio alieni, utrumque locum perlegimus, plura huic sententiæ obstare, sine negotio intelligimus. Nam primo quidem legisperitus ille a Matthæo diserte dicitur *εἷς ἐξ αὐτῶν*, e numero et secta Pharisæorum, qui ut Christo insidias struerent, convenerant, quibus ipse Jesus quæstionem iis tortuosam proponebat v. 41 sqq. Deinde ea ipsa verba, quæ h. l. v. 46. Marc. xii. 34. leguntur: *nemo amplius ausus est eum interrogare*, satis perspicue docent, interrogationem illam malo animo propositam fuisse, nam non nisi de quæstionibus captiosis et fallacibus hæc ipsa verba explicari possunt, et verbum *πειράζειν* plerumque malo sensu in libris N. T. legitur. Itaque assentior *Chrysostomo* et *Theophylacto* ad hunc locum notantibus, hominem illum insidioso quidem accessisse animo, sed inter colloquendum ita fuisse perculsum, ut meliori animo discederet. Præterea *Beza* apposite ad h. l. monuit, esse verisimile, multum utrinque habitum sermonem, cujus conclusionem duntaxat Evangelistæ scripserint. — *Rosenmüllerus* in *Keilii* et *Tzschirneri Analekten für das Studium der exeget. u. systemat. Theologie*, St. iii. p. 169 ss. (Lips. 1813. 8.) statuit, *νομικὸν* a Matthæo memoratum, fuisse Pharisæum coll. v. 34, 35. qui non interfuerit colloquio a Jesu cum Sadducæis de resurrectione mortuorum instituto, cui nec alii Pharisæi interfuerint coll. v. 22. sed qui die sequenti animo insidioso et maligno ad Jesum accesserit, ut ei quæstionem de præcepto gravissimo proponeret. Legisperitum vero, de quo Marc. xii. 28. sermo est, e numero Karæorum fuisse contendit, qui traditiones Pharisæorum et cum iis conjunctam superstitionem repudiassent. (v. *Triglandius* in Diatribe de secta Karæorum, Delphis 1703. 4. inserta etiam: trium scriptorum illustrium de tribus Judæorum sectis syntagm. Delphis 1703. 4. qui h. l. et Marci l. l. Karæum loquentem introductum esse autumat.) Hunc Karæum, ait, audita responsione a Jesu Sadducæis data,

37 ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ·
Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ
38 ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· Αὕτη ἐστὶ
39 πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή· Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ· Ἀγα-

37. ~ ἔφη.

quæ ei admodum placuisset, bono animo ad Jesum accessisse, ut ex eo audiret, an eandem quam ipse de præcepto præcipuo opinionem foveret. Ad hanc sententiam suam comprobandam, *Rosenmüllerus* usus est argumentatione hac: Pharisæi præcepta quæ ad ritus pertinebant, in numerum graviorum, quæ vero mores spectabant, in numerum leviorum referebant. Præceptum præcipuum nonnulli docebant esse præceptum de sacrificiis, alii legem de circumcisione, alii legem sabbati, alii legem de cibis et lustrationibus. v. *Macknightii* Commentar. Harmonicus in IV Evangg. T. iii. p. 283. Jam homo ille, qui a Marco loquens inducitur, Christi responsionem Marc. xii. 29 sq. non modo probabat, v. 32. sed etiam affirmabat, cultum qui Deo tota mente præstetur, et amorem erga alios, potiorem esse omnibus sacrificiis et victimis v. 33. Aperte igitur his verbis declarabat, falsam esse atque perversam Pharisæorum de summo præcepto statuendi rationem. Quis vero credat, Pharisæum, coram collegis, hoc confiteri ausum fuisse? Recte igitur ex hac ipsa hominis confessione colligitur, eum non Pharisæum, sed Karæum fuisse. Huic vero sententiæ, quam *Rosenmüllerus* defendit, recte, opinor, opponi possunt hæc: 1) Pharisæos colloquio a Christo cum Sadducæis instituto non interfuisse, e Matth. v. 22. neutiquam colligi potest. Scilicet Pharisæi, qui v. 22. relicto Jesu discessisse leguntur, erant ii, qui ex eo quæsiverant, num Cæsari tributum solvendum esset? v. 15 sqq. Sed cum illi abiissent, accesserant alii Pharisæi, et cum iis is qui postea quæstionem de summo præcepto movebat, atque Jesum de mortuorum resurrectione cum Sadducæis disputantem audiverant. Pharisæos enim, non Karæos, ut *Rosenmüllerus* conjicit, colloquio a Jesu cum Sadducæis instituto interfuisse (Luc. xx. 39.), e locis Evangelistarum, si quid video, satis perspicue patet. Etenim Luc. xx. 39. Γραμματεῖς probasse dicuntur responsionem a Jesu Sadducæis datam, Marc. xii. 28. eam comprobasse dicitur Γραμματεὺς, qui Jesum de præcepto maximo percontabatur, qui a Pharisæis subornatus, et ex eorum numero erat, Matth. xxii. 34 sq. Illis Γραμματεῦσι, qui Jesu responsionem laudarant, proposuit quæstionem, quæ Matth. xxii. 42 ss. Marc. xii. 35 sqq. Luc. xx. 41. commemoratur, illi vero Γραμματεῖς a Matth. l. c. v. 41. diserte dicuntur Pharisæi, verba sunt: *συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, Pharisæis congregatis proposuit Jesus quæstionem hanc* etc. 2) parum probabile est, interrogationem de summo præcepto, eodem fere tempore, bis fuisse propositam, primum a Karæo (ut *Rosenmüllerus* vult) deinde a Pharisæo. 3) Karæos diversam a Sadducæis sectam tunc temporis fuisse, argumentis idoneis probari nequit v. ad Matth. xxvi. 17. 4) Non omnes Pharisæi, ut vel Nicodemi exemplum docet, male pertinaces veritatis contemptores erant, reperiebantur etiam inter eos, in quibus non tam animi pravitas, quam opinionum perversitas notanda esset, ex horum numero, cum fuerit etiam, ut Marci narratio docet, Pharisæus ille, qui Jesum interrogabat, sane non video, quidni homo ille, erroris convictus, et meliora edoctus, potuerit, præsentibus collegis, qui ipsum, ut Jesu quæstionem captiosam proponeret, excitarant, publice profiteri veram esse sententiam a Jesu pronuntiatam. ποία] id. qd. τίς, *quænam* ut xix. 18. 1 Macc. ii. 10. μεγάλη] pro μεγίστη, *maximum, gravissimum, præcipuum*, ut v. 10. Hebr. x. 21. xiii. 20. Marcus vero l. c. usus est vocabulo πρώτη vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 421. *Glassius* Phil. S. p. 49.

(37. 38.) εἶπεν] Plurimi et optimi codd. habent ἔφη, probantibus *Bengelio* et *Griesbachio*; Matthæus etiam aliis in locis ita usurpavit ἔφη· iv. 7. xiii. 28. xxvii. 11. et Hesychius ἔφη per εἶπεν, ἔδειξεν, ἀπεκρίθη explicat. ὅλῃ τῇ καρδίᾳ—διανοίᾳ σου] *amare toto animo, pectore toto, tota mente* (ut loquitur Catull. lxv. 69. s. v. *Albertius* ad h. l.) i. studiosissime, ardentissime. In verbis enim ὅλῃ τῇ καρδίᾳ—ψυχῇ—διανοίᾳ non esse argutandum, nec anxie quærendum, quomodo singula differant, sed esse has formulas idem valentes, copulatas tantummodo ad exprimendam amoris magnitudinem, vel exinde patet, quoniam Hebræi modo conjungunt כָּל־לֵבָב נֶפֶשׁ מְאֹד Deut. vi. 5. οἱ ό. διανοίας—ψυχῆς—δυνάμεως· modo בכל־לבב נפש, οἱ ό. ὅλης καρδίας—ψυχῆς Deut. iv. 29. modo tantum utuntur formula בכל־לבב, οἱ ό· ἐν ὅλῃ καρδίᾳ 1 Sam. xii. 24. καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν] et proximum tuum non minus quam te ipsum genuine amare, tam sincere aliorum commodis quam tuis prospicere debes v. xix. 19.

(39. 40.) Pro ὁμοία αὐτῇ in multis libris

πήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν 40
ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται.
Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, 41
Λέγων· Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ, τίνος υἱός ἐστι; 42
Λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ Δαβίδ. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαβὶδ 43
ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; λέγων· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ 44
Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου
ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, 45

legitur αὕτη· et Vulg. legit ταύτῃ, *secundum autem simile est huic.* Sed verba ὁμοία αὐτῇ cohærent cum δευτέρα, ita, ut post illa intelligi debeat ἐστι.—(40.) ἐν ταύταις—κρέμανται] *ab his duobus præceptis reliqua omnia, quæ in libris Mosis prophetarumque leguntur, pendent* s. ut *Thalemannus* vertit: *his duobus præceptis doctrina tota legis et prophetarum continetur.* Apud Marc. xii. 31. extat: μείζων τούτων ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι· et Paulus Rom. xiii. 9. scripsit: ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται. Hac ipsa autem formula, quæ nostro loco extat, Hebræi non minus, quam Græci et Latini, utuntur de rebus, quæ cum aliis arctissime copulatæ sunt, quæ ex aliis tanquam fonte fluunt, et in quibus caput omnis rei est, vid. Gen. xliv. 30. Judith. viii. 24. Philo, T. i. p. 420. ὧν αἱ τοῦ ἔθνους ἐκρέμαντο· coll. Ies. xxii. 24. Cic. in Pison. c. 41. *in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque pendere*, vid. *Elsnerus, Albertius* et *Wetstenius* ad h. l. νόμος καὶ οἱ προφῆται, v. ad v. 17.

(41—44.) His dictis Jesus Pharisæis in templo congregatis, Marc. xii. 35. iisdem, qui supra v. 34. commemorantur, Luc. xx. 40, 41. proponebat v. 42. quæstionem hanc: τί ὑμῖν δοκεῖ—υἱός ἐστι;] *quid vobis de Christo videtur? e cujus posteris ille est?* Pharisæi dicebant: *e posteris Davidis erit*, et Jesus rursus v. 43. eos interrogabat: *quonam ergo sensu Davides eum dominum suum vocavit?* ἐν πνεύματι, *vates, propheta:* Act. ii. 30. προφήτης ὑπάρχων· ברוח הקדש Act. i. 16. 2 Sam. xxiii. 2. *Schættgenii* Horæ p. 190. φερόμενος ὑπὸ πνεύματος ἁγίου 2 Petr. i. 21. κύριον subint. αὐτοῦ, cum v. 45. legatur υἱὸς αὐτοῦ et v. 44. κυρίῳ μου.—(44.) Laudantur jam verba Psalmi, quem Judæi quoque de Messia explicare solebant, nempe Ps. cx. 1. e versione Alexandrina. De hujus Psalmi argumento cf. *Rosenmülleri* Scholia in V. T. et librum nostr. *Messianische Weissagungen des A. T.* p. 82 ss. et versionem nostr. Psalmorum vernaculam. εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου] *dixit dominus* (Deus) *domino meo*, Messiæ, quem unice colo et veneror, quem me longe majorem, dominum meum agnosco. κάθου ἐκ δεξιῶν μου] *sede ad dextram meam* h. e. mecum regna. Reges enim imperantes, jus dicentes, majestatem splendoremque ostentantes, cogitantur sedentes in soliis. De formula *sedere ad dextram alicujus* vid. ad xx. 21. et *Spanhemius* ad Callim. h. in Apoll. v. 69. ἕως ἂν θῶ—ποδῶν σου] *subjiciam tibi hostes tuos, nec unquam rursus in te insurgent.* Nempe in textu Hebraico עד positum est pro עֲדֵי־עַד h. e. semper, in perpetuum, ut Ies. lvii. 15. unde recte notavit *Schleusnerus* in Lex. N. T. voc. ἕως, hanc particulam, ut illam Hebr. עד, non semper intervallum interjectum notare, ita ut spatium aut tempus ulterius excludat, sed haud raro ita referri ad tempus præcedens, ut de sequente non affirmetur contrarium. vid. etiam *Noldii* Concordd. h. v. Imago autem ipsa desumpta est a consuetudine victorum, qui cervici victi pedem imponere solebant, quo significarent se victores esse, vid. Judd. iii. 26. Ies. xlii. 13. lxiii. 1 sqq. Verbum τίθημι obtinet in hac orationis serie vim verbi ποιέω, sicuti et ab Hebræis verba שום et עשה permutari solent. Sed formula ipsa *facere hostes scamnum pedum*, quæ Hebraica est, notat idem quod simplex verbum ὑποτάσσειν, *subjicere.*

(45. 46.) εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ—ἐστι] *Jam cum Davides eum vocarit dominum, quomodo ex ejus progenie est?* εἰ, *cum*, in ratiocinando adhibetur, ubi aliquid tanquam certum sumitur. vid. *Schleusner.* h. v. *Noldius* Conc. v. אִם, coll. Marc. xii. 37. Luc. xx. 44. Est autem h. l. inversa locutio, directa erat, εἰ υἱὸς αὐτοῦ ἐστι, πῶς αὐτὸν κύριον καλεῖ; Similis locus Marc. ii. 23. ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας pro ἤρξαντο ὁδὸν ποιοῦντες τοὺς στάχυας τίλλειν. Multa autem disputarunt interpretes de indole atque consilio quæstionis a Jesu Pharisæis h. l. propositæ. Ac plurimi quidem monent Jesum hac quæstione edocere voluisse Pharisæos, quam parum ipsis esset cognita Messiæ dignitas et majestas, simul vero etiam iis de vera dignitate Messiæ meditandi materiam suppeditare. *Michaëlis Anmerkk. üb. das*

46 πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι
λόγον· οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι
αὐτὸν οὐκέτι.

## ΚΕΦ. κγ'.

ΤΟΤΕ ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς
2 αὐτοῦ, Λέγων· Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ
3 Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν

*N. T.* ad h. l. observavit: Jesum Psalmi verba laudantem, non dixisse לַאדֹנִי (domino meo), sed לַאדֹנָי (i. domino, Jovæ) adeoque Pharisæos interrogasse, quomodo Davides Messiam nominare potuerit Jovam, Deum? Sed præter alia plura, quæ huic conjecturæ obstant, repugnat ei etiam, ut recte observavit *Paulus*, constans Evangelistarum interpretatio τῷ κυρίῳ μου i. לַאדֹנִי, et opponere potuissent Pharisæi, si Jesus ita Psalmi verba mutasset, ibi non legi לַאדֹנָי sed לַאדֹנִי. *Paulus* ipse in *Krit. Philologisch. Kommentar* ad h. l. opinatur, Jesum ostendere voluisse Pharisæis, ipsos non minus quam Sadducæos indoctos esse literarum sacrarum interpretes, eos male hunc Psalmum de Messia interpretari; particula εἰ, *sin aliter*, quæ dubitationem indicet, innuisse Jesum quomodo respondere possent Pharisæi, eos vero mentem ipsius non intellexisse. Explicatio valde contorta, legibus linguæ et orationis seriei contraria. Quid mihi de hoc loco videatur, breviter exponam. Scilicet Jesus finem facere volebat quæstiunculis, quibus eum modo Pharisæi, modo Sadducæi, tentabant. Proponebat igitur iis ipse quæstionem hanc: quonam sensu eum, qui post tot secula ex posteris ipsius nasciturus esset, dominum suum vocare potuit Davides rex, qui nulli erat subjectus? Omnino Pharisæi si respondere voluissent, respondere potuissent: filium sæpius superare patrem, et Messiam fore Davide longe potentiorem et majorem regem, atque reges ab aliis regibus hoc nomine insignitos fuisse, vid. 2 Chron. ii. 4. Sed adstans populi multitudo Jesum tunc temporis Messiam habebat, et Messiam ante paucos dies salutarat, vid. xxi. 9. Jesus ipse Pharisæis xxi. 33 sqq. sub parabolæ involucro significarat se Messiam esse, atque Deum ipsorum contumaciam et impietatem graviter puniturum esse; et vim verborum Christi, atque se ab eo peti probe intellexerant xxv. 45. nec etiam nunc temporis, cum Jesus de Messia Davidis nepote ac domino, atque de hostibus ipsius a Deo puniendis verba faceret, eos latebat, Jesum se ipsum innuere. Cum ergo perquam odiosum iis esset argumentum quæstionis a Jesu propositæ: homines isti male pertinaces et verbis Christi graviter offensi, satius esse putabant silere, nec eum amplius interrogationibus tentare. Jesus vero καρδιογνώστης, hoc modo quod voluerat, effecerat, ad silentium eos redegerat, malitiam et contumaciam eorum præsenti turbæ populi publice exposuerat, et τοῖς ἔχουσι ὦτα ἀκούειν de vera dignitate Messiæ meditandi materiam suppeditarat.—(46.) οὐδεὶς] *nemo*, Pharisæorum et Sadducæorum. ἐπερωτῆσαι] scl. πειράζων, vid. *Elsnerus* ad h. l.

## CAP. XXIII.

(1.) Cum Jesus Pharisæos ad silentium redegisset, orationem suam in templo convertit ad multitudinem præsentem Judæorum, inprimisque ad discipulos suos congregatos. Plura autem, quæ in hac oratione occurrunt, a Luca, tanquam alio tempore et loco a Christo dicta, commemorantur, vid. Luc. xi. 39 sqq. et Marcus xii. 38 sqq. atque Lucas xx. 46. longe breviorem orationem reddunt. Hinc *Paulus* opinatur, Jesum ea quoque, quæ jam alio tempore contra legisperitos et Pharisæos dixisset, h. l. repetiisse. Ego vero cum *Eichhornio Allgem. Biblioth.* B. 5. p. 976. arbitror, maximam quidem hujus orationis partem a Jesu tunc temporis habitam esse; Matthæum vero, more suo, cf. c. v. 10, 13. a Jesu alio tempore dicta, adjecisse, ut præberet specimen declamationum magistri contra Pharisæos. καὶ] *inprimis*, ut Marc. xvi. 7 al.

(2. 3.) ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας κ. τ. λ.] *in Mosis cathedra sedent legisperiti iidemque Pharisæi.* Hæc autem ipsa formula, *in cathedra Mosis sedere*, notat: publice legere et interpretari Mosis libros, atque adeo doctrinam Mosis tradere, et ostendere, quid Moses præceperit, ut Theophylactus explicat: τὰ τοῦ νόμου διδάσκειν· cf. Act. xv. 21. 2 Cor. iii. 15. Γραμματεῖς, *legisperiti*, nomen generalius, quo significantur legisperiti e secta Pharisæorum et Sadducæorum, vid. ad ii. 4. Luc. xi. 45. H. l. ut omnis orationis contextus docet, spectavit Jesus Pharisæos et legisperitos cum iis facientes. Aor. ἐκάθισαν vim habet Præsentis, sedent. Exempla hanc in rem plura collegit *Glassius* Phil. S. p. 306 s.—(3.) πάντα οὖν—ποιεῖτε]

ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐ-
τῶν μὴ ποιεῖτε· λέγουσι γὰρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. Δεσμεύουσι 4
γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ
τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι
κινῆσαι αὐτά· Πάντα δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ 5
θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια
αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν.

*quicquid vos servare jusserint, servate et facite.* Per se intelligitur πάντα esse cum restrictione capiendum, *omnia*, nempe Mosis præcepta, ea quæ in libris Mosis leguntur, quæ prælegunt et explicant; excipiuntur ergo traditiones, perversæ legis interpretationes, coll. v. xvi. 18, 23. xvi. 6, 12. Itaque cohortatur h. l. Jesus populum, hunc enim inprimis his verbis spectat, coll. v. 4, 8. ut potius præcepta legis a Pharisæis tradita sequatur, etiamsi doctores ipsi sint vitiosissimi, quam ut suo modo vivat, et propria via incedat. Quæ cohortatio eo magis necessaria erat, quo magis officii sui esse videbat Jesus, et populum et discipulos monere, ut fugerent τὰ ἔργα Pharisæorum, quorum contumaciæ et perversitatis testes antea fuerant, quique pudore a Jesu affecti discesserant. εἰπεῖν, ut אמר, quod etiam cum Dativo construitur, est id. qd. κελεύειν, *jubere, præcipere.* τηρεῖν, Hebr. שמר, cui haud raro jungitur לַעֲשׂוֹת, ut h. l. ποιεῖν, vid. Levit. xxv. 18. Deut. xxx. 10. xxxii. 48. Male in nonnull. libris omittitur τηρεῖν, librariorum nimirum incuria, quia τηρεῖτε sequitur. κατὰ τὰ ἔργα—ποιεῖτε] *vitam autem et mores eorum ne imitemini; nam præcepta dant, sed ipsi ea non sequuntur.* Verbum τηρεῖν, quod plures optimæ notæ libri omittunt, glossema redolet vid. et *Gersdorfii Beyträge zur Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller des N. T.* p. 27. καὶ id. qd. ἀλλὰ, ut i. 25. xxvi. 60. Ps. iv. 5. ubi LXX. καὶ μή· Symmach. ἀλλὰ μή. vid. *Gatackerus* ad Antonin. ii. 7. p. 45.

(4.) Ostendit pluribus, quænam ἔργα Pharisæorum fugienda sint v. 4 sqq. et quæ hoc in versu et in proxime sequentibus leguntur, dicebat Jesus inprimis discipulis, religionis suæ doctoribus, quos oculis designabat. Nolite, inquit, sequi et imitari exemplum Pharisæorum, qui præcepta legis quam latissime extendunt, omnia ad vivum resecant, perverse ea interpretantur, et traditionum atque innumerarum præceptionum molestarum onere alios gravant, coll. xi. 28 sqq. ipsi tamen non omnia illa præcepta, quæ aliis quam diligentissime observanda commendant, observare solent. φορτίον, ut ζυγὸς, est imago *legum, præceptorum*, vid. ad xi. 29 sq. φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα] *onera gravia et ad portandum difficilia* i. præcepta molesta, quorum exercitium grave est atque molestum. Vocabula βαρέα καὶ δυσβάστακτα conjunguntur etiam tanquam synonyma ab Alexandrinis Prov. xxvii. 3. Apud Luc. xi. 46. βαρέα omittitur, et h. l. a pluribus codd. ac verss. verba καὶ δυσβάστακτα absunt. Assentior *Millio* atque *Griesbachio* (Commentar. Crit. ad h. l.) censentibus δυσβάστακτα e Lucæ l. c. in hunc esse translatum. Grammatici hoc nomen in marg. notabant, et librarii addita copula καὶ in ordinem recipiebant. vid. *Fischerus* ad Æschin. Axioch. xii. 5. ad Palæph. ii. 3. δεσμεύειν, *colligare, constringere* i. imponere. τῷ δὲ δακτύλῳ—αὐτὰ] *ipsi ea extremis digitis attingere nolunt:* redolent hæc verba proverbium, simile Græcorum proverbio ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἅψασθαι, quod adhibitum est de iis qui aliquid levissime attigerunt, cognoverunt, exercuerunt, vid. *Schotti* Adagg. N. T. p. 52. *Elsnerus* et *Wetstenius* ad h. l. Sensus est: ipsi autem non omnia illa præcepta, quæ ab aliis observari volunt, observare solent, λέγουσι καὶ οὐ ποιοῦσι v. 3. jubent facere ea, quæ ipsi non faciunt.

(5.) In omnibus, quæ agunt et tractant, id unice spectant, ut famam, venerationem, et admirationem aliorum sibi concilient, omnia ad ostentationem et vanitatem referunt, sunt simulatores pessimi et homines vanissimi, coll. v. 6. φυλακτήριον Græcis dicitur *omne munimentum et præsidium, omnis tutela*, hinc etiam φυλακτήρια dicebantur *amuleta*, qualia e collo aut alibi suspendere solebant gentiles, ut mala a se amolirentur, vid. *Kypkius* ad h. l. Sed nostro loco φυλακτήρια] dicuntur schedæ membranaceæ illæ, quibus inscriptæ erant variæ legis sectiones, (v. c. Exod. xiii. 1—10. 11—16. Deut. vi. 4 ss. xv. 13—21.) quas thecis insertas (quæ dicebantur תְּפִלִּין et טֹטָפֹת) fronti et brachio sinistro loris (quæ lora περιάμματα, רְצוּעוֹת et קְשָׁרִים vocabantur) maxime preces facturi aptare solebant, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1743. 2105. *Lundii Jüd. Alterth.* iv. 14. 21—52. et quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. Nitebatur hæc consuetudo literali explicatione locorum Exod. xiii. 9, 16. Deut.

6 Φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτο-
7 καθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς
ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ῥαββὶ, ῥαββί.
8 Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγη-
9 τής, †ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε. Καὶ πα-
τέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ

8. † ὁ Χριστός.

vi. 8, 11, 18. Dicebantur autem schedæ illæ a Græcis, de rebus Judæorum loquentibus, *φυλακτήρια*, quod admonebant Judæos, ut leges servarent, *Gedenkzettel*. Hæc *φυλακτήρια* Pharisæi dilatabant (*πλατύνουσι*), ea latiora gestabant, quam Judæi reliqui, ut viderentur esse observantiores ac studiosiores; eademque de caussa amplificabant (*μεγαλύνουσι*) fimbrias palliorum suorum, vid. not. ad ix. 20. et hanc eorum vanitatem atque simulationem h. l. Jesus reprehendit. *τῶν ἱματίων αὐτῶν*] quod plures codd. omittunt, interpretamentum sapit, petitum forte ex aliis N. T. locis, in quibus *κράσπεδον* adjunctum sibi habet nomen *τοῦ ἱματίου* vel *τῶν ἱματίων*, vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

(6—8.) *φιλοῦσι τε — ἐν ταῖς δείπνοις*] *affectant, appetunt primos ac præcipuos locos in cœnis*, *πρωτοκλισίαι*, præcipua loca in tricliniis, quæ erant loca media in lecto quoque, vid. *Lipsius* Lectt. Ant. iii. 1. add. not. ad viii. 11. Hebr. מְקוֹם בְּרֹאשׁ הַקְּרוּאִים 1 Sam. ix. 22. *τόπος ἐν πρώτοις τῶν κεκλημένων* LXX. *καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς*] *prima in synagogis sedilia*: *πρωτοκαθεδρίαι* per se sunt *sedilia primorum, principum civitatis*, sed legisperiti e numero principum civitatis erant, nec adeo propterea Jesus eos reprehendere poterat, quod vellent sedere in sedilibus principum civitatis, sed *πρωτοκαθεδρίαι* sunt h. l. *prima* ac *præcipua* civitatis principum *sedilia*, ut Marc. xii. 39. Luc. xi. 43. xx. 46. atque adeo propterea eos Jesus reprehendit, quod sedere vellent in *primis* hujus generis sedilibus.—(7.) *καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς*] *et salutationes in plateis*, vid. ad v. 47. *καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρ. ῥαββὶ, ῥαββὶ*] *et ab aliis crebrius appellari doctores*, tanquam ii, a quibus omnes accipere debeant sapientiam, qui sapientia et dignitate reliquis omnibus præstant. *ῥαββὶ*, id. qd. *διδάσκαλε*, Hebr. רַבִּי, vid. Joh. iii. 2. xx. 16. *Buxtorfii* Lex. Talmud. h. v.—(8.) Admonuit Jesus Apostolos, ne munere suo superbirent, ne Pharisæorum more ambitiosius doctorum nomen affectarent, et ostentationis caussa se a multitudine *διδασκάλους*, doctores, appellari sinerent, cum unum omnes magistrum haberent, et ipsi omnes invicem fratres essent. Itaque non simpliciter abstinere eos jubebat isto nomine (Paulus certe 1 Tim. ii. 7. 2 Tim. i. 11. se vocat *διδάσκαλον ἐθνῶν*), sed cohortabatur eos tantum, ut ab ostentatione Pharisaica, ab omni partium et factionum studio alieni essent, cf. 1 Cor. i. 11 sq. iii. 4 sq. *καθηγητὴς*] a *καθηγέομαι duco*, prop. *ducem* notat; hinc, cum præceptor quilibet fit discipulorum dux, *præceptorem, magistrum* ut h. l. Plutarch. de discr. amici et adulat. c. 35. Laërt. i. 13. 27. Dionys. Halic. Opp. T. ii. p. 138. Sed pro *καθηγητὴς* in quam plurimis codd. legitur *διδάσκαλος*, quod pro interpretamento prioris vocabuli habent *Læmerus* et *Griesbachius*. Mihi vero cum *Grotio, Beza, Seldeno, Bengelio*, vera lectio *διδάσκαλος* esse videtur; cum enim præcesserit nomen *ῥαββί*· haud dubie Matthæus ipse usus est voce רַבִּי, quam Matthæi Græcus interpres expressit voc. *διδάσκαλος*, ut reliqui Evangelistæ hoc nomine illud exprimere solent, non vocabulo *καθηγητής*· vid. viii. 19. xii. 38. Marc. iv. 38. x. 35. Luc. xx. 21. Joh. viii. 4. rel. distinguitur etiam deinde diserte *καθηγητὴς* ab *διδάσκαλος*. Sed *ὁ Χριστὸς*, quod a multis codd. abest, haud dubie originem suam debet Grammaticis.

(9—12.) Nolite principatum scholæ alicujus et disciplinæ affectare, alieni esse debetis a sectarum studio. *καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς*] *neque patrem vestrum appellabitis quemquam his in terris.* Apud Judæos sectæ et familiæ principes ac duces a discipulis vocabantur אָבוֹת et אֲבוֹתֵיהֶם, sicuti antiquioribus temporibus, prophetæ, et doctores præcipua dignitate ac sapientia conspicui, non tantum a discipulis (qui propterea dicebantur בָּנִים, 2 Regg. vi. 1.) 2 Regg. ii. 12. sed etiam ab aliis 2 Regg. vi. 21. xiii. 14. vocabantur *patres*. Sensus: *nolite quemquam vestrum sectari, tanquam omnium præceptorum auctorem et inventorem, in cujus nomen juretis.* Apud *καλέσητε* omissum est *τινὰ*, ut *ὑμῶν* pertineat ad *πατέρα*, neque adeo necesse sit legere cum nonn. codd. *ὑμῖν*, qui sit dativus commodi. *ἐπὶ τῆς γῆς* opponitur *Patri ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, nam additur *εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*] *unus est omnis doctrinæ et sapientiæ auctor et parens*, nempe Deus, coll. Joh. v. 19, 20.

ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γάρ 10
ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός. Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, 11
ἔσται ὑμῶν διάκονος. Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθή- 12
σεται· καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Οὐαὶ δὲ 13
ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν
βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ
οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.
Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατ- 14
εσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσ-

vi. 45. vii. 16, 17. xvii. 18. — (10.) *μηδὲ κληθῆτε καθηγηταὶ*] *nemo vestrum sinat se appellari præsidem* ecclesiæ. *καθηγητὴς*, quod vulgo vertunt *doctor* (Phavorin. *καθηγητὴς, διδάσκαλος*), prop. est, *dux viæ*, sicut *καθηγεῖσθαι* notat: *præire, ducem viæ esse*, vid. Pollux iii. 95. Phavorin. *καθηγεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ ἡγεῖσθαι·* respondet autèm Hebr. נָשִׂיא, *princeps, dux*, sic Ezech. xlv. 8 s. נְשִׂיאִים Alex. vertunt *ἀφηγούμενοι*. Apud Judæos autem præses Synedrii M. dictus est נָשִׂיא ita, ut hoc nomen esset nomen dignitatis et sapientiæ, vid. *Seldenus* de Synedriis p. 737. et monasteriorum præsides et præfecti ab ecclesiæ veteris doctoribus dicti sunt *οἱ ἡγούμενοι*, et *οἱ καθηγούμενοι*, vid. *Suiceri* Thes. Eccl. sub his vocc. et sic h. l. *καθηγητὴς est ecclesiæ princeps ac præses. εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστὸς*] *est enim unus vester princeps, familiæ christianæ princeps ac præses, nempe Christus*. In aliis codd. legitur: *ὅτι καθηγητὴς ὑμῶν ἐστιν εἷς*. *Griesbachius* suspicatur brevius Matthæum scripsisse: *ὅτι καθηγητὴς ὁ Χριστός*. — (11.) Qui volet in vestro collegio dignitate excellere, præstare aliis, modestiæ, humanitatis sit studiosissimus, vid. ad xx. 26. — (12.) Sensus: qui elatius se gerit, nimium sibi tribuit, auctoritate alios superare, arroganter se aliis præferre vult, contemnitur atque despicitur ab omnibus: contra modestus, et qui se submissius gerit, omnibus probatur et magni æstimatur. Sententia Christo crebrius usurpata, vid. Luc. xiv. 11. xviii. 14. et celebris apud Hebræos et alios, vid. *Vorstius* Adagg. N. T. c. 7. *Schottus* Adagg. p. 55. *Raphelius, Grotius, Wolfius* atque *Wetstenius* ad h. l.

(13.) Apostrophe ad Pharisæos, ad quos tanquam præsentes, Jesus orationem convertit. *οὐαὶ*] v. xviii. 7. *ὑποκριταὶ*] v. vi. 2. *κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*] *prohibetis multitudinem ab aditu ad regnum cœlorum*. Per *βασιλείαν τ. οὐρ.* significatur h. l. felicitas in regno Messiano exspectanda, felicitas quam Christi religio suis cultoribus in hac et in altera vita præbet, v. vii. 13. xxi. 43. Itaque *κλείειν τὴν βασ.*, *claudere regnum, occludere civitatem*, tropice dictum est pro, privare hac felicitate. *ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, ipsi intrare civitatem non vultis*, non vultis fieri participes bonorum commodorumque regni Messiani. *οὐδὲ — εἰσελθεῖν*] *neque alios, qui velint intrare* (*εἰσερχομένους* dictum est pro *εἰσέρχεσθαι θέλοντας*) *intrare sinitis*, h. e. vos, simulatores pessimi, improbitatis exempla egregia, non modo ipsi sectatorum meorum cœtum augere, et religionis meæ honorum participes fieri non vultis, sed etiam alios felicitatis cupidos, dictis et factis, a me, meaque doctrina abalienare, et regni Messiani felicitate privare studetis, dum errores spargitis, me meamque doctrinam elevatis, et calumniis proscinditis.

(14.) Hic versus in codd. multis priori præmittitur, in pluribus codd. plane deest, neque Origen., neque Hieron., neque Euseb. eum explicuerunt, vid. *Griesbachii* Comment. ad h. l. videtur ergo e Marci xii. 40. in h. l. fuisse translatus, id quod vel diversa hujus versus collocatio in codd. docet, aptissime etiam hoc versu omisso oratio cohæret, cujus cohærentia hæc est: meam doctrinam, unice veram, contemnitis et repudiatis, v. 13. vestros errores propagare omui modo studetis, v. 15. *τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν*] *opes viduarum*; *οἰκία* enim h. l. non *domum*, sed omnino *bona, opes, facultates, τὰ ὑπάρχοντα* indicat. Ita legitur *οἶκος* Hom. Odyss. α'. 248, 251. coll. v. 375. β'. 63. s. 237. s. Ælian. H. V. x. 17. Joseph. B. I. vii. 11., vid. *Kypkius* ad hunc locum. Eodem sensu Hebr. בַּיִת extat Esth. viii. 1. ubi Alex. *ὅσα ὑπῆρχε·* add. Gen. xlv. 18. ubi בָּתִּים *οἱ ό*. explicant, *τὰ ὑπάρχοντα*. Hinc *κατεσθίειν τὰς οἰκίας* est, *devorare et exhaurire, surripere opes*. Quanam arte Pharisæi bona viduarum abstulerint, ostendunt verba, quæ sequuntur: *καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι*, quæ tamen verba satis perspicue interpolatoris manum produnt, atque confirmant sententiam nostram, hunc versum h. l. ex ordine ejiciendum esse. Nam apud

15 ευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα. Οὐαὶ
ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε
τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ
ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.
16 Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες· Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ
ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει.

Marc. l. c. legitur: *οἱ κατεσθίοντες—καὶ προφ. μ. προσευχόμενοι*, sed interpolator, ut verborum structuræ inserviret, scripsit: *ὅτι κατεσθίετε*, debebat vero etiam scribere *καὶ—προσεύχεσθε*, aut, si retinere volebat *προσευχόμενοι*, omittere debebat particulam *καὶ*, quæ ut nunc posita legitur, reddi debet *idque*, ut sit id. qd. *καὶ ταῦτα*, ut apud Hom. Il. *α'*. 29. ubi vid. Moschopulus et *Raphelius* Obss. Polyb. ad h. l. *προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι*] *simulate prolixius precando*: *πρόφασις* est h. l. *species externa, simulatio* (ut Phil. i. 18. ubi opponitur *τῇ ἀληθείᾳ*) nempe pietatis et sanctitatis. *μακρὰ* (scl. *κατὰ* vim habet Adverbii) *προσεύχεσθαι*, *longis et prolixis precibus uti*, quibus quidem precibus longis Pharisæorum (vi. 5.) h. l. commemoratis omnino simulata eorum pietas et sanctitas significatur, qua decipiebant muliercularum vulgus, ut profusa in eos liberalitate suis se opibus spoliarent, eos hæredes scriberent, et sic porro. *διὰ τοῦτο*] *propterea*, quod precum pietate abutimini, ad committenda scelera, ad spoliandas et emungendas viduas. *λήψεσθε περισσότερον κρίμα*] *feretis pœnas gravissimas*: *κρίμα*, Hebr. מִשְׁפָּט, *pœna*, Hos. v. 1. Ezech. xiv. 21. Luc. xxiii. 40. et *κρίσις*, 2 Macc. vii. 35.

(15.) *περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν*] *obitis mare et terram*. *ξηρὰ*, *terra, continens*, Sir. xxxvii. 3. 1 Macc. viii. 32. fœmininum pro neutro *ξηρὸν* scl. *πέδον* (Athen. iii. 23. *ἐν ξηρῷ πέδῳ*) Herodo. ii. 68. Diod. Sic. p. 8. A. respondet Hebr. יַבָּשָׁה Joh. i. 9. similiter mare dicitur *ὑγρὰ* Hom. Il. *κ'*. 27. Odys. *ε'*. 98. Aristoph. Vesp. 676. *ficcum* Virg. Georg. i. 363. Æn. x. 301. *liquidum*, Horat. Sat. i. 1. 54. et Æsop. f. 63. *τὴν ξηρὰν* refert ad *θάλασσαν*. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 20. Notatur autem per *τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν orbis terrarum*, et formula ipsa, *obire orbem terrarum*, erat locutio proverbialis Hebræorum, qua summum studium quærendi, sollicitum inquirendi laborem significabant, similis Latinorum: *omnem lapidem movere*. vid. *Grotius* et *Kypkius* ad h. l. *ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον*] *ut unum saltem inveniatis, qui transeat ad sacra Judæorum*. De variis proselytorum apud Judd. generibus vid. *Schleusneri* Lex. h. v. Quanto autem ardore Judæi flagrarint proselytos faciendi, docuit *Danzius* in Diss. de cura Judæorum in conquirendis proselytis, inserta *Meuschenii* N. T. e Talmude illustrato p. 649 sqq. add. quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. *καὶ ὅταν γένηται* scl. *προσήλυτος*, *et ubi gentilis transierit ad sacra Judæorum*. *ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν*] *redditis eum duplo vobis digniorem, qui in tartara detrudatur*, facitis eum pejorem etiam, quam vosmet ipsi estis, incuria vestra plurimas superstitiones gentilium animo infixas retinet; novis erroribus eum imbuitis; moresque vestros pravos atque perversos sequitur. *γέεννα*, vid. ad v. 22. *υἱὸς* autem nominibus præmium vel pœnam, locum præmii vel pœnæ indicantibus junctum, id. qd. *ἄξιος* ut בֶּן־מָוֶת, 2 Sam. xii. 5. ergo *γεέννης υἱὸς* sive *ἄξιος* est, *pœna gravissima dignus*. *διπλότερον* cohæret cum *υἱὸς*, atque adeo per se est Adjectivum, vid. *Stephani* Thes. L. Gr. h. v. cum vero *υἱὸς* sit id. qd. *ἄξιος*, vim habet Adverbii, *duplo magis, duplo digniorem*. Male *Kypkius διπλότερον* explicat, *fraudulentiorem, simulatorem insigniorem, quam vos estis*, cum *ἁπλοῦς* sit *homo simplex*, atque adeo *διπλοῦς homo duplex, simulator*. Sed notio improbitatis, atque adeo simulationis jam latet in verbis *υἱὸς γεέννης*.

(16. 17.) Perversam sentiendi, et leges divinas interpretandi rationem Pharisæorum Jesus reprehensurus, exempli loco affert doctrinam eorum de juramentis, quæ dividebant in gravia et levia. vid. not. ad v. 33 sqq. Scilicet magna et gravia juramenta Pharisæis erant juramenta per Deum ipsum; his æquabant illa, quibus respiciebatur donum Deo oblatum, veluti pecunia oblata, ad usus templi necessaria, hostiæ. Per utrumvis horum donorum, si quis jurasset, per Deum ipsum jurasse censebatur. Ad sacerdotum autem quæstum pertinebat, illa dona haberi quam sanctissima, quasi Deus scilicet illis præcipue gauderet. Cæterum etiam h. l. ut v. 33. sermo est de juramentis, quæ in vita communi et sermone quotidiano audiebantur. *ὁδηγοὶ τυφλοὶ*] v. xv. 14. *ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ*] *qui juraverit per templum*, *οὐδέν ἐστι*] *nihil est, nihil valet*, i. non tenetur, nempe servare jusjurandum; quam significationem vocis *οὐδέν ἐστι* confirmat oppositum *ὀφείλει*, h. e.

Μωροὶ καὶ τυφλοί· τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς 17
ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν; Καί· Ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσια- 18
στηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ,
ὀφείλει. Μωροὶ καὶ τυφλοὶ, τί γὰρ μεῖζον; τὸ δῶρον, ἢ 19
τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον; Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ 20
θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ.
Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ ¹κατοι- 21
κοῦντι αὐτόν. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ 22
τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ. Οὐαὶ ὑμῖν 23
Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ
ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον· καὶ ἀφήκατε τὰ
βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν
πίστιν· ταῦτα ¹ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. Ὁδηγοὶ 24

21. ~ κατοικήσαντι. 23. ↑ δὲ.

tenetur servare jusjurandum. Quid verbis χρυσὸς τοῦ ναοῦ significetur, non una est interpretum sententia. Nonnulli explicant de auro, quo templum ornatum et obductum erat. Alii vasa sacra innui putant, cf. Numb. 5. Ex. 25. Alii intelligunt *thesaurum templi* s. pecuniam missam in gazophylacium, quo nomine insigniebantur tredecim arcæ in atrio mulierum positæ, in quas conjiciebatur pecunia vel ultro et sponte, vel e præscripto legis oblata, ad usus templi necessaria, vid. *Schleusneri* Lex. v. γαζοφυλάκιον et κορβᾶν atque *Relandi* Antiqq. i. 8. 12. atque hæc posterior sententia præplacet, cum sic satis appareat, quid spectarint in tradendo illo præcepto Pharisæi et sacerdotes quæstus et lucri cupidi. — (17.) Jesus, qui h. l. potissimum id agit, ut ostendat, arbitrarium et ineptum esse discrimen, quod inter juramenta Pharisæi facerent, addit: *stulti et occæcati*, inepte ratiocinantes et judicantes, *quid majus*, præstantius, sanctius, *est, num aurum, an templum,* in cujus usum aurum confertur, *quod sacrum reddit aurum?*

(18—22.) *Qui juraverit per aram, eum jurejurando teneri, negatis, qui per sacrificium in ea oblatum, eum teneri affirmatis.* — (19.) Ineptum esse etiam hoc discrimen, et jusjurandum per altare, æque grave esse ac jusjurandum per sacrificium, ita docere instituit Jesus, ut ostendat, aram utpote Deo sacratam, sacram reddere victimam, vid. Exod. xxix. 37. add. *Wetstenius* ad h. l. et qui de altari cogitet, eum simul de victimis cogitare debere, coll. v. 20. Pro ὁ οὖν ὀμόσας v. 20. codd. plures habent ὁ οὖν ὀμνύων, e glossemate, nam Aoristus vim omnium Temporum habet. Eadem de caussa v. 21. pro ἐν τῷ κατοικοῦντι, ut vulgo legitur, cum optimis et plurr. codd. probantibus *Bengelio et Griesbachio* legendum est κατοικήσαντι. Deus autem dicitur ὁ κατοικήσας τὸν ναὸν, quod ejus numen ibi, maxime in adytis præsens putabatur, unde et templum dicebatur οἶκος τοῦ Θεοῦ, v. xii. 4. add. 1 Regg. viii. 13. *Boltenius* opinabatur Matthæum scripsisse שׁוֹשֵׁב בּוֹ, *quod situm est in eo,* Nah. iii. 8. atque intelligebat pecuniam in templo repositam, coll. v. 17. Matthæi vero interpretem hæc verba de Deo accepisse, adeoque ea expressisse καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν. Sed si de Deo sermo est, procedit sententia gravior, et Jesum ipsum de Deo cogitasse, docere videtur v. seq. (de quo vid. not. ad v. 34.) sententiæ enim, quam hic versus continet, occasionem dedisse opinor illa ipsa v. 21. verba ultima.

(23.) Judæi sacerdotibus dare debebant decimas omnium frugum, reliquorumque terræ proventuum, vid. Lev. xxvii. 40. Num. xviii. 21. Deut. xiv. 22. Pharisæorum autem ii, qui non ex sacerdotum ordine erant, ut inprimis sancti et pii adversus Deum viderentur, hanc legem diligentissime observabant, ita ut etiam decimas minutissimorum olerum, quæ vulgo decimari non solebant, religiosissime persolverent. Neque Jesus hanc eorum religionem vituperat, sed perstringit eorum simulationem, quod negligerent virtutes, quarum studium et exercitatio longe majoris momenti esset. ἀποδεκατοῦν, verbum Alexandrinæ dialecto proprium, nam in scriptis Atticorum non legitur, respondet Hebr. עִשֵּׂר, significat et, *decimas exigere, decimare,* 1 Sam. viii. 15. Hebr. vii. 5. et *decimas dare,* Gen. xxviii. 22. h. l. est, τὴν δεκάτην τελεῖν, ut dixit Joseph. Ant. iv. 4., vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 696. τὸ ἡδύοσμον, τὸ ἄνηθον, τὸ κύμινον]

τυφλοὶ, οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπί-
25 νοντες. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ,
ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος,
26 ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας. Φαρισαῖε

25. ∾ ἀδικίας.

species pro genere, pro oleribus minutissimis quibuscunque. ἡδύοσμον est id. qd. μίνθη, quod voc. in linguam suam receperunt Judæi מִינְתָּא, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1228. et Lat. *mentha*, propter odoris suavitatem a Græcis dicta est ἡδύοσμος et ἡδύοσμον. ἄνηθον, *anethum*, Aristoph. Nub. 978. Virg. Eccl. ii. 49. *Dill*, שֶׁבֶת, vid. *Buxtorf.* Lex. p. 2324. κύμινον, *cuminum*, *Kümmel*, Theophr. Char. 10. כַּמֹּן, vid. Ies. xxviii. 25, 27. καὶ ἀφήκατε κ.τ.λ.] illud legis præceptum observatu facilius, observatis; *sed graviora et præstantiora præcepta, quæ lex commendat, negligitis:* βαρὺς, *præstans, eximius*, Sap. ii. 15. Alexandrini hoc vocabulo expresserunt יַקִּיר Dan. ii. 6. κρίσις, *justitia;* κρίσις enim quod voc. respondet Hebr. מִשְׁפָּט, notat eam virtutem, quæ cuique suum tribuit: ἔλεος, חֶסֶד, *beneficentia*, *liberalitas*, quæ aliorum commodis consulit; πίστις, אֱמוּנָה, *fides*, *probitas*, dictorum constantia et veritas.

(24.) διϋλίζειν] סָנַן, notat *percolare*, et de vino depurgato legitur in versione septuagintavirali Amos. vi. 6. Judæi autem vinum e doliis ita hauriebant, ut illud funderent per *colum*, ne culex vinarius aut aliud quoddam animalculum immundum ab incautis deglutiretur, vid. *Buxtorfii* Lex. p. 516. κώνωψ, [illegible], est *culex vinarius*, qui ex vino acescente gignitur, eodemque alitur et nutritur, vid. Aristot. Hist. Anim. v. 19. *Buxtorfius* l. c. p. 342. Sed formula ipsa: διϋλίζειν τὸν κώνωπα, *percolando vinum culices ab eo separare*, per proverbium adhibebatur de iis, qui in rebus levibus atque minutis diligentes, officiique sui studiosissimi essent. Opposita formula proverbialis, τὴν κάμηλον καταπίνειν] *camelum deglutire*, בלע את גמל, dicebatur de iis, qui in maximis et gravissimis negotiis essent negligentissimi, vid. *Vorstius* de Adagg. N. T. c. iii. 2. atque adeo h. l. sensus horum verborum est: in rebus levibus officii vestri studiosissimi estis, ac diligentissime cavere vobis studetis a peccatis perquam levibus, sed in maximis negotiis negligentes estis, nec dubitatis peccata committere gravissima. Verbum καταπίνειν, *deglutire*, non de liquidis solum, verum etiam de aridis dici, atque proprie notare, non comminutum in frusta, sed integrum aliquid consumere, scite observat ad h. l. *Lœsnerus*, qui hanc in rem laudavit Philon. 2 Alleg. p. 103. E. add. *Berglerus* ad Alciphr. p. 86.

(25. 26.) Eadem sententia, quam v. 24. continet, alia imagine repetitur. καθαρίζετε —τῆς παροψίδος] *purgatis*, diligenter abluitis et mundatis, ne reddamini immundi, *externas partes poculorum et lancium.* παροψὶς ab Atticis ponitur de *obsoniis, quæ in patinis apponuntur*, a reliquis Græcis de *lancibus*, de vasis, in quibus cibi apponuntur, vid. *Albertius* et *Wetstenius* ad h. l. interpp. ad Mœr. et Thom. Mag. v. παροψίδα, Eustath. ad Hom. Il. λ'. p. 867. atque Pollux vi. 56. x. 87. In libris quibusdam legitur τῆς παροψίδος καὶ τοῦ πίνακος, quod posterius nomen e Luc. xi. 39. adscripserunt Grammatici, et imperiti librarii in textum receperunt. ἔσωθεν δὲ γέμουσι ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀδικίας] *intus vero hæc vasa plena sunt rapinis et improbitate.* γέμουσι construitur h. l. cum præposit. ἐξ, quæ tamen Luc. xi. 39. omittitur, quoniam Hebræi verbo מָלֵא modo jungunt particulam מ, ut Jer. li. 34. Ezech. xxxii. 6. modo eam omittunt, ut 2 Regg. xxiii. 14., vid. *Noldius* Concordantt. Particc. h. v. ἁρπαγὴ et ἀδικία, cum iis dicantur vasa et pocula plena esse, sunt *vina et cibi rapti, et improbitate comparati*, victus quotidianus improbitate et rapinis comparatus. Lectio vulgaris καὶ ἀκρασίας, in aliis libris legitur ἀκαθαρσίας, in aliis ἀδικίας, atque hanc lectionem, καὶ ἀδικίας, *Griesbachius* recte in textum recepit. Qui lectionem ἀκρασίας defendunt, notant, eam esse lectionem difficiliorem, cum hoc voc. præter hunc locum tantum legatur 1 Cor. vii. 5. ubi *incontinentiam* significat; neque explicari posse, animadvertunt, quomodo pro ἀδικία vel ἀκαθαρσία scribi potuerit, ἀκρασία, facile autem a Grammaticis ἀκρασία explicari potuisse vocabulis ἀδικία et ἀκαθαρσία. Monent præterea ἀκρασία idem esse quod ἀκράτεια atque *vel* explicant: *libido in cibos prodiga*, h. e. intemperantia, ut apud Æschin. Socr. ii. 15. ut adeo intelligantur: *dapes ex alienis interversis facultatibus ad luxum comparatæ: vel* explicent *avaritia*, cum ἀκρατὴς dicatur etiam *avarus, habendi cupidus*, Aristot. Ethic. vii. 6. ut adeo significentur: *dapes rapinis et avaritia comparatæ.* Sed de intemperantia et libidine in cibos prodiga, atque adeo cibis lautis et opiparis sermo h. l. non commode esse potest, cum satis constet, Pharisæos neutiquam fuisse

τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παρ-
οψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν. Οὐαὶ ὑμῖν 27
Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε
τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι,
ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας.
Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, 28
ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας. Οὐαὶ ὑμῖν 29
Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς
τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων·

homines luxuriosos, Joseph. Ant. xviii. 1. 3. *οἵτε γὰρ Φαρισαῖοι τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσιν, οὐδὲν εἰς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες.* Solent præterea in libris N. T. frequenter copulari vocabula generis vocabulis speciei, ut v. 28. *ὑπόκρισις* et *ἀνομία*· ejusmodi vocabulum generis est nomen *ἀδικία*, v. Rom. i. 29. quo declaratur *omnis generis improbitas*, inprimis simulata pietas, coll. v. 28. Sensus ergo, admissa lectione *καὶ ἀδικίας* est, victus vester est præmium, merces improbitatis, *μισθὸς τῆς ἀδικίας*, Act. i. 18. *malis artibus et improbitate*, i. *simulata pietate vobis ad vitam necessaria comparatis.* Lectio *ἀκαθαρσία* originem suam debet Grammaticis, qui cum viderent esse h. l. sermonem de poculis et lancibus extrinsecus *καθαροῖς*, intrinsecus *impuris*, e v. 27. marg. adscribebant *ἀκαθαρσίας*, quod vocabulum librarii negligentes et indocti, qui sæpius medias syllabas omiserunt, vid. *Dorvillius* ad Charit. p. 693. mutarunt in *ἀκρασίας*, doctiores in *ἀκρασίας*. Atque ita locus, me judice, auget numerum locorum illorum plurium, in quibus vocabulum ignotius falsa lectio, notius vera est.—(26.) Sensus: ante omnia videte, ut cibi vestri sint bene parti, tunc sequatur externa poculorum et lancium mundities, purgatio, ne inquinemini. Itaque *καθαρίζειν τὸ ἐντὸς*] est, curare ut ad vitam necessaria, ut victus quotidianus sit legitime et juste comparatus. *ἵνα*] positum *ἐκβατικῶς*, *tunc fiant pura*, tunc purgentur vasa.

(27. 28.) Pharisæi virtutis et pietatis simulatores pessimi comparantur jam cum sepulcris dealbatis. Hebræos autem ad notandos mores fictos et simulatos, comparatione operis gypsati uti solitos esse, præter hunc locum, docet etiam locus Act. xxiii. 3. *παρομοιάζειν* id. qd. *ὁμοιάζειν*, Hebr. דָּמָה. Loca immunda adire, Judæis prohibitum erat, et cujus pedes sepulcrum attigerant, immundus erat, vid. Num. xix. 16. Solebant ergo Judæi tantum spatii, quantum sepulcrum intus complectebatur, exterius quoque in superficie calce signare, et monumenta dealbare, tum ornatus caussa, cum albedo referatur ad ædificiorum ornatum, tum ne quis imprudens locum calcaret, et pollueretur. Schekalim i. 1. *decimo quinto mensis Adar, emendant vias, plateas, collectiones aquarum, et quicquid inseruit publico, etiam pingunt sepulcra.* vid. *Wetstenius* et *Schœttgenius* ad h. l. *Nicolai* de sepulcris Hebr. i. 2, 11 ss. iv. 3. et quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. *ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι*] *extrinsecus apparent speciosa*, quoniam nimirum exteriores partes sunt albæ et candidæ. *ὡραῖος* prop. dicitur de fructibus, qui ad maturitatem pervenerunt, ut adeo *ὡραῖος* sit *maturus*. Hesych. *ὡραῖος· ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ*, vid. *Grævius* Lectt. Hesiodd. c. 2. *Perizonius* ad Æl. H. V. i. 31. Jam cum fructus, qui ad maturitatem pervenerunt, tunc pulcherrimam formam referant, *ὡραῖος* est etiam *pulcher*, *formosus*. Suidas: *ὡραῖος, εὔμορφος*· Judith. viii. 7. *ὡραία τῇ ὄψει*, *formosa*, et Xen. Mem. i. 3. 14. ubi junguntur *ὡραῖον* et *καλὸν*, ut *εὐπρόσωπος* et *καλὸς* apud Lucian. Catapl. T. i. p. 433. *ἔσωθεν δὲ—ἀκαθαρσίας*] *intus vero plena sunt ossibus mortuorum et summa l. omnis generis immunditia.* —(28.) Continet explicationem hujus similitudinis. Sic etiam vos extrinsecus apparetis hominibus sanctitatis et probitatis studiosi (צדיקים cf. et Marc. ii. 17.), intrinsecus vero estis pleni simulationis et improbitatis studiosi.

(29.) *οἰκοδομεῖν*] h. l. notat, *instaurare, restituere, reficere sepulcra vetustate collapsa*, respondet Hebr. בנה. Jer. xxxi. 38. pro quo Alexandrini haud raro usi sunt verbo *ἀνοικοδομέω*, Deut. xiii. 46. Prov. xxiv. 27. al. *τῶν προφητῶν*] prophetarum V. T., doctrinæ divinæ interpretum in ecclesia Judaica. *τῶν δικαίων*] hominum sanctitatis studio conspicuorum, vid. xiii. 17. *μνημεῖον*] h. l. id. qd. *τάφος*, *sepulcrum.* Suidas: *μνημεῖον· ὁ τάφος*, et *κοσμεῖν τὰ μνημεῖα*, *monumenta, sepulcra ornare*, est, in sepulcris dealbatis ponendos curare cippos, columellas, *στήλας*, quibus tituli sunt inscripti, vid. *Geierus* de luctu Hebr. vi. 25. 1 Macc. xiii. 27 ss. *Kypkius* secutus *Elsnerum* ad h. l. et *Vitringam* de synag. vet. i. 1. 11. verbum *κοσμεῖν* explicat:

30 Καὶ λέγετε· Εἰ ¹ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν,
οὐκ ἂν ‖ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν.
31 Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς
32 προφήτας. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων
33 ὑμῶν. Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς
34 κρίσεως τῆς γεέννης; Διὰ τοῦτο, ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς

30. ∾ἤμεθα.

*sepulcrum alicujus quocunque honore afficere, justa alicui facere,* h. e. ædificare prope sepulcra synagogas, sæpius adire sepulcra, et preces ad ea facere, recitare prope ea majorum laudes. Sed jam Christi ætate hæc apud Judæos usitata fuisse, ut a Judæis posteriorum temporum facta sunt, demonstrari nequit. Cæterum non simpliciter reprehendit Jesus h. l. Pharisæorum adversus prophetas et viros sanctos pietatem atque reverentiam, sed simulatam eorum pietatem, quam etiam hac in re ostendebant. Ambitiose enim reficiebant et exornabant prophetarum aliorumque piorum hominum monumenta, ut viderentur eos magni facere, ut ostentarent se neutiquam consensuros fuisse in prophetarum interfectorum cædem, si iisdem temporibus vixissent, cum tamen non melius animati essent, quam ipsorum majores, prophetarum interfectores, coll. xxi. 34. et infra v. 34.

(30.) *Dicitis: si vixissemus ætate parentum nostrorum, socii eorum non fuissemus in cæde prophetarum.* Pro ἦμεν in pluribus et optimis codd. h. l. et paulo post legitur ἤμεθα, quam Imperfecti formam recte in textum receperunt *Griesbachius et Matthæi.* Attici enim veteres raro dixerunt ἤμην pro ἦν, sed Alexandrina et communis dialectus hanc Imperfecti formam sibi tanquam propriam vindicavit. vid. Jos. v. 1. Neh. i. 4. ii. 11. Matth. xxv. 35 al. Mœris: ἦν, ἀντὶ τοῦ ἤμην, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς. Recentiores autem Græci uti instituerunt forma ἦν· hinc perquam probabile est, librarios nonnullos h. l. pro ἤμεθα scripsisse ἦμεν, vid. omnino *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 683 sq. αἷμα. Hebr. דם, *cædes,* 2 Sam. iii. 28. Matth. xxvii. 24. Eurip. Orest. 36. ubi schol. explicuit per φόνος. Diod. Sic. p. 65. C. *Rhod.* ἐφ' αἵματι φεύγειν, *cædis caussa fugere.* add. p. 657. C.

(31—33.) Sensus: *Testamini contra vos ipsos* (ἑαυτοῖς, *contra vos ipsos,* ut Jer. i. 18. לְמַלְכֵי יְהוּדָה, *contra reges.* add. Marc. vi. 11. coll. Luc. ix. 6.), vosmet ipsos condemnatis, *dum vos nominatis posteros interfectorum prophetarum,* (dicitis enim εἰ ἦμεν—τῶν πατέρων ἡμῶν v. 30.) *et cædes a majoribus vestris perpetratas reprehenditis* (dicitis enim οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ κ. τ. λ.) *cum tamen majoribus vestris sitis similes,* et mihi necem meditemini. Verbis υἱοί ἐστε amphibolia inest. Formula enim: υἱόν τινος εἶναι, significat et, filium, nepotem alicujus esse, et esse alicui similem, vid. v. 45. Joh. viii. 44.—Indignabundus addit Jesus v. 32. καὶ ὑμεῖς πληρώσατε κ. τ. λ.] *quare et implete mensuram vestrorum parentum,* quibus estis similes, addite majorum vestrorum impietati et contumaciæ, quod ei deest, ut sit omnibus partibus ac numeris absoluta, cumulum addite majorum vestrorum sceleribus, me, meæque, doctrinæ præcones persequimini et interficite, coll. v. 34. πληρώσατε non est imperantis, sed concedentis, est enim Hebræorum Imperativus permissionis, vid. 1 Regg. xxii. 22. 2 Regg. ii. 17. Prov. vi. 32. Joh. xiii. 27. al. —(33.) *Serpentes, viperarum progenies,* simulatores pessimi, *quomodo effugietis tartarorum pœnas?* i. non effugietis alterius vitæ pœnas gravissimas. ὄφις, ἔχιδνα, *serpens, vipera,* est imago hominis insidiosi, pietatem et probitatem simulantis. vid. ad iii. 7. Cic. de harusp. resp. 24. de Clodio: *etiamne in sinu viperam illam venenatam ac pestiferam habere potuerunt?* Comparat ergo h. l. Jesus Pharisæos eorumque majores cum serpentibus, quoniam, ut illi, pietatem ac probitatem simulabant, quoniam, ut illi, doctrinæ divinæ præconibus insidiabantur. πῶς φύγητε] pro πῶς φεύξεσθε; κρίσις] *pœna, supplicium,* ut sæpius. γεέννης] vid. ad v. 22. ὀργὴ μέλλουσα, vid. iii. 7.

(34.) Quonam sensu vox διὰ τοῦτο capienda sit, et quomodo hic versus cum iis quæ præcesserunt, cohæreat, magnopere inter se dissentiunt interpretes. Alii nimirum retinent vulgarem vocis διὰ τοῦτο significationem, *propterea,* monent tamen eam esse conjungendam cum verbis καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε κ. τ. λ. ut adeo hæc verba cum antecedentibus ita cohæreant: vos estis simulatores pessimi,—propterea etiam legatos divinos, sapientes religionis doctores, quos ad vos mittam, vel interficietis etc. *Olearius, Wolfius,* in Curis ad h. l. alii, διὰ τοῦτο respondere arbitrantur Hebr. בזאת, ut adeo exprimi debeat, *interea, posthac,* et idem sit quod ἐν τούτῳ, ἐπὶ τούτῳ, sed non attulerunt alia loca, quibus hæc observatio comprobetur. Alii διὰ τοῦτο conjungunt cum ultimis

ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ Γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν
ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν
ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν·
Ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς 35

v. 33. verbis: simulatores pessimi, quomodo propter ea, quæ hactenus commisistis, gravissimas pœnas alterius vitæ effugietis? Equidem vero arbitror διὰ τοῦτο] ut Hebr. לָכֵן Judd. viii. 7. Jer. xlix. 26. esse meram transitionis formulam, adeoque in versione omittendam, ut xiii. 52. add. Marc. xii. 24. coll. Matth. xxii. 29. ἀποστέλλω] vim habet futuri, ἀποστελῶ, vid. Luc. xi. 29. προφήτας, σοφοὺς, γραμματεῖς] *legatos divinos, sapientes, religionis doctores.* Insigniuntur his nominibus Apostoli, reliquique religionis christianæ doctores, id quod vel e verbis Lucæ patet, qui loco parallelo xi. 49. scripsit: ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους. Judæi suos religionis doctores appellare solebant προφήτας (h. e. latiori sensu, omnino, voluntatis divinæ interpretes), σοφοὺς, γραμματεῖς, סוֹפְרִים, חֲכָמִים, נְבִיאִים, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 751. 1534. Jesus vero his nominibus usus est, partim quoniam ante dixerat, majores legisperitorum et Pharisæorum trucidasse προφήτας καὶ δικαίους v. 29. partim ut significaret legatos suos esse non minus legatos divinos, sapientes, legumque divinarum peritos, quam illos, quos Judæi his nominibus insignire solerent. γραμματεῖς, vid. ad xiii. 52. καὶ ἐξ αὐτῶν] scl. τινὰς, ut Luc. xi. 49. xxi. 16. Joh. xvi. 17. est forma loquendi Hebraica; nempe respondet Hebræorum מֵהֶם, quod οἱ ἐ. Num. xxi. 1. vertunt ἐξ αὐτῶν, *nonnulli, alii eorum.* Græci quoque Pronomen τὶς omittere solent, posito tamen Genitivo, sine Præpositione ἐκ· vid. *Marklandus* ad Lys. p. 439. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 367. ἀποκτενεῖτε] *interficietis.* Laudant hanc in rem exempli loco Stephanum Act. vi. 7. Jacobum, filium Zebedæi, Act. xii. 2. σταυρώσετε] *cruci affigetis.* Sed non potest exemplum afferri, quo comprobetur Judæorum opera religionis christianæ doctorem a Romanis (Romanis enim, non Judæis, hoc supplicii genus usitatum erat), in crucem esse actum. *Grotius* arbitratur, Christum se ipsum quoque legatis suis h. l. annumerasse, neque terrere, inquit, nos debet quod præcessit ἀποστέλλω ἐγὼ, est enim figura, quam σύλληψιν vocant, quæ nomina multa uni conjungit verbo, quod tamen nominibus omnibus proprie non convenit. Rectius *Moschius* in *Erklärung der Sonntags-Evangelien* ad h. l. (qui apposite cæteroquin observavit, non posse hic provocari ad Simonem Cleopæ filium, coll. Euseb. H. E. iii. 32. cum hic regnante Trajano, ergo post excidium Hierosolymorum, nec Judæis, sed christianis, antea Judæis, iisdemque hæreticis auctoribus in crucem actus sit), monuit, historiam illorum temporum nimis brevem et succinctam esse, et plura monumenta historica non ad nostram usque ætatem pervenisse, adeoque silentii historiæ nullam esse rationem habendam. Removetur vero etiam hæc difficultas, si statuimus, Christum in universum voluisse sententiam exprimere hanc: Judæi in legatos meos omni modo sævient; et ut significaret eos quoque gentes exteras, nominatim Romanos, ad crudelem eorundem persecutionem excitaturos esse, commemorasse crucis supplicium, Romanis usitatum. μαστιγώσετε] *flagellis cædetis,* vid. x. 17. Act. xxii. 19.

(35.) ὅπως] ut alias ἵνα, positum est ἐκβατικῶς, eventum, non caussam indicat. Ita quoque legitur Hebr. לְמַעַן Exod. xi. 9. Jer. xxvii. 15. et ἵνα Joh. ix. 2, 3. xii. 40 etc. ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον] *ut adeo rei sitis cædis omnium hominum sanctorum in terra vestra factæ:* πᾶν αἷμα δίκαιον positum est pro αἷμα πάντων τῶν δικαίων, hoc reddi potest, *cædes omnium insontium,* nam Alex. דָּם נָקִי non modo exprimunt αἷμα ἀθῷον, Deut. xxvii. 25. coll. Matth. xxvii. 4. sed etiam αἷμα δίκαιον, Joel. iii. 19. Jon. i. 14. at hæc verborum interpretatio non satis convenire videtur orationis seriei, coll. v. xxix. 31 sq. 34. rectius explicantur hæc verba: *cædes omnium virorum sanctitatis laude conspicuorum,* ut adeo per τοὺς δικαίους significentur etiam prophetæ, et Matthæus scripsisse putetur צַדִּיק. Confirmant hanc rationem verba Lucæ xi. 50. τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν ubi προφήτης latissimo sensu capiendum, de eo qui summa probitate sese Deo commendat, ita, ut sit Dei amicus et familiaris, dignusque qui præ cæteris hominibus adire numen precibus possit, quales erant Abel et Zacharias memorati v. 35. Sed ἐκχεῖσθαι αἷμα ἐπί τινα dicitur de eo, qui cædis alicujus reus censetur, de quo adeo cædis vindicta sumitur. Similis formula, ἐπαγαγεῖν αἷμα ἐπί τινα Act. v. 28. ubi vid. *Elsnerus.* Hæc vero ipsa locutio: *pœnas luetis cædis omnium virorum sanctorum,* hyperbolica est, eaque omnino pœnarum exprimitur gravitas. Sensus ergo est: Vos, qui majorum mores non detestamini, sed imitamini, qui non

γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ

modo similes estis illis prophetarum virorumque sanctorum interfectoribus, sed eos etiam contumacia, impietate, crudelitate superatis; ita puniet Deus, ac si majores vestros non puniisset i. gravissime vos puniet. Similes loci Jer. xvi. 13. Ies. lxv. 7. coll. Ez. xviii. 2, 4, 20. 1 Thess. ii. 15 s. ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου] *usque ad cædem Zachariæ, Barachiæ filii.* Quinam fuerit Zacharias ille, cujus h. l. mentio facta est, certo constitui nequit. *Krebsius* in Obss. ad h. l. et cum eo plures, (vid. *Wolf.* ad h. l.) intelligendum esse arbitrantur Zachariam, Baruchi filium, paulo ante excidium urbis in templo a Zelotis trucidatum, (Joseph. B.I. iv. 6. 4. δύο δὲ τῶν τολμηροτάτων, προσπεσόντες ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ, διαφθείρουσι τὸν Ζαχαρίαν κ. τ. λ.) et cum objici possit, legi h. l. ὃν ἐφονεύσατε, adeoque Christum verba facere de re præterita, observant, aoristum positum esse pro futuro. Christum ergo prædicere, cædem viri boni proxime instantem, quasi signum excidii toti reipublicæ Judæorum imminentis. At Christus, ut aperte cohærentia docet, loquitur omnino de tempore præterito, vid. v. 31, 32. add. Luc. xi. 50. non de futuro. Præterea bene monuit *Ammonius* in Novv. Opuscc. theoll. p. 112. virum sapientem atque divinum, crimina futura, quæ in libera coævorum potestate sint, admonitionibus atque hortationibus avertere, non vero pœnarum et vindictæ inevitabilis severitate in antecessum ulcisci debere. De Zacharia a Zelotis trucidato, cujus cædem prædixerit Jesus, cogitat etiam *Hugius* in *Einleitung in das N. T.* Th. ii. p. 9 ss. et conjicit, Matthæum qui Evangelium scripserit, cum illa cædes jam commissa esset (vid. Prolegg.), hanc ipsam ob caussam, Jesum loquentem induxisse de tempore præterito, non de futuro. Alii sermonem esse putant de Zacharia propheta, cujus oracula etiamnum extant, verum hunc trucidatum esse, historia temporum ignorat. Alii opinantur verba υἱοῦ Βαραχίου adventitia esse, adscripta a Grammaticis, qui putarint, Zachariam prophetam Barachiæ filium intelligendum esse, et sic antiquissimo librariorum lapsu hæc verba in textum irrepsisse. Esse autem h. l. sermonem de Zacharia, Joïadæ filio, in templo lapidato v. 2 Paral. xxiv. 20 ss. Cum his fere consentiunt, qui contendunt lectionem textus fuisse υἱοῦ Ἰωδαὲ, sed eadem de caussa Grammaticos atque librarios Ἰωδαὲ mutasse in Βαραχίου. Sententiam suam eo probare nituntur, quod in Evangelio Nazaræorum (quod tamen ipsum interpolatum erat) auctore Hieronymo, non Barachiæ, sed Joïadæ nomen extiterit. *Ammonius*, qui l. c. (vid. et *Eichhornii Allgem. Bibl. der bibl. Literat.* B. 5. p. 794.) pluribus docuit, vulgarem lectionem genuinam, et ab interpolationis vel correctionis suspicione liberam esse, contendit esse quidem h. l. de Zacharia, Baruchi filio, a Zelotis trucidato, sermonem, sed non Christi, neque Matthæi verba h. l. legi, immo Græcum Matthæi interpretem, hæc verba ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου adjecisse. Hunc scilicet hominem, vitam Jesu a Matthæo editam, non totidem verbis in Hellenistarum linguam transtulisse, sed eam potius: forte ex exemplo Aramæo jam additamentis et scholiis aucto, novis observationibus, traditionibus et accessionibus instruxisse, et ejusmodi præsidiis fretum, plenam servatoris, quæ coævorum desideriis satisfaceret, historiam in lucem edidisse. At enimvero hæc sententia idoneis argumentis confirmanda erat, et eadem, quæ de Zacharia h. l. leguntur, extant quoque Lucæ xi. 51. *Eichhornius* in *Einleit. in d. N. T.* Th. i. p. 511. statuit, Jesum locutum esse de Zacharia Joïadæ filio, sed Græcum Evangelii interpretem scripsisse υἱοῦ Βαραχίου, pro acrius feriret coævorum animos. *Bertholdtus Einlet. in d. A. u. N. T.* Th. iii. p. 1269. autumat, interpretem Græcum pro Ἰωδαὲ rescripsisse Βαραχίου, vel quod putasset Jesum locutum esse de tempore futuro, et nomen Ἰωδαὲ pro vitiosa scriptura habuisset, vel quod ipse novissimam hominis sancti cædem atrocissimam, a Judæis commissam, lectoribus suis in memoriam revocare voluisset. *Paulus* in *Kritisch-Philol. Kommentar* ad h. l. et ad Luc. l. c. notat: Jesum laudasse locum libri deperditi, cujus titulus fuerit σοφία τοῦ Θεοῦ, חכמת יהוה, vel in quo sapientia Dei in personam mutata, loquens introducta fuisset. (Luc. l. c. legitur: διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν· hinc *Paulus* nostro loco post διὰ τοῦτο supplet, ἔφη τις· ellipsis perquam dura! Alii Lucæ l. l. ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ explicant: Deus sapientissimus dicit np. per me, coll. 1 Cor. i. 24. vid. not. ad Luc. l. c.). Jesum enim h. l. diserte discernere a verbis auctoris illius libri verba sua v. 36. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, *ego vero vobis dico.* (Sed ἀμὴν λέγω ὑμῖν est ut centies nil nisi: mihi credite, non id. qd. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν.) Hujus ergo libri deperditi auctorem, e *primo* V. T. libro, atque ex *ultimo* V. T. libro, *maxime memorabilem hominem*, a Judæis interfectum, nempe Abelem et Zachariam, Joïadæ filium, laudasse, sed nomen hujus Zachariæ patris, cum nomine patris Zachariæ prophetæ, e prælec-

καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει ταῦτα πάντα 36
ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην.
Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, 37
καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις
ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει
ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;

36. ↑ὅτι.

tionibus publicis ipsi notiori, commutasse. Mihi quidem maxime probabilis semper visa est eorum interpretum sententia, qui existimant, intelligendum esse Zachariam, Joïadæ summi sacerdotis filium, ob reprehensa populi Judaici flagitia, jussu Joasi, Judæorum regis, in atrio templi lapidatum v. 2 Paralip. xxiv. 20 ss. Constat autem apud Hebræos multas personas fuisse binomines, vid. interpp. ad Marc. ii. 26. *Wolfium* in Curis, et *Grotium* ad h. l. Scholiast. cod. Mosquensis: *Ζαχαρίαν δὲ τὸν Ἰωδαὲ λέγει, διώνυμος γὰρ ἦν.* Hinc Zacharias 2 Par. l. l. Joïadæ, h. l. autem Barachiæ filius nominatur, quoniam nimirum pater ipsius duo nomina habuit, et Judæis, qui Christi ætate plurimum studii genealogiis impendebant, utrumque nomen satis notum erat. Jesus igitur, ut significaret, *omnes* cædes hominum sanctissimorum, easdemque *crudelissimas*, ut Lucæ verbis utamur, *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, a Judæorum majoribus commissas, nominavit *primam, maxime memorabilem*, cædem in literis sacris commemoratam, et *ultimam* cædem, *ad aras perpetratam*, nempe Zachariæ. Altare etiam nocentibus, nisi atrocissime deliquissent, asylum et tutela erat. vid. Exod. xxi. 14. 1 Regg. i. 51. ii. 28 sqq. hinc Seneca Troadd. 45. *ipsas ad aras majus admissum scelus.* vid. *Albertius* et *Wetstenius* ad h. l. Sic neque nos tangunt ea, quæ observarunt alii, Zachariam nimirum non fuisse ultimum prophetarum a Judæis interfectorum, Uriam quoque prophetam jussu Joïakimi trucidatum esse, coll. Jer. xxvi. 21 ss. 2 Paral. xxxvi. 4 ss. sed, quod probe notandum, non interfectus est ut Zacharias *μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου*. ὃν ἐφονεύσατε] *quem trucidastis*, est communicative dictum (ut Joh. vi. 32. 1 Sam. viii. 8 al.), trucidarunt eum majores vestri, quorum sentiendi agendique rationem vos imitamini. μεταξὺ—θυσιαστηρίου] *inter templum et altare*; intelligitur altare holocaustorum, quod erat ἐν τῷ ἱερῷ in atrio sacerdotum, prope velum τοῦ ναοῦ, nam altare suffitus in ipso erat ναῷ. Joseph. Ant. viii. 4. 1. *τὸ δὲ θυσιαστήριον τὸ χάλκεον ἵστησι πρὸ τοῦ ναοῦ ἀντικρὺ τῆς θύρας, ὡς ἀνοιχθείσης αὐτὸ κατὰ πρόσωπον εἶναι, καὶ βλέπεσθαι τὰς ἱερουργίας, καὶ τὴν τῶν θυσιῶν πολυτέλειαν.* Id. Ant. xv. 14. 5. *ὅπου τοῖς ἱερεῦσιν εἰσελθεῖν ἐξὸν ἦν μόνοις, ὁ ναὸς ἐν τούτῳ, καὶ πρὸ αὐτοῦ βωμὸς ἦν, ἐφ' οὗ τὰς θυσίας ὁλοκαυτοῦμεν τῷ θεῷ.*

(36. 37.) ἀμὴν λέγω ὑμῖν — ταύτην] *mihi credite, hæc omnia huic hominum ætati evenient.* ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην Theophylactus interpretatur: ἐπὶ τοὺς τότε ὄντας Ἰουδαίους· recte, nam ἡ γενεὰ αὕτη sunt *homines hujus ætatis, hujus seculi*, ut Matth. xi. 26. al. Hebr. דּוֹר, Eccles. i. 4. Formula autem ἥξει τοῦτο ἐπ' αὐτὸν est formula Hebr. בָּאָה עָלָיו הָרָעָה, eaque adhibetur vel in bonam partem, de bonis quæ alicui contingunt Deut. xxviii. 2. vel in malam partem, de malis quæ alicui accidunt, Ies. xlvii. 9, 11. Jer. li. 60 h. l. Ante ἥξει plures codd. legunt ὅτι, certe hæc particula a librariis facilius omitti, quam addi potuit, et ἀμὴν λέγω ὑμῖν non modo omisso ὅτι, sed eo etiam addito occurrit, ut vi. 5, 16. xix. 28 al.—(37.) Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ] intelliguntur hujus civitatis incolæ, et commemorantur incolæ civitatis primariæ, ita, ut reliqui quoque Judæi simul significentur; repetitio autem nominis auget increpationem, animique commotionem indicat. Exempla hanc in rem plura attulit *Elsnerus* ad h. l. ἀποκτείνουσα, λιθοβολοῦσα] *quæ interficere, lapidare soles*, coll. v. 30, 34. Neh. ix. 26. add. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 535 sq. ποσάκις — καὶ οὐκ ἠθελήσατε] *quoties filios tuos colligere volui, sicuti gallina pullos suos sub alis colligere solet, sed noluistis.* Similem locum Eurip. Herc. Fur. 71. attulit *Elsnerus*: *Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑποπτέρους σώζω νεοσσοὺς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη. Et Herculis liberi, quos sub alis servo, pullos ut gallina mori parata.* Est imago benevolentiæ et tutelæ, Deut. xxxii. 11. Ies. xxxi. 5. Ps. xvii. 8. Sensus est: Sæpius vos omni modo excitare studui ad vitæ animique mutationem in melius, ut ita effugeretis calamitatem vobis imminentem, sed vos me repudiastis. τὰ τέκνα sunt cives Hierosolymitani, omninoque Judæi ita nominantur, quoniam Jesus antea usus erat voce Ἱερουσαλὴμ, Hebræi vero civitates perquam frequenter comparare solent cum matribus, adeoque cives nominant filios, vid. 2 Sam. xx. 19. Jer. ii. 16. etc. ὃν τρόπον] pro καθ' ὃν τρόπον, quod legitur Act.

38 Ἰδοὺ, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. Λέγω γὰρ ὑμῖν· 39
Οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε· Εὐλογημένος ὁ
ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

xv. 11. ὄρνις] est *gallina*, vid. *Wetstenius* ad h. l. etiam Latini voc. *avis*, de gallina adhibere solent, ut Martial. xiii. 73. ἠθελήσατε] referendum ad Ἱερουσαλὴμ et τέκνα,

(38. 39.) ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος] *ecce, hæc ipsa domus inanis jam vobis et deserta relinquetur.* ἀφίεται pro ἀφεθήσεται, ut v. 34. ἀποστέλλω pro ἀποστελῶ. Vocabulum οἶκος, *Olearius*, *Wolfius*, *Moschius*, alii, de templo Hierosolymitano, *Grotius*, *Elsnerus*, *Lœsnerus*, *Schottus*, alii, de gente Judaica universa, et simul de primaria urbe ac sede imperii, de Hierosolyma accipiunt. Et *Lœsnerus* quidem, in Dissert. *de domo orba*, inserta Commentatt. theoll. a *Velthusenio*, *Rupertio* et me ipso editis, Vol. ii. p. 49 sqq. hanc posteriorem sententiam docte et copiose defendit, atque docet, Judæis sublato dominatu et regno, extincta regia progenie, populoque ipso cædibus, fame, fuga, fœde perempto et dissipato, urbis civitatisque ac patriæ interitum et eversionem denuntiari. Sic quoque Latinos *patriam* et *domum* promiscue ponere solere. Cic. ad Attic. viii. 2. Sallust. Cat. 44. Equidem tamen ingenue profiteor, me accedere interpretibus iis, qui de templo h. l. cogitandum esse præcipiunt. Etenim, quamquam templum vocatur plerumque οἶκος Θεοῦ, tamen et Luc. xi. 51. simpliciter nominatur οἶκος, add. 1 Regg. ix. 8. et Jesus ipse hanc orationem in templo habuit, vid. Marc. xiii. 1 ss. Matth. xxiv. 1. e quibus locis apparere videtur, discipulos quoque verba Christi de templo intellexisse. Cum vero Christus hanc orationem in templo habuerit, auditores ipsius facile intelligere poterant significari templum, et οἶκος ὑμῶν eminentiori sensu dictum esse. Cæterum satis notum est, articulum sæpius habere vim pronominis demonstrativi, vid. *Glassius* Phil. S. i. 2. 1. p. 131. et voc. ἔρημος inprimis adhiberi de locis desertis, desolatis, incolis destitutis.—(39.) λέγω γὰρ ὑμῖν—ἐν ὀνόματι κυρίου] *et quod me attinet, vobis affirmo, vos me posthac non esse visuros, donec mihi acclamaveritis: celebretur ille legatus divinus;* explicant: me nunquam posthac videbitis in templo, ut doctorem, sed ut judicem; ubi rediero ad excidium templi et civitatis vestræ, tunc intelligetis, me Messiam esse. Probe enim scivisse Jesum, Judæos ipsum nunquam verbis εὐλογημένος κ. τ. λ. excepturos, e dignitatem ipsius agnituros esse. Formula εὐλογημένος κ. τ. λ. qua respicitur acclamatio populi, cum Christus solenniter urbem introïret xxi. 9. omnino significatur: agnoscetis, declarabitis me Messiam. Huic interpretationi Ven. *Schottus* in Commentar. exegetico-dogmat. in eos J. C. sermones, qui de reditu ejus ad judicium futuro—agunt p. 256. recte opposuit hæc: "Etsi Judæi plures, pœna illa gravissima civitati Judaicæ inflicta, commoti fuerint, ut dignitatem Jesu agnoscerent, minime tamen hæc saluberrima animi immutatio ad omnes pertinuit. Audimus vero Christum h. l. universe de Judæis loquentem, qui huc usque fidem ipsi pertinaciter denegaverant. Præterea verba: εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος κ. τ. λ. cum lætitiam animi de Messia veniente aut venturo exprimant, minus commode ejusmodi Judæis tribui poterant, pœna demum corrigendis, Christum vindicem severum experturis. Dicendum potius fuisset: donec professi fueritis, olim, cum hominis filius in terra versaretur, canendum fuisse cum aliis (Matth. xxi. 8 ss.) εὐλογημένος κ. τ. λ." Quare adstipulor interpretibus iis, qui verba nostra explicant: a vobis discedo, posthac me non videbitis in hoc templo, donec me Messiam agnoveritis, i. e. me nunquam posthac in hoc templo videbitis. Hanc interpretandi rationem etiam *Schottus* assensu suo approbavit, verborumque sensum ita constituit: *ab hoc inde tempore non amplius me inter vos* (ut adeo phrasis οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι non tantummodo ad Christum *in templo* non amplius conspiciendum referatur) *conspicietis* (neque amplius me habebitis doctorem benevolentiæ plenum, saluti vestræ consulentem) *usque dum dixeritis* (quod neque ipsi de me dicere, neque alios de me prædicare voluistis): *celebretur, qui auctoritate Dei venit.* Alias aliorum explicationes notarunt *Olearius*, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. γὰρ est Hebr. ו, *et.*

## CAP. XXIV.

Non una eademque est interpretum de vaticiniis Christi quæ Matth. c. 24. et 25. leguntur, sententia. Fuerunt enim qui putarent, finem primarium omnis sectionis, quæ utrumque Matth. cap. complectitur, eo spectare, ut interitus mundi visibilis, et reditus Christi ad judicium extremum describatur, cujus typus et imago fuerit excidium Hierosolymorum. Alii in ea reperiuntur fuisse opinione, ut omnia referenda esse crederent, ad civitatis Judæorum eversionem, victoriam quam his in terris religio

christiana de hostibus suis reportatura sit, et remunerationem piorum Christi sectatorum. *Œrtel, Christologie* p. 692. al. Sed longe plurimi orationem Christi c. 24, 25. partim de reipublicæ Judæorum eversione, partim de interitu mundi interpretati sunt. Hi vero ipsi in diversas partes abierunt. Alii nimirum ea tantum quæ inde a cap. xxv. 30. leguntur, de judicio extremo, reliqua omnia quæ præcesserunt, de interitu civitatis Judæorum explicanda esse statuerunt. Alii contenderunt, Christum, absoluto vaticinio de excidio Hierosolymorum, cap. xxiv. versu 29. vel 36. vel 42. ad judicium extremum transiisse. *Schottus* in *Commentario exegetico-dogmat. in eos J. C. sermones, qui de reditu ejus ad judicium futuro et judicandi provincia ipsi demandata agunt*, Jenæ 1820. 8. locum Matth. xxiv. 4—27. ad ætatem devastationis Hierosolymorum et tempora proxime prægressura refert; quæ v. 27—32. extant, de adventu Christi olim futuro et judicio extremo interpretatur; quæ v. 32—36. leguntur, de eversione civitatis Judæorum; reliqua omnia inde a v. 36—c. xxv. fin. de judicio extremo explicat. cf. etiam *Keller* Abh. *ist es wahrscheinlich, dass sich die Parabeln Jesu von den zehn Jungfrauen und der Austheilung der Talente Matth.* xxv. *auch noch auf die Zeit der Zerstörung Jerusalems beziehen?* in *Bengelii Archiv für die Theologie und ihre neueste Literatur*, B. 4. St. 3. p. 813 ss. Tubing. 1821. qui tamen priorem sectionem omnem Matth. xxiv. 4—36. de interitu reipublicæ Judæorum interpretandam esse existimat.—Allatis variis et præcipuis virorum doctorum sententiis (quarum singularum patronos, quo minus nominaremus, *Schotti* diligentia otium fecit l. l. p. 73 ss.) quid nobis de hoc loco videatur, jam explicatius ostendamus.

Jesus in templo, præsentibus discipulis, Judæos edocuerat, ipsos sua in persequendis et trucidandis disciplinæ christianæ alumnis et doctoribus, et in obsequio iis præstando obstinatione, interitum templi, urbis et reipublicæ acceleraturos esse, v. xxiii. 38. Cum Jesus deinde e templo exiisset, discipuli eum adibant, eique ostendabant magnifica templi ædificia, coll. v. 1. Luc. xxi. 5. atque Jesus, quæ antea dixerat, repetebat, nempe hoc omne ædificium splendidum prorsus deletum iri. Atroces calamitates apparitionem Messiæ prægressuras esse, opinabantur Judæi, sperabant vero etiam, ea ipsa tempestate, cum calamitas ad summum pervenisset fastigium, Messiam inopinato cœlitus auxilium ipsis esse laturum, vid. Dan. ii. 44 sq. vii. 13 ss. ix. 24, 26. hostesque ipsorum debellaturum esse, vid. Joseph. B. I. vi. 5. 2. add. *Koppii* Excurs. 2. ad Thessal. p. 113 sqq. Calamitatibus illis annumerabant quoque Judæi, saltem multi eorum, vastationem templi, vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Matth. ii. 1. p. 200. add. Joseph. Ant. x. 11. 7. (Mich. iii. 12.); exspectabant vero etiam mundi, temporibus Messiæ, renovationem, splendidiorem urbem, templumque splendidius, vid. interpp. ad 2 Petr. iii. 12. *Schœttgenii* Hor. Hebr. ad Apoc. xxi. 1, 2, 19, 24. et T. ii. p. 167, 169, 171, 245. Hinc nec magnopere Christi discipuli, ut ex Evangelistarum narrationibus patet, mirabantur ea, quæ magister ipsorum de templi vastatione dixerat. Ipsa vero Christi prædictio de templi vastatione, quam conjunctam fore putabant cum regni Messiani terreni initio, revocaverat discipulis in memoriam etiam reliqua omnia initio regni Messiani eventura, velut judicium gentium, finem hujus mundi etc. vid. ad iii. 2. Interrogant ergo Jesum, quando futurum sit, ut templum evertatur? et quodnam signum sit adventus ipsius, atque interitus mundi, τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος v. 3. illum adventum secuturi? Ad primam discipulorum interrogationem ita Jesus respondebat, ut non eorum curiositati satisfaceret (Act i. 7.), sed ea tantum proferret, quæ iis scitu utilia et necessaria essent. Verba faciebat de signis eversionem templi et civitatis Judæorum prægressuris, ipsam deinde eversionem imaginibus poëticis depingebat, coll. xxiv. 28 sqq. Quo vero præconceptæ eorum opinioni occurreret, cum eversione templi reipublicæque Judæorum conjunctum fore initium regni Messiani terreni, quam eorum opinionem satis declarabat interrogatio: τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; (v. 2.) ad hanc alteram quæstionem ita respondebat, ut appareret, finem mundi serius secuturum esse; et ut hic mundi interitus ab interitu civitatis Judæorum satis perspicue discerneretur, profitebatur, se ad excidium Hierosolymorum, ad pœnas de Judæis sumendas, suorumque a Judæorum persecutionibus liberationem (ἀπολύτρωσιν Luc. xxi. 28.), ita rediturum esse, ut ipse non conspiceretur, majestatem tamen suam ita se manifestaturum esse, ut ipsum pæne oculis videre possent, (παρουσίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου fore fulguris instar Matth. xxiv. 27. sicuti non dici possit, fulgur hic vel ibi esse, ita neque de Messia, eum hic vel ibi esse, vid. Matth. xxiv. 23, 27.); sed ad finem mundi et inaugurationem regni Messiani solennem, non tamen talis, quale exspectarent, se rediturum esse (xxv. 31 ss.) ita, ut conspiceretur, et innotesceret ipsius majestas omnibus. v. *Eichhornii Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. iii. p. 675, 692, 1058 ss.

Quæ vel hactenus disputavimus, docere possunt, c. xxiv. et xxv. de duplici atque diversa παρουσίᾳ Christi sermonem esse, vid. et not. ad xvi. 27. Capitis autem xxiv. sectionem priorem, usque ad v. 43. agere de

ΚΕΦ. κδ'.

ΚΑΙ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον

interitu templi et civitatis Judæorum, pluribus argumentis potest evinci. Disertis verbis profitetur Jesus, omnia hactenus dicta eventura esse hominibus illius ætatis et discipulis (parti saltem societatis ipsorum, vid. ad v. 1. et ad xvi. 28.) adhuc viventibus, coll. xxiv. 34. Marc. xiii. 30. Luc. xxi. 31. add. Luc. xxi. 20. ubi legitur ὅταν ἴδητε· Matth. xxiv. 20. προσεύχεσθε κ. τ. λ. v. 33. οὕτω καὶ ὑμεῖς· non aliud argumentum v. 29 ss. pertractari, sed his versibus describi prophetarum more solenni ipsam reipublicæ Judæorum eversionem, docent verba εὐθέως μετὰ τὴν θλίψιν· Marc. xiii. 24. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις μετὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην. Hi loci omnes, inprimis etiam ea quæ v. 40, 41. leguntur, satis evidenter demonstrant, non esse hoc in capite sermonem de interitu mundi, sed de excidio Hierosolymorum, vid. *Eichhorn.* l. c. p. 670 sqq. et *Flattus* de notione vocis βασιλεία τῶν οὐρανῶν in Commentatt. theoll. a *Velthusenio, Rupertio* et me editis Vol. ii. p. 461 sqq.—Jam quod ipsam Christi orationem de interitu templi et civitatis Judæorum attinet, diligenter discernuntur tristia tempora initium vastationis pregressura 5—14. Luc. xxi. 8, 9. ab vastationis initio v. 15. Luc. xxi. 20. et vastatione ipsa v 29 sqq. Usus autem est Christus, personam prophetæ agens, sermone prophetico, imaginibus et coloribus poëticis, neque adeo in descriptione signorum, quæ urbis interitum antecessura dicit, neque in ipsa eversionis pictura, omnia ad latum unguem resecanda sunt, ut docte et copiose demonstravit *Eichhornius* l. c. p. 676 sqq. Itaque nec probare possum diligentiam illorum interpretum, qui, opinantes temporum istorum infelicium descriptionem a Jesu exhibitam, verbotenus esse intelligendam, et singula, præsertim de signis vastationem prægressuris allata, esse premenda, ad hanc suam sententiam comprobandam, locos Josephi, aliorumque illius ætatis scriptorum, cum hoc loco sedulo contulerunt. In signis nimirum initium vastationis prægressuris numeravit Jesus, tumultus, famem, pestem, terræ motus v. 7. etc. Jam si comparamus historicorum loca, quæ hanc in rem afferuntur, in quibus ejusmodi eventus enarrantur, animadvertimus, calamitatibus ab illis scriptoribus descriptis maximam partem alienas et a Palæstina remotas regiones fuisse afflictas. Quodsi vero in descriptione illorum signorum singula essent urgenda et explicanda, res illæ ab historicis notatæ evenire debuissent in Palæstina, saltem quæ in exteris regionibus evenerunt, propiorem necessitudinem cum fatis reipublicæ Judæorum habere debuissent. Sed hoc secus est. Itaque in aprico positum est, proposuisse Jesum generalem descriptionem calamitatum, quæ Hierosolymorum excidium præcessuræ essent, eamque exemplis specialioribus ad vivum adumbratam, atque adeo tantummodo notionem universalem multarum magnarumque calamitatum, cum respectu ad opiniones Judaicas, esse tenendam. Bella enim, fames, pestis, terræ motus, sunt etiam Hebræorum poëtis solennes imagines, quibus tristia fata civitatum depingunt, vid. Jer. xiv. 12. xxi. 7. xxxiv. 17. Ezech. v. 12. Apoc. vi. 1 sqq. et in scriptis quoque Rabbinorum similes reperiuntur picturæ temporum infelicium, quæ Messiæ adventum antecessura essent, vid. *Schœttgenii* Horæ Hebr. T. ii. p. 512, 518, 519 sq. Jesus vero suos cohortaturus ad constantiam et vigilantiam, usus est his imaginibus omnibus, ut præconceptis eorum opinionibus occurreret, ne e quovis tristi eventu, e quavis calamitate publica conjicerent, adesse tempus adventus Messiæ invisibilis, tempus, quo de Judæis vindictam esset sumpturus; ostenditque, cœptam obsidionem Hierosolymorum fore unicum et indubitatum illius temporis, eversionis reipublicæ Judæorum, indicium v. 15. Cæterum Matthæus, quo prius referre posset sermones Christi, quos c. xxiv. et xxv. continent (vid. ad iv. 23.), omisit quidem enarrare ea, quæ Marc. xii. 41. Luc. xxi. 1 sqq. leguntur, plenius tamen et diligentius sermones Christi de παρουσίᾳ utraque retulit, nam quæ c. xxv. 31 sqq. leguntur, apud Marc. et Luc. ll. cc. non extant; omnino Marcus et Lucas orationem Christi, quam Matthæus c. xxiv. retulit, in compendium redactam reddiderunt; præterea Lucas similitudinem Matth. c. xxv. 1 sqq. propositam et recte collocatam, quam in sua Gnomologia paucis tantum verbis notatam reperiebat, tanquam alio tempore a Christo prolatam attulit c. xii. 36 sqq. et Marcus xiii. 34, 35. attigit tantum, quæ Matthæus c. xxiv. 43 sqq. et c. xxv. 14 sqq. copiosius exposuit. More autem suo (vid. c. v. 10. 13. al.) Matthæus, specimen daturus sermonum Christi de excidio Hierosolymorum et judicio extremo, adjecit etiam h. l. nonnulla alio tempore, aliave occasione, a magistro dicta, vid. Luc. xvii. 22—37. qui idem Lucæ locus, ut et alius Luc. xii. 41. nos quoque docere potest, non uno tenore ea omnia, quæ c. xxiv. et xxv. leguntur, Jesum dixisse, immo potius discipulos eum quoque interrogando interdum interpellasse.

(1. 2.) Pro καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ in codd. nonnullis legitur, καὶ ἐξελθ. ὁ Ἰησ. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο· arbitra-

οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. Ὁ
δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα; ἀμὴν 2
λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ †μὴ κατα-
λυθήσεται. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, 3
προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν, λέγοντες· Εἰπὲ ἡμῖν,
πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ
τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν 4
αὐτοῖς· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύ- 5

2. † μή.

riam mutationem putat *Griesbachius* Comment. Crit. ad h.l. vel fortuito casu ortam, vel consulto tentatam, quo narrationis ordo fieret lucidior. Puto Grammaticos, vel verbis Marci xiii. 1. καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ· adductos, hoc ordine Matthæi verba collocasse, sed scribi tunc quoque debebat ἐκ τοῦ ἱεροῦ, vel eos, cum Matthæus scribere soleat ἐξέρχεσθαι ἐκ Matth. xv. 18, 19. et ἐξέρχεσθαι ἀπὸ Matth. xii. 43. xiii. 1. xv. 22. xvii. 18. infra v. 27. formula autem πορεύεσθαι ἀπὸ tantummodo xxv. 41. legatur, hanc rariorem loquendi formulam cum usitatiore commutasse. οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ] Marc. xiii. 1. εἷς τῶν μαθητῶν· vid. not. ad xv. 15. xvii. 10. Per μαθητὰς autem non tantum intelligendi sunt Apostoli, sed alii quoque discipuli magistrum secuti, ut omnis oratio a Christo postea habita docet, cf. etiam Marc. xiii. 37. Luc. xii. 41. add. not. ad v. 1. ad xvi. 28. ἐπιδεῖξαι, *ostentare*, adhibetur, ut Hebr. הַרְאוֹת, de iis qui ostentant aliis res admiratione dignas, saltem quas ipsi admirantur, ut 2 Regg. xx. 13. Xenoph. de Mag. Equi . iii. 1, 10. τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ] *ædificia templi magnifica*, vid. Luc. xxi. 5. Marc. xiii. 1. de templi magnificentia et firmitate, cf. etiam Joseph. Ant. xv. 11. B. I. vi. 14. v. 5. 6. Tacit. Annal. v. 8. 12.— (2.) Mirantibus discipulis templi magnificentiam et firmitatem, illiusque vastationem dolentibus, sperantibus tamen longe splendidius illud exstructum iri, Jesus simpliciter repetit, quod jam in templo ipso xxiii. 28. professus erat: hæc omnia dirutum iri funditus. οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα] *nolite hæc tantopere admirari!* in codd. nonnull. οὐ deest, scilicet quoniam nec Marc. l. c. extat. Male. Verbum βλέπειν inter alia notat, *cum admiratione videre, admirari*, ut הִבִּיט, 1 Sam. xvi. 7. Hebr. ii. 9. cum porro Hebr. לֹא sæpius ponatur pro הֲלֹא, et οὐ pro οὐχὶ, vulgo verba nostra vertunt: *nonne admiramini hæc omnia?* hæc templi ædificia? ita, ut interrogatio sit affirmantis. *Olearius* h.l. verba reddit: *nolite hæc tanta opera admirari?* sed Marc. l. c. interrogationem admittit: *num tu hæc tanta opera admiraris?* Equidem neque h. l. neque Marc. xiii. 1. verba interrogantis esse puto, interrogatio enim supervacanea fuisset, cum discipuli admirabundi ostentarent magistro templi magnificentiam. Alii, cum βλέπειν etiam significet: *cum voluptate videre, delectari aliqua re*, ut ראה, Ps. liv. 9. Sir. xxv. 7. xl. 29. Matth. v. 28. vertunt: *nolite tantopere his delectari!* Alii, omissa negatione οὐ, verba reddunt: *attente hæc omnia contemplamini!* Cæt. quod attinet verba: οὐ μὴ ἀφεθῇ κ. τ. λ.] *ne bini quidem lapides coagmentati remanebunt*, recte Theophylactus notavit: τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν παντελῆ ἀπώλειαν τῆς οἰκοδομῆς αἰνιττόμενος· hac enim formula significatur, aliquid funditus eversum iri, ut 2 Sam. xvii. 13. sicuti contraria formula Hagg. ii. 15. θεῖναι λίθον ἐπὶ λίθον notat: exstruere. ὧδε in his ædificiis.

(3.) προσῆλθον—ἰδίαν] *aggressi sunt ad eum discipuli seorsim, soli*, non præsente populi multitudine. Marcus xiii. 3. Petrum, Jacobum, Johannem et Andream, tanquam inprimis scire cupidos nominat. ταῦτα ἔσται; *quando hæc evenient?* nempe templi et civitatis devastatio: ταῦτα· τουτέστιν ἡ κατάλυσις τοῦ ναοῦ, καὶ ἡ ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλήμ· Theophylact. συντέλεια τοῦ αἰῶνος sunt qui explicent de excidio Judæorum et interitu reipublicæ eorum, quam sententiam exornarunt inprimis *Clericus* et *Hammondus* ad h. l. Sed cum συντέλεια τοῦ αἰῶνος xiii. 39 sq. 49. xxviii. 20. de fine mundi legatur; cum Hebræi formula עולם הזה expresserint tempus ante Messiæ adventum, et עולם הבא sit tempus sub regno Messiæ, vid *Koppii* Exc. 1. ad Epist. ad Ephes. cum Judæi crediderint, cum interitu templi et urbis conjunctum fore adventum Christi judicis, atque interitum mundi, vid. Argum. huj. cap. et *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l.: adstipulor interpretibus iis, qui etiam h. l. hanc formulam explicant de fine mundi, atque adventu Christi judicis, ut adeo verba τί τὸ σημεῖον—αἰῶνος contineant interrogationem ad unam eandemque rem pertinentem.

(4. 5.) βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ]

σονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ
6 πολλοὺς πλανήσουσι. Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους, καὶ
ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι·
7 ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος,

*cavete vobis ne quis vos decipiat*, nempe quod attinet tempus vastationis templi, meumque adventum, ita ut quamvis calamitatem existimetis initium esse ultimi urbis fati. Plures calamitates interitum reipublicæ Judæorum præcedunt. Luc. xxi. 8. legitur: βλέπετε μὴ πλανηθῆτε. — (5.) *Exorientur enim multi, qui induant meam personam* (ὄνομα *nomen*, etiam de *dignitate* adhibetur Phil. ii. 9. ut Hebr. שׁם Num xvi. 2. Ies. xlviii. 9.) *et multos fallent.* Laudant hanc in rem Ægyptium illum, cujus seditio memoratur Act. xxi. 38. qui tamen non Christi nomen et honorem sibi arrogavit. Esset ergo, ut scite monuit *Eichhornius allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 3. p. 680. historia duce demonstrandum, plures illo tempore in Palæstina impostores et falsos prophetas extitisse, et Messiæ personam egisse. Sententiarum ordo hic esse videtur: cavete vobis, ne quis, quod urbis templique eversionem, meumque adventum attinet, vos decipiat! Multi enim errores spargent, quin et existent, qui eo dementiæ et impudentiæ progrediantur, ut personam meam induant, et adesse regni Messiani tempora affirment (λέγοντες — ὁ καιρὸς ἤγγικε, Luc. xxi. 8.), nolite ejusmodi impostoribus fidem habere, (μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν, Luc. l. c. μὴ πιστεύσητε, Matth. v. 24.) ad eversionem Hierosolymorum inconspicuus redibo, coll. v. 23. Quo vividius ergo Christus omnino impostorum et falsorum doctorum errores atque impudentiam depingeret, et quo prius ab eorum erroribus variis suos avocaret, statim initio orationis suæ eos commemorans, affirmat eos Messiæ nomen et dignitatem sibi arrogaturos esse, eosque v. 24. ψευδοχρίστους nominat. Sic Paulus quoque 2 Thess. ii. 4. ubi de falsis doctoribus verba facit, scribit: *qui adversantur et superbe contemnunt omne quod Dei vel numinis nomen gerit, adeo, ut Dei instar, sedem suam in templo Dei collocare, et se pro Deo gerere audeant;* quæ verba continent descriptionem improbitatis eorum maximæ, in qua tamen non omnia nimis premenda sunt, vid. Obss. nostras ex libris Apocryph. V. T. p. 154 sqq. add. not. ad v. 9.

(6.) Enumerantur jam varii generis calamitates, excidium urbis prægressuræ, et admonet Jesus suos, ne vel ipsi sponte, vel ab aliis instigati, e quavis calamitate conjiciant, adesse ultima urbis fata, adesse tempus adventus Messiæ. μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων] *audietis de bellis, bellorumque motibus.* Per πολέμους intelligunt bellum Asinæi et Alinæi, fratrum Judæorum, cum Parthis in Mesopotamia et Babylonia gestum, quo ter prœlio dimicatum est, vid. Joseph. Ant. xviii. 9. 1. sed bella in alienis regionibus gesta non possunt h. l. afferri, utpote aliena ab orationis Christi consilio, neque enim illud bellum propiorem necessitudinem cum fatis et excidio Hierosolymorum habebat. ἀκοὰς πολέμων, *belli rumores.* ἀκοὴ id. qd. φήμη, Matth. iv. 24. LXX. 1 Regg. ii. 26. Thucyd. i. 20. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 65. Bardanes, et post eum Volageses, Izati Adiabenorum regi Judæo bellum indicebant, sed irrito conatu, v. Joseph. Ant. xx. 3. 3. *Wetsten.* ad h. l. Vitellius, Syriæ præses, expeditionem suscipere volebat contra Aretam, Arabiæ regem, exercitumque suum per Palæstinam ducere, sed mors Tiberii hanc expeditionem dirimebat, v. Joseph. Ant. xviii. 5. 3. sed vid. paulo ante notata, nec in oraculis et vaticiniis omnia verba nimis anxie esse premenda, jam superius monitum est. ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε] *videte, ne* metu, curis, sollicitudine *perturbemini*, constantes estote. θροεῖσθαι id. qd. πτοεῖσθαι, *perturbari, expavescere*, Luc. xxi. 9. 2 Thess. ii. 2. δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι] *oportet enim hæc omnia fieri:* tales calamitates ingruent, infelicia tempora antecedent, hoc populariter expressum est. πάντα in codd. quibusdam deest, ut Marc. xiii. 7. in aliis legitur ταῦτα pro πάντα e Luc. xxi. 9. in aliis πάντα ταῦτα, librarii enim sæpe duas unius loci lectiones exhibuere, ita ut in his altera sit glossema, quod putarant esse lectionem, ut Nep. V. Iphicr. iii. 4. *me genuit, creavit*, cod. Bau. Eumen. ix. 3. *fidos certos*, cod. Axen. Legendum haud dubie τὰ πάντα, ita ut πάντα sit, id. qd. πάντα ταῦτα vel ταῦτα πάντα, *hæc omnia.* ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος] *sed nondum adest finis*, interitus templi et reipublicæ Judæorum; nondum est tempus excidio præfinitum. τέλος. קֵץ, Dan. ix. 26.

(7.) ἐγερθήσεται — βασιλείαν] *et oppugnabit una gens alteram, alia regna aliis insurgent.* Referunt huc bella Parthorum, Armeniorum, vid. *Wetstenius* ad h. l. alii, cum βασιλεία etiam præfecturam quamlibet significet, referunt hæc ad Judæorum in Peræa habitantium bellum adversus Philadelphenos ob finium controversiam, ad Judæorum et Galilæorum bellum adversus Sa-

καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ,
καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων. 8
Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· 9

maritanos, vid. Joseph. B. I. ii. 12 sqq. Alii respici putant verbis ἔθνος ἐπὶ ἔθνος seditiones inter Judæos et gentes quarum in agris illi habitabant, in Syria, Ægypto etc. vid. Joseph. B. I. ii. 33 sqq. Quæ vel ipsa interpretationis diversitas docet, quam parum certa hæc explicandi ratio sit, qua omnino non opus est, cum legatur h. l. generalis temporum calamitosorum descriptio, similis ei quæ 2 Paral. xv. 6. et qua uti solebant Judæi ad depingenda generatim tempora tristissima. Sohar chadasch fol. viii. 4. *illo tempore bella in mundo excitabuntur, gens erit contra gentem, et urbs contra urbem: angustiæ multæ contra hostes Israelitarum innovabuntur.* Breschit rabba, sect. 42. fol. 41. 1. *dixit R. Eleasar filius Abina: Si videris regna contra se invicem insurgentia: tunc attende, et adspice pedem Messiæ.* καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ] *sæviet fames et pestis.* Fames regnante Claudio quater sæviit, anno imperii ipsius secundo Romæ, quarto in Palæstina, nono in Græcia, undecimo Romæ, vid. Act. xi. 28. Joseph. Ant. xx. 2. *Wetsten.* ad h. l. Semel ergo tantum in Palæstina sæviit. Pestis autem, λοιμὸς, A. C. 40. invasit Babyloniam, Joseph. Ant. xviii. 9. 8. et A. C. 66. Italiam, vid. Tacit. Ann. xvi. 13. non autem Palæstinam. Sed λιμὸς καὶ λοιμὸς etiam ab Hebræorum poëtis sæpius conjunctim commemorantur, cum tristia fata depingunt, vid. Argum. huj. cap. et locos Jeremiæ ibi laudatos atque has imagines Christi quaque ætate in usu fuisse in describendis temporibus ante Messiæ adventum, plures loci, qui in Rabbinorum libris extant, docere possunt. Pesikta sotarta, fol. lviii. 1. *ea hebdomade, qua filius Davidis venit, anno primo non erit nutrimentum sufficiens, secundo tela famis projicientur; tertio erit fames magna.* Pesikta rabbathi, fol. ii. 1. et xxviii. 3. *R. Levi dixit: statim cum temporibus Messiæ pestis venit in mundum, et impii per illum consumentur.* καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους] *et orbis tremoribus concutietur ubivis locorum.* Terra mota est in Asia minori A. C. 60. in Campania A. C. 63. vid. *Grotius* et *Wetsten.* ad h. l. Palæstinam ipsam illo tempore, de quo Christus loquitur, non constat. Hinc plures interpretes h. l. a vulgari ac propria voc. σεισμὸς notione recedunt, (vid. *Lœsnerus* ad h. l.) atque vel explicant de motibus bellicis, vid. *Schleusneri* Lex. v. σεισμός· (de quibus tamen jam sermo fuit) vel de animi commotionibus, ut *Kypkius*, alii, perquam contorte. Terræ motus pertinebant ad descriptionem temporum tristissimorum et prodigiorum, vid. interpp. ad Joel. iii. 3, 4. Amos. viii. 9. Sil. Ital. v. 615 sqq. Plin. H. N. ii. 86. κατὰ τόπους, *ubivis locorum:* κατὰ τόπους ἑκάστους, Zach. xiv. 16. κατ' ἔτος, Luc. ii. 41. Diod. Sic. p. 150. A. κατὰ πόλιν καὶ κατὰ ἀγροικίας, *per singulas urbes et vicos.* p. 201. κατ' ἑκάστην πόλιν. alii vertunt *multis, variis in locis*, vid. Polyb. iii. 53. Palæph. lii. 7. *Raphelius, Kypkius, Münthius* ad h. l. et *Valckenarius* ad Herodo. p. 589. p. 311.

(8.) πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων] scl. ἔσται, *hæc omnia erunt malorum initium*, antecedent calamitatem futuram, eversionis reipublicæ Judæorum initium. ὠδῖνες, Hebr. חֲבָלִים et חִיל, Ies. xiii. 8. Jer. vi. 24. est vocabulum de doloribus puerperæ proprium, vid. Sir. ix. 27. Callim. h. in Jov. 29. Anton. Lib. c. 29. al. quoniam autem puerperarum dolores solent esse inprimis acerbi et graves, unde ab Hom. Il. λ'. 271. dicuntur πικραὶ ὠδῖνες, hinc adhibetur hoc nomen de quocunque dolore acerbo et gravi. Hesychius ὠδῖνες· πόνοι, ἀλγηδόνες· hinc etiam *calamitates atroces* cum puerperæ doloribus comparantur, ut h. l. 1 Thess. v. 3 al. Sed cum h. l. legatur ἀρχὴ τῶν ὠδίνων, sensus est: calamitates istæ similes erunt doloribus, quos ferre solet ante partum puerpera: neque tamen acerrimi, quos fert puerpera in ipso partu, nondum ingruerünt mala summa et gravissima.

(9.) Commemorarat Christus v. 6, 7. calamitates christianis cum Palæstinæ incolis, aliisque civitatibus communes. Affert jam v. 9—12. copiosius mala atque incommoda solis christianis impendentia, nempe persecutiones atque ingravescentem improbitatem; cumque Christi hanc orationem habentis consilium esset etiam hoc, ut suos ad fidem et constantiam excitaret, unde et statim orationis initio de falsis doctoribus verba fecerat: hanc ipsam ob caussam pluribus docet improbitatem impietatemque ad magnum fastigium esse perventuram, eamque accuratius depingit. Suos invisos fore multis, plures doctores falsos post suum ex his terris abitum extituros et in eo elaboraturos esse, ut varii generis fraudibus erroribusque pietatem christianam, religionisque veræ studium impedirent et destruerent, prævidebat Christus, unde et sectatores suos sæpius admonuerat, ut sibi ab impostoribus illis caverent v. vii. 15 sqq. xviii. 7 al. Sectatoris autem Christi hoc nomine digni animum nihil gravius movere atque afficere poterat, quam doctrinæ christianæ deprava-

καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων [1]ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου.
10 Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί· καί ἀλλήλους παρα-
11 δώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους. Καὶ πολλοὶ ψευδοπρο-
12 φῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς. Καὶ διὰ τὸ
13 πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Ὁ
14 δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται. Καὶ κηρυχθή-
σεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκου-

9. ↑ τῶν.

tio, et defectus a religione. Hinc et h. l. inter calamitates excidium Hierosolymorum prægressuras, numerat Christus fraudes falsorum doctorum, auctam improbitatem, et defectum a religione. Quin et ipsi Judæi in numerum calamitatum, quæ adventum Messiæ prægressuræ essent, referebant auctam impietatem et improbitatem. Sanhedrin fol. 97. 1. Sota fol. 49. 2. *traditio est R. Nehemiam dixisse, ea generatione qua filius David venturus est — totum regnum convertetur in doctrinam Sadducæorum, et nemo illud reprehendet. Huic accedit R. Isaac, qui dixit : non venturus est filius David, donec omne regnum in doctrinam Sadducæorum conversum sit.* τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν] *eo tempore vos vexabunt* h. e. vos accusabunt, in carcerem conjicient, flagellis cædent, vid. Marc. xiii. 9. Luc. xxi. 12. Phavorinus: θλίψις· φυλακαί· ἁλύσεις, ἐξορίαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Similis locutio παραδιδόναι εἰς ἀνάγκας Jer. xv. 4. add. Mich. vi. 14. καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς, *imo plures vestrum interficient*, coll. Luc. xxi. 16. ἔσεσθε μισούμενοι pro μισηθήσεσθε, ut ἦν διδάσκων vii. 29. invisi eritis, propter doctrinæ meæ professionem, non tantum Judæis, sed etiam aliis gentibus. τῶν ἐθνῶν libri nonnulli omittunt, scilicet quoniam ap. Marc. et Luc. locis parall. simpliciter legitur ὑπὸ πάντων· etiam articulus τῶν ante ἐθνῶν in multis libris deest, sed abesse propter leges grammaticas non potest, et facilius a librariis omitti, quam addi potuit.

(10 — 12.) Hæ persecutiones eo redigent plures, ut a mea disciplina desciscant, et ad sacra gentilium aut Judæorum redeant. σκανδαλίζεσθαι] vid. xiii. 21. xviii. 6. v. 29. ἀλλήλους παραδώσουσι] scl. εἰς θλίψιν christiani, qui a mea disciplina defecerunt, sectatores meos accusabunt, contumeliis afficient, interficient. — (11.) *Et plures doctores falsi* inter christianos *existent, ac multos varii generis erroribus perniciosissimis imbuent.* ψευδοπροφῆται, vid. ad vii. 15. — (12.) καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι — ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν] *et propter ingravescentem improbitatem frigescet amor multorum* christianorum. ἀνομία, *improbitas omnis generis*, sævitia Judæorum et gentilium in christianos, defectio christianorum a Christi disciplina, proditio, errores perniciosi, hæc omnia efficient, ut refrigescat ἀγάπη, *amor mutuus*, nemini amplius fident, sibi solis consulere studebunt, non movebuntur aliorum calamitatibus. Minus recte, opinor, alii ἀγάπη de amore Christi et disciplinæ ipsius interpretantur. πληθύνεσθαι, est Hebr. רבה et רב *increscere, invalescere*, vid. Joel. iv. 13. add. Esr. ix. 6. ubi legitur ὅτι αἱ ἀνομίαι ἡμῶν ἐπληθύνθησαν.

(13.) Consolaturus suos Jesus addit: *Qui vero constantem se præstiterit usque ad finem, is servabitur.* Variant interpretes in explicanda hac sententia. Voc. τέλος cum v. 6. et 14. capiendum sit de excidio templi et civitatis Judæorum, plures hoc eodem sensu etiam h. l. id ipsum vocabulum accipiunt, atque sensum loci ita constituunt: qui usque ad interitum Hierosolymorum et reipublicæ Judæorum in fide et sanctitate vitæ permanserit, is servabitur, Dei providentia salvus et incolumis evadet. Monent hujus interpretationis defensores, hanc Christi prædictionem eventum habuisse, docere (si fides habenda Eusebio H. E. iii. 5.) historiam de Pella, urbe Decapoleos, et locis montanis, quo homines pii in ipso illo funestissimo bello Hierosolymitano se contulerint, stragemque communem evitarint. vid. *Krebsius* ad h. l. Cum vero v. 9. præcesserit: ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς, *plures vestrum* (Luc. xxi. 16.) *interficient*, et Luc. xxi. 19. legatur: ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· coll. Matth. x. 28. alii εἰς τέλος exponunt: *usque ad vitæ finem*, (Joh. xiii. 1.) ut sensus fit: qui usque ad vitæ finem meam doctrinam constanter probarit, neque se ab ea ullo modo abstrahi et deterreri siverit, is salutem et felicitatem cultoribus meis destinatam consequetur. Recte. Scilicet ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται] est locutio proverbialis, v. ad x. 22. cujus sensus h. l. est: qui constantem se præstiterit, felix erit et in hac et in altera vita. Qui moritur, σώζει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ x. 22. ζωογονήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Luc. xxi. 33. qui vivit eo tempore, quo vindictam de religionis meæ adversariis sumam xxiii. 37, 38. nanciscetur cum reliquis meis sectatoribus piis et constantibus ἀπολύτρωσιν Luc. xxi. 28. liberabitur a persecutionibus et calamitatibus Judæorum.

μένη, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.
Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ 15
Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· (ὁ ἀναγινώσκων

(14.) Antequam vindicta de Judæis contumacibus doctrinæ meæ adversariis sumetur, ubivis locorum hæc ipsa mea doctrina annuntiabitur, et apparebit gentibus pertinacia Judæorum, atque justitia Dei istam impietatem et contumaciam Judæorum, templi et urbis eorum excidione ulturi. *εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας*, doctrina de regno Messiano, doctrina religionis christianæ ap. Marc. xiii. 10. et simpliciter *δεῖ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον*. Per *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* intelligunt imperium Romanum, quod *κατ' ἐξοχὴν* dicebatur *orbis terrarum*, Cic. epp. iii. 8. iv. 1. et a Græcis quoque scriptoribus *ἡ οἰκουμένη*· Diod. Cass. 63. p. 724. *ἡ τῶν Ῥωμαίων οἰκουμένη*· Herodi. v. 2. *ἡ ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους οἰκουμένη*. Mallem tamen h. l. latiori sensu hoc vocabulum sumere de orbe terrarum habitato: ubivis terrarum i. e. in hac orationis serie, multis in regionibus exteris doctrina mea prædicabitur. *εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι*] *ut testimonium perhibeatur gentibus cunctis*, vid. x. 18. ut gentes barbaræ, cognita doctrinæ meæ præstantia, intelligant contumaciam Judæorum et vindictæ justitiam. *εἰς* positum est *ἐκβατικῶς*. Alii, cum *μαρτύριον*, ut Hebr. עֵדוּת etiam *institutionem doctrinam* notet, vertunt: ut gentes quoque barbaræ hac doctrina imbuantur. Minus recte. *καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος*, *et tunc excidetur urbs atque respublica Judæorum;* hoc enim sensu *τέλος* h. l. capiendum esse, orationis contextus docet.

(15.) Ipsum eversionis Hierosolymorum initium jam accuratius constituitur. *ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως*] *ubi vero videritis abominandum vastatorem*. *βδέλυγμα* ex Hebraismo vim adjectivi habet, ut Luc. i. 48. *ταπείνωσις τῆς δούλης* positum est pro *δούλη ταπεινὴ*, atque *ἐρήμωσις* est abstractum pro concreto, ut adeo vertenda sint hæc verba *abominandus, detestabilis desolator*, atque intelligatur exercitus Romanorum, ut satis perspicue patet e Luc. xxi. 20. *ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ τῶν στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ*· qui propterea hoc nomine insignitur, quoniam Judæis omnino gentiles, idolorum cultores, abominabiles erant Act. x. 28. quod veniebant ad desolandam destruendamque Judæorum urbem et rempublicam. Alias aliorum interpretationes ab h. l. alienas collegit *Wolfius* in Curis, *Kœcherus* in Analectis ad h. l. cf. etiam *Krebsius* ad h. l. *τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου*] *ut verbis Danielis prophetæ utar*. Respexit Christus locum Daniel. ix. 26, 27. vates ibi minatur reipublicæ Judæorum post exilii tempora restauratæ interitum. Comminationem illam referri debere ad tempora Antiochi Epiphanis, pluribus demonstrarunt *Eichhornius Allgem. Bibl. der bibl. Lit.* B. 3. p. 781. B. 6. p. 687. et *Ammonius bibl. Theologie* B. 2. p. 213 sqq. Itaque verba prophetæ Jesus in rem suam transtulit. *ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ*] *in loco sancto stantem*. *ἑστὼς* est participium neutrum contr. pro *ἑστακὸς*, ut *Bengelius*, *Wolfius*, aliique ad h. l. monuerunt, vid. et Obss. Miscell. T. ii. p. 288. *Albertius* ad Hesych. T. i. p. 503. adeoque referendum est ad *βδέλυγμα*, quod præcessit. Lectiones ergo *ἑστὸς*, *ἑστηκὸς*, quæ h. l. et Marc. xiii. 14. in codd. occurrunt, originem suam debent Grammaticis, qui non meminerint, *ἑστὼς* contractum esse ex *ἑστακὸς*. Pro *ἐν τόπῳ ἁγίῳ* Marc. xiii. 14. simplic. scripsit *ὅπου οὐ δεῖ*· sed *τόπος ἅγιος* est *ager urbis Hierosolymitanæ*, omnis Judæa dicebatur terra sancta, Deoque consecrata, inprimisque Hierosolyma, (Matth. iv. 5.) sanctum item erat solum circa urbem, vid. *Spanhemius* de usu et præst. Numism. T. i. p. 669. Male alii per *τόπον ἅγιον* intelligunt templum, nam sermo est h. l. de initio, non autem de fine eversionis Hierosolymorum, et nimis vaga foret vox Marci *ὅπου οὐ δεῖ*, si de templo sermo esset. Alii æque male, coll. Luc. xxi. 20. Judæam ipsam intelligunt, cum Judæa Hos. ix. 3. vocetur terra Dei, adeoque sancta. add. Levit. xx. 3. *ὁ ἀναγινώσκων, νοείτω*] *qui leget hæc, animum advertat;* eadem verba adjecit Marc. xiii. 14. et videntur esse verba Evangelistarum in parenthesi ponenda, lectores, ut attendant ad tempus eversionis definitum, exhortantium, quæ adjecerunt admoniti verbis ap. Dan. ix. 25. וְתֵדַע וְתַשְׂכֵּל ubi *οἱ ο'.* habent *καὶ γνώσῃ καὶ διανοηθήσῃ*· Theodot. *καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις*· Vulg. *scito ergo et animadverte*. Verbum *ἀναγινώσκειν*, ut Lat. *cognoscere*, sæpius eo sensu poni, ut sit *legere*, tralatitium est. Dura et contorta est verborum expositio, quam protulit ad h. l. *Kypkius;* verbum nimirum *ἀναγινώσκειν* interpretatus est, *agnoscere, intelligere*, et hunc in modum sensum versus constituit: quum Hierosolymas circumdatas sentietis ab exercitu Romano, tunc, *qui hoc agnoscit* i. e. qui adesse abominationem desolantem et impletum esse vaticinium Danielis intelligit, *animadvertat* i. conclusionem ex his signis faciat, sciat quod instet deso-

16 νοείτω·) Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη·
17 Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβαινέτω ἆραί 'τι ἐκ τῆς οἰκίας
18 αὐτοῦ· Καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ
19 ἱμάτια αὐτοῦ. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς
20 θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Προσεύχεσθε δὲ
ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ 'ἐν σαββάτῳ.
21 Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς
22 κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. Καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώ-

17. ∾τά. 20. †ἐν.

latio urbis et deliberet, quid in his sibi periculis agendum sit.

(16—18.) Notio accuratius exornata est: tempestive tunc ac celerrime, qui non ante fugerit, e Judæa quilibet fugiat! atque vividior hujus notionis exornatio depingit simul tempestatis ingruentis atrocitatem, coll. v. 21. τότε οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη] *tunc qui in Judæa versantur, recipiant sese in montana.* Per τὰ ὄρη significantur cavernæ montium amplissimæ, quibus Palæstina referta erat, quasque Judæi fugientes tempore belli petere solebant. vid. 1 Sam. xiii. 6. Judd. vi. 2. *Tavernier Reisebeschr.* p. 70 ss. *Büsching. Erdbeschr.* Th. v. *Abth.* 1. p. 349. *Faber Archæologie der Hebr.* Th. i. p. 31 ss. —(17.) ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος — ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ] *qui in tecto commoratur, ne descendat, ut aliquid e domo sua auferat.* Judæorum tecta plana, et septis tantum munita erant, vid. Matth. ix. 1. coll. Luc. v. 19. ita ut facile ex uno ad alterum usque ad urbis murum progredi liceret, ut adeo sensus sit: noli tempus consumere in supellectili consarcinanda, sed via brevissima per tecta fuge; commendat igitur Jesus his verbis omnino fugam celerrimam. Pro ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας cum plurimis optimæ notæ codd. legendum est τὰ ἐκ τ. οἰκ. et hanc lectionem recte in contexta migrare jusserunt *Griesbachius, Matthæius, Knappius.* Probarunt eam etiam *Millius* in Prolegg. n. 1246. *Wetstenius* et *Schottus* in Commentar. p. 52. Vulgata lectio τὶ ἐκ τ. οἰ. ut v. 18. scriptura nonnullorum codd. ἱμάτιον, vel pro scioli interpretamento habenda est, vel huc translata est e Marci xiii. 16. Sed τὰ ἐκ τῆς οἰκ. idem valet quod τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ (ὄντα) de quo usu præpositionis ἐκ vid. *Vigerus* de idiotismm. p. 601 sq. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 127. et *Schottus* l. l. —(18.) καὶ ὁ ἐν ἀγρῷ — τὰ ἱμάτια αὐτοῦ] *qui in agro versatur, ne revertatur, ad auferendum pallium suum.* Agricolæ enim apud veteres nudi, i. e. sine tunica exteriore, arare solebant. Virg. Georg. i. 299. *nudus ara, sere nudus.* vid. *Cuperi* Obss. i. 7. *Grævius* ad Hesiod. Ἔργ. 392. ἐπιστρεψάτω ὀπίσω, ne revertatur, nempe in urbem, vel vicum. ἱμάτια id. qd. ἱμάτιον *pallium* v. ad Matth. xvii. 2. Joh. xiii. 4, 12.

(19—21.) Qui celerius aufugere non possunt, horum sors tristissima erit. Hæc sententia exemplis illustratur. οὐαὶ δὲ ταῖς — ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις] *væh, illo tempore gravidis* (ἐν γαστρὶ ἐχούσαις scl. ἔμβρυον vid. *Elsnerus* ad Matth. i. 18.) *et lactantibus.* cf. Luc. xxiii. 29.—(20.) χειμῶνος scl. ὄντος intelligitur tempestas pluviosa, quæ vias difficiles reddit, *die Regenzeit.* vid. *Warnekros Hebr. Alterth.* p. 107. μηδὲ ἐν σαββάτῳ] *die sabbati.* Hoc nempe die iter prohibitum erat, Exod. xvi. 29. et Judæi statuebant non licere hoc ipso die ultra bis mille cubitorum spatium ambulando emetiri, opus facere, onus portare (Jer. xvii. 22.) etc. vid. *Wetstenius* ad h. l. et *Wolfius* in Curis ad h. l. et ad Act. i. 12. *Lightfootus* ad Act l. l. et *Kæcherus* in Analectis ad h. l. Sed quoniam inde a Maccabæorum temporibus licitum esse existimabant Judæi etiam die sabbati et prœlium committere, et vitam fuga servare, v. *Schœtgenius* in Horis ad h. l., hinc *Heumanus,* alii, opinati sunt, Jesum propterea fugam sabbato difficilem declarasse, quoniam eo ipso die urbium portæ claudebantur. Neh. xiii. 19, 22. Sed urgente necessitate, cum die sabbati liceret hostibus resistere vel fugere, portæ aperiebantur; itaque alii cogitarunt h. l. de anno septimo, sive sabbatico, quo nullæ fruges in agris inveniebantur, ut adeo hoc tempus fugientibus maxime incommodum esset. vid. *Relandi* Antiqq. Hebr. Sacr. P. 4. c. 10. §. 1. Sed non est cur ab usitata vocabuli σάββατον notione recedamus. Nempe etiam post Maccabæorum tempora Judæi religiosiores, et una cum iis christianorum plurimi, qui antea Judæi fuerant, limites itineris sabbatici præfinitos die sabbati egredi, fugere, hostibus resistere etc. nefas sibi esse satis præpostere opinabantur. vid. *Grotius* ad h. l. Hi ergo ita statuentes, religione impediebantur, periculum imminens fuga antevertere. —(21.) ἔσται γὰρ τότε — οὐδ' οὐ μὴ γένηται] *illa enim calamitas,* qua Judæi

*θησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ*
*τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. Τότε ἐάν* 23
*τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε· μὴ πιστεύσητε.*
*Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ* 24

et cives Hierosolymitani afficientur, *gravitate sua superabit omnes calamitates, quibus unquam homines affecti sunt et afficientur:* Luc. xxi. 23. *ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ.* Verba *οἷα οὐ γέγονεν κ. τ. λ.* exprimunt Superlativum, *calamitas gravissima*, estque hæc loquendi ratio Hebraica, vid. Dan. xii. 1. Joel. ii. 2. Ez. v. 9. ibique Alex. Auctæ negationes *οὐδ' οὐ μὴ* fortius negant, ut Luc. x. 19. Hebr. xiii. 5. Apoc. xviii. 14.

(22.) *καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι*] scl. *τῆς θλίψεως· nisi contraherentur dies illi* occupationis terræ Judæorum, et obsidionis Hierosolymorum. *Krebsius*, cum *ἡμέρα*, ut Hebr. יוֹם, etiam *calamitatem ipsam* significet, (vid. *Fischerus* ad Æschin. Axioch. ii. 2. ut Lat. *dies*, vid. *Gronov.* Obss. i. 2. et ad Senec. de Ira iii. 36. *Casaubonus* ad Sueton. Aug. 23.) etiam h. l. *ἡμέραι ἐκεῖναι* de calamitate ipsa intelligit. Quæ tamen interpretatio non necessaria est. Apud *ἐκολοβώθησαν* subintelligi debet particula *ἄν*, quæ sæpius omittitur ut xii. 7. et ab Alex. Judd. xiii. 23. Verbum autem ipsum *κολοβοῦν* prop. notat *truncare, mutilare*, Hebr. קצץ 2 Sam. iv. 12. et קצר Ies. xxviii. 20. ubi vid. Symmach. et Theodot. Arrian. Diss. Epict. ii. 10. hinc *abbreviare*, et ratione temporis, *contrahere*, ut h. l. Marc. xiii. 20. Hebr. קצר Prov. x. 27. *οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ*] *omnes perirent*, intelligunt: fame, cædibus. Est autem hoc populariter et hyperbolice dictum, atque significatur his verbis omnino calamitatis gravitas et atrocitas. *οὐ πᾶσα σάρξ, nemo* (Hebraica locutio v. *Glassius* Phil. S. p. 410.) scl. eorum, qui non fuga celerrima e Judæa aufugerunt v. 16. nemo incolarum Judææ, et civium Hierosolymorum. Intelliguntur Judæi et Christiani. *σώζεσθαι* in hac orationis serie notat, *in vita conservari*, ut Marc. v. 23. Act. xxvii. 20, 31 al. Interpretes qui verba Christi premunt, et singula ex historia illustrare student, monent: multa fuisse, quæ Hierosolymorum et regionis Judaicæ expugnationi moram allatura esse viderentur, divina vero regente providentia factum esse, ut obsidio urbis omnium exspectatione celerius finem haberet. Laudant Joseph. B. I. v. 12. 1. et locum Taciti Histor. v. 11. *Judæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longius ausuri, et si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus, ambigue certavit. Mox cessere hostes, et sequentibus diebus crebra pro portis prælia serebant, donec assiduis damnis intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi. Neque enim dignum videbatur, famem hostium operiri.— Ipsi Tito Roma, et opes, voluptatesque ante oculos, ac ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem arduam situ, opera molesque firmaverant, quîs vel plana satis munirentur.* cf. et *Wetstenius* ad h. l. Monent præterea non tantum Judæos, quibus Romani maxime infensi erant, a Romanis, sed etiam christianos per Judæam et Galilæam dispersos, vel a Romanis, vel a Judæis furiosis, a sicariis, zelotis, tyrannis, utpote aversos a belli consiliis, potuisse opprimi, nisi Romanorum exercitus, omni vi armorum in unam Hierosolymam urbem conversa, citius bello finem imposuisset. *διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κ. τ. λ.*] *ut vero serventur christiani, dies illi contrahentur.* Per *ἐκλεκτοὺς* (vid. not. ad xx. 16.) intelligunt alii Judæos, qui hoc ipso nomine quoque in libris V. T. insigniuntur, et h. l. quidem, Judæos pietatis et probitatis studiosos. *Süskindius* Symbolarum ad illustranda quædam Evangelior. loca P. 3. p. 6. et *Schottus* in Commentar. etc. p. 57. intelligendos esse putant inprimis Judæos Hierosolymitanos, qui excidium urbis oculis contemplaturi, veritate prædictionis Christi cognita, in posterum ad susceptionem religionis christianæ perduci se passuri essent. Alii arbitrantur hoc nomine insigniri h. l. omnino homines rectius animatos, Judæos et christianos. Sed sunt haud dubie intelligendi christiani e Judæis, qui, quoniam fuga eorum impedita fuit, Hierosolymis et in Judæa remanserunt; de christianis hæc eadem vox etiam v. 24. et 31. recurrit. Cæterum *Paulus* ad h. l. animadvertit, respexisse Christum opinionem satis antiquam, vid. Gen. xviii. 23 sqq. ingruente calamitate publica atque communi, impios piorum caussa servari, ne hi cum illis simul intereant.

(23. 24.) Pluribus sententiam v. 5. propositam h. l. Christus repetit, atque docet, apparitionem suam tempore excidii Hierosolymorum fore inconspicuam v. 23—27. *τότε, tempore illo calamitoso*, tempore obsidionis urbis. *ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ κ. τ. λ.*] *si quis vobis dixerit: en! hic est Messias, vel illic; nolite fidem habere his vocibus.* Erant inter Judæos, qui putarent, Messiam jam adultum et inopinato hominibus se conspiciendum præbi-

δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ
25 δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν. Ἐὰν
26 οὖν εἴπωσιν ὑμῖν· Ἰδοὺ, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί· μὴ ἐξέλθητε· ἰδοὺ,
27 ἐν τοῖς ταμείοις· μὴ πιστεύσητε. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ
ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως

turum esse v. Prolegg. ad Joh. p. 88. et not. ad Joh. vii. 27. hanc opinionem Jesus h. l. respexisse videtur.—(24.) ψευδόχριστοι] *falsi Christi;* qui sibi Messiæ dignitatem arrogabunt, seque jactabunt liberatores et vindices populi. Laudantur *Jonathas* in Cyrenaïca, qui post excisionem urbis extitit, Joseph. B.I. 7.38. *Barchochebas*, imperatoris Adriani temporibus, Euseb. H. E. iv. 6. At est h. l. de tempore obsidionis Hierosolymorum sermo. ψευδοπροφῆται] *falsi prophetæ.* Eliam aliosque prophetas V.T. temporibus Messiæ ab inferis redituros esse, exspectabant Judæi, vid. ad xi. 9. ut ergo imago a Christo h. l. proposita, vid. ad v. 5. omnibus partibus ac numeris absoluta esset, loquitur etiam de ejusmodi impostoribus, qui acturi essent personam Eliæ, præcursoris Messiæ, aliorumque V. T. prophetarum. Hanc interpretationem nostram verba, quæ sequuntur, confirmare videntur. Alii per ψευδοπροφήτας omnino intelligunt *doctores falsos*, qui oracula V. T. ita interpretaturi essent, ut persuaderent vulgo, illos impostores esse Christos. Affertur hanc in rem a *Grotio* ad h. l. *Aquibas*, qui Adriani temporibus vixit. καὶ δώσουσι σημεῖα κ. τ. λ.] *miracula varii generis eximia patrabunt:* pertinent hæc quoque ad ornatum imaginis, et sensus omnino est: omnia facient, nihil intentatum relinquent, ut populum, et vero etiam, si fieri possit, christianos seducant et decipiant. *Krebsius*, ut doceret ea, quæ h. l. leguntur, eo tempore, quo excidium Hierosolymorum imminebat, accidisse, laudavit locum Josephi Ant. xx. 8. 6. οἱ γόητες καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν ὄχλον ἔπειθον αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι, δείξειν γὰρ ἔφασαν ἐναργῆ τέρατα καὶ σημεῖα, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν γινόμενα, *impostores et fallaciis pleni homines suadebant multitudini, ut ipsos in desertum sequerentur; se enim ipsis ostensuros esse dicebant manifesta prodigia et signa, quæ Dei cura evenirent*, add. Joseph. B.I. ii. 13. 4. ubi eadem fere leguntur. His in locis Josephus non annotavit, impostores illos populum falsis delusisse miraculis, sed tantum eos miracula promisisse. Accepit ergo *Krebsius* cum *Kypkio*, aliisque, verba nostra de vana miraculorum pollicitatione, ita ut verbum διδόναι h. l. sit *polliceri*, quam verbi significationem exemplis pluribus comprobavit ad h. l. *Kypkius*. Sic et נתן legitur Deut. xiii. 2. 1 Regg. xiii. 3. 5. Admissa vero interpretatione a nobis supra proposita, non opus est, ut a vulgari significatione verbi recedamus. οἱ ἐκλεκτοὶ sunt *christiani*, coll. v. 4, 5. et præcessit v. 23. μὴ πιστεύσητε, *nolite vos iis fidem habere.* Alii intelligunt in universum homines probitatis studiosos, Judæos et christianos.

(25—27.) *Hæc vobis prædixi. Nolite ergo fidem iis habere, ubi dixerint vobis, en! in solitudine quadam est* (np. Messias), *ne exeatis, en! in conclavi quodam domus est, ne credatis.* Pro ὧδε—ὧδε v. 23. et Marci xiii. 21. ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστός· ἰδοὺ ἐκεῖ. h. l. legitur ἐν τῇ ἐρήμῳ, *in solitudine quadam* (vid. ad xii. 29. xv. 29.) i. in regione ab oppidis et hominibus remota, neque oppidis neque hominibus celebri. In ejusmodi deserto docuerat Johannes baptista, in ejusmodi regionibus sæpius commoratus erat Christus, et vel hanc ipsam ob caussam Christus h. l. desertum commemorasse videtur, cum et sequatur μὴ πιστεύσητε, *nolite vos iis fidem habere.* ἐν τοῖς ταμείοις (v. ad Matth. vi. 6.) reddi debet: *in quodam conclavi* (ut Judd. xii. 7. *sepultus est* בְּעָרֵי גִלְעָד, *in oppido Gileaditico*) i. in domo quadam, h. e. in oppido quodam, ut 2 Cor. xi. 26. inter se referuntur ἐν πόλει et ἐν ἐρημίᾳ. Cæt. observarunt interpp. *desertum* h. l. commemorari, quod in deserto tutius manum colligere potuissent ejusmodi impostores, verbis autem ἐν ταμείοις, *in conclavi domus*, significari clandestinam collectionem sectatorum.

(27.) Fuerunt qui ea quæ inde ab hoc v. usque ad v. 32. leguntur, ad judicium extremum referenda putarent. Hac vero sententia admissa, Jesus tantummodo verba fecisset de iis quæ excidium Hierosolymorum prægressura essent, non vero de urbis excidio ipso. Neque opponi potest jam orationis initio v. 2. eversionem templi prædictam fuisse. Etenim cum Jesus tribus tantum verbis v. 2. memorata templi eversione, signa excidium templi et urbis prægressura accuratius et copiosius descripserit, ipsius excidii descriptio in hac orationis serie neutiquam supervacanea erat. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ κ. τ. λ.] Sicuti de fulgure non dici potest, hic vel ibi est (coll. v. 23, 26.), ita nec de me illo tempore hoc dici poterit; cum judex meam majestatem demonstrabo per excidium Hierosolymorum, inconspicuus adero, effica-

ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Ὅπου γὰρ ἐὰν 28
ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. Εὐθέως δὲ μετὰ 29
τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ

ciam meam potentissimam ipse invisibilis modo visibili longe lateque (*ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν*) declarabo; simul vero etiam verbis hujus v. inhæret notio hæc: inopinato et celeriter respublica Judæorum peribit coll. v. 22, 38 ss. Fulgur enim est imago celeritatis maximæ Luc. x. 18. Zach. ix. 14. *καὶ κύριος ἔσται ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐξελεύσεται ὡς ἀστραπή.* Apollon. Rhod. ii. 267. Αἱ δ' ἄψαρ ἠΰτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὣς Ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο, *illæ vero subito tanquam procellæ inexpectatæ, aut ut fulgura improvisa ex nubibus emicantia ingruebant.* Virg. Æn. xi. 26. ἐξέρχεται, *emicat* (יצא, Zach. l. c. Ezech. i. 13.) *ab oriente et ad occidentem lumen ejaculatur.* φαίνεσθαι, יאר, Ps. lxxvii. 19. xcvii. 4.

(28.) *ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ πτῶμα — ἀετοὶ*] *ubi cadaver est, ibi advolare solent vultures.* Locutio proverbialis, qua omnino h. l. *pœnæ* (improbitatis) *certissimæ* (Job. xxxix. 30. *ubicunque cadaver fuerit, statim adest vultur.* Senec. ep. 46. *Si vultur es, cadaver exspecta*) et *gravissimæ* (v. interpp. ad Ezech. xxxix. 17. Hab. iii. 5.) *celeritas* (vid. nos ad Hos. viii. 1.) denotatur. Sed hæc ipsa verba alio tempore Christus protulit, vid. Luc. xvii. 37. ubi rectius hæc verba leguntur, vid. Argum. huj. cap. extr. et not. ad vi. 24. vii. 6. debet ergo cohærentia h. l. utcunque constitui, et constituenda videtur hunc in modum: ad excidium Hierosolymorum reipublicæque Judæorum repente redibo et ita, ut non conspiciar, sunt pœna digni (*πτῶμα*) et punientur inopinato, certe et graviter. *Eichhornius Allgem. Biblioth.* B. 3. p. 692. nexum orationis hunc esse putat: rediturus non conspiciar, indignum mea persona foret in excidio tam abominandæ urbis conspici, vultures tantum, ut in proverbio dicitur, cadaveribus adsunt, ad cadavera advolant. *Süskindius* Symbolar. ad illustranda quædam Evangelior. loca P. 3. p. 8. sensum ita constituit: adveniet quidem (Messias), at, similis fulmini, neque ita aderit, ut hoc vel illo loco conspicue præsens, et morans monstrari possit, neque ita, ut beneficum, sed ita, ut destruentem, evertentem, pœnas exigentem a populo, *cadaveris simili* h. e. corrupto, pœnisque digno, se exhibeat. *Rosenmüllero* in Scholiis ad h. l. sensus proverbii est: ubicunque sunt homines mali et facinorosi, ibi adsunt flagella, quibus illi castigantur. Notant præterea interpretes plures, qui per *ἀετοὺς aquilas* intelligunt, Jesum hoc ipso vocabulo *ἀετοὶ* respexisse signa Romanorum militaria, et *Michaëlis Oriental. Biblioth.* B. 9. p. 37 sqq. probare studuit, aquilas etiam cadaveribus vesci. At hoc idem negarunt alii, et observarunt, vocabulo נֶשֶׁר ab Hebræis insigniri *aquilam* et *vulturem*, in Palæstina vel omnino non, vel saltem raro reperiri aquilas, omnia autem ibi esse vulturum plena; etiam apud scriptores vett. interdum vultures, universo aquilarum genere comprehendi v. Aristot. H. A. ix. 32. Plin. H. N. 103. aquilas, proprie ita dictas, nullibi locorum cadaveribus vesci; adeoque h. l. per *ἀετοὺς*, ut per נשר, Job. l. c. Hos. l. c. Mich. i. 16. *vulturem barbatum* intelligendum esse. vid. *Œdmani vermischte Sammlung aus der Naturkunde zur Erklärung d. heil. Schrift, aus dem Schwedisch. übersetzt von Gröning. Erste Hälfte* c. 5. *Justi* et *Hezel.* ad Mich. i. 16. *Städlinius Beyträge z. Erläut, d. bibl. Propheten,* ad Hos. l. c. *Ammonius bibl. Theolog.* p. 578. *πτῶμα* non simpliciter dixisse *cadaver* scriptores Græcos probos, sed *πτῶμα νεκροῦ* notavit Phrynich. p. 164. add. Phavorin. et Thom. Mag. vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. p. 657. videtur hic vocabuli significatus fuisse Macedonicus et Alexandrinus, cum in versione Alex. Ps. cx. 6. Judd. xiv. 8. Ezech. vi. 5. *πτῶμα* simpliciter positum de cadavere legatur.

(29.) Cogitatio excidii Hierosolymorum et reipublicæ Judæorum Christi animum ita tenebat, ut quæ v. 27. paucis indicaverat, v. 29 sqq. uberius depingeret. Sequitur poëtica descriptio interitus Hierosolymorum et eversionis reipublicæ Judæorum, nam dixerat Christus hactenus de rebus iis, quæ prægressuræ essent urbis excidium. *εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλίψιν κ. τ. λ.*] *non ita multo post calamitates illas sol obscurabitur, luna deficiet, stellæ decident de cœlo, cœlum ipsum sese motitabit.* Sed solis et lunæ, siderumque obscurationes, terræ etiam motus sunt poëtis Hebræorum et aliarum gentium frequentes et solennes imagines calamitatum publicarum, (v. *Süskindius* l. l. p. 11 sq.) interitus reipublicæ, ubi ergo non singula verba nimis premenda sunt, vid. Joel. iii. 3, 4. Ies. xiii. 10. xxiv. 23. xxxiv. 4. l. 3. lx. 19, 20. Ezech. xxxii. 7. Amos. viii. 9. Mich. iii. 6, 7. Ovid. Met. xv. 782 ss. *Signa tamen luctus dant haud incerta futuri Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes, Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo Præmonuisse nefas: Phœbi quoque tristis imago Lurida sollicitis præbebat lumina terris. Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris: Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ Cærulus et vultum ferrugine Lucifer atra Sparsus erat, sparsi lunares sanguine*

σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

*currus.* Virgil. Georg. I. 463 sqq. *Sol tibi signa dabit: Solem quis dicere falsum Audeat? ille enim cæcos instare tumultus. Sæpe monet, fraudemque et operta tumescere bella. Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam: Quum caput obscura nitidum ferrugine texit, Impiaque æternam timuerunt secula noctem.* Cic. Catil. iii. 8. *tum vero ita præsentes* (dii) *his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos pæne oculis videre possemus. Nam, ut illa omittam, visas nocturno tempore ab occidente faces ardoremque cœli, ut fulminum jactus, ut terræ motus, ut cætera, quæ tam multa nobis consulibus facta sunt, ut hæc quæ nunc fiunt, canere* (i. prædicere, portendere) *dii immortales viderentur.* add. Tibull. ii. 5, 71. ibique *Heynius*, Liv. xxii. 4. extr. c. 5. Et sic etiam hoc loco deprehenditur Hebraico stilo descriptio excidii reipublicæ Judæorum. Qui locum nostrum v. 29—32. de interitu mundi et judicio extremo interpretantur, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. εὐθέως vertunt: *repente, subito*, quam in rem provocant ad usum versionis septuagintaviralis, quæ adverb. פִּתְאֹם, *repente*, Jer. vi. 26. reddidit ἐξαίφνης· Prov. vi. 15. ἐξαπίνης· sed Job. v. 3. εὐθέως. Verum enimvero expressit etiam פתאם Num. xii. 4. per παραχρῆμα i. e. *statim, non ita multo post*; neque ullus locus, ut verissime monuerunt *Süskindius* l. l. p. 9. et *Schottus* p. 89. proferri potest, ubi voc. εὐθέως notionem illam: repente, subito, *solam* declaret. Præterea etiam *Süskindius* probe notavit: εὐθέως non semper quidem vertendum esse, *eo ipso momento*, quo antecedentia fiunt aut facta sunt, *augenblicklich* [vid. Matth. xiii. 5. 3 ep. Joh. 14.] "sed hoc semper innui, eventus, qui per εὐθέως nectantur, *haud adeo longo intervallo* (cujus longitudo ex rerum narratarum natura metienda, omnino absolute determinari non potest) invicem sejunctos esse." Quare Ven. *Schottus*, qui quoque sibi persuasit hunc locum de judicio extremo explicandum esse, et verbis hanc sententiam subjecit: *post illas calamitates (aliquando) subito et improviso sol obscurabitur* etc. quo hanc interpretationem tueretur, censuit, in Evangelio Matth. Hebraico extitisse vocem פתאם *subito, repente*, hanc vero vocem, quæ in vers. Alex. plerumque reddatur ἐξάπινα, παραχρῆμα, ἐξαίφνης, Græcum Matth. interpretem minus accurate expressisse h. l. adverbio εὐθέως, in Evangeliis frequenter obvio, quod et ipsi interpreti magis familiare fuerit, quam voc. παραχρῆμα. Non possum eo adduci ut assentiar. Etenim cum verbis μετὰ τὴν θλίψιν τ. ἡ. ἐ. non ratio et modus eventus, sed tempus significetur; cum in textu nullum vestigium deprehendatur, e quo vel levissima conjectura capi possit, inter θλίψιν τῶν ἡμ. ἐκ. et ea, quæ εὐθέως post illam eventura sint, de longo intervallo cogitandum esse; ut adeo etiam omisso εὐθέως verba μετὰ τὴν θλίψιν non satis longum intervallum indicarent: extra omnem dubitationem positum esse existimo εὐθέως h. l. vertendum esse: *statim, non ita multo post.* ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται] *sol obscurabitur* l. *deficiet.* σκοτίζεσθαι est Hebr. חָשַׁךְ et קָדַר, Ies. xiii. 10. Joel. ii. 10. ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς] [illegible] יָרֵחַ לֹא, Ies. xiii. 10. add. Ezech. xxxii. 7. φέγγος de lumine, quod luna spargit Eurip. Phœn. 182. Possunt hæc intelligi de defectionibus solis et lunæ, quæ vocantur ἐκλείψεις ἡλίου καὶ σελήνης, Laërt. proœm. 2. sed rectius, ut opinor, explicantur de obscurationibus solis et lunæ atque siderum in terræ motu, coll. v. 29. extr. ut Apoc. vi. 12 sqq. Joel. iii. 3. *Bergmann Physical. Beschr. der Erdkugel* p. 377. qui terræ motum ita describit: *die Erdrinde berstet an verschiedenen Orten, sinket an einigen Stellen, und erhebt sich an andern, die Luft wird mit Rauch und fremder Materie erfüllt, wodurch die Sonne bedeckt wird, oder eine rothe Farbe bekommt. Es entstehen häufige Luftfeuer und die erschrecklichsten Orcane.* add. *Harmar Beobachtt. über d. Orient*, Th. ii. p. 197. *Wiedeburg über die Erdbeben und den allgem. Nebel* 1783. Jena 1784. *Bartels Briefe über Calabrien und Sicilien*, Th. ii. Br. 14. p. 54. 302. 319. Br. 21. p. 367. οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ] *stellæ decident de cœlo*; sermo esse potest de stellis proprie sic dictis, ita ut ἐκπίπτειν notet, *perire, splendorem amittere*, ut 1 Cor. xiii. 8. Rom. ix. 6. et Hebr. נָבַל, Job. xxix. 14. ergo, stellæ evanescent: vel πίπτειν proprie accipi potest, ita, ut ἀστέρες latiori significatu sumantur de corporibus stellis similibus, globulis, ex materiis sulphureis et inflammabilibus, quæ ardere et lucere solent, atque de cœlo decidere videntur, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται] *et omne cœlum agitabitur:* in terræ motu hominibus titubantibus cœlum sese motitare videtur. σαλεύεσθαι, רָעַשׁ, Joel. ii. 10. id. qd. σείεσθαι, *tremere, se motitare*, vid. *Albertius* ad h. l. et *Elsnerus* ad Act. xvii. 13. Per τὰς δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, Hebr. צבא השמים, plerumque significantur οἱ ἀστέρες h. e. sol, luna, stellæ, Deut. iv. 19. Ies. xxxiv. 4. 2 Par. xxxiii. 5. Jer. xxxiii. 22. Sed h. l. e plurium interpretum sententia αἱ

Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ 30
οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ
ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ
οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Καὶ ἀποστελεῖ 31

*δυνάμεις τῶν οὐρανῶν* a sole, luna et stellis distinguuntur, et *αἱ δυνάμεις τῶν οὐρ.* positum est per periphrasin pro *οἱ οὐρανοὶ* cœlum, ut adeo *αἱ δυνάμεις κ. τ. λ.* est id. qd. *σεισθήσεται ὁ οὐρανὸς*, quibus verbis Alex. Hebr. רָעֲשׁוּ שָׁמָיִם Joel. ii. 10. expresserunt. Cui tamen interpretationi obstat locus Marci parallelus xiii. 25. ubi legitur: *αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Quare haud est dubium, quin præoptanda sit *Schotti* Commentar. p. 81. aliorumque sententia, orationem Christi a partibus singulis ad totum progredi: sol obscurabitur, luna splendorem suum non emittet, astra de cœlo decident, quævis corpora cœlestia, sive minora, sive majora fuerint, concutientur, huc illuc agitabuntur.

(30.) *καὶ τότε φανήσεται — οὐρανῷ*] *tunc apparebit signum Messiæ in cœlo*: Joel. iii. 3. נתתי מופתים בשמים. Sæpius Judæi signa et portenta in cœlo a Christo efflagitaverant, v. xvi. 1. Marc. viii. 11, 12. Luc. ix. 29. eo his verbis Christus h. l. respexisse videtur. *τότε* id. qd. *μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν* v. 29. *σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ* comprehendit ea omnia, quæ v. 29. legebantur, obscurationes solis, lunæ etc. ut Luc. xxi. 25. *καὶ ἔσται σημεῖα· Morus* Diss. Theologg. et Philoll. Vol. i. p. 145. *τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου* conjungit cum voce *ἐν τῷ οὐρανῷ*, ut verba sonent: *tum videbunt documentum* (*σημεῖον*), *quo constet, Messiam in cœlo esse* h. e. regnare, hostesque sibi subjicere. Æque contorte *Storrius* Opuscc. T. iii. p. 36 sq. 115 sq. *τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου* positum putat pro, *τὸ σημεῖον, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, ut *τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρ.* sit genitivus appositionis. — Imago ergo hæc est: et hoc erit illo tempore signum adventus Messiæ judicis; sed sensus verborum omissa imagine est: tunc Messias judex apparebit, excidio Hierosolymorum et eversione civitatis Judæorum majestatem suam demonstrabit, *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται*, Luc. xvii. 30. *κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς*] *omnes familiæ Judæorum pectora plangent*, erat hoc signum mœroris et luctus, vid. ad xi. 17. *ἡ γῆ*, *Judæa*, et *πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς* est Hebr. כָּל־מִשְׁפְּחוֹת הָאָרֶץ, Zach. xiv. 11. al. *καὶ ὄψονται — τοῦ οὐρανοῦ*] *atque videbunt venientem Messiam nubibus cinctum*: cum hæc verba non possunt accipi proprie de adspectabili adventu, cf. v. 23, 26, 27. sensus eorum, imagine remota, est: cognoscent Judæi majestatem et potentiam Messiæ judicis, quam, perversitatem et amentiam eorum punitur, eversione templi et urbis luculenter demonstrabit. Verbum *ὄπτεσθαι* notat etiam, usu et experientia cognoscere, xxvi. 64. Rom. xv. 21. Hac ipsa autem imagine, quæ h. l. occurrit, utuntur etiam Hebræorum prophetæ, cum Deum, majestatem suam declarantem, describere volunt; annuntiant, eum nubibus insidentem esse venturum, vel ad auxilium ferendum, vel ad judicium habendum, Deut. xxxiii. 26. Ies. xix. 1. Ps. xviii. 18. Cæt. inter descriptionem adventus Christi ad excidium Hierosolymorum, quæ h. l. legitur, et descriptionem adventus Christi ad judicium extremum, quæ c. xxv. 31. extat, quædam similitudo intercedit. Inde tamen nolim cum *Schotto* (l. l. p. 115.) colligere, etiam hoc nostro loco sermonem esse de judicio extremo. Etenim formula *ἔρχεσθαι* (ut ipse V. D. concedit) de utroque judicio a Christo instituendo adhibetur; utroque loco Jesu Messiæ majestas et potentia depingitur imaginibus e libris prophetarum Hebræorum petitis; interrogarant Christi discipuli magistrum de excidio Hierosolymorum et interitu mundi, hinc de duplici *παρουσίᾳ* verba facit; et cap. xxv. 31. de adventu Christi diverso ab eo, qui h. l. describitur, nempe de adventu ad interitum mundi sermonem esse, ex omni orationis serie sat luculenter apparet. *μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς*] *summa potentia et majestate* h. e. omnino; demonstrabit summam suam potentiam. Nam *δόξα*, ut Hebr. כָּבוֹד, aliis nominibus jungitur, ad indicandam rei alicujus magnitudinem, præstantiam, excellentiam.

(31.) *καὶ ἀποστελεῖ κ. τ. λ.*] *tunc emittet genios suos* etc. Messiæ efficientia in evertenda Judæorum republica, ejusque potentia et majestas exinde quoque apparebit, quod in tantis motibus, in tanta calamitate Judæis, adversariis religionis christianæ, infligenda, ubivis locorum Christi sectatores, (*ἐκλεκτοὶ*) per Dei providentiam illæsi servabuntur, et a persecutionibus Judæorum liberabuntur. Hanc sententiam imagines h. l. propositæ exprimunt, in quibus non singula verba urgenda sunt. Monent interpretes, Judæos, inter quos christiani vivebant, tum durante isto bello in Syriæ oppidis, Alexandriæ Joseph. B. I. ii. 18. aliisque in locis turbas movisse, tum vero post Hierosolymorum excidium in omnes terrarum partes disjectos, ubique locorum omnis generis indignissima mala passos esse.

τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης· καὶ
ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων,
32 ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς
μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται
ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος.
33 Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι

Commemorantur h. l. genii, cœlestes, quoniam de Messia judice venturo sermo est, vid. ad xiii. 40. coll. xvi. 27. xxv. 31. Buccina apud Judæos populus convocari solebat, vid. Levit. xxv. 9. Num. x. 2. Judd. iii. 27. vi. 34. et cum h. l. adhibitum sit verbum ἐπισυνάξουσι, hinc additur μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, *cum tuba maxime sonora* (id. qd. σάλπιγξ Θεοῦ, 1 Thess. iv. 16. singularis vim habet pluralis, et φωνὴ per Hebraismum vim adjectivi); quod additamentum ad ornatum tantum pertinet, ut Ies. xxvii. 13. Jer. iv. 5. vi. 1. al. ἐπισυνάξουσι, *congregabunt, cogent*, cui verbo inest notio securitatis, liberationis, ut xxiii. 37. add. LXX. Ps. cxlvii. 2. Matth. xxiii. 37. Luc. xiii. 34. incolumes servabuntur et liberabuntur, adest eorum ἀπολύτρωσις, coll. Luc. xxi. 28. ἐκ τῶν τεσσάρων κ. τ. λ.] *e quatuor cœli et terræ regionibus, ab uno extremo cœlorum ad alterum*, i. e. toto terrarum orbe, qui cœlo tegitur, ubicunque terrarum sint. ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων] Hebræi quatuor cœli plagas dicebant אַרְבַּע רוּחוֹת, vid. Ezech. xxxvii. 9. 1 Chron. ix. 24. ibique τοὺς δ' et hoc sensu voc. ἄνεμοι etiam h. l. usurpatum legi, nempe de quatuor cœli plagis, quæ pro universo terrarum orbe nominantur, vel docere potest locus Luc. xiii. 29. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν] extremas terrarum orbis regiones Hebræi vocabant קְצֵה הַשָּׁמַיִם, Deut. xxx. 4. xxviii. 64. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 455 sq. — Alii interpretes per ἀγγέλους, cum hoc vocabulum haud raro etiam quemvis legatum et nuntium notet, intelligunt apostolos, aliosque doctrinæ christianæ præcones; μετὰ σάλπιγγος explicant de libertate dicendi; instar tubæ sonoræ resonabit undiquaque eorum vox, Rom. x. 18. ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς, futuros christianos, homines omnis generis nomina sua Christo daturos congregabunt, latius propagabitur Christi religio. Quam contorta hæc interpretandi ratio sit, vel me non monente, doctissimus quisque sponte intelliget. *Schottus* l. l. p. 119 ss. sensum verborum ita constituit: aliquando majestate conspicuus cœlitus redibo, ita, ut hic adventus elucescat omnibus, et judicium instituam de omnibus terræ populis exercendum, meosque sectatores mihi probatos ad unum colligam cœtum, sanctum et beatum.

(32. 33.) *Percipite hanc a ficu desumptam similitudinem.* Ficum haud dubie propterea commemoravit, ab eaque similitudinem petiit Christus, quod, cum hæc edissereret, in monte olivarum versabatur v. 3. sed mons olivarum non tantum olivis, verum etiam ficis et palmis consitus erat, vid. *Warnekros Hebr. Alterth.* p. 113. ὅταν ἤδη — ἁπαλὸς] *si ficorum rami teneri facti fuerint*, i. ubi succus redierit e radicibus in ramos: ἁπαλὸς, Hebr. רַךְ, Ezech. xvii. 3, 22. *tener, mollis*, id. qd. μαλακὸς. Æl. H. V. iii. 42. οἱ ό'. Gen. xviii. 7. vid. *Fischerus* ad Anacr. xxii. 4. καὶ τὰ φύλλα ἐκφυῇ] *et folia nata fuerint:* vulgo legitur ἐκφύῃ, ut sit Præs. Conj. atque *Grotius* ἐκφύειν idem esse putabat, quod προβάλλειν Luc. xxi. 30. *emittere*, sed ibi est alia verborum structura, et προβάλλειν vim habet Medii, *prodire, exire in folia.* Res ipsa et ordo verborum docet h. l. τὰ φύλλα esse subjectum, atque adeo rectius h. l. legitur ἐκφυῇ aor. 2. quod tempus etiam interpp. veteres expresserunt, ut Vulg. *et folia nata fuerint.* γινώσκετε — θέρος] *intelligitis adesse æstatem.* ἐγγίζειν non tantum notat *appropinquare*, ut adhuc absis, sed etiam appropinquare ita, ut adsis et attingas, unde *adesse, accedere, advenire*, vid. ad iii. 2. Vocabulum autem θέρος latius patet, nec tantum *æstatem*, sed et simul *veris tempus* notat, ut Hebr. קַיִץ. Caussa est, quoniam in Orientis regionibus non tantum discrimen intercedit, quantum in Occidentis regionibus, quod attinet temperiem cœli, vid. *Harmar Beobachtt. über d. Orient*, Th. i. p. 6, 20, 72. et *Schleusneri* Lex. h. v. *Jahnius* in *Bengelii Archiv für die Theologie*, B. 2. St. 1. p. 136. cum θέρος etiam ponatur pro θερισμὸς *messis* v. LXX. Prov. xxvi. 1. in similitudine quam versus noster exhibet, verbis ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος, Jesum ad *messem* tropice sic dictam respexisse et ad cladem Judæis immittendam allusisse autumat.—(33.) ὅταν ἴδητε κ. τ. λ.] *cum videbitis hæc omnia*, interitum civitatis et reipublicæ Judæorum, v. 29 sq. *intelligite jam eventura esse, quæ dixi*, coll. v. 31. et 34. *intelligite, adesse salutem vestram.* Lucas xxi. 28. accuratius scripsit: ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν, quæ formula ibid. v. 31. commutatur cum voce ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία

ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ 34
ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται. Ὁ οὐρανὸς καὶ 35
ἡ γῆ ¹παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.
Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ¹τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ 36
οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ ‖μου μόνος. ῞Ωσπερ 37

35. ∾ παρελεύσεται. 36. † τῆς. ‖ † μου.

τοῦ Θεοῦ· et significatur his verbis, liberatio christianorum a persecutionibus Judæorum, Judaismi oppressio et lætior religionis christianæ propagatio. Alii ad ἐγγὺς ἐπὶ θύραις e v. 30. subintelligunt ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, alii e v. 27. ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, et πάντα ταῦτα referunt ad ea, quæ adventum Christi ad evertendam urbem et rempublicam Judæorum prægressura sint. *Schottus* l. l. p. 136. vocabulum θέρος, quod præcessit, repetit, illudque tropico sensu de propagatione religionis christianæ accipit, et verbis hanc sententiam subjiciendam statuit: quemadmodum ex foliis ficuum progerminantibus cognoscere soletis, æstatem et messem (proprie sic dictam) prope abesse: ita etiam, quando illa omnia videritis, quæ vos visuros esse dixi v. 15 sqq. v. 8—14. cognoscite, proxime jam instare messem animorum, doctrina mea et religionis œconomia nova latissime propaganda. Num hæc interpretandi ratio simplicior sit, equidem me dubitare profiteor. Cæterum voces ἐγγὺς, ἐπὶ θύραις sunt plane idem valentes. Philo de Agric. p. 208. D. ὅταν ὁ πόλεμος ἐγγὺς καὶ ἐπὶ θύραις ὢν ἤδη τυγχάνῃ, *cum bellum jam proximum et pro foribus adsit.* Sic *in limine esse* Virg. Æn. viii. 656. vid. et *Raphelius* ad h. l.

(34 sq.) Hæc omnia hactenus dicta, hominibus hujus ætatis adhuc viventibus evenient. Voc. γενεὰ plures, qui ea quæ proxime præcesserunt de judicio extremo explicant, ut *Wolfius*, *Heumanus* ad h. l. *Storrius* (*neue Apologie d. Offenb.* p. 323. et Diss. exeget. in libror. N.T. histor. aliquot loca P. 1. p. 40. P. 2. p. 23.) interpretantur de *gente Judæorum* non interitura, donec prædicta omnia de fine mundi eventura sint. Sed contextus hanc interpretationem repudiat, cum non sermo fuerit in antecedentibus de fine mundi, et foret omnino hoc mira designatio temporis judicii extremi, ut bene monuit *Michaëlis* ad h. l. vid. et *Eichhornii Allgem. Biblioth.* B. 3. p. 298. 1060. *Flattus* in Commentatt. theol. a *Velthusenio*, *Rupertio* et me editis, Vol. ii. p. 461 sq. neque γενεὰ in libris N. T. indicat *gentem*, sed ἡ γενεὰ αὕτη sunt *homines hujus ætatis, hujus seculi*, ut Matth. xi. 26. xxiii. 36. al. דור, Eccles. i. 4. Hinc etiam improbanda est *Pauli* sententia, qui in *Krit. Kommentar* ad h. l. per γενεὰν intelligit *Christi sectatores*, quo significatu γενεὰ nullibi legitur, vid. et (*Mölleri*) *Kritik des Kommentars von Paulus*, p. 153 sq. Sensus igitur est: plures hominum nunc temporis viventium intererunt iis, quæ de civitatis Judæorum interitu et christianorum liberatione dixi, coll. xvi. 28. Luc. ix. 27. Marc. ix. 1—35. Certissime, quæ dixi, evenient, vid. ad v. 18. Pro παρελεύσονται cum *Griesbachio* rescribendum est παρελεύσεται (ut Matth. l. l. legitur) quam lectionem optimæ notæ libri tuentur. Vulgaris lectio orta est, ut recte judicavit *Schottus* in Commentar. etc. p. 136. vel ex correctione librariorum, cum duo subjecta animadvertissent, (οὐρανὸς et γῆ) vel e Lucæ loco parallelo xxi. 33. in hunc locum irrepsit.

(36.) *Quo autem die, quanam hora hæc eventura sint, nemo novit, ne genii quidem sancti sciunt, solus pater meus novit.* At v. 34. dixerat Christus, eventura ea esse hominibus hujus ætatis adhuc viventibus! Sed ἡμέρα et ὥρα non latiori sensu sumenda sunt, ut plures voluerunt, ita, ut omnino tempus notent, immo *diem* et *horam* indicent, ut adeo hæc verba accuratius tempus ipsum designent. Cum enim ὥρα referatur ad ἡμέραν, *diem*, illo ipso vocabulo significatur certum diei naturalis spatium, i. e. *hora;* quam interpretationem confirmant etiam v. 43, 50. Marc. xiii. 35. Matth. xxiv. 50. Omnino ergo Christus v. 34. tempus adventus sui designaverat, sed accuratius illud definire nolebat. Scilicet, ut jam supra observavimus, neutiquam probabile est, Jesum ea omnia, quæ c. xxiv. xxv. leguntur, continua orationis serie dixisse; sed interpellasse eum haud raro discipulos, vel ex ipsa orationis forma, et singularum sententiarum connexione conjici potest. Videntur ergo omnino discipuli Jesum rogasse, ut accuratius iis tempus, quo hæc omnia eventura essent, definiret, cui tamen curiositati eorum, cum generalior illa temporis designatio v. 34. ad excitandam alendamque eorum fidem et constantiam sufficeret, satisfacere omnino nolebat, et ut eos prorsus ad silentium redigeret, fatebatur, plane neminem hoc scire, et quo fortius hoc exprimeret, addebat, neque angelos diem et horam scire, solum patrem suum. *Süskindius* Symbolar. ad illustranda quædam Evangelior. loca P. 3. p. 19. nexum et sensum ita definivit:

δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ
38 τοῦ ἀνθρώπου. Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ
τοῦ κατακλυσμοῦ τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ
ἐκγαμίζοντες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτόν·
39 Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαν-
τας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.
40 Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ
41 εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμ-

*Hierosolymorum excidium*, meumque ad id adventum, de quorum *tempore* Matth. v. 3. primo quæsivistis, quod attinet, eventura illa esse, priusquam elapsa fuerit *hæc ætas*, certissime affirmare possum (v. 34, 35.) Quod vero attinet *id tempus* (ἡμ. κ. ὥρα v. 36.) quo ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται s. tempus τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, de quo v. 3. altero loco quæsivistis, hoc nemini, sed soli Patri notum est, neque igitur *de hoc*, ut de illo, certi quid habeo, quod vobis affirmem. Eodem etiam redit *Schotti* sententia, in Commentar. p. 144. Post τῶν οὐρανῶν plures codd. et verss. addunt οὐδὲ ὁ υἱὸς, quæ quidem verba e Marc. xiii. 32. in hunc locum translata sunt. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.

(37—39.) Calamitas illa, quæ Judæis imminet, subito ventura nihil tale metuentes opprimet. Hæc sententia exornatur v. 37—41. coll. Luc. xvii. 26 ss. ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε κ. τ. λ.] *qualia fuerunt tempora Noachi, tale erit tempus, quo ego reventurus sum ad puniendos Judæos;* qualis fuit vita hominum Noachi tempore, ante diluvium, talis erit vita hominum, cum ego judex adventabo. αἱ ἡμέραι id. qd. ὁ καιρὸς, ὁ χρόνος, ut Hebr. הַיָּמִים, Gen. xxvi. 1. Ps. xxiii. 6.—(38.) ἦσαν τρώγοντες — ἐκγαμίζοντες] per Hebraismum pro ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, Luc. xvii. 27. Hæc vero ipsa verba: *edebant, bibebant, uxores ducebant, nuptum dabant*, non depingunt vitam voluptatibus deditam, neglecta pietate et probitate, ut opinatus est *Wolfius* in Curis ad h. l. cum interpretibus aliis, sed describitur tantum vita secura, vid. locus plane similis Jer. xxix. 5, 6. neque in verbo τρώγειν emphasis quærenda est cum *Beza* et aliis, qui illud de *brutis* proprie dici autumant, nam etiam de hominibus occurrit, ita ut sit *edere*, Joh. vi. 54. vid. *Palairetus* ad h. l. τρώγειν καὶ πίνειν est omnino *epulari, convivari*, solent enim Hebræi verba, quæ partem rei indicant, ponere pro verbis, quæ totam rem significant. vid. Gen. xxiv. 54. 1 Regg. i. 25. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 299. 320 sqq. ἄχρι ἧς ἡμέρας] pro ἄχρι τῆς ἡμέρας ᾗ, Hebr. עַד הַיּוֹם אֲשֶׁר, *usque ad diem illum, quo Noachus navem conscendit.*—καὶ οὐκ ἔγνωσαν] *incurii, negligentes erant, non intendebant animum:* sic ידע legitur Hos. ii. 10. Ies. i. 3. Ps. xxxix. 5. xc. 12. ἦρεν ἅπαντας] *perdidit omnes.* αἴρειν, *perdere, necare*, נשׂא, Job. xxxii. 22. 1 Macc. v. 2. ἀπώλεσε habet Luc. xvii. 22. οὕτως ἔσται κ. τ. λ., ita quoque se gerent homines, et eandem nanciscentur sortem, cum Messias ad puniendos Judæos redibit, coll. Luc. xvii. 30.

(40. 41.) Docent, calamitatem tantam et tam inopinatam fore, ut vix unus et alter evasurus sit. Præsentia παραλαμβάνεται et ἀφίεται vim habent futurorum παραληφθήσεται, ἀφεθήσεται, vid. Luc. xvii. 34. Verbum παραλαμβάνεται explicant: *educetur e communi periculo*, coll. v. 31. putantque respici his verbis ad ea, quæ acciderint Lotho, vid. Luc. xvii. 29. quod tamen nimis longe petitum est, ac præterea etiam, ut scienter observavit *Schottus* l. l. p. 148. desiderantur exempla hujus verbi simpliciter eo sensu, quem illi interpretes effato Christi vindicant, adhibiti. Verbum denique ἀφίεσθαι interpretantur *relinqui, interire.* Scilicet παραλαμβάνειν est *secum sumere aliquem*, quo sensu quam sæpissime in N. T. legitur, et h. l. dicitur de hostibus captivum abripientibus, nam παραλαμβάνειν etiam notat *bello capere*, Thucyd. i. 19. Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πολεμίων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες, vid. *Münthii* Obss. e Diod. Sic. ad Luc. xvii. 34. hinc ἀφίεται, *dimittetur*, est, *aufugere sinent* eum hostes, quem usum loquendi pluribus demonstrarunt *Elsnerus* et *Münthius* ad Luc. l. c. Ven. *Schottus* l. l. p. 149. cum aliis interpp. verbis hujus v. hunc subjecit sensum: unus ad felicitatem regni divini admittetur s. a Christo inter cives regni divini recipietur, alter sibi relinquetur s. excludetur. Quæ tamen interpretatio gravi duritie mihi laborare videtur, cum in antecedentibus nulla mentio facta sit salutis in regno divino futuræ, et vel propterea mihi persuadere non possum, Jesum v. 36 sqq. de adventu suo ad judicium extremum verba fecisse. — (41.) δύο — μύλωνι] *duæ molent*

βάνεται, καὶ μία ἀφίεται. Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε 42
ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ 43
ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρη-

*in pistrino:* μύλων est h. l. *pistrinum*, i. e. locus, in quo est mola, quæ duobus saxis constat, quorum attritu grana franguntur. Veteres utebantur fere *molis trusatilibus*, *Handmühlen*, quæ circumagebantur a servis, Exod. xi. 5. Herodo. vii. 187. Homer. Odys. xx. 105. Gell. iii. 3. etiam ab ancillis, Ies. xlvii. 2. h. l. vid. *Goëtzius* de pistrinis vett., Cygneæ 1730. 8. p. 189 sq. *Warnekros Hebr. Alterth.* p. 202. ἀλήθειν, *molam circumagere*, טחן, Eccles. xii. 4. Judd. xvi. 21., vid. *Schleusneri* Lex. h. v.

(42.) *Vigilate igitur, quoniam qua hora venturus sit dominus vester, ignoratis.* Dixerat Jesus, se subito et repente rediturum esse ad vindictam sumendam de hostibus et adversariis religionis suæ, et Judæos nihil tale metuentes calamitatem oppressuram esse. Hinc addit: γρηγορεῖτε οὖν κ. τ. λ.] vos vero caute et circumspecte agite, fidei, virtutis ac probitatis constanter estote studiosi. Etenim γρηγορεῖν, ut Lat. *vigilare*, vid. *Cortius* ad Sallust. Cat. liv. 4. et Hebr. שָׁקַד, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. et *Schleusneri* Lex. v. γρηγορέω adhibetur etiam de iis, qui partes suas bene agunt, cauti sunt et diligentes, ut h. l. Act. xx. 31. Baruch. ii. 7, Sap. vi. 15.

(43. 44.) Ea quæ inde a v. 43. usque ad c. xxv. 31. leguntur, a pluribus quidem interpretibus, non minus quam ea, quæ præcesserunt, ad interitum civitatis reipublicæque Judæorum referuntur, sed rectius, ut opinor, explicantur de adventu Christi ultimo, et præmiis pœnisve in altera vita exspectandis. Nam 1) Lucæ locus parallelus xii. 35 sqq. (ubi similitudines a Christo h.l. et c. xxv. propositæ ita repetitæ, et eo ordine collocatæ leguntur, ut eas in Gnomologia sua Lucas reperiebat, vid. Prolegg.) agit de felicitate futura in regno Messiano piis christianis exspectanda, cf. v. 31, 32. add. Argum. c. xxv. et ipsum Lucam similitudines illas, a Christo propositas, ita intellexisse, etiam exinde patet, quod statim sequuntur ea, quæ ibi v. 32 sqq. extant. 2) Hic ipse Luc. locus docet Matth. more suo (vid. not. ad iii, 7 al.) etiam h. l. cum specimen dare vellet sermonum Christi de reditu ipsius ad excidium Hierosolymorum, atque de reversione ejusdem ad judicium extremum, varias omisisse interlocutiones et interrogationes discipulorum (vid. Argum. huj. cap. et not. ad xxiv. 36.), quas Jesus v. 43 ss. respexit. Civitatem Judæorum hominibus hujus ætatis adhuc viventibus interituram esse, prædixerat Christus v. 34. sed nihil monuerat hactenus de συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, de resurrectione mortuorum, judicioque extremo, quæ quidem omnia cum eversione templi et urbis conjuncta fore, putabant Judæi. v. Argum. huj. cap. Ipsa Christi verba v. 43. ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε] non minus quam reliqua quæ sequuntur, satis perspicue docent novam ordiri inde a v. 43. orationem, et præcessisse nonnulla a Matthæo omissa. Videntur ergo Apostoli ipsi, postquam Christus ea dixerat, quæ c. xxiv. 4.—(43.) leguntur, de συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, judicio extremo, et regni Messiani felicitate (vid. Argum. c. xxv.) loqui cœpisse, variasque quæstiones movisse, et inter alia inprimis magistrum interrogasse, quando secutura esset συντέλεια τοῦ αἰῶνος et solennis regni Messiani inauguratio? Ad hanc interrogationem respondebat Jesus v. 43 sq. orationem suam ad Apostolos reliquosque sectatores suos præsentes dirigens: tempus definiri nequit, inopinato redibo, quare vigilate, circumspecte agite, omni cura, omnique opera officiis vestris satisfacere studete. Tum Petrus, ut erat ingenii fervidi et amoris in Christum plenissimus, (vid. de Petri ingenio not. ad xiv. 25. xvi. 17.) Luca auctore xii. 41. in hæc erumpebat verba: *num nobis hæc dicis?* h. e. num nos Apostolos tam graviter ad vigilantiam et constantiam cohortaris, mihi crede, nos vigilabimus, et constantissimi erimus, (coll. Matth. xxvi. 35.) *an hæc tua verba spectant reliquos omnes sectatores tuos præsentes?* i. an in universum omnibus sectatoribus tuis vigilantiam, constantiamque commendas? Jesus vero affirmabat omnibus omnino cohortatione hac ad vigilantiam opus esse, seque acclamare omnibus, vigilate! vid. Marc. xiii. 37. Hanc sententiam parabolis nonnullis illustrabat. Prima earum, xxiv. 45—fin. spectabat Apostolos, per eamque eos edocebat, tempus reditus sui ad judicium extremum, sollennemque regni Messiani inaugurationem non definiri posse, serius se reventurum, sed certissime reventurum esse. Duæ reliquæ ejusdem fere argumenti parabolæ c. xxv. 1—31. non tantum Apostolos, sed et alios Christi discipulos et sectatores spectabant. Ac summa quidem orationis a Christo habitæ xxiv. 45—xxv. 31. hæc est: Vigilate omnino omnes et constantes estote, ut, quandocunque venturus sim, quodsi etiam serius secuturus sit alter meus reditus illum priorem, vos non imparatos reperiam. Mihi credite, qui ita se gesserit, ut non quovis tempore ad dominum læto animo excipiendum paratus sit, excludetur felicitate regni Messiani et gra-

γόρησεν ἂν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ.
44 Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι· ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε,
45 ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος
καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θερα-
46 πείας αὐτοῦ, τοῦ [1]διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Μα-
κάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει
47 ποιοῦντα οὕτως. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρ-
48 χουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς
δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· Χρονίζει ὁ κύριός μου

45. ~ δοῦναι.

vissimis pœnis afficietur xxiv. 51. xxv. 12, 30. — 3) Hac interpretatione admissa, accuratior nexus inter has parabolas et descriptionem judicii extremi, c. xxv. 31 sqq. existit, atque perspicitur, parabolis illis Christum sibi quasi viam munire voluisse ad accuratiorem descriptionem ultimi adventus sui ad judicium extremum. Est vero etiam hæc interpretatio similitudinum Christi a nobis proposita, longe facilior, quam illa altera, quæ verba Christi interitum reipublicæ Judæorum spectare docet. 4) De excidio templi et urbis, et adventu suo ad eversionem civitatis Judæorum verba faciens Christus, dixerat xxiv. 34. *οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται·* (vid. Argum. huj. cap.) sed in omnibus parabolis, quæ inde a c. xxiv. 45 sqq. leguntur, in quibus quoque de reventu suo loquitur, docet, eum serius secuturum esse, *χρονίζει ὁ κύριος*, xxiv. 48. *χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου*, xxv. 5. *μετὰ χρόνον πολὺν*, xxv. 19. Cæterum cf. notata ad c. xxv. *εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης κ. τ. λ.*] *si nosset herus qua vigilia fur esset venturus, vigilaret, nec perfodi sineret suos parietes.* Proverbium hæc verba redolere videntur, quo omnino sententia h. l. exprimitur hæc: reditus mei tempus definiri nequit, inopinato redibo. vid. 1 Thess. v. 2. Apoc. iii. 3. *ποίᾳ φυλακῇ*, vid. not. ad xiv. 25. *διορύσσειν*, vid. ad vi. 19.

(45—47.) *τίς*] positum est pro *εἴ τις* ut Jac. iii. 13. *si quis*, ut Hebr. מִי legitur Deut. xx. 5. מִי־הָאִישׁ אֲשֶׁר בָּנָה בַיִת *quis est vir, qui ædificavit domum*, i. si quis domum ædificavit. add. Judd. vii. 3. Ps. cvii. 43. al. vid. *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebraism. N. T. p. 72 sq. et *Vorstius* de Hebraism. p. 211 sqq. *πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος*] *servus fidelis et prudens.* Sermo est, ut sequentia docent, de servo, qui reliquo famulitio præerat, qui *οἰκόνομος*, *dispensator*, dicebatur, ut Luc. xii. 42. et quæ h. l. leguntur, spectabant proxime Apostolos, religionis christianæ doctores, qui etiam 1 Cor. iv. 1. *οἰκονόμοι μυστηρίων Θεοῦ* vocantur. *ὃν κατέστησεν—θεραπείας αὐτοῦ*] *quem herus præfecit familiæ suæ.* *θεραπεία*, *servitium*, pro servis, ut Gen. xlv. 16. ubi *οἱ ό·* add. Ælian. H. V. xii. 40. ii. 2. ubi vid. *Perizonius:* eodem seusu *ministerium servile* dixit Justin. xxiii. 1. *legationes* pro legatis Liv. xxvi. 19. 51. Plura hanc in rem exempla collegerunt *Abreschius* dilucidd. Thucydd. p. 598. *Grævius* ad Justin. xli. 2. *Albertius* et *Lœsnerus* ad h. l. *διδόναι*] id. qd. *διαδιδόναι* xix. 21. *ἐν καιρῷ*] *tempore stato, legitimo.* — (46.) *μακάριος*] *lætam sortem nanciscetur*, præmiis ornabitur. *ἔρχεσθαι* positum h. l. est pro *ἐπανέρχεσθαι* Luc. x. 35. xii. 36, 37. xix. 15. ut Matth. ii. 21. et בּוֹא Gen. xxvii. 30. atque adeo *ἐλθὼν* vertendum: *ubi revenerit.* — (47.) *ἐπὶ πᾶσι—αὐτὸν*] *omni rei suæ eum præficiet:* *τὰ ὑπάρχοντα*, *facultates, res familiaris.* Servus, qui reliquo famulitio præerat, dicebatur *οἰκόνομος*, qui vero reliquis servis præerat ita, ut etiam administrator rei familiaris esset, pecunias atque rationes tractaret, dicebatur *ἐπίτροπος*, *procurator.* Plin. H. N. vii. 11. Aristot. Œcon. i. 5. Joseph. Ant. xviii. 8. Hesych. *ἐπίτροπος· ὁ προεστὼς τῶν χωρίων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας·* vid. *Kypkius* ad h. l. et *Lœsnerus* ad Luc. viii. 3. qui interdum etiam dicebatur *οἰκόνομος*, ut Luc. xvi. 1. Itaque *ἐπὶ πᾶσι κ. τ. λ.* prop. est, *procuratorem eum constituet* h. e. cum referantur hæc verba ad Apostolos, præmiis ornabuntur amplissimis. Lucem accipiunt hæc verba ex Matth. xix. 28. et usus est Jesus hac imagine, quoniam paulo ante dixerat v. 45. *ὃν κατέστησε κ. τ. λ.* h. e. quem dispensatorem constituerat.

(48—50.) *Quodsi vero malus servus ille secum cogitet, morari dominum revenire.* Quanquam de servo agitur, qui ab illo, fido ac prudente, moribus suis factisque plane differt, iterum tamen Christus, ut intelligenter animadvertit *Schottus* in Comment. p. 158. pronomen *ἐκεῖνος* adhibet, quo doceat, servum intelligi, cui *eadem provincia* demandata sit. *κακὸς*] id. qd. *ἄφρων καὶ ἄπιστος*, coll. v. 45. *χρονίζειν*, *morari, differre*, est Hebr. אחר, et usurpatur vel addito

ἐλθεῖν· Καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς ¹συνδούλους, ἐσθίειν δὲ 49
καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων· Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου 50
ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει·
Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκρι- 51
τῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

49. ∾ συνδούλους αὐτοῦ, ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ μετά.

Infinitivo verbi, quo significatur res, quam quis facere tardat, ut Gen. xxvii. 20. Deut. xxiii. 22. h. l. vel eo omisso, ut Hab. ii. 3. Matth. xxv. 3. al. — (49.) ἄρξηται τύπτειν] pro τύψῃ, vid. xi. 7. xii. 1. συνδούλους] codd. multi addunt αὐτοῦ, quod et propius accedit ad usum loquendi Hebræorum. Sed τύπτειν, *verberare*, h. l. omnino est *male tractare*, injuriis quibusvis afficere. ἐσθίειν καὶ πίνειν generatim est, *epulari*, *convivari* vid. ad v. 38. h. l. autem, cum sequatur μετὰ τῶν μεθυόντων, *cum vinolentis:* notat, vino epulisque esse deditum, cibo et vino se obruere, quo omnino vita flagitiosa significatur. Ejusmodi enim servus est h. l. imago doctoris religionis christianæ, qui turpi se tradit securitati, præcepta religionis ab aliis lædi sinit, et ipse lædit atque vitiis indulget quibusvis. Sic et Luc. xxi. 34. ebrietas nominatur pro vitiis quibuscunque. Sed pro ἐσθίειν καὶ πίνειν haud dubie cum plurimis optimæ notæ codd. legendum est ἐσθίῃ καὶ πίνῃ, lectio vulgaris ἐσθίειν καὶ πίνειν e Luc. xii. 45. in hunc locum translata est.

(51.) Quid h. l. significet διχοτομεῖν, quod proprie notat, *in duas partes secare*, vid. Joseph. Ant. ii. 2. 2. coll. 1 Regg. iii. 25. vehementer inter se dissentiunt interpretes, quorum sententias varias collegerunt *Suicerus* in Thes. Eccles. h. v. *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Plures nimirum hæc verba interpretantur: *crudeli morte eum afficiet*, quam tamen sententiam propterea amplecti nequeo, quia ei aperte repugnant verba sequentia, quæ de servo tanquam adhuc vivo loquuntur. Hinc alii, auctore Chrysostomo, hoc verbum explicant, de *pœna crudeli quacunque.* Erat scilicet olim hoc crudelissimum supplicii genus, ut reorum vel captivorum corpora in duas partes secarentur, tam apud Hebræos, quam apud Græcos atque Romanos usitatum. vid. Judd. xix. 29. 1 Sam. xv. 33. Dan. iii. 29. Tertullian. Apologet. c. 3. Diod. Sic. i. 2. Suet. Calig. c. 27. Horat. Sat. i. 1. 99 ss. Hebr. xi. 37. *Gatackerus* Advers. p. 455. Hinc διχοτομεῖν usurpari cœptum est eo sensu, ut esset *crudeli morte aliquem interficere.* Hesych. διχοτομεῖν, ἀναιρεῖν· omninoque *acerba atque atroci pœna aliquem afficere*, ut histor. Susan. v. 55. σχίσει σε μέσον· v. 59. πρίσαι σε μέσον. *Heumanus* in Actis Eruditor. Supplem. T. v. p. 202 sqq. et in *Erklärung des N. T.* ad h. l. διχοτομεῖν explicat: *diverberare*, *flagris tergum secare*, cum Luc. xii. 47. legatur δαρήσεται· ut adeo διχοτομεῖν sit id. qd. δέρειν. Recte. Nam et ipsum verbum διχοτομεῖν notat *dissecare*, *in plures partes secare*, ut ap. τοὺς ο'. Exod. xxix. 17. ubi respondet Hebr. נִתַּח, et verba τέμνειν, διατέμνειν, ut Lat. *discindere*, *secare*, *scindere*, de plagis multis alicui inferendis usurpari solent v. Arrian. Diss. Epictt. iii. 22. Hom. Odys. xviii. 345. Plaut. Mil. Glor. v. 1, 2. Terent. Adelphh. iv. 3, 6. Sunt ergo h. l. graves plagæ intelligendæ. Alii, veluti *Suicerus*, *Beza*, *Boltenius*, *Götzius* in *Erkl. des Matth.* *Bonnetus* in Biblioth. Hagana, T. iv. p. 473 sqq. διχοτομεῖν, vertunt *abscindere*, *separare*, cum גזר significet *secare*, et *separare*, ut 2 Chron. xxvi. 21. ubi Alex. habent ἀποσχίζειν· add. Ps. lxxxviii. 6. et verbum פלח in lingua Chald. notet, *dissecare*, *removere*, ut Lat. *abscindere*, et *dividere*, Horat. Carm. i. 3. *Nec quicquam deus abscidit Prudens oceano dissociabili Terras.* Id. ii. 11. *Scythes Adria divisus objecto*, remotus a cæterorum hominum quasi consortio. Sensum ergo ita constituunt: separabit eum a reliquis servis probis, eum e suo ejiciet consortio, eum dimittet. Verum ut taceam hanc verbi διχοτομεῖν significationem non posse idoneis exemplis comprobari, adversatur huic interpretationi locus Luc. xii. 47. eaque admissa frigida sententia procedit. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ κ. τ. λ.] *eumque amandabit in locum ubi sunt simulatores.* μέρος respondet Hebr. חלק, et est id. qd. μερὶς, quod voc. commutatur cum μετοχὴ et κοινωνία 2 Cor. vi. 15. Formula autem τιθέναι τὸ μέρος s. τὴν μερίδα αὐτοῦ μετά τινος Hebraica est, et notat: *versari cum aliquo*, vid. Ps. l. 18. Prov. xxix. 24. Dan. iv. 12. 20. ibique τοὺς ο'. Sed h. l. τιθέναι est id. qd. διδόναι, atque adeo τὸ μέρος αὐτοῦ κ. τ. λ. reddi debet: *jubebit eum versari cum simulatoribus*, assignabit ei locum apud simulatores i. e. amandabit eum in ergastulum, nam sequitur ἐκεῖ ἔσται κ. τ. λ. de quibus verbis vid. not. ad viii. 12. xiii. 42, 50. xxii. 13. Hac vero imagine omni pœnæ gravissimæ significantur. Cæterum ὑποκριταὶ, cum referantur ad δοῦλον πιστὸν καὶ φρόνιμον, sunt, servi fidem prudentiamve simulantes.

## CAP. XXV.

Priorem hujus Capitis sectionem inde a v. 1—30. explicandam esse de adventu Christi ad excidium Hierosolymorum, interpretum, recentiorum inprimis, quam plurimi statuunt. vid. *Michaëlis Erklärung des N.T.* ad h. l. *Eckermani theolog. Beyträge*, B. 2. St. 1. p. 116. *Hezelii Erklärung des N.T.* ad h. l. *Stolzii Erläuterungen zum N. T.* Th. i. p. 149 sq. al. Hanc eandem sententiam nuper quoque pluribus defendere studuit *Ravius*, in Diss. inscripta: quo consilio J. C. parabolam de decem virginibus Matth. xxv. 1—13. proposuerit, anquiritur, Erlang. 1799. 4. Scilicet monente *Ravio*, "consilium hujus adeoque sq. parabolæ, (utor ipsius V. D. verbis) eo spectavit, ut cultores Christi de periculis futuri temporis vitandis, et de fide in profitenda, vel adeo propaganda ipsius religione admonerentur. Facile enim accidere poterat, ut haud pauci ex iis, qui ipsi nomen dederant, sensim sensimque ad pravos Judæorum mores imitandos impelli se paterentur, ut turpi se traderent securitati, ut, amore patrii soli ducti, opportunitatem, ab urbe Hierosolymitana fugiendi, negligerent, ut a religione christiana deficerent, et a calamitatibus belli, suo tempore erupturi, opprimerentur. Commendavit igitur suis vigilantiam, ut, simulac de exercitus Romani impetu in Judæos certiores fierent, saluti suæ consulerent, ac sese conferrent in fugam. Hanc autem admonitionem haud fuisse supervacaneam docuit eventus. Nam qui huic admonitioni reliquerunt locum, belli periculo liberati, cæteri omnes ejus vi obruti et oppressi sunt." Mihi vero Christus his parabolis ultimi reventus sui tempora atque alterius vitæ præmia respexisse videtur. Argumentis a me ad c. xxiv. 43. hanc in rem allatis adjicio hæc: 1) In ipsis parabolis plura occurrunt, quæ interpretationem a nobis propositam mirifice confirmant. Cum cœna et convivio futuram felicitatem in regno Messiano exspectandam comparare solebant Judæi, et hac ipsa imagine Jesus sæpius quoque usus est, veluti Matth. viii. 11. ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ubi vid. not. et felicitati sub hac imagine expressæ opponuntur ibi τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον κ. τ. λ. add. Matth. xxvi. 29. Luc. xiii. 28, 14, 15. cum his locis comparentur xxiv. 51. xxv. 10, 21, 30. Comparavit Jesus sese cum sponso xxv. 10. quæ comparatio etiam instituta deprehenditur Matth. ix. 15. Joh. iii. 29. et Johannes Apoc. xix. 7 sqq. loquens de vitæ futuræ felicitate perpetua, usus est imagine hac: ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου. Cum ergo imagines plures in his parabolis propositæ, ex usu loquendi Judæorum et N. T. solenni, futuram in regno Messiano felicitatem depingant, quidni parabolas ipsas, præsertim cum et plures aliæ accedant caussæ, de reventu Christi ultimo et felicitate alterius vitæ interpretemur? Comparentur porro aliæ quoque formulæ in prima hujus cap. parte occurrentes, cum formulis quæ reperiuntur aliis in locis, qui diserte agunt de felicitate vel infelicitate alterius vitæ, ut οὐκ οἶδα ὑμᾶς v. 12. coll. Matth. vii. 23. οὐκ ἔγνων ὑμᾶς, Luc. xiii. 27. οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ. Matth. xxv. 21.: εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου μου coll. v. 34. δεῦτε κληρονομήσατε τὴν βασιλείαν. add. xxiv. 51. xxv. 30. coll. xiii. 40 sqq. Comparentur denique verba ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω xxv. 21. cum verbis Christi xix. 28. ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ καθίσεσθε ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τοὺς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· ubi vid. not. 2) Quæ de formulis et imaginibus variis in his parabolis occurrentibus, et usu loquendi Judæorum ac N. T. solenni hactenus diximus, jam satis, opinor, docere possunt, quam parum commendabilis sit eorum interpretum sententia, qui de excidione Hierosolymorum cogitantes, verba v. 21 et 30. hunc in modum interpretantur: discipuli et sectatores mei, qui pro accepta cognitione religionis meæ, ingeniique dotibus, fructus tulerunt, cognitionem suam auxerunt, doctrinam meam propagarunt, nec turpi securitati indulserunt, a calamitatibus belli et Judæorum persecutionibus liberabuntur, ampliòremque in ecclesia provinciam nanciscentur, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου μου· contra qui officiis suis non satisfecerunt, calamitatibus belli opprimentur, τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον κ. τ. λ. 3) Inter parabolam, quæ Luc. xix. 12. extat, et quæ h. l. inde a v. 14. legitur, intercedit quidem similitudo (quod inprimis urgent interpretes ii, qui parabolas Matth. c. xxv. propositas de eversione reipublicæ Judæorum explicant), sed non est eadem, et alia occasione ac tempore dicta, ibique Jesus Apostolos suos monére voluit, ut recte observavit *Flattus* in Commentatt. theol. a *Velthuseno*, *Rupertio* et me editis, T. ii. p. 472. ne ante laborem mercedi inhiarent (Matth. xx. 23.), sed ut potius fide in mandatis ipsis a se impositis fideliter peragendis, futuris præmiis dignos se demum redderent, se autem omnino fidelibus ministris olim esse præmia largiturum (xviii. 29, 30.), et ne quis de regia potestate sua dubitare possit, eam ipsam insigni virtutis in hostibus suis edendo documento, excidio terræ Judæorum, declaraturum esse.

(1.) Prima hujus cap. parabola cohortatus est Jesus sectatores suos, vellent res suas caute et circumspecte agere, officiis suis recte et accurate satisfacere, constanterque pietatis atque virtutis præcepta sequi,

## ΚΕΦ. κε΄.

ΤΟΤΕ ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις,
αἵτινες, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάν-
τησιν τοῦ νυμφίου. Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ 2
'πέντε μωραί. Αἵτινες μωραὶ, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας 3
'ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον. Αἱ δὲ φρόνιμοι 4

2. ↑ αἱ. 3. ∾ αὐτῶν.

quo possint fieri participes præmiorum alterius vitæ et felicitatis in regno Messiano olim exspectandæ; nollent ergo, cum viderent tempus adventus ipsius differri, in studio virtutis pietatisque christianæ desides ac negligentes fieri, improbitatique indulgere. τότε ὁμοιωθήσεται κ. τ. λ.] *quod attinet regnum Messianum, eveniet tum idem, quod evenit decem virginibus.* τότε, *tum*, nempe in reversione mea. βασιλεία τῶν οὐρανῶν significat h. l. illud Christi regnum, quod post mortuorum in vitam reditum ab eo inaugurabitur, ut xiii. 43. al. vid. not. ad iii. 2. Alii contra, de nova religionis forma a Jesu constituta, de ecclesia, h. l. hanc vocem accipiendam esse statuunt. De nuptiis noctu celebrari solitis vide a *Wolfio* in curis ad h. l. laudatos. Solebant autem veteres lampadas sponso sponsæque præferre. Xenoph. Ephes. I. p. 10. ἦγον τὴν κόρην εἰς θάλαμον μετὰ λαμπάδων, ὑμέναιον ᾄδοντες. Statius Theb. viii. 234. — *Illi Cythereia laudant Connubia, et multa deductam lampade fratrum Harmoniem*, quæ quidem dicebantur νυμφικαὶ λαμπάδες. vid. *Elsnerus* ad h. l. Etiam *Chardin Reisebeschr.* T. ii. p. 268. narrat in Persia fœminas lampadibus instructas sponsam in domum sponsi deducere. add. *Harmar. Beobachtt. über den Orient*, Th. ii. p. 418. Th. iii. p. 470. interpp. ad Petron. c. xxvi. Apud Judæos tunc temporis, ut vel hic locus docet, hoc more receptum erat, ut sponsus sponsam sub seram vesperam ad celebrandas nuptias magna cum pompa in domum suam abduceret. Sponsus habebat comites adolescentes quosdam, qui ipsum ad sponsam deducerent, et sponsæ additæ erant virgines, quæ ipsam die nuptiarum in sponsi domum deducerent. vid. not. ad ix. 15. Joh. iii. 29. Judd. xiv. 11. Cant. i. 3. interpp. ad Ps. xlv. 15. Sponso adventanti obviam ibant illæ virgines, amicæ sponsæ, eique pergenti ad domum sponsæ, eam inde domum suam abducturo præibant, eædem deinde etiam cum sponso et sponsa in ædes sponsi pergebant, cum lampadibus præibant, et cœnæ nuptiali adhibebantur, vid. *Leyseri* Harm. Evangg. T. iii. p. 815. add. *Buxtorf.* Lex. Talm. v. לפיד. Rabbi Salomo, a *Lightfooto* in Hor. Hebr. et Talm. atque a *Wetstenio* ad h. l. laudatus: *Mos est in terra Israelitica, ut sponsam ducant e domo patris sui in domum sponsi — ferantque ante eam circiter decem baculos ligneos, in uniuscujusque summitate vasculum instar scutellæ habentes, in quo est segmentum panni cum oleo et pice. His accensis facem ei præferunt.* Numerus *denarius* videtur esse certus pro incerto, nisi malis e loco modo laudato conjicere, more consueto *decem* virgines sponsum sponsamque in domum sponsi deduxisse. λαβοῦσαι — τοῦ νυμφίου] cum suis lucernis sponso adventanti, ut sponsam abduceret, *obviam ire volebant*, nam non omnes revera sponsum adventantem excipiebant. Est autem tralatitium verba sæpius simpliciter ab Hebræis, Græcis et Latinis ita poni, ut omissum sit *velle*, Luc. xiv. 18. ἠγόρασα, *emere volui.* add. Gronov. ad Liv. xxxvii. 17. et not. ad Matth. iii. 14. *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l. opinatur virgines illas sponso et hujus amicis obviam ire voluisse, ut iis sponsam abducere volentibus sese opponerent, cum iisque simulate pugnarent; provocat hanc in rem ad *Russel Geschichte von Aleppo*, Th. i. p. 406, 408. atque notat, hac imagine depingi h. l. Theocratiam victricem et dominatricem. Cui tamen opinioni inprimis obstat hoc, quod nulla h. l. pugnæ et victoriæ mentio facta sit, neque ullo pacto probari possit, apud Judæos hunc ritum usitatum fuisse. Cæterum in codd. et verss. pluribus additum legitur καὶ τῆς νύμφης· vid. *Millius*, *Bengelius*, *Wetstenius* et *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. Sed sunt hæc verba additamentum Grammatici, cui mirum videbatur, non esse sponsæ mentionem factam, cum vulgari consuetudine in nuptiis sponso sponsæque lampades præferri solerent. Ipsum vero Christi consilium, qui sectatores suos cohortari volebat, ut semper ad reditum suum parati essent, eum jussit tantummodo sponsum commemorare.

(2—4.) φρόνιμοι] sunt *prudentes, cautæ*, vid. *Reiskius* Animadvv. ad Auctores Grr. T. iv. p. 265. μωραὶ] *imprudentes, incautæ, negligentes*, quam verborum interpretationem ea, quæ v. 3. et 4. leguntur, commendant. —(3.) αἵτινες — μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον] *hæ imprudentes attulerant quidem secum lampadas suas, neque tamen attulerant vasa olei plena*, hoc enim modo vocabulum ἔλαιον explicandum esse, docet v. 4. ubi legitur virgines

ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων
5 αὐτῶν. Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ
6 ἐκάθευδον. Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· Ἰδοὺ, ὁ νυμ-
7 φίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Τότε ἠγέρ-
θησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμ-
8 πάδας αὐτῶν. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· Δότε
ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν· ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται.
9 Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι· Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ
ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε †δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας,
10 καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι,
ἦλθεν ὁ νυμφίος· καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς

9. † δὲ.

prudentes cum lampadibus ardentibus, simul oleum in vasis attulisse, quo alerentur ellychniorum flammulæ, si forte sponsus moraretur. — (4.) Vocabuli *ἀγγεῖον* usus latissime patet, respondet enim Hebræorum כְּלִי, atque de receptaculo quovis adhibetur, hoc loco vero significat *receptaculum olei*. Ejusmodi receptacula Num. iv. 9. nominantur כְּלֵי שֶׁמֶן, ab Alexandrinis l. c. *ἀγγεῖα τοῦ ἐλαίου*.

(5—7.) *χρονίζοντος — ἐκάθευδον*] *moras autem faciente sponso, omnes dormitarunt, et dormiverunt: sie nickten, und schliefen endlich ein.* *νυστάζειν*, quod interdum commutatur cum verbo *καθεύδειν*, *dormire*, proprie significat, *oculis somno gravatis connivere*, vel dormitare ita, ut capite nutes; Plato Apol. 18. Theoph. Char. vii. 4. indicatque somni initium, cum *καθεύδειν* significet somnum ipsum, et quidem graviorem, et h. l. orationis series docet, hoc discrimen inter utrumque verbum observandum esse. Eodem modo differt quoque Hebr. נוּם Nah. iii. 18. a יָשֵׁן, Ps. cxxi. 3. ubi *οἱ ό*. habent *οὐ νυστάξει, οὐδὲ ὑπνώσει*. Phavorinus: *νυστάζω· ἀπὸ τοῦ νεύω καὶ τὸ στάζω· ἐπειδὴ ἐπινεύουσιν οἱ κοιμώμενοι· ἢ παρὰ τὸ νευστάζειν, ἀποβολῇ τοῦ ε· τὸ δὲ νευστάζειν, παρὰ τὸ νεύειν τὴν κάραν*. Auctor. Etymol. M. *νυστάζω — παρὰ τὸ ἐπινεύειν κάτω, διὰ τὴν ἐπιγινομένην ἐκ τοῦ ὕπνου καταφορὰν, ἐπειδὴ ἐπινεύουσιν οἱ κοιμώμενοι τὴν κάραν*. — (6.) *κραυγὴ γέγονε*] *clamor audiebatur*, nempe adventantis multitudinis hominum. *κραυγὴ*, *jubila*, ut תְּרוּעָה, 1 Sam. iv. 6. 2 Sam. vi. 15. Job. xxxix. 28. —(7.) *καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν*] *adornabant lampadas suas: κοσμεῖν* id. qd. *κατασκευάζειν*, *aptare, instruere, adornare*, LXX. Ezech. xxiii. 41. Xen. Cyr. viii. 2, 8. Alexandrini interpretes his verbis usi sunt ad exprimendum Hebr. היטיב sensu *preparandi* adhibitum Exod. xxx. 8. 2 Regg. ix. 30. Sic quoque verbum *κοσμεῖν* usurpavit Diod. Sic. p. 459. D. *τριήρεις πρὸς ναυμαχίαν κοσμεῖν* *triremes ad prælium navale instruere*; et Xen. Cyr. viii. 2. 5. *ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ*, *mensam instruit*. vid. et *Münthius* ad h. l.

(8. 9.) *δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν*] *date nobis partem olei vestri: ἐκ τοῦ ἐλαίου* scl. *μέρος*. vid. *Bosius* Ellips. sub h. v. p. 284. ed. *Schæfer*. Hebræi enim utuntur particula מ ad designandam rei alicujus partem, unde Alex. 2 Chron. xxx. 7. מִכְּלִי vertunt *μέρος τῶν σκευῶν*. *σβέννυνται*] lampades nostræ mox *exspirabunt, parum abest quin exspirent, sie wollen verlöschen*. — (9.) *μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν*] *sic fortasse neque nobis sufficeret, neque vobis*. Sunt verba modeste denegantium. *Elsnerus, Palairetus*, alii, subaudiendum esse censent *βλέπετε* vel *ὁρᾶτε*, *cavete, ne nobis non magis atque vobis sufficiat*. Recte contra *Kypkius* monet, operam dare, ne *ταῖς φρονίμοις* oleum deesset, non tam *τῶν μωρῶν* fuisse, sed *τῶν φρονίμων*, itaque potius supplendum esse, *ὁράσομεν* s. *βλέψομεν*, (*Moschius* subintelligit *φοβούμεθα*, *Glassius* p. 619.: *οὐδαμῶς, βλεπτέον γάρ*·) ut sensus sit: *non dabimus vobis oleum, nam cavebimus, ne æque parum nobis ac vobis sufficiat*. Recte tamen profitetur *Kypkius*, hanc ellipsin, cum tot verba subintelligenda sint, nimis duram esse. Hinc ipse *Kypkius*, *Albertio* præeunte, *μήποτε* explicat *fortasse*, ut sit idem quod *τάχα, ἴσως*, quo sensu sæpius in versione Alexandrina Hebræorum אוּלַי respondet, ut Gen. xxvii. 12. coll. xxxii. 21. ubi *οἱ ό*. habent *ἴσως*· et extat quoque non uno in loco librorum Philonis. vid. *Lœsnerus* ad h. l.

(10—13.) *αἱ ἕτοιμοι*] sunt *αἱ φρόνιμοι*, virgines, quæ ad excipiendum sponsum paratæ erant. *εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους*] *introïbant una cum sponso in do-*

γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ 11
λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι· Κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν.
Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. 12
Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν †ἐν 13
ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀπο- 14
δημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ
ὑπάρχοντα αὐτοῦ· Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ 15
δύο, ᾧ δὲ ἕν· ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδή-
μησεν εὐθέως. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, 16
εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα.
Ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. 17
Ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν, ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε 18
τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχε- 19
ται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν
λόγον. Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσ- 20

13. †ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.

*mum, ubi nuptiæ celebrabantur.* Per γάμους plures nuptias ipsas intelligunt, et vertunt: abibant ad concelebrandas nuptias, sed ipsum verbum εἰσῆλθον locum indicat, docet, per γάμους intelligendum esse per metonymiam *cœnaculum*, ut xxii. 10. vel potius domum sponsi, unde et apposite Syrus interpres vertit: לבית הלולא *in domum lætitiæ* s. nuptiarum. vid. *Glassius* Phil. S. p. 875. Confirmant et hanc interpretationem verba quæ sequuntur, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα, *et janua claudebatur.* — (12.) οὐκ οἶδα ὑμᾶς] *profecto vos non novi:* vos non in numero eorum, qui me sponsamque comitati sunt, vidi, vos mihi ignotæ estis. — (13.) γρηγορεῖτε—ἔρχεται] nempe ad regnum suum solenniter inaugurandum. Sed hæç ipsa ultima verba: ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται, plures optimæ notæ codd., verss. et patres omittunt, vid. *Millius*, *Bengelius*, *Wetstenius* et *Griesbachius* Comment. Crit. ad h. l. glossema redolent, sensus tamen idem manet.

(14—18.) Argumentum parabolæ: Unusquisque sectatorum meorum sua religionis scientia, sua facultate ita utatur, ut alios iisdem animi bonis ornet, et quam plurimum ad rem christianam augendam promovendamque conferat, in reventu meo præmiis amplissimis ornabitur, segnes vero, inconstantes et perfidi pœnis afficientur gravissimis. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος] deest ἀπόδοσις, ut Marc. xiii. 34. hunc in modum supplenda: quod attinet felicitatem in regno Messiano exspectandam, idem eveniet, l. ego rediturus idem faciam quod fecit ἄνθρωπος, *herus quidam*, refertur enim hoc nomen ad τοὺς δούλους· ἀποδημῶν] id. qd. ἀποδημήσων *peregre abiturus.* καὶ παρέδωκεν κ. τ. λ.] *et tradidit iis rem suam.* — (15.) τάλαντα] vid. ad xviii. 24. ἑκάστῳ—δύναμιν] *pro sua cuique ingenii solertia, rerumque tractandarum peritia*, habita ratione cujusque ingenii facultate et solertia; de qua voc. δύναμις significatione vid. *Reiskius* in Animadvv. ad Auct. Grr. T. iv. p. 73 sqq. et *Læsnerus* ad h. l. respondet Hebr. חיל, Exod. xviii. 21. vid. *Schultensius* ad Prov. xxxi. 29. ἰδίαν pro αὐτοῦ, ut Marc. xv. 20. al. — (16.) εἰργάσατο —τάλαντα] *nogotiatus est talentis et lucratus alia quinque.* ἐργάζεσθαι, *negotiari*, Hebr. סחר, Prov. xxxi. 18. *Grævius* ad Hesiod. p. 9. ἐποίησε explicatur v. 17. verbo ἐκέρδησε. Notat autem ποιεῖν h. l. *acquirere; comparare*, ut עשׂו Gen. xii. 5. פעל Prov. xxi. 6. Eodem modo Græci quoque scriptores utuntur verbo ποιεῖν, vid. *Kypkius* ad h. l. et Latini verbo *facere*, Nep. V. Cimon. i. 3. *magnas pecunias ex metallis fecerat.* Cic. Verr. ii. 6. *pecuniam maximam facere.* add. iii. 90. Cic. Div. i. 49. — (18.) ἀπελθὼν deest in codd. nonnull. deletum a Grammaticis, qui illud redundare viderent. ὤρυξεν—γῇ] vulgo vertunt: *defodit illud in terram*, ut adeo subintelligatur αὐτὸ vel τοῦτο, et ἐν τῇ γῇ sit id. qd. εἰς τὴν γῆν l. κατὰ τὴν γῆν. At cum sequatur καὶ ἀπέκρυψε *et abscondidit argentum ab hero acceptum*; mallem verbum reddere, *foveam fecit*, ut adeo ὀρύσσειν ἐν τῇ γῇ sit id. qd. ὄρυγμα γῆς ὀρύσσειν ap. Herodo. iv. 71.

(19—23.) συναίρειν λόγον] *rationes con-*

ἤνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων· Κύριε, πέντε τάλαντά
μοι παρέδωκας· ἴδε, ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.
21 Ἔφη †δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ·
ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς
22 τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο
τάλαντα λαβὼν, εἶπε· Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας·
23 ἴδε, ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Ἔφη αὐτῷ ὁ
κύριος αὐτοῦ· Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς
πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ
24 κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς,
εἶπε· Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου
25 οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· Καὶ φο-
βηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε,
26 ἔχεις τὸ σόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ·

21. † δὲ.

*ferre*. vid. ad xviii. 23.—(20.) ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς] *alia quinque iis lucratus sum.* ἐπ' αὐτοῖς id. qd. πρὸς αὐτοὺς i. *præter illa quinque talenta*, quomodo et usurpatur particula עַל, *neben, über*, Gen. xxxi. 50. Deut. xix. 9.—(21.) εὖ] id. qd. εὖγε, Hebr. הֶאָח, Job. xxxix. 25. Ps. xxxv. 21. xl. 15. δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ] *serve bone et fidelis.* δοῦλος ἀγαθὸς est omnino servus præditus virtutibus iis, quibus esse debet, et h. l. accuratius vocabuli notio constituitur addito πιστὸς, *fidelis*, est ergo ἀγαθὸς h. l. *navus, industrius*, qui acceptis talentis negotiatus est, atque adeo consilio domini satisfecit, fidemque præstitit. ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω—τοῦ κυρίου σου] *plura tibi committam, intra in cœnaculum domini tui; sis mihi conviva.* Scilicet χαρὰ in dialecto Alexandrina significat *convivium*, nam Alexandrini hoc ipso vocabulo expresserunt Hebr. מִשְׁתֶּה, v. Esth. ix. 17, 18, 19, 22. quod 1 Chron. xiii. (al. xii.) 40. expresserunt nomine εὐφροσύνη, quia in conviviis lætitia regnat; add. Tob. ix. 12. cum autem h. l. legatur εἴσελθε, et v. 30. opponatur σκότος τὸ ἐξώτερον (cf. etiam init. cap. not.), patet *de loco* esse sermonem, atque adeo χαρὰ notare cœnaculum ipsum, ut v. 10. cf. v. 30. Minus recte alii χαρὰ accipiunt *de felicitate*, ut Hebr. xii. 2. coll. iii. 11, 18. atque adeo speciatim h. l. de felicitate, qua dominus perfruitur, sis hujus felicitatis particeps. Sensus verborum Christi v. 20 sqq. imagine omissa hic est: christianos, qui recte usi sunt bonis acceptis, majoribus ornabo, ita, ut eos intrare jubeam cœlum, quo perfruantur præmiis amplissimis, felicitate maxima; usus bonorum rectus respicietur, non magnitudo bonorum iis tributorum. Commendavit ergo etiam Christus his verbis sectatoribus suis modestiam.

(24. 25.) Nemo speret excusatum se iri ab omni labore, quod non acceperit eximia dona. ἔγνων σε ὅτι κ. τ. λ.] *scio te esse severum, qui metas, ubi sementem non feceris, et colligas, ubi non ventilaveris:* hæc ficta excusatio ad ornatum parabolæ pertinet, eaque omnino exprimitur sententia hæc: omnis segnitiei excusatio vana et illegitima erit. ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς pro ἔγνων ὅτι σὺ σκληρὸς εἶ· sed amant hanc constructionem Hebræi, v. 1 Regg. v. 17. ubi LXX. σὺ οἶδας τὸν πατέρα μου, ὅτι οὐκ ἠδύνατο, pro σὺ οἶδας ὅτι ὁ πατήρ μου οὐκ ἠδ. add. Exod. ii. 2. 2 Sam. xvii. 8. 1 Macc. xiii. 53. neque hæc constructio inusitata est scriptoribus Græcis atque Latinis; Soph. Electr. 333. οἶδα καὐτὴν, ὅτι ἀλγῶ. Terent. Heaut. ii. 3. 129. *Patrem novisti, ad has rem quam sit perspicax; Ego te autem novi, quam esse soleas impotens.* σκληρὸς, de cujus voc. notionibus variis vid. *Kypkius* ad h. l., est *severus*, qui nullo misericordiæ erga alios sensu ducitur, qui severe pecuniam servo oblatam repetit. θερίζων—διεσκόρπισας] formulæ proverbiales, quæ depingunt hominem alieni appetentem et lucri cupidum. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 821. ed. *Fischer*. ὅθεν pro ὅπου, *ubi*. διασκορπίζειν, *ventilare, vannare*, Hebr. זרה. vid. *Fischerus* in Proluss. de vit. Lexx. p. 31 s. 33 sqq.—(25.) καὶ φοβηθεὶς] *non sustinui negotiari*, metuens, ne, si perdidissem pecuniam, tu severe eam a me repetiisses, mihique omne peculium meum eripuisses. ἴδε ἔχεις τὸ σὸν] *en, habes quod tuum est*, formula, ut recte ad

Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις, ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα,
καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα· Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ 27
ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην
ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, 28
καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. (Τῷ γὰρ ἔχοντι 29
παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχον-
τος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.) Καὶ τὸν ἀχρεῖον 30
δοῦλον ¹ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ
κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

30. ~ἐκβάλετε.

h. l. monuit *Grotius*, nihil ultra se debere profitentis, ut xx. 14. ἆρον τὸ σόν.

(26—30). πονηρὲ καὶ ὀκνηρὲ] *male serve et piger*. ὄκνος, *pigritia*, Phavor. ὄκνος ἐστι φυγὴ πόνων unde ὀκνηρὸς, *piger*, עָצֵל, Prov. vi. 6. 9. xxvi. 13. Rom. xii. 11. — (27.) ἔδει — τραπεζίταις] *oportebat igitur te pecuniam meam apud mensarios in fœnore posuisse*. τραπεζῖται, *nummularii*, qui non solum ab aliis accipiunt pecuniam mutuo, ita, ut certo cum lucro restituant, interim majus fœnus ab aliis exigentes, sed etiam nummos cum lucro permutant. vid. ad xxi. 12. *Salmasius* de fœn. trapezit. p. 562 ss. de usuris p. 632. βαλεῖν id. qd. θεῖναι l. διδόναι, quod posterius legitur Luc. xix. 23. etiam נָתַן sic occurrit, ut sit *elocare*, Levit. xxv. 37. Ezech. xviii. 8. ἐλθὼν — τόκῳ] *reversus, recepissem pecuniam meam cum fœnore*. κομίζεσθαι, לָקַח, Gen. xxxviii. 20. Hos. ii. 11. Hebr. xi. 19. vid. et *Kypkius* ad h. l. Verba v. 28. *adimite ei talentum, et date ei, qui decem habet*, ad exornationem parabolæ faciunt, cum v. 21. et 23. præcesserit: ἐπὶ ὀλίγα — καταστήσω. — (29) τῷ γὰρ ἔχοντι κ. τ. λ.] locutio proverbialis v. xiii. 12. cujus sensus h. l. est: qui bonis datis, beneficiis acceptis, non recte utitur, ei etiam hæc adimuntur, miseriam sibi contrahit; qui recte utitur, ei plura dantur, ornatur præmiis. Nec in proverbiis omnia ad latum unguem sunt resecanda. δοθήσεται καὶ περισσευθήσεται pro περισσῶς δοθήσεται, *abunde dabitur*. vid. Luc. vi. 48. — (30.) ἀχρεῖος δοῦλος, *nequam et cessator*, id. qd. ἀργὸς, ὀκνηρὸς, ut Tob. iv. 13. ἐκεῖ ἔσται κ. τ. λ. vid. not. ad viii. 12.

(31.) In constituendo sectionis ultimæ hujus capitis argumento interpretes variant. Ac plurimi quidem eam agere censent, de judicio extremo in homines omnes a Jesu habendo. Alii vero, ut *Grotius, Curcellæus, Gillius, Rosenhahnius* (in diss. de discrimine φιλαδελφίας et φιλανθρωπίας ad illustrandam pericopam Evangel. Matth. xxv. 31 sq. Viteberg. 1789. 8.) h. l. sermonem esse statuunt de judicio in christianos tantum habendo, et per πάντα τὰ ἔθνη intelligunt omnes, qui in omnibus civitatibus Christi nomen professi sunt. Quam contorta hæc sit interpretatio, quam parum universo loci consilio respondeat, non eget longa demonstratione, et vel ex iis, quæ deinceps notabuntur, satis dilucide apparebit. A vulgari interpretatione loci recessit etiam *Keilius* in diss. de argumento loci Matth. xxv. 31 ss. Lipsiæ 1809. 4. quæ ab ipso auctore in linguam vernaculam translata, inserta est libro, cui titulus: *Analecten für das Studium der exeget. u. systemat. Theologie, herausg. von D. Keil u. D. Tzschirner*, St. 3. Leipz. 1813. p. 177 sqq. Contendit nimirum, Jesum loqui de præmiis ac pœnis hominum a christiana religione alienorum, qui primos religionis suæ doctores et sectatores vel adjuverint, iisque se benevolos exhibuerint, vel impedimenta quævis iis objecerint, eosque omni modo vexarint. Impugnavit *Keilii* sententiam *Wurmius*, singulari libello, qui inscriptus est: Observationes ad judicandam S. R. Keilii sententiam de argumento loci Matth. xxv. 31 — 46. pertinentes. Tubing. 1815. 4. conf. etiam *Bengelius* dissertationis historico-theolog. quid doctrina de animorum immortalitate religioni christ. debeat, ex causæ natura, et ex rebus factis monstrantis Partis VI. sect. I. Tubing. 1815. 4. p. 11 ss. not. 8. et *Schottus* in Commentar. exeget. dogm. in J. C. sermones de reditu ejus p. 194 ss. p. 202 ss. Usus autem est *Keilius* ad sententiam suam defendendam et stabiliendam, argumentis potissimum his: 1) Si judicium in omnes homines habendum Jesus describere voluisset, haud dubie mentionem fecisset diversæ hominum cognitionis, inprimis doctrinæ suæ vel probatæ ab iis, vel improbatæ (v. Luc. xii. 47 ss. Matth. vii. 22, 23. xii. 36 sq. xiii. 41, 49. Joh. v. 29. Marc. xvi. 16. Joh. iii. 18, 36. xii. 48. quibus in locis de judicio in omnes homines habendo sermo est), nec in exponendis proborum recte factis externa tantum liberalitatis et beneficentiæ documenta prædicasset, neglecta omni reliquo-

31 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ

rum officiorum ab iis servatorum prædicatione; nec in reprehendendis improborum male factis omni reliquarum legum divinarum violatione prætermissa, unice memorasset officiorum humanitatis violationem. Quodsi vel maxime contra moneatur, unius recte vel male facti mentione injicienda, reliqua non excludi, et amoris vel habiti, vel neglecti documenta, cum ad primarium hominum omnium, et christianorum inprimis officium spectent, exempli tantum caussa commemorata fuisse, tamen consiliorum saltem alia fuisset ratio ineunda, a quibus documenta illa profecta fuerint, cum ex horum vel honestate, vel turpitudine, virtus unice æstimetur. 2) ἀδελφοὶ τοῦ Χριστοῦ, quorum v. 40. mentio facta est, sunt omnino christiani (Rom. viii. 29.), quod intelligitur ex epitheto τῶν ἐλαχίστων, quo, ut alibi vocabulo τῶν μικρῶν, quod ejus loco plerumque ponitur, constanter significantur discipuli et sectatores Jesu universi v. Matth. x. 42. Marc. ix. 41 sq. Luc. xvii. 1, 2. ita dicti, vel quoniam Hebraico קטנים eo sensu respondet, quo de discipulis et ministris dicitur (v. nos ad x. 42. xviii. 5.), vel quod discipuli Christi tunc temporis a popularibus suis contemnebantur vid. Matth. xviii. 10, 14. Luc. xii. 32. 3) Interpretationem propositam confirmat locus Matth. x. 40—42. coll. Marc. ix. 41. qui paucis complectitur, quæ nostro loco pluribus exponuntur. In verbo δέχεσθαι, quod ibi adhibitum legitur, non cogitandum est de religionis susceptione, sed significantur eo beneficia doctori christiano vel alii religionis hujus sectatori exhibita.

Mihi quidem vulgaris sententia, ex qua defenditur, esse h. l. sermonem de Christo, homines omnes ad solenne judicium vocaturo, etiamnum pluribus de caussis præferenda videtur. 1) Interrogarant magistrum discipuli de interitu templi et urbis, quocum conjunctum putabant adventum Jesu *judicis*, atque interitum mundi, συντέλειαν τοῦ αἰῶνος vid. Argum. c. xxiv. et not. ad xxiv. 43. Parabolæ, quæ c. xxv. 1 ss. 14 sqq. leguntur, ut ibi ostendimus, agunt de præmiis alterius vitæ, probis et constantibus Christi sectatoribus destinatis, et de pœnis, inconstantibus atque improbis christianis imminentibus; atque his parabolis Jesus sibi viam munierat ad accuratiorem descriptionem judicii extremi, quam hæc sectio (v. 31 ss.) continet. Agere autem hunc locum de judicio in omnes homines habendo, satis aperte docent inprimis verba πάντα τὰ ἔθνη v. 32. quibus omnes homines, christiani et a religione christiana alieni, significantur. a) "Etenim cum Jesus judicium illud accuratius et copiosius describere vellet, non poterat prætermittere judicium de christianis habendum. Cum porro Jesus de reventu suo uberius verba faciens, ut ad c. xxiv. notavimus, variis præconceptis opinionibus discipulorum, quas una cum reliquis Judæis de παρουσίᾳ Messiæ foverent (vid. ad iii. 2.) occurrere voluerit; a consilio ipsius haud alienum erat, opponere sese etiam opinioni Judæorum illi, qua putabant, omnes reliquas gentes, religioni Judæorum non addictas, tempore Messiæ beatitate in ejus regno exspectanda exclusum, et in tartara detrusum iri vid. *Lightfootus* ad Joh. iii. 17. et not. ad Matth. iii. 2. Ne ergo discipuli crederent, eos tantum, qui e Judæis Christi nomen profiterentur, felicitate illa ornatum iri: iis ostendebat, in reventu suo omnium gentium homines congregatum, et quemque, pro meritis, vel in regnum beatorum receptum, vel inde exclusum iri v. Matth. vii. 21. viii. 11. xiii. 40. Joh. v. 28 sq. b) Vocabulum ἔθνη in literis sacris non tantum adhibetur de gentilibus, sed etiam de populo Judaico v. Luc. xxi. 25. (ubi cf. not.) coll. Matt. xxiv. 30. et generatim de populis quibusvis Matt. xx. 25. c) "Si per τὰ ἔθνη significarentur gentes Non-Christianæ: intellectu difficile saltim hoc foret, quod Christus alteri earum parti hac sola de caussa (ut *Keilius* statuit), quod cultores suos humaniter tractaverit, regni cœlestis beatitatem pollicitus, alteri, quæ inhumanitatem admiserit in suos discipulos, hac sola de caussa sempiterna supplicia minatus fuerit. Num enim considerantibus nobis vim regni divini hujusque adipiscendi leges varias, quæ in literis sacris passim sanciuntur, comparantibus universam animi vitæque rationem, a futuris regni cœlestis civibus postulatam Matth. c. v — vii. perpendentibus denique Christi effatum illud, multos olim interrogaturos: κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι πολλὰς δυνάμεις ἐποιήσαμεν, amandatum iri a sedibus beatis, tanquam ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν Matth. vii. 22 ss. num, inquam, credibile possit videri, propter *solius* misericordiæ, ab aliis virtutibus sive δικαιοσύνης generibus sejunctæ, specimina externa, in Christianos edita, Non-Christianos statim esse venturos in sempiternam naturarum præstantissimarum societatem? Cum porro Paulus, qui ante conversionem suam non solum officia erga primi ævi Christianos prætermisit, sed etiam maledixit Domino, sectatores hujus vexavit et contumeliose tractavit, veniam tamen sit nactus, siquidem inscius hæc egit, doctrinæ Christi nondum addictus (1 Tim. i. 13.); abhorreret profecto futuri nostri judicis clementia, si Non-Christianos ob prætermissa tantum erga sui cultores officia

πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου

31. † ἅγιοι.

sempiternarum pœnarum damnaret." *Wurmius* l. c. p. 13 sq. — 2) Cum Jesus ostendere vellet, omnes omnino probitatis studiosos perventuros esse ad felicitatem in altera vita exspectandam, cum amorem aliis præstandum, gentilibus ex lege naturali cognitum, tanquam præcipuum, ut hominum omnium, ita christianorum inprimis officium, sæpius discipulis suis inculcarit, cum exemplo quodam modum judicii exercendi illustrare vellet: commemoravit beneficentiam pro universa δικαιοσύνῃ, cumque alias docuerit, quomodo beneficentia rectæ indolis comparata esse deberet vid. Matth. vi. 3. xix. 27 sqq. Luc. xvii. 10. cum benefici v. 37. dicantur δίκαιοι, non necesse erat, ut consiliorum etiam, a quibus illa amoris documenta profecta fuerint, rationem iniret. Commemoravit præterea etiam beneficentiam, quod hæc maxime ratio, ut *Storrius* monuit Opuscc. Vol. iii. p. 121. inprimis apta esset alendæ constantiæ inter prædietam afflictionem. — 3) Per τοὺς ἀδελφοὺς τοῦ Χριστοῦ intelliguntur pauperes, et vocantur ἀδελφοὶ τοῦ Χριστοῦ, vel, quatenus fuerant probitatis studiosi Matth. xii. 50. vel, quatenus erant ejusdem naturæ, quam Christus assumpserat Hebr. ii. 11, 17. ἐλάχιστος indicat inferioris conditionis hominem, et ex adjuncto, *contemptum* vid. ad xviii. 6. — 4) Locus Matth. x. 40 ss. alius generis est. Verbum δέχεσθαι non simpliciter notat, *excipere, beneficia in aliquem conferre*, sed simul etiam doctrinam Christi audire et probare vid. not. ad x. 40. Promittitur etiam illo Matth. l. c. generatim præmium, μισθὸς, iis, qui doctores christianos suscepturi, eorumque doctrinam probaturi essent, h. l. autem promittitur præmium in altera vita reportandum, beneficentiæ et probitatis studiosis v. 37.

Jesus igitur omnino docet, se ad judicium solenne rediturum, de hominibus cunctis judicaturum, quemque pro meritis vel in regnum beatorum recepturum, vel inde exclusurum esse. Hæc est omissis imaginibus et formulis Judaicis, summa orationis Christi h. l. propositæ. Neque enim omnia in hoc sermone prophetico nimis urgenda esse, et per se intelligitur, et a pluribus jam satis superque monitum est. Quæsiverunt autem interpretes, utrum Judæi Christi ætate viventes munus judicis gentium tribuerint Messiæ, an ad Deum potius has partes detulerint, ut adeo hæc notio, Messiam homines ad solenne judicium vocaturum esse, Christo originem suam debeat? Jovæ ipsi, non Messiæ, judicium eos adscripsisse, demonstrare studuit *Corrodi Krit. Gesch. des Chiliasmus*, Th. i. p. 389 ss. add. *Süskind Magazin für christl. Dogmatik und Moral*, St. 10. p. 96 ss. Alii, ut *Koken*. in Comment. de reditu Messiæ ad judicium gentium p. 28 s. *Flatt*. in Commentatt. theol. a *Velthuseno, Rupertio* et me editis, Vol. ii. p. 450. rem in medio relinquunt, cum, deficientibus clarioribus historiæ documentis, in utramque partem disputari hac de re possit. In prophetarum quidem V. T. locis, quæ huc a Judæis trahi potuisse videntur, ut Dan. vii. 10, 22, 26. Joel. iii. 7, 17. judicium Jovæ ipsi adscribitur, etiam in pluribus locis Rabbinorum Jova judex gentium appellatur, vid. *Schættgenius* ad Matth. xxv. 46. *Eisenmenger entdeckt. Judenthum*, Th. i. p. 950. At satis constat, Judæos notiones de Messia, ejusque regno et institutis, successu temporis exornasse, novisque augmentis locupletasse; et Christi ætate plura hac de re docuisse, quam quæ disertis V. T. dictis comprobare possunt. Quidni ergo etiam communis opinio de judicio Messiæ ætate a Deo instituendo, exornari ita potuerit, ut Deum per Messiam judicium gentium instituturum esse crederent? Etiam resuscitatio mortuorum, quæ in V. T. Deo tribuitur, a Judæis, Christi ætate, Messiæ tribuebatur, ut vel docet locus Joh. xi. 25 ss. ubi, postquam Jesus dixerat Marthæ: *ego sum resurrectionis et vitæ hominum auctor*, hæc respondet: *credo te esse Messiam*: et Rabbinorum quoque libri docent, Messiam in vitam revocaturum esse mortuos, vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Joh. vi. 31. *Schættgenius* Hor. Hebr. T. ii. p. 573. *Eisenmengerus* l. c. Th. ii. p. 897. Jam cum Judæi conjunctum cogitarint judicium extremum cum resuscitatione mortuorum, eos putavisse quoque, Messiam judicem fore, haud improbabile est. Atque hanc ipsam sententiam omnino confirmare videntur plures loci, quos e scriptis Rabbinorum attulit *Schættgenius* Hor. Hebr. T. ii. p. 376. 638 s. 98. Et sicuti Judæi crediderunt, legem a Deo Mosi patefactam esse per angelos (quod quidem angelorum ministerium V. T. ignorat), vid. Hebr. ii. 2. Gal. iii. 139. Act. vii. 53. ita quoque statuere potuerunt, Deum per Christum judicaturum esse homines. Ipse præterea Christus auctore Joh. v. 27. diserte professus est, Deum sibi utpote Messiæ, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστι, judicis munus tradidisse. Denique Matth. viii. 29. dæmoniaci nomine geniorum malorum, a quibus se obsessos putabant, his verbis Christum alloquuntur: ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; ubi vid. not. et compara xxv. 41. atque *Schættgen*. Hor. T. ii. p. 376. Quæ cum ita sint, haud improbabilem esse

32 δόξης αὐτοῦ. Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ

putamus eorum sententiam, qui statuunt, Judæos Christi ætate credidisse Deum per Messiam de gentibus judicaturum esse.

Quod autem ipsam notionem de mortuorum resurrectione et judicio extremo attinet, eam non fuisse opinionem mere Judaicam, antiquiores interpretes defendunt, et recentiorum plurimi, et defendere debent omnes, qui hanc sententiam: Jesum esse Messiam, atque peregisse, et peragere debuisse negotia omnia, quæ Messiæ tribuebantur, censent, ad ipsam ejus doctrinam, atque adeo ad omnes omnium temporum, gentium, locorumque christianos pertinere. vid. *Hammeri* Diss. Mortuorum in vitam revocatio sermonibus Christi historicæ interpretationis ope vindicata, Lips. 1794. 4. add. *Süskind Bemerkungen über die Aussprüche Jesu, in welchen er sich die Auferweckung der Todten, das allgemeine Weltgericht und ein Reich am Ende der Welt zuschreibt*, in ejusd. *Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 10. p. 143 ss. Ab his vero interpretibus dissentiunt plures eorum, qui statuunt, Jesum Dei filium, doctoremque divinum, unice Judæorum caussa, inter quos vixit, Messiam esse descriptum, ejusque nova instituta regni nomine compellata, atque adeo quæ de eo tanquam Messia ejusque regno leguntur, accommodate illis temporibus dicta esse. Hi enim repudiant quoque resurrectionem mortuorum et cum ea conjunctum extremum judicium tanquam opinionem mere Judaicam, contenduntque, Jesum hanc opinionem retinuisse, quod sine detrimento novæ suæ doctrinæ eam rejicere non potuisset; attamen eam, in quantum fieri potuisset, in melius deflexisse, et simul prospexisse, ut sub ea purior aliqua doctrina lateret, quæ sensim aucto rationis humanæ imperio, tanquam ex involucro prodiret; hanc vero puriorem doctrinam et rationis humanæ decretis consentaneam, esse hanc: immortales olim homines erunt (Luc. xx. 36.) homines que pii, qui Christo nomen dederunt (Joh. xvii. 2.), præmiis, improbi, qui doctrinam ipsius repudiaverunt, pœnis afficientur, et statim ut quisque in alteram vitam transierit, vitæ vel beatæ vel miseræ initium erit. Opus, aiunt, fuisse Judæis rudioribus et superstitioni deditis, hujus doctrinæ involucro, eoque magis, cum ne nostra quidem ætate homines in religionis decretis cognoscendis, atque ad virtutem suam adhibendis, omni sensuum ope carere possint; cum etiam nostra ætate cogitatio illa de resurrectione corporum, judicioque extremo, adjunctas habeat imagines ad animum excitandum egregias. Usum ergo Jesum esse pro sapientia sua incredibili, in hac puriore doctrina proponenda, opinionibus et imaginibus Judaicis tanquam involucris, quo majori efficacia loqueretur, nec Judæis omnino eriperetur spes vitæ futuræ, gravissimum fidei Messiæ habendæ incitamentum. Sapienter quoque Apostolos, cum omnem doctrinæ Christi indolem post abitum magistri ex his terris perspexissent, doctrinam puriorem sub imaginibus proposuisse, et ad captum popularium suorum se accommodasse, ita tamen, ut ipsi quoque eorum superstitionibus sese opponerent, doctrinamque ipsam a grassioribus commentis purgarent, et ad veram Christi mentem accederent. Hunc igitur in modum Christi de altera vita disputationes cum rationis humanæ decretis interpretes haud pauci componere student, conceduntque verba Christi populariter esse dicta, ea ratione, qua intelligi tunc debebant. Contra alii nullum plane, quod proprie dici possit, judicium h. l. describi contenderunt, sed locum ad tale quid transferendum statuerunt, quod, post civitatis Judaicæ eversionem, de qua Jesus in antecedentibus locutus fuerit, eventurum sit. Verum in eo definiendo in diversas partes discesserunt. Alii enim, ut *Œrtel* in *Christologie* p. 692. *Des Cotes Schutzschrift für Jesum von Nazareth* p. 392. h. l. sermonem esse judicarunt, vel de christianis eorumque adversariis tum a se secernendis, et illis quidem feliciori sorte beandis, his vero puniendis, vel, ut *C. Chr. Lud. Schmidtius* in *Biblioth. für Kritik u. Exegese d. N. T. herausg. von J. E. Chr. Schmidt u. C. Chr. Lud. Schmidt*, B. 2. St. 5. p. 649. voluit, de agnoscenda saltem a posterioribus diversæ utrorumque sortis justitia et æquitate; alii, cum *Eckermano* (qui tamen sententiam suam diverso modo declaravit v. *Süskindius* l. c. p. 166.) in *Beyträgen* B. 2. St. 2. p. 209 ss. 218 ss. *Handbuch für d. systemat. Studium der christl. Glaubenslehre*, B. 2. p. 581. B. 3. p. 701 ss. sermonem esse censent de invisibili reditu Christi, de ecclesiæ fundatione, latiori religionis Christi propagatione, et triumpho quem illa de Judaismo reportatura sit. Alii denique, ut *Grunerus* Institut. theol. dogm. p. 629. et *Milovius* in *Henckii Magazin für Religionsphilos., Exegese und Kirchengesch.* B. 6. St. 3. p. 548 ss. cogitarunt de Judæis tum in societatem christianorum vel recipiendis, vel ab ea excludendis. Has vero interpretationes omnes perquam contortas, et argumentis idoneis destitutas, adeoque repudiandas esse, affatim ostensum est, ab *Hammero* l. c. *Kokenio* l. c. *Flatto* de notione voc. βασιλεία τῶν οὐρανῶν, in Commentatt. theoll. Vol. ii. p. 421 sqq. *Süskindio* l. c. *Storrio* in *Lehrbuch der Dogmatik* p. 492. et

ἔθνη· καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφο-
ρίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Καὶ στήσει, τὰ μὲν πρό- 33
βατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τότε ἐρεῖ 34
ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ
πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν
ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι 35
φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συν-

*Schotto* in Comment. exeg. dogm. etc. p. 200. ὅταν δὲ ἔλθῃ κ. τ. λ.] *ubi vero venerit Messias summa majestate conspicuus, et omnes genii sancti una cum eo, tunc occupabit thronum suum splendidum.* Imagines desumptæ sunt a pompa et splendore regum Orientis, qui jus dicentes throno magnifico ac sublimi insidebant, ut adeo notio simplex his verbis insit hæc: Messias judex apparebit. Hujus generis imagines etiam non uno in loco librorum V. T. occurrunt, cum Deus tanquam judex hominum populorumque describitur, Ps. ix. 5, 8, 9. Zach. xiv. 5. Ies. vi. 1. lxvi. 1. Dan. vii. 9. add. 1 Thess. iv. 16. Cæterum θρόνος δόξης est Hebr. כִּסֵּא כָבוֹד pro θρόνος ἔνδοξος, *thronus splendidus*, ut xix. 27. πάντες οἱ ἄγγελοι· commemorantur etiam angeli, utpote regis (pro υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου v. 34. legitur vocabulum βασιλεὺς) ministri et comites; Judæi enim existimabant, Deum, quem sibi tanquam regem ipsorum supremum cogitabant, in caussis solennibus, cum singularem suam præsentiam declararet, uti comitatu angelorum, vid. ad xiii. 41. et hanc Judæorum cogitandi ac loquendi consuetudinem Christus h. l. respexit. Voc. ἅγιοι, quod codd. antiquissimi, verss. et patrr. omittunt, haud dubie ex aliis N. T. locis, ubi ἄγγελοι dicuntur ἅγιοι, in h. l. translatum est, recte igitur hoc voc. ex ordine ejecit *Griesbachius*.

(32. 33.) Notio simplex: evidenter satis apparebit illo tempore discrimen proborum improborumque hominum. Pro συναχθήσεται in aliis libris extat συναχθήσονται, quæ lectio suam originem debet librariis, assuetis constructioni suæ ætatis, qua nominibus neutrius generis pluralibus addebantur verba pluralia, vid. *Fischerus* ad Plat. Phædon. xix. 16. ad Æschin. i. 7. 3. *Perizonius* ad Æl. H. V. i. 6. 3. *Segaarius* Obss. ad Luc. p. 24. ἀφοριεῖ αὐτοὺς pro αὐτά· ut sæpius. ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει] *ut pastor separare solet.* Ita quoque Hebræi loquuntur, ut Judd. xiv. 10. ubi יַעֲשׂוּ verti debet: facere solent. *Oves* per metaphoram h. l., ut omnis orationis series docet, dicuntur homines probi, contra vero *hædi*, homines improbi et scelesti. Neque hæc loquendi ratio Christi discipulis insolens et obscura esse poterat. Etenim in libris V. T. populus Israeliticus perquam frequenter cum grege ovium comparatur, et Jesus ipse alio tempore sectatores suos cum ovibus compararat, Joh. x. 7, 15, 26, 27. Improbitatem vero et peccata Hebræi nominare solebant impuritatem, hominesque improbitatis studiosos, impuros et immundos. Hinc Jesus scelestos metaphorice dixit hœdos, haud dubie ob petulantiam et libidinem, vitæque immunditatem.— (33.) καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα κ. τ. λ.] *collocabit oves ad dextram suam, hædos vero ad sinistram.* Apud Hebræos in usu fuisse per dextram manum bona et felicia, per sinistram vero, mala et infausta intelligere, monuit *Schættgen.* in Hor. Hebrr. ad h. l. Virg. Æn. vi. 540 ss. *Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas: Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit; Hac iter Elysium nobis: at læva malorum Exercet pœnas, et ad impia tartara mittit.*

(34.) Jam accuratius exornatur notio illa: στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Sed verba οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου] posita sunt pro εὐλογ. ὑπὸ τοῦ πατρὸς vel τῷ πατρί μου. Ita quoque Hebræi uti solent formula בְּרוּכֵי יְהוָֹה, quam Alexandrini interpp. omisso Hebraismo Ies. lxv. 23. Gen. xxvi. 29. expresserunt εὐλογημένοι ὑπὸ κυρίου. Ipsa autem hæc verba nostra explicari debent: *a patre meo felicitate ornandi, beneficiis afficiendi*, vid. *Glassii* Philol. S. i. 30. 1. p. 73. *Dath. Vorstius* de Hebraism. p. 404 s. Verbum εὐλογεῖν cum h. l. de Deo relate ad homines usurpetur, notat, *beneficiis afficere*, ut Eph. i. 3. Act. iii. 26. Gen. xii. 2. et hanc verbi potestatem sequentia verba confirmant. κληρονομήσατε — ἀπὸ καταβολῆς κόσμου] *occupate jam regnum vobis*, utpote probitatis studiosis, *inde a primordiis mundi paratum.* ἑτοιμάζειν *parare, destinare* הֵכִין, 1 Paral. xv. 1. add. Gen. xxiv. 14. Tob. vi. 17. de Tobiæ uxore: ὅτι σοι αὕτη ἡτοιμασμένη ἦν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος. Verbum κληρονομεῖν h. l. simpliciter notat, *obtinere, occupare*, et κληρονομεῖν βασιλείαν prop. est, *regem fieri*, ut παραλαμβάνεσθαι βασιλείαν 2 Macc. x. 11. Hebr. xii. 28. Sed h. l. per τὴν βασιλείαν, ut centies, significatur felicitas christianorum in altera vita exspectanda, felicitas perpetua, summa, quæ Hebr. l. c. vocatur βασιλεία ἀσάλευτος.

36 ηγάγετέ με· Γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ
ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.
37 Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες· Κύριε, πότε
σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐπο-
38 τίσαμεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ
39 γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν
40 φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς,
ἐρεῖ αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων
41 τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Τότε ἐρεῖ
καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων· Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι

(35. 36.) Jam vero demonstrat Christus, eos tantum, qui pietatis et probitatis his in terris studiosi fuissent, felicitatis illius participes fore. Quam quidem in rem, ut jam supra monuimus, commemorat amorem erga alios et beneficentiam, pro reliquis virtutibus cunctis, eamque per partes ita describit, ut singula beneficiorum genera afferat. γὰρ h. l. redundat. ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με] *peregrinus eram, et vos me recepistis.* ξένος etiam h. l. indicat *peregrinum*, quæ est propria et satis nota hujus vocabuli significatio, neque necesse est, ut cum interpretibus quibusdam, *Moschio*, aliisque, per ξένον intelligamus *exulem*, quæ vocis notio nullo idoneo scriptoris loco comprobari potest, nam et 3 ep. Joh. v. 5. ad quem locum provocare solent, ξένος christianum peregrinantem indicat. vid. ad h. l. *Michaëlis.* Magnum autem erat apud vett., etiam Judæos pietatis officium, peregrinos hospitio excipere, cum nondum publica diversoria essent; unde et hospitalitatis studium non uno in loco librorum N. T. commendatur. *Jalkut Ruben* fol. 42. 2. *quicunque hospitalitatem exercet, illius est paradisus.* cf. *Wetstenius* et *Schættgenius* ad h. l. συνάγειν h. l. est *hospitio excipere*, et subintelligi debet εἰς τὸν οἶκον, vel εἰς τὴν οἰκίαν, quæ plenæ formulæ leguntur 2 Sam. xi. 27. Judd. xix. 18. ubi in textu Hebraico extat verbum אסף.—(36.) γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με] *nudus eram, et vos mihi suppeditastis vestes.* γυμνὸς, ut Lat. *nudus*, et Hebr. עָרוֹם adhibetur de eo quoque, qui est *male vestitus*, Act. xix. 16. Job. xxii. 6. Ies. 58. 7. etiam de eo, qui veste exteriore destitutus est, (Joh. xxi. 7.) 1 Sam. xix. 24. h. l. priori significatu capiendum videtur. Seneca de Benef. v. 5. *qui male vestitum et pannosum vidit, nudum se vidisse dicit.* ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με] *cum ægrotus essem, mei curam habuistis.* Verbum ἐπισκέπτεσθαι respondet Hebr. פקד et prop. notat, *intentis oculis adspicere*, Ies. xxvi. 16. hinc *observare* Ps. xvii. 3. etiam *visitare aliquem* 1 Sam. xiv. 17. Act. vii. 23. deinde vero dicitur de iis, qui aliquem ita visitant, ut ei operam ferant, ejus inopiæ et egestati succurrant, omninoque eum beneficiis ornent, Ruth. i. 6. οἱ ό. Job. ii. 11. Sir. vii. 35. unde et Phavorinus: ἐπισκέπτομαι· τὸ προμηθεύομαι καὶ κήδομαί τινος. Hoc quidem sensu etiam nostro loco verbum ἐπισκέπτομαι legitur, ut et 39, 43, 44. Ita quoque ἐπισκοπεῖν haud raro notat *ægrotos visere*, et idem quoque est quod θεραπεύειν. vid. *Carpzovii* Exercitt. in ep. ad Hebr. p. 596. Præterea Hebræi quoque ægrotorum visitationem in maxima religionis parte habebant, ut demonstrarunt *Wolfius*, *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με] *captivus eram, et ad me venistis*, sed verba ἤλθετε πρός με majus quid involvunt, mei curam habuistis, me solatio recreastis.

(37—40.) Quæ h. l. leguntur, ea allata sunt, ut luculenter satis appareret hujus virtutis, beneficentiæ ac liberalitatis pretium, gravitas atque præstantia. —(40.) ἐφ' ὅσον] *quatenus*, ut Rom. xi. 13. ἐποιήσατε — τῶν ἐλαχίστων] *vel unum horum fratrum meorum infimorum et contemptorum his beneficiis ornastis*, eatenus in me ipsum hæc beneficia contulistis. Verbum ποιεῖν, ut vel contextus docet, h. l. bono sensu positum est, quo eodem sensu haud raro capitur verbum עָשָׂה, ut Prov. iii. 27. ubi οἱ ό. illud interpretantur per βοηθεῖν, et ποιεῖν Marc. vii. 12. explanatur per τιμᾷν Matth. xv. 7. ἐλάχιστος vid. not. supra ad v. 31. ἐμοὶ ἐποιήσατε] *mihi fecisse censemini.* Similis locus Prov. xix. 17. ubi de eo, qui aliorum inopiæ et egestati succurrit, legitur formula מַלְוֵה יְהוָה, οἱ ό. δανείζει Θεῷ, Deo mutuum dare censetur.

(41—46.) οἱ ἐξ εὐωνύμων iidem sunt, qui supra v. 33. τὰ ἐρίφια nominabantur, facinorosi et inhumani. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι] *discedite a me miseri*: vii. 22. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Sed οἱ κατηραμένοι sunt *pœna afficiendi, miseri*, quibus opponuntur v. 34. οἱ

εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς
ἀγγέλοις αὐτοῦ· Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι 42
φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· Ξένος ἤμην, καὶ 43
οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς
καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. Τότε ἀποκριθή- 44
σονται †αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες· Κύριε, πότε σε εἴδομεν
πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλα-
κῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, 45
λέγων· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ᾽ ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων
τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. Καὶ ἀπελεύσονται 46
οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

ΚΕΦ. κϛʹ.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους
τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο 2
ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδί-
δοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.

44. † αὐτῷ.

εὐλογημένοι τοῦ πατρός. Formula πῦρ τὸ αἰώνιον est imago pœnæ et miseriæ maximæ: vii. 13. ad significandas pœnas post mortem futuras adhibetur voc. ἀπώλεια, cui v. 14. opponitur ζωὴ, et h. l. v. 46. pro eo legitur κόλασις h. e. supplicium, pœna 2 Macc. iv. 38. Æl. H. V. xiii. 2. cui opponitur v. 46. ζωὴ, et v. 34. βασιλεία. Cæterum Pharisæi quoque et Esseni existimabant, improbos ἀΐδιον τιμωρίαν, τιμωρίας ἀδιαλείπτους, *pœnas perpetuas* exspectare. vid. Joseph. B. I. ii. 8, 11, 14. Ant. xvi. 1, 3. *Tanchuma* fol. 54. 2. ad Ps. xxxvi. 7. Justitia tua sicut montes domini: *Quomodo* comparati sunt illi montes? *Resp. non habent finem: et sic quoque retributio mercedis justorum futuro tempore non habebit finem.* Judicia tua sunt abyssus magna. *Quomodo comparata est illa abyssus? Resp. nemo potest illam perscrutari: et sic quoque pœnas impiorum futuro tempore nemo perscrutari potest.* Pro τὸ ἡτοιμασμένον alii libri legunt: ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατήρ μου· vid. *Griesbachius* ad h. l. quæ tamen lectio glossema redolet.—(44.) καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι] *nec tui rationem habuimus?* διακονεῖν h. l. *beneficiis aliquem afficere, inservire alicujus commodis*, quocunque demum modo id fiat, ut xx. 28. Philem. xiii. respondet h. l. verbo ἐπισκέπτεσθαι v. 43.

## CAP. XXVI.

(1. 2.) Duo priores hujus cap. versus cum iis, quæ præcesserunt, cohærent. Ea enim quæ h. l. v. 1, 2. leguntur, dixit Jesus finitis superioribus sermonibus, die Martis. Diem Mercurii Bethaniæ transegit, die Jovis autem post meridiem Hierosolymam reversus est, ut ibi cum discipulis Pascha celebraret, vid. not. ad xxi. 18. xxvi. 17. καὶ ἐγένετο ὅτε — λόγους τούτους] *absolutis omnibus his sermonibus*: c. xxi. 23 — 26, 46. καὶ ἐγένετο ὅτε pro καὶ ὅτε. — (2.) Vocabulum πάσχα est origine Hebraicum, פֶּסַח Exod. xii. 11. et prop. notat *transitum, transgressum*, a פָּסַח, *transiit, pepercit, liberavit* v. *Gesenii Hebr. Wörterbuch* h. v. *Ruperti des heil. Abendmahls ursprüngliche, bedeutsame und würdige Feier* p. 10. unde Symmach. Ex. l. c. פסח vertit ὑπέρβασις· et Joseph. Ant. ii. 14. 6. usus est voc. ὑπερβασία· deinde πάσχα, פסח, dicebatur *agnus paschalis*, quotannis a Judæis die XIV. mensis Nisan, post occasum solis, cum ergo jam esset dies XV. mensis Nisan, comedendus, vid. Exod. xii. 6. Num. ix. 5. agnus paschalis hoc nomine insigniebatur, quia cruor ejus, quo imbuti erant postes forium domuum Israelitarum ex Ægypto migraturorum, defendebat ab iis cædem, ita, ut angelus mortis, Ægyptiorum primogenitos percutiens, Israelitarum domos præteriret, vid. interpp. ad Ex. l. c. denique πάσχα, פסח, nominabatur etiam ut h. l. *ipsum Paschatos festum*, quod septem diebus (vid. ad v. 17.), quibus Judæi vesci debebant panibus infermentatis, vid. Deut. xvi. 6. Exod. xii. 18. absolvebatur, unde et festum ipsum vocabatur τὰ ἄζυμα v. 17. ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων Luc. xxii. 1. γίνεται vim habet futuri γενήσεται, *nostis post biduum Pas-*

3 Τότε συνήχθησαν οἱ Ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ
Πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ Ἀρχιερέως τοῦ λεγο-
4 μένου Καϊάφα. Καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν ¹κρατή-
5 σωσι δόλῳ, καὶ ἀποκτείνωσιν. Ἔλεγον δέ· Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ,
ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.
6 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ

4. ∾ δόλῳ κρατήσωσι.

*cha celebrari*, etenim *γίνεσθαι* positum est pro *ἄγεσθαι*, *agitari*, *celebrari*, atque respondet Hebr. הֵעָשָׂה 2 Regg. xxxii. 22. ubi Alex. οὐκ ἐγενήθη τὸ πάσχα τοῦτο.

(3.) τότε] id. qd. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, xiv. 1. *circa illud tempus*; nempe ultima hebdomade, in qua Pascha celebratum est. coll. v. 16. συνήχθησαν—λαοῦ] *convenerant sacerdotum principes, legisperiti et primores populi.* Continent hæc verba periphrasin synedrii: vid. ad ii. 4. Verba καὶ οἱ γραμματεῖς omissa sunt in codd. nonnull., fortassis e locis parall. Luc. et Marc. illata sunt; sed fieri etiam potest, ut librarii ea præterierint, quoniam præcedens incisum eadem syllaba definit, et sequens ab eadem incipit. εἰς τὴν αὐλὴν—Καϊάφα] *in palatio pontificis maximi, qui dicebatur Caiaphas.* αὐλὴ prop. dicitur *omnis locus subdialis*, qui a ventis perflatur. Phavorinus: ὁ περιτετειχισμένος καὶ ὕπαιθρος τόπος· add. Eustath. ad Hom. Odys. γ. p. 1483. hinc *atrium*, Hebr. חָצֵר, Joh. xviii. 15. *Faber Archæologie der Hebr.* p. 408 sq. deinde etiam per synecdochen *palatium ipsum*, ut h. l. Luc. xi. 21. coll. Matth. xxi. 29. Vocabulum ἀρχιερεὺς, cum de Caiapha sermo sit, sumitur sensu strictiori, *pontifex maximus*, ut ap. Joh. xi. 49. xviii. 13. qui addit: τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, quia vix unquam magis ambulatoria fuit pontificatus dignitas, quam illo ipso tempore, ut e Josepho patet. Caiaphas dictus etiam fuit Ἰώσηπος, Joseph. Ant. xviii. 4. 3. Vitellius καὶ τὸν ἀρχιερέα Ἰώσηπον, Καϊάφαν ἐπικαλούμενον, ἀπαλλάξας τῆς ἱερωσύνης, Ἰωνάθην καθίστησιν, Ἀνάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱόν. Cæterum verbum λέγεσθαι idem est quod ὀνομάζεσθαι, cum et Hebræi dixerint אמר pro קרא, ut Hos. ii. 1. vid. *Albertius* ad h. l.

(4.5.) *Deliberabant de Jesu per insidias comprehendendo et interficiendo.* συμβουλεύεσθαι] Hebr. נוֹעַץ, *deliberare*, 1 Regg. xii. 8. id. qd. συμβούλιον λαμβάνειν Matth. xxii. 15. δόλῳ, *dolose, per insidias*, l. clam, בַּסֵּתֶר Deut. xxvii. 24. (ubi Alex. habent δόλῳ); interdiu enim Jesus docebat in templo, ibi vero eum capere, et palam in eum manus violentas injicere nolebant, metu seditionis, cum omnis populus ab ejus ore penderet, Luc. xxii. 2. Matth. xxi. 46. noctes autem transigebat Bethaniæ, aliisque in villis prope urbem, in vicinia montis olivarum Luc. xxi. 37. et locus, ubi commorabatur, nonnisi discipulis atque amicis ipsius notus erat. καὶ ἀποκτείνωσιν] suspicantur interpp. nonnulli, synedros voluisse Jesum etiam clam interficere. Certe Evangelistæ nihil hac de re monent, et δόλῳ h. l. ut Marc. xiv. 1. referendum est ad verbum κρατήσωσι.—(5.) Ad verba μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ] subintelligi debet vel κρατήσωμεν αὐτὸν καὶ ἀποκτείνωμεν. Synedri, cum iis postea Judas Jesum prodidisset, consilium hoc mutarunt, et per procuratorem Romanum, Jesum necandum decreverunt, vid. ad v. 66. μὴ θόρυβος κ. τ. λ.] confluebat enim tempore festi Paschalis ex omnibus locis ingens Judæorum multitudo in urbem, quæ non raro turbas movere solebat. vid. Joseph. Ant. xx. 5. 3. Cæterum per τὴν ἑορτὴν omnes septem festi paschalis dies h. l. intelligendos esse, in promptu est.

(6.) Johannem xii. 1 sqq. eandem cum Matthæo et Marco xiv. 3. referre historiam, diversam ab ea, quæ Luc. vii. 36 sqq. legitur, e contextuum circumstantiis, omnique orationis serie, facile apparere arbitror, et tales levioris momenti diversitates, quales in narrationibus Matthæi atque Johannis, quod Christi unctionem attinet, deprehenduntur, quæ tamen facili negotio possunt removeri, habent Evangelistæ communes cum aliis scriptoribus historicis, de eadem re agentibus. Maximam difficultatem interpretibus peperit ordo temporis, quem in enarranda hac historia Matthæus et Johannes secuti sunt. Scilicet Johannes hæc evenisse ait πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, ergo antequam Christus solenniter urbem introiret. Matthæo vero et Marco auctoribus, unctio Christi peracta est post solennem introitum Christi in urbem, die Mercurii, mensis Nisan die XIII. Jam etsi quod Chronologiam attinet, in scriptis Evangelistarum nihil certi definiri potest, cum ejus sæpissime nullam rationem habuerint, adeoque certo constitui non possit, utrum Johannes an Matthæus rem ordine temporis retulerit; tamen, cum aliunde satis constet, Matthæum in commentariis suis sæpiuscule rerum potius, quam temporis rationem habuisse; cum Matthæus ipse non accuratius constituerit tempus, sed formula non definitum tempus indicante,

λεπροῦ, Προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα 7
βαρυτίμου, καὶ κατέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀνακειμένου.
Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες· Εἰς 8

τοῦ δὲ Ἰησοῦ γινομένου ἐν Βηθανίᾳ] v. 6. usus sit; cum Johannes l. c. rem copiosius et diligentius enarrarit; cum omnino ex omni orationis forma apud Matthæum perspiciatur, eum properasse ad describendam Judæ proditionem et ultima magistri fata exponenda; cum Matthæus inprimis tum, cum ad aliud argumentum properat, breviter et concise scribere, variasque circumstantias omittere, nec ordinem temporis servare soleat, vid. ad iv. 23. et Argum. c. xxiv. extr.: arbitror, quod ordinem temporis attinet, Johannem audiendum esse, atque Matthæum h. l. quæ enarrare omiserat, supplevisse, et adjecisse, ut appareret, quid Judam ad nefandum facinus cummaxime impulerit, nempe avaritiam. ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ] *in domo Simonis, qui olim fuerat leprosus.* Simon lepra, fortassis a Jesu ipso, liberatus, (apud leprosum enim non cœnasset Jesus, nec ille leprosus quemquam apud se excipere potuisset, sed extra domum suam versari debuisset), vocatur λεπρὸς eodem modo et sensu, quo Lazarus Joh. xii. 1. ὁ τεθνηκὼς, Matthæus ὁ τελώνης Matth. x. 3. ubi v. not. quo claudi ambulare, cœci videre, surdi audire dicuntur Matth. xi. 5. Johannes hujus Simonis nullam mentionem fecit, sed refert tantum, in cœna illa fuisse inter accumbentes Lazarum, et Martham ministrasse. Neque tamen exinde necessario consequitur, in ædibus Lazari cœnam fuisse peractam. Potuit in Simonis ædibus Martha ministrare, et Lazarus e numero convivarum esse, et fortassis, ut jam *Grotius* suspicatus est, Simon ille e propinquis Lazari fuit. Johannes cœnam in Simonis ædibus peractam esse, ut rem levioris momenti silentio præteribat, eique Lazarum nominasse sufficiebat. Alii opinati sunt, Lazarum in ædibus Simonis habitasse; alii, Martham fuisse Simonis viduam.

(7.) προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ] *accessit ad eum fœmina quædam,* nempe Maria, Lazari soror, coll. Joh. xii. 3. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου] *cum alabastro unguenti pretiosi pleno.* Ἀλάβαστρον dicebatur *vasculum, in quo unguenta servabantur ex lapide alabastrite sive onyche* h. e. marmoris genere, colorem unguis humani referente, alabastri appellatione frequentato (Horat. Od. iv. 12. 17. *nardi parvus onyx eliciet cadum:* ubi vid. *Mitscherlich,* et nos ad Propert. ii. 13. 30. Plin. H. N. xxxvi. 8. *hunc* [onycha] *aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cavant ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur.* Etymol. M. ἀλάβαστρον, καὶ ἀλάβαστρος, λήκυθος λιθίνη, πρὸς μύρων ἀπόθεσιν·) *vel ex alia materia, lapide, vitro, auro, etc. confectum* (Theocrit. Idyl. xv. 114. Συρίῳ μύρῳ χρύσει ἀλάβαστρα· ubi schol. ἀλάβαστρα· σκεύη μύρων δεκτικά· Etymol. M. ἀλάβαστρον, σκεῦός τι ἐξ ὑάλου, ἢ μυροθήκη. Suidas: ἀλάβαστρον· ἄγγος μύρου·) *quod carebat ansis* (Suidas: ἀλάβαστρον· ἄγγος μύρου, μὴ ἔχον λαβάς· vid. *Perizonius* ad Æl. H. V. xii. 18.) *et plerumque a longo, angustiore, et obsignato ore, in orbem ampliorem definebat,* vid. Plin. H. N. ix. 56. *Albertius* ad h. l. *Hemsterhusius* ad Polluc. x. 121. et interpp. ad Callim. h. in Lavacr. Pallad. 13. *Suicerus* in Thes. *Casaubon.* Exercitt. Antibar. xiv. 16. *Salmasius* de Hellen. p. 48, 53. Sed ἀλάβαστρον μύρου est, *vasculum unguenti plenum,* ut ποτήριον τοῦ οἴνου in vers. Alex. Jer. xxv. 15. βαρύτιμος, *pretiosus:* Marc. xiv. 3. πολυτελής· Joh. xii. 3. πολύτιμος· Hebr. יקר quod Alex. Prov. i. 13. vertunt πολυτελής· sed Aq. et Symmach. τίμιος. E Marci et Joh. locc. parall. unguentum nardinum fuisse discimus, quod veteribus pretiosissimum habitum, vid. interpp. ad Horat. Carm. ii. 11. 16. Epod. xiii. 9. *Spanhemius* ad Callim. h. in Apoll. 33. quo præeunte *Heynius* ad Tibull. ii. 2. 7. monet: *purum nardum* fuisse tenue et simplex oleum nardinum, factum ex uno genere odorum, contra *unguentum* fuisse crassum ac mixtum e variis odoribus. καὶ κατέχεεν κ. τ. λ.] *et perfudit caput accumbentis.* Apud veteres, etiam Orientales, in usu erat, ut in conviviis lautioribus, convivatores convivarum capita, honoris caussa, unguentis perfunderent vel ungerent. Martial. iii. 12. 4. *qui non cœnat et ungitur, Fabulle, hic vere mihi mortuus videtur.* add. Horat. Carm. ii. 11. 16. Ps. xxiii. 5. Luc. vii. 46. Matth. vi. 17. Maria igitur honoris et reverentiæ, et grati animi caussa Joh. xi. 19. xii. 1. unguento præstantissimo caput Jesu perfundebat.

(8. 9.) ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ — αὕτη;] *videntes hoc discipuli, indignati, quo spectat, inquiunt, hæc inutilis et temeraria unguenti jactura?* Quod h. l. Matthæus de discipulis omnibus refert, id Joh. xii. 4 s. Judæ proditori tribuit. Itaque aut etiam h. l. Matthæus pluribus tribuit, quod uni tantum competebat, vid. Argum. c. xvii. et not. ad xvii. 10. aut quod de omnibus dictum est, de nonnullis tantum intelligi debet, ita ut statuatur, nonnisi Judam indignationem suam voce ostendisse, et exprobrasse Mariæ

9 τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο ¹τὸ μύρον πρα-
10 θῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι ‖πτωχοῖς. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς,
εἶπεν αὐτοῖς· Τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; ἔργον γὰρ
11 καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ. Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε
12 μεθ' ἑαυτῶν· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Βαλοῦσα γὰρ αὕτη
τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με
13 ἐποίησεν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέ-

9. † τὸ μύρον. ‖ ↑ τοῖς.

temeritatem, quod tantam unguenti pretiosissimi copiam frustra profudisset, fontemque indignationis ipsius fuisse sordidam lucri cupiditatem, cum pecuniarum partem auferre, sibique reservare soleret, vid. Joh. xii. 6. e reliquis vero Apostolis plures indignationem tacitam continuisse, et imprudentius Judæ annuisse, curamque pauperum indignationis horum discipulorum veram caussam fuisse. Confirmat hanc rationem Marcus xiv. 4. ἦσαν δέ τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς h. e. *secum*. εἰς τί] scl. γέγονε, quod additum legitur Marc. xiv. 4. ἀπώλεια, *jactura, prodigalitas*, Hebr. הַשְׁחִית, Gen. xviii. 28. Prov. vi. 32. ut מַשְׁחִית *prodigus* Prov. xviii. 9. xxviii. 24.—(9.) ἠδύνατο—πολλοῦ] *poterat hoc unguentum magno pretio vendi:* subintell. ἀργυρίου et ἀντί. Apud Marc. xiv. 5. legitur, ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, *pluris trecentis denariis*, add. Joh. xii. 5. τὸ μύρον plures codd. et verss. omittunt, et ex ordine ejecit *Griesbachius*, cui hoc vocabulum claritatis caussa adjectum fuisse videtur e v. 12. vel e Joh. xii. 5. potuit vero etiam deletum esse a Grammaticis, quoniam Marc. xiv. 5. deest, sed ibi v. 4. præcessit τοῦ μύρου, quod h. l. secus est. Pro πτωχοῖς *Griesbachius* edidit τοῖς πτωχοῖς· sed in Commentario critico ipse professus est sibi articulum suspectum videri. Recte. Articulus haud dubie insertus est a Grammaticis e Marc. xiv. 5. et quoniam v. 11. sequitur τοὺς πτωχοὺς, sed v. 11. articulus habet vim ἀποδεικτικὴν, etiam Joh. xii. 5. simpliciter legitur ἐδόθη πτωχοῖς.

(10—12.) *At Jesus, hoc audiens, quare, inquit, negotium facessitis mulieri?* τί id. qd. διατί; Joh. xii. 5. ut מה poni solet pro לָמָּה, vid. *Noldius* Concord. voc. מה n. 8. κόπους παρέχειν, *molestum alicui esse*, qua voce etiam Aristot. usus est, vid. *Kypkius* ad h. l. Hebr. הֶלְאוֹת, quod Alex. Ies. vii. 13. vertunt ἀγῶνα παρέχειν· id. qd. παρέχειν πόνον Sir. xxix. 4. ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ] *præclarum mihi officium præstitit.* ἔργον καλὸν, facinus, quod non tam reprehendi, quam potius laudari meretur, cum promanarit ex animo grato, amoris et reverentiæ erga me pleno. εἰς ἐμὲ id. qd. ἐν ἐμοὶ, ut dicitur ποιεῖν ἔν τινι et ποιεῖν τινι xvii. 12. Marc. ix. 13. coll. 2 Regg. xxiii. 19. עָשָׂה לָהֶם, ubi οἱ ο'· καὶ ἐποίησεν ἐν αὐτοῖς.—(11.) ἔχετε] hoc in v. vim habet futuri ἕξετε· atque ostendit Jesus verbis ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε, se brevi moriturum esse.—(12.) βαλοῦσα—σωματός μου] *dum enim corpus meum unguento perfudit;* de qua verbi βάλλειν significatione vid. ad ix. 17. πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν] *ut me ad sepulturam præpararet fecisse censenda est*, s. perinde est ac si hac pollinctura corpus meum ad sepulturam præparasset, vid. x. 40. xxv. 35. coll. 40. Hunc enim in modum hæc verba interpretanda esse, res ipsa docet, et probe viderunt *Heinsius* atque *Grotius*, qui ad h. l. notarunt, Jesum in hanc partem mulieris facinus interpretatum esse. Quis enim cum *Moschio Leidensgesch.* p. 32. et *Storrio* Diss. exeget. in locos libror. histor. N. T. aliquot, P. 3. p. 7. sibi persuadere poterit, Mariam ipsam credidisse, Jesum brevi moriturum esse, quod ne Apostoli quidem credebant, eamque Jesum *vivum*, tanquam mortuum unxisse, quod audisset, eum tertio die in vitam rediturum esse? Cæterum his ipsis verbis Jesus accuratius explicuit verba, quibus antea usus fuerat ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε. Ἐντάφια dicuntur *omnia quæ ad sepulturam pertinent, omnis generis ornamenta cadaveris efferendi et sepeliendi*, tanquam vestes splendidæ, coronæ, flores, Charit. i. 6. lavacra, inferiæ s. libamina, quæ ad sepulcrum effundebantur, Soph. Electr. 327. coll. 407. 435. Eurip. Helen. 1419. v. *Perizonius* ad Æl. H. V. i. 16. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 412. T. i. *Dorvillius* ad Charit. p. 421. *Cuperus* Obss. ii. 9. *Elsnerus* ad h. l. et *Kypkius* ad Marc. xiv. 8. hinc ἐνταφιάζειν de omni ad sepulturam præparatione, de omni cura quæ adhibetur in cadavere lavando, ornando, pollingendo, condiendo ponitur, ita, ut omnino notet: *corpus ad funus componere, ad sepulturam præparare*, sæpius tamen certam hujus præparationis partem indicat, v. c. ut sit *condire aromatibus*, Hebr. חָנַט Gen. l. 2. vbi LXX. ἐνταφιάζειν· et sic h. l. notat: *ungendo corpus sepulturæ præparare.*

λιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν
αὕτη, εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.
Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκα- 14
ριώτης, πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς, Εἶπε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, 15
κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα
ἀργύρια. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα αὐτὸν παραδῷ. 16

(13.) Mulieris facinus indicium animi pii et grati, non vituperandum, sed laudandum esse, repetit Jesus, ita, ut præsagiens addat: *quocunque demum fama mortis et sepulturæ meæ pervenerit, ibi etiam hoc hujus fœminæ facinus enarrabitur et laudabitur.* εὐαγγέλιον τοῦτο] nuntius de morte et sepultura mea; alii explicant: *historia rerum mearum*, Euthymius Zigab. p. 12. ἡ πραγματεία ἡ ἐμὴ, ἡ διήγησις ἡ κατ' ἐμέ. Post τοῦτο comma poni debet, ita ut verba ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ λαλ. conjungantur cum sequentibus. λαλεῖν h. l. id. qd. λέγειν, *narrare*, Hebr. דִּבֵּר, 1 Regg. xiii. 25. al. εἰς μνημόσυνον αὐτῆς] *eique ad gloriam valebit, prædicabitur, laudabitur.* μνημόσυνον in versione Alexandrina respondet Hebr. זֵכֶר, ita ut sit *fama, gloria*, Hos. xiv. 8. Ps. vi. 6. xcvii. 12. (ut זכר *celebravit, prædicavit*, Ies. xxv. 13. Ps. cii. 13. Cant. i. 3.) atque hoc sensu etiam h. l. μνημόσυνον capiendum videtur. Aliis εὐαγγέλιον τοῦτο est, *hic nuntius, hæc historia, narratio hujus facti; λαλεῖσθαι* explicant, *celebrari, usurpari*, ut Hebr. xi. 4. v. *Keuchenius* ad h. l. et εἰς μνημόσυνον αὐτῆς vertunt: *ut conservetur memoria illius.* μνημόσυνον, *recordatio, memoria*, ut Hebr. זִכָּרוֹן, Exod. xvii. 14. Sir. xlv. 1. x. 18. xxxv. 6.

(14—16.) τότε] *circa illud tempus*, cum nimirum synedri constituissent Jesum comprehendere; nam adverbium τότε respicit ad v. 3. Ἰούδας Ἰσκαριώτης] vid. ad x. 4. οἱ ἀρχιερεῖς] unum genus synedrorum laudatur, ita, ut reliqui quoque synedrii assessores simul intelligantur.—(15.) παραδώσω] *prodam*, copiam vobis faciam magistrum clam comprehendendi. ἔστησαν] *solverunt.* ἵστημι, *pondero*, quoniam veteres pecuniam non numerare, sed ponderare et appendere solebant, h. l. quoniam Judæi tunc temporis nummos annumerabant, vid. *Conringius* in Paradoxis de nummis Hebr. c. vi. extr., notat *solvo*; respondet Hebr. שָׁקַל 2 Sam. xviii. 12. Jer. xxxii. 9. Esr. viii. 25. Zach. xi. 12. v. et *Raphelius* ad h. l. Sed quoniam ap. Marc. xiv. 11. legitur: ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι· et Luc. xxii. 5. συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον· hinc *Grotius*, alii, verba ἔστησαν αὐτῷ reddenda esse censent *statuerunt, constituerunt* (Vulg.), *promiserunt se daturos esse* triginta siclos. vid. *Bielii* Thess. T. ii. p. 73. Scilicet certiores fieri voluisse sacerdotes de toto negotio, adeoque ne Judas a proposito resiliret, pecuniam promissam ei dedisse serius. Alii, quo concilient Evangelistarum locos, statuunt, synedros dedisse Judæ tunc temporis triginta siclos, simul vero etiam majorem pecuniæ summam ei promisisse. Quæcunque ratio admittatur, non necesse est, ut a vulgari notione ἵστημι recedamus; pertinet hæc res ad levioris momenti discrepantias. Videntur omnino synedri Judæ tunc temporis triginta siclos (ἀργύριον Marc., Luc. l. c. τριάκοντα ἀργύρια Matth. xxvi. 15. xxvii. 3.) tantum promisisse (hanc περίστασιν Matthæus præteriit), serius autem, forte illa ipsa hora, qua Judas spira stipatus exiret, ut Jesum comprehenderet, illam pecuniæ summam ei annumerasse. Accepisse autem Judam triginta siclos e xxvii. 3 ss. et Act. i. 16 ss. constat. τριάκοντα ἀργύρια] *triginta siclos*, quindecim thaleros imperiales nostræ monetæ, vid. ad xvii. 24. xx. 2. Nam ἀργύρια sunt *tetradrachma*, nummi valentes quatuor drachmas s. denarios. Hebræi sic addere solent, intellecto nomine שֶׁקֶל aut שְׁקָלִים, numeralibus vocabulum כֶּסֶף, quod Alexandrini modo expresserunt ἀργύρια Judd. xvii. 2. modo σίκλοι Deut. xxii. 19. modo δίδραχμα (Alexandrina) Gen. xx. 16. plena formula שֶׁקֶל־כֶּסֶף Gen. xxiii. 15. ubi οἱ ό. δίδραχμα ἀργυρίου· vid. *Bynæus* de morte J. C. Vol. i. p. 361 sq. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 74. p. 553 sq. Apud Hebræos triginta siclis servus æstimabatur, vid. Exod. xxi. 32. unde monuerunt interpretes, synedros, hoc pretio dato, declarare voluisse, quantopere contemnerent Jesum, simul vero etiam exinde apparere, quam incredibili lucri cupiditate animus Judæ proditoris arserit. Videntur potius synedri, cum Judas ultro promitteret, se magistrum ipsis prodere velle, hominis vero fides iis suspecta esset, majorem pecuniæ summam ei promittere et dare reique impendere noluisse. Cæterum quid Judam ad hoc facinus impulerit, indigitavit Matthæus, accuratius ostendit Johannes, sordida nimirum lucri cupiditas. Avaritia enim, ut Johannes refert c. xii. 6. hominem eo redegerat, ut pauperes pecunia ipsis destinata defraudaret, et quorum defensor videri vel-

17 Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ,

let, eos ipse spoliaret. Hinc demum eo improbitatis processit, ut damnum, quod ex effusione unguenti se fecisse putaret, magistri pretio compensare vellet, ut jam notavit ad h. l. Hieronymus. Judam minime suspicatum esse, rem talem eventum habituram, imo opinatum esse, Jesum, qui toties se ipsum e Judæorum manibus liberasset, etiam nunc temporis manibus eorum semet erepturum esse, adeoque Judam ea, quæ Marc. xiv. 44. leguntur, ludibrii caussa dixisse, et sacerdotibus omnino illudere, atque proditionis mercedem lucrifacere voluisse, haud improbabilis est plurium interpretum sententia, coll. Matth. xxvii. 3 sqq. An excitare, immo cogere voluerit Judas proditione sua Jesum, ut Messiæ dignitatem susciperet, regnumque Messianum constitueret, in quo se majorem dignitatem, honores et divitias adepturum esse speraret, in medio relinquimus. Minime autem arridet eorum sententia, qui statuunt, caussam, qua impulsus Judas prodiderit Jesum, quærendam esse in metu, quo ipse correptus fuisset, ne ipse brevi cum Jesu reliquisque discipulis interciperetur et occideretur. Conf. omnino quæ de consilio Judæ, ejusque animi indole disputarunt *Niemeyerus Charakteristik der Bibel*, Th. i. p. 117. ss. V. D. in *Beyträge zur Beförderung des vernünftigen Denkens in der Religion, Heft* 5. *Stolzii Erläuterungen, Heft* 1. p. 233 ss. *Schmidtii philologisch-exegetisch. Clavis über das Neue Testament*, Th. ii. p. 79. sq. *Paulus* ad h. l. et *Thiessii Krit. Kommentar* ad h. l. *Krummacherus über den Geist u. die Form d. Evangelisch. Geschichte* p. 296 ss. *Goldhornius* in *Tzschirneri Memorabilien* St. 2. p. 135. ss. *Lechten* de culpa Judæ Argentor. 1813. 8. εὐκαιρία] *opportunitas temporis, occasio*, Hebr. עת, Ps. ix. 10. al.

(17.) Sequitur descriptio cœnæ Paschalis a Christo celebratæ. Vehementer autem dissentiunt interpretes, inprimis propter locos nonnullos Johanneos, quonam die evenerint ea quæ h. l. leguntur. Etenim alii existimant, Christum eodem die cum reliquis Judæis Pascha comedisse, alii opinantur eum Judæorum Pascha ordinarium uno die anticipasse. Fuerunt etiam, qui omnino negarent Jesum cœnam Paschalem celebrasse, eum enim trucidatum fuisse eo ipso die, quo hanc cœnam instituere potuisset ac debuisset. Horum igitur alii contenderunt et h. l. et locis parallelis, Marc. xiv. Luc. xxii. sermonem esse de cœna communi. At enimvero diserte h. l. legitur: ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα· v. 21. καὶ ἡτοίμασαν αὐτῶν· Luc. xxii. 13. καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα· ib. 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν, πρὸ τοῦ με παθεῖν. vid. et not. ad Joh. xiii. 1. Alii probare studuerunt, Jesum, more Judæorum nostræ ætatis, celebrasse tantum πάσχα μνημονευτικὸν, (voluntarium potius, quam lege præceptum, in quo non agnus, sed azyma tantum cum lactucis agrestibus pararentur), non θύσιμον, vid. *Grotius* ad Matth. xxvi. 18. *Hammondus* et *Clericus* ad h. l. et Marc. xiv. 12. Quæ tamen ratio quoque prorsus rejicienda est, cum ante Hierosolymorum expugnationem, ejusmodi πάσχα μνημονευτικὸν in usu fuisse, nullo pacto comprobari possit, et in Evangelistarum scriptis diserte occurrant verba θύειν, *mactare agnum*, et φαγεῖν. Certum igitur est, Jesum agnum Paschalem comedisse, atque h. l. hanc ipsam cœnam Paschalem accuratius describi; nec tanta præparatione opus fuisset, si communem cœnam, aut πάσχα μνημονευτικὸν celebrare voluisset, ejusmodi cœnam quovis loco peragere potuisset, sed cœna Paschalis Hierosolymæ peragenda erat; vid. Deut. xvi. 5, 6. Cf. omnino, quod varias interpretum de cœna Paschali a Jesu celebrata sententias attinet, *Bynæus* de morte J. C. i. 6. §. 3 sqq. *Ikenii* Diss. Vol. ii. Diss. 10. p. 407 ss. Diss. 12. p. 472 ss. *Cotta* in *Gerhardi* locis theoll. T. ix. p. 40. *Carpzovii* Apparat. hist. crit. antiquitatum sacri cod. p. 479 ss. *Deylingii* Obss. S. P. 1. Obs. 52. *Frischii Abhandlung vom Osterlamm* p. 873 ss. *Gableri neuestes theolog. Journal*, B. 2. p. 472 ss. *Ruperti des heil. Abendmahls ursprüngliche, bedeutsame u. würdige Feier*, Hanov. 1821. 8. et quos laudarunt *Wolfius* in Curis atque *Kæcherus* in Analectis ad h. l. *Qui Jesum uno die Pascha Judæorum ordinarium anticipasse* statuunt, sententiam suam argumentis defendunt potissimum his: 1) Joh. xviii. 28. refert, Synedrii assessores, qui Jesum mane illius diei, quo mortem subibat (ergo postridie quam cum discipulis agnum Paschalem comederat, comederat autem eum vespera diei Jovis, nam die Veneris cruci affigebatur), ad Pilatum comitabantur, noluisse domum ingredi, ne ipsi pollueruntur, et agnum Paschalem post solis occasum comedere possent, ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. Qui opinantur Jesum eodem cum omnibus Judæis die cœnam Paschalem celebrasse, formulam φαγεῖν τὸ πάσχα explicant: *cœnam sacrificalem instituere*, cum פסח non tantum *agnum Paschalem*, sed omnino etiam *sacrificium festo Paschatos immolatum* significet. Laudant hanc in rem Deut. xvi. 2. et notant, sacrificia per omnes festi Paschalis dies oblata fuisse. Sed acute satis notavit *Moshemius* in Diss. de vera notione cœnæ domini p. 22. not. 1. ad calcem *Cudworthii* syst. intellect. *Verum*

λέγοντες αὐτῷ· Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ

*ut hoc concedatur, haud tamen ex verbis Deut. l. c. cogere licebit, nomen hoc* absolute *positum*, sigillatim *sacrificia Chagigah denotare. Nec enim satis valide arbitror illum argumentari, qui sic rationem subducit: quia Moses uno loco* communi Paschæ nomine *et agnos Paschales* et reliqua sacrificia *comprehendit*, ideo *nomen* Pascha *quoque* sola sacrificia salutaria, exclusis agnis Paschalibus, *nonnunquam significat*. Sed ejusmodi loci adhuc desiderantur, quibus *Pascha* de solis sacrificiis, exclusis agnis Paschalibus, usurpatum legatur, et formula *φαγεῖν τὸ πάσχα* in libris N. T. ubivis notat: *cœnam Paschalem celebrare*. Facillima igitur et usui loquendi convenientissima explicatio verborum Joh. l. c. *ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα* est: *ut comedere possent agnum Paschalem*. cf. etiam *Storrius* l. l. p. 217. 2) Joh. xix. 14. diem illum, quo Christus cruci affigebatur, nominat *παρασκευὴν τοῦ πάσχα* h. e. *diem quo Judæi ad pie celebranda sacra Paschalia sese præparabant*. Sicuti enim *παρασκευὴ, κατ' ἐξοχὴν* dicitur *προσάββατον* Marc. xv. 42. ita formula *παρασκευὴ τοῦ πάσχα* significatur dies qui proxime præcedit Pascha v. not. v. extr. et not. ad xxvii. 62. extr. *Capellus* ad h. l. et v. 31. *Ikenius* in Diss. Philoll. Theoll. Vol. ii. p. 368. Qui contrariam sententiam tuentur, nempe Christum una cum reliquis Judæis Pascha comedisse, statuunt: *πάσχα* h. l. non *initium festi*, sed omnino *dies festos Paschales* significare, atque adeo *παρασκευὴ τοῦ πάσχα* explicandum esse: *dies ille festi Paschalis qui antegreditur magnum sabbatum*, *ἡ ἡμέρα τοῦ πάσχα, ἥτις ἦν παρασκευὴ* (*τῆς μεγάλης ἡμέρας* Joh. xix. 31.) *τοῦ σαββάτου τοῦ πάσχατος*· interpretatio perquam contorta, cujus defensores ipsi coacti sunt profiteri, ea admissa, Johannem paulo obscurius tempus definiisse. cf. et *Ikenius* l. l. p. 371 ss. *Storrius* l. c. p. 218 sq. atque *Lampius* ad Joh. l. l. p. 582. 3) Simplicissima verborum Christi quæ Matth. xxvi. 18. leguntur, *ὁ καιρός μου* interpretatio hæc est: tempus de quo convenimus instat vel adest, v. ibi notata. Hac vero interpretatione admissa, hic ipse quoque locus confirmat eorum sententiam, qui statuunt Jesum die citius cœnam paschalem celebrasse. 4) Joh. xix. 31. dies ille, quo Jesus in sepulcro jacebat, vocatur *μεγάλη ἡμέρα τοῦ σαββάτου, magnus dies sabbati*, cujus denominationis ratio simplicissima et certissima haud dubie hæc est, quia duplicabatur festum concursu Paschatos et sabbati in unum eundemque diem; erat hic dies sabbati simul etiam primus dies Paschalis. 5) Non probabile est, si dies mortis Jesu fuisset primus festi Paschalis, omnes synedrii assessores, quorum erat providere, ne ritus violarentur, inprimisque Pharisæos legum suarum rituumque tenacissimos et defensores acerrimos, concessuros fuisse, ut hic dies sanctus Levit. xxiii. 7, 8. Num. xxviii. 18. captivitate et interfectione Jesu profanaretur. Ipsa autem rerum gestarum illo die copia, concursatio atque sedulitas Judæorum, et inprimis synedrii, cogunt lectorem cogitare non de die festo, sed de die profesto et operoso. His igitur fere argumentis, iisdemque haud levibus, nititur *Scaligeri, Casauboni, Capelli, Lampii, Ikenii*, aliorumque plurimorum sententia, *Jesum non eodem die quo Judæi reliqui Pascha comedisse*.

Caussa vero, ob quam Christus cœnam Paschalem prius celebraverit, incerta est. Probabilitate tamen magnopere sese commendat eorum opinio, qui statuunt Sadducæos s. Karæos i. scripturarios, soli verbo scripto adhærescentes (e Sadducæis postea ortos esse Karæos, docuit *Schulzius* in Conjecturis crit. de Secta Sadducæorum Hal. 1799. §. 43.) et cum iis facientes, etiam hoc anno Christi emortuali, ut sæpius, agnum mactasse unum diem prius quam Pharisæos et Judæorum plurimos, nempe die Jovis, cum hic dies iis esset XIV. mensis Nisan, quod novilunium hujus mensis uno die citius constituissent, atque adeo mensem per unum diem prius incepissent, eosque Jesum, qui mortem suam instantem prævideret Joh. xiii. 1. Luc. xxii. 15. esse secutum. Hanc sententiam defenderunt *Bochartus* Hieroz. T. ii. L. 2. c. 53. *de Dieu* ad h. l. *Burmanus* in Harmonia Evangelica in Matth. c. xxi. p. 89 s. *Heumanus* ad h. l. *Ernestius Neue theolog. Biblioth.* B. 1. p. 309. B. 2. p. 890. *Moschius Erklärung d. Sonn- u. Festtags-Evangel.* Th. ii. p. 1003. *Schulzius* in *Anmerkk. u. Erinnerungg. zu Michaëlis Uebersetzung des N. T.* p. 132 ss. alii; inprimis vero eam exornavit *Ikenius* in Dissertatt. philologico-theologg. Traj. Bat. 1749. 1770. 4. Vol. ii. Diss. 9, 10, 11. p. 337 ss. quæ quidem Dissertationes, cum non sint in manibus omnium, ex iis quæ in hanc sententiam *Ikenius* disputavit, potiora excerpamus. P. 416. "Observandum, Judæos illis temporibus nondum dies per integrum annum calendario antea designatos habuisse, sed sub initium singulorum mensium, inprimis illorum, in quæ festa annua, et maxime festum Paschatos inciderent, primum diem ex novilunio determinasse, eumque quaquaversum, accensis ignibus in montibus, dein vero emissis nuntiis, omnibus gentis suæ notum fecisse v. *Seldenus* de anno civ. Jud. c. 11." P. 423. "Recte *Burmanus* l. l. duplex potissimum circa novilunii determinationem fuisse sententiarum divortium docet, utrum

18 πάσχα; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα,

nempe novilunium ex conspectu lunæ novæ seu *φάσεως*, an ex calculo astronomico determinari debeat? ubi tamen non existimandum est, solum calculum astronomicum, neglecta penitus *φάσει*, semper adhibitum fuisse. Alia enim hic quondam, stante adhuc templo, ratio erat, alia nunc, templo destructo populoque per totum terrarum orbem disperso obtinet. Scilicet cum Judæi traditionarii viderent, ob aërem nubilum evenire facile posse, ut luna nova non statim conspiceretur, tum quoque circa testium, qui eam se vidisse assererent, *ἀξιοπιστίαν* sibi varios scrupulos formarent, stante templo introduxerunt, ut non ex solo conspectu novæ lunæ Neomeniam figerent, sed calculum astronomicum simul consulerent, tum quoque, pro summa, quam synedrio magno vindicabant, auctoritate, huic deferrent, ut testes examinaret, et ubi eorum testimonium calculo astronomico conveniret, diem novilunii determinaret, eumque constitutum Judæis ubique locorum notum faceret. Post templum destructum vero, sub hodierno exsilio, conspectum novæ lunæ penitus negligere cœperunt, soloque calculo utuntur, unde et cum maxime Calendaria, christianorum more, conficiunt, quibus dies noviluniorum æque ac festorum per integrum annum antea indicantur. Contra vero illi, qui scripturæ soli rejectis traditionibus inhærent, ut Karæi, (secundum legis literam) ex sola *φάσει* novæ lunæ, a quibuscunque etiam privatis observata, novilunii tempus figebant, additis tantum certis signis, si forte luna ob nubilum aërem conspici non posset. Ut adeo status quæstionis quondam hac in parte fuerit, utrum novilunium ex conjunctione solis et lunæ, an vero ex *φάσει*, neque etiam utrum ex sola *φάσει*, an solo calculo astronomico (quæ hodie dissidii summa est, postquam traditionarii observationem *φάσεως* plane abrogarunt,) sed potius, an ex *φάσει* demum cum calculo astronomico sedulo collata, ad eam examinata, illique conveniente, an vero ex *φάσει* sola, a testibus oculatis fide dignis nuntiata, figi debeat, quorum prius Rabbanitæ s. traditionarii, posterius Scripturarii aut Karæi affirmant." Pag. 428. "At dicet forte aliquis: hac ratione facilius accidere potuisse videtur, ut Rabbanitæ Pascha uno die citius celebrarent scripturariis, quam hi illis; si scilicet contingeret, ut secundum calculum astronomicum dies, quo luna nova esse deberet, constitueretur, licet illa ob nubilum aërem non conspiceretur, eamque ob caussam ab his, qui *φάσιν* sequebantur, non nisi die postriduano consecraretur. — Verum tunc temporis variis de caussis longe facilius evenire potuit, ut, qui *φάσιν* sequebantur, integro die anteverterent eos, qui calculum astronomicum conferebant." P. 430 ss. "Diversas enim sententias fovebant circa *testes*. Rabbanitæ excludebant fœminas, servos, hæreticos, a sacris Israelitarum alienos. *Maimonid.* in *Kiddusch Hachodesch* c. ii. §. 1. *nemo legitimus est ad testimonium de nova luna perhibendum, nisi duo viri legitimi, qui idonei sunt ad testimonium in quacunque alia caussa ferendum. Sed fœminæ et servi proinde ac alii testes illegitimi habentur, nec testimonium perhibent* etc. Contra autem Karæi requirebant tantum, ut testimonium ab istiusmodi hominibus perhiberetur, in quos, cum ratione, nulla erroris aut fraudis suspicio caderet." Pag. 335. "Circa *testimonium* ipsum quoque inter illos minime conveniebat. Rabbanitæ enim illud summa cura ad calculos astronomicos examinabant, ut deprehenderent, utrum illis conveniret nec ne? Quem in finem Synedrium Hierosolymis in atrio quodam magno, *Beth Jasek* dicto, considebat, et testes advenientes interrogabat, quomodo novam lunam vidissent? num ante vel post solem? septentrionem aut meridiem versus? quanta fuerit ejus altitudo? quorsum inclinata esset? quanta esset latitudo? etc. Karæi autem nihil amplius consulebant, quam canones quosdam astronomicos, de quorum indubia veritate ex ipsis naturæ legibus et quotidiana experientia constaret. v. *Seldenus* de anno civ. c. 13. Ante omnia vero circa ipsum *proclamationis* tempus maxima controversia erat. Rabbanitæ enim, licet totum Synedrium aut universus Israel jam vidissent novam lunam, aut idonei testes ejus rei testimonium perhibuissent, tamen, si non satis temporis reliquum esset ante occasum solis Neomeniam proclamandi, nihilominus illum diem prætermittebant, et sequentem demum primum novi mensis declarabant" etc.

Qui *Ikenii* sententiam impugnarunt, præter alios, *Gablerus Neuestes theolog. Journal*, B. 2. p. 481. *Paulus* ad h. l. et nuperrime *Rupertius* l. l. p. 92 ss. inter alia objecerunt: 1) Admissa illa explicatione Sadducæi primum festi Paschalis diem profanarunt. Ad quam objectionem plura responderi possunt. Scilicet Sadducæi non adeo solliciti erant in ritibus observandis quam Pharisæi, parebant odio, quod erga Jesum conceperant, cætera omnia non curabant; et quæ fecerant, defendere atque excusare poterant eo, quod per legem liceret die sabbati comprehendere aliquem v. Num. xv. 34. quod non ipsi, sed Romani Jesum interfecissent et in crucem egissent. 2) Josephus et Philo nihil commemorant de hac diversa cœnam Paschalem

καὶ εἴπατε αὐτῷ· Ὁ διδάσκαλος λέγει· Ὁ καιρός μου

celebrandi ratione; Philo de Decal. p. 766. C. memorat *μίαν ἡμέραν ἀνὰ πᾶν ἔτος*, quo mactati sint agni, intelligit d. XIV. Nisan. Sed e scriptoris silentio nihil probari posse constat. De hujus dissensionis antiquitate v. *Michaëlis* ad Dan. x. 4. Jer. XXX. p. 173. Annott. Germann. p. 405. Obss. Lat. *Hezelius* ad Dan. l. l. *Ikenius* l. l. p. 444 ss. Nec est magnopere mirandum, quod Sadducæi et Pharisæi hac in re inter se dissenserint, cum dissenserint quoque in aliis rebus pluribus, cum et inter se discreparint de tempore mactationis agni Paschalis, et explicatione loci Exod. xii. 6. vid. *Michaëlis* Supplem. ad Lexx. Hebrr. P. 6. p. 1964. *Bynæus* de morte J. C. T. i. p. 518 sq. *Gablerus* l. l. p. 481. add. *Storrius* l. l. p. 215. v. et infra not. 3) Agni Paschales in templo erant mactandi a sacerdotibus, quodsi vero Sadducæi uno die citius Pascha comedissent, sacerdotes agnum illum in templo non fuissent mactaturi. At omnes agnos Paschales a sacerdotibus in templo mactatos fuisse e locis Exod. xii. 4, 15. Deut. xvi. 6 ss. elici non potest; 2 Chron. xxx. 17. Levitæ agnos mactasse dicuntur, quoniam, ut ibi diserte legitur, plures de populo immundi erant. Philo, qui incolumi urbe Hierosolyma vixit, auctor est, cum aliæ omnes victimæ a sacerdotibus mactarentur, hanc unam ab unoquoque patrefamilias mactatam fuisse: Lib. iii. de Vit. Mos. p. 686. E. ἐν ᾗ (ἑορτῇ) οὐχ οἱ μὲν ἰδιῶται προσάγουσι τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα, θύουσι δὲ οἱ ἱερεῖς, ἀλλὰ νόμου προστάξει σύμπαν τὸ ἔθνος ἱερᾶται τῶν κατὰ μέρος ἑκάστου τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ θυσίας ἀνάγοντος τότε καὶ χειρουργοῦντος· *quo tempore non ut alias e plebe homines victimas adducunt ad arum mactandas a sacerdotibus, sed lege jubente tota gens sacrificat, dum pro se quisque suis manibus pecudem mactat.* Id. de Decal. p. 766. C. ἐν ᾗ θύουσι πανδημεὶ αὐτῶν ἕκαστος, τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν οὐκ ἀναμένοντες, ἱερωσύνην, τοῦ νόμου χαρισαμένου τῷ ἔθνει παντὶ μίαν ἡμέραν ἐξαίρετον ἀνὰ πᾶν ἔτος, εἰς αὐτουργίαν θυσιῶν, *quo festo populariter singuli non exspectatis sacerdotibus sacrificant, ipsi legis permissu fungentes quotannis sacerdotio per unum diem mactandis ipsorum manu hostiis destinatum.* vid. et Lactant. Epitom. div. instit. c. xlv. 9. add. *Læsnerus* ad Matth. xxvi. 19. Qui contendunt omnes agnos Paschales a sacerdotibus in templo fuisse mactatos, provocant ad locum Josephi B. I. vii. 45. p. 968. Lips. qui ibi refert, jussu Cestii a sacerdotibus festo Paschali numeratos fuisse agnos mactatos, ut quodammodo constitui posset, quot hominum millia Hierosolymis commorarentur; sacerdotes autem, aiunt, numerare non potuisse agnos, si non ipsi eos in templo mactassent. Cui tamen objectioni plura opponi possunt; sufficiat monuisse hæc: in parte areæ templi occidentali vendebantur etiam agni Paschales lecti, spectati et probati; negotiatoribus autem omnibus, qui ibi sua habebant sedilia, etiam iis, qui agnos vendebant, sacerdotes præerant, vid. not. ad xxi. 12. *Lightfootus* et *Wetstenius* ad hunc Matth. l. c.—τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων] scl. ἡμέρᾳ die XIV. mensis Nisan. Luc. xxii. 7. addit: ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα. Marc. xiv. 12. ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον. Sed cœna Paschalis instituebatur post occasum solis, Deut. xvi. 6. cum ergo jam esset dies XV. mensis Nisan; notum enim est, Judæos inde ab occasu solis diem numerare incepisse; et cum ii, qui cœnam Paschalem celebrarent, a panibus fermentatis abstinerent, dies XV. mensis Nisan erat proprie ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων: Quæritur ergo, quomodo Marcus et Lucas ll. cc. potuerint nominare eum diem, quo *mactaretur* (ἔθυον—θύεσθαι) agnus Paschalis, *primum azymorum diem*, cum e legis præscripto Exod. xiii. 6. die XIV. mensis Nisan, vesperi (בין הערבים, *inter duas vesperas*, vid. ad Matth. viii. 16. Sadducæi hæc verba intelligebant de tempore inde ab hora nostra 6—7. reliqui Judæi de tempore inde ab hora nostra 3—6, v. *Rupertius* l. l. p. 26 ss.) agnus Paschalis mactandus esset? Respondemus: jam die XIV. mensis Nisan omne fermentum ex ædibus Judæorum diligenter removebatur, hinc hic ipse dies ad dies festi azymorum referebatur Exod. xii. 18. hinc et Josephus modo septem dies azymorum, (Ant. iii. 10. πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ διαδέχεται τῆς τοῦ πάσχα ἡ τῶν ἀζύμων ἑορτὴ, ἑπτὰ ἡμέρας οὖσα) modo octo dies numerat, Ant. ii. 5. ἑορτὴν ἄγομεν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην. ποῦ θέλεις—τὸ πάσχα;] *ubinam vis ut tibi paremus cœnam Paschalem?* φαγεῖν τὸ πάσχα, אֱכֹל הַפֶּסַח, Exod. xii. 11. 2 Chron. xxx. 18. Sed θέλεις ἑτοιμάσωμεν positum est pro θέλεις ἵνα ἑτοιμάσωμεν, sicuti et Hebr. ו interdum omitti solet, 1 Sam. xvi. 16.

(18.) ὁ δὲ εἶπεν] nempe Petro et Johanni, coll. Luc. xxii. 8. ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν] nempe Hierosolymam, quæ simpliciter et κατ' ἐξοχὴν dicebatur utpote urbs regionis primaria עיר, Mich. vi. 9. πόλις, Luc. xix. 41. πρὸς τὸν δεῖνα] *adite quendam:* ita quoque Græci loquuntur, cum iis sermo est de certa quadam persona, quam tamen nominatim indicare nolunt, aut cujus nomen non succurrit, vid. *Wetstenius* et *Elsnerus* ad h. l. Laërt. ii. 35. *Bynæus* de morte J. C. p. 473. Hebræi utuntur formula פְּלֹנִי אַלְמֹנִי, Ruth. iv. 1. 2 Regg. vi. 8. 1 Sam. xxi. 2. quo post-

ἐγγύς ἐστιν, πρός σε ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου.
19 Καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ
20 ἡτοίμασαν τὸ πάσχα. Ὀψίας δὲ γενομένης ἀνέκειτο μετὰ

eriori in loco Aquila et Theod. habent ὁ δεῖνα. Jesus hospitem, qui haud dubie e sectatoribus ipsius erat, ad quem devertere volebat, discipulis nominasse, Matthæum autem hominis nomen reticuisse, plures statuerunt. At omnis narratio ita comparata est, ut appareat, Jesum de industria hospitis nomen occultasse, neque domum ipsius accuratius descripsisse; superflua etiam fuisset, si hospitem nominasset, ablegatio discipulorum ad servum ipsis in urbem ingressuris occursurum, urceumque gestaturum. Ac nobis quidem valde arridet opinio eorum interpretum, qui arbitrantur, Jesum jam antea cum hospite illo convenisse de triclinio, et de servo, qui ad portam exspectaret discipulos, eosque ad herum deduceret, vid. *Lilienthalii gute Sache der göttl. Offenbarung*, Th. xvi. p. 1218. *Moschii Erklg. der Leidensgesch*, Th. i. p. 53. et *Gableri neuestes theol. Journal*, B. 2. p. 455. sqq. add. *Rupertius* l. l. p. 77 sq. Cum enim tempore festi Paschalis tanta hominum multitudo in urbem conflueret, ut omnes domus occuparentur, vid. Joseph. B. I. vii. 45. ob loci penuriam de conclavi maturius paciscendum fuerat; neque discipuli ex homine illo quærebant, an magistro cœnaculum commodare posset, sed ubi esset triclinium, in quo ille agnum cum suis comedere posset? Marc. xiv. 14. Luc. xxii. 11. neque hospes hanc discipulorum quæstionem demirabatur, non eos interrogabat, quinam ipsi? quisnam ipsorum magister esset? sed illi reperiebant omnia, ut Jesus dixerat, Marc. xiv. 16. Luc. xxii. 13. Quæ quidem omnia satis luculenter docere videntur, Jesum maturius cum hospite illo de triclinio convenisse. Caussa autem, ob quam Jesus non distinctius domum hospitis descripserit, nomen illius suppresserit, et antea cum illo de servo ad portam mittendo convenerit, in promptu est; fecit hoc, ut recte præeunte Theophylacto monuerunt interpretes, propter Judam Cariothensem, cujus animum et consilia non ignorabat, ut hunc locus lateret, ne domum Pharisæis proderet, atque adeo impediretur Jesus, quo minus hanc ultimam cœnam Paschalem una cum discipulis suis secure celebrare posset. Theophylactus: τινὲς δέ φασι, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα, καὶ ἐφανέρωσεν αὐτὸν, ἀλλὰ σημείῳ τινὶ ὁδηγεῖ αὐτοὺς πρὸς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀνθρώπου, διὰ τὸν προδότην, ὡς ἂν μὴ γνοὺς τὸ ὄνομα, καταμηνύσῃ τὴν οἰκίαν τοῖς Φαρισαίοις, καὶ ἐλθόντες συλλάβωσιν αὐτὸν, πρὶν ἢ τὸ δεῖπνον ἐπιστῇ, πρὶν ἢ τὰ πνευματικὰ μυστήρια αὐτοῦ παραδῷ.

Matthæus autem hospitis nomen reticuit, quia, ut *Stolzius* ad h. l. suspicatur, commentarios suos vivente homine illo literis consignavit, ne forte ei negotium facesserent. Brevius omnino Matthæus, qui ad finem properans, festinantius scripsit, rem enarravit, Marcus et Luc. ll. ll. copiosius. ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν] *tempus meum instat* vel *adest*, nempe de quo convenimus. Quoniam legitur h. l. ὁ καιρός μου, non simpliciter ὁ καιρὸς, ideo maximam partem interpretes existimant, non intelligendum esse tempus, quo Jesus cœnam Paschalem celebrare volebat, qua de re cum hospite illo convenerat, sed tempus passionis et mortis ipsius, vel ut *Kypkius* opinatur, ipsas Christi afflictiones et calamitates, cum tempus haud raro ponatur pro rebus in tempore factis. Equidem non negaverim, usum loquendi hanc interpretationem admittere, ipsam vocem per se spectatam esse ambiguam; sed et alio tempore, aliove loco, Jesus hac ipsa voce ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς, ἡ ὥρα μου ita usus est, ut non intelligi possit tempus perpessionum et mortis ipsius, v. c. Joh. ii. 4. vii. 6. præterea verba, quæ sequuntur, πρός σε ποιῶ τὸ πάσχα, quæ, illa interpretatione admissa, cum proxime præcedentibus non satis accurate cohærent, docent, intelligendum esse tempus, quo Jesus cœnam Paschalem celebrare volebat, et commode uti poterat Jesus verbis ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς, quoniam, ut supra notavimus, cœnam Paschalem prius celebrabat, quam Judæi reliqui. Qui hæc verba glossam esse putant v. *Rupertius* l. l. p. 254. nodum non solvunt, sed secant. Cæterum ποιεῖν τὸ πάσχα] est *celebrare festum Paschale*, quod cum fieret comedendo agnum Paschalem, hinc Luc. xxii. 11. et Marc. xiv. 14. habent τὸ πάσχα φάγω. Hebræi eodem modo uti solent verbo עשה, Jos. v. 10. ubi οἱ ό. habent: καὶ ἐποίησαν τὸ πάσχα, sed et Græci scriptores verbum ποιεῖν ponunt, cum iis sermo est de celebratione festi, ut Xen. Hellen. iv. 5. 2. ἐποίησαν Ἴσθμια. Ib. vii. 4. 28. οἱ Ἀρκάδες παρεσκευάζοντο ποιεῖν τὰ Ὀλύμπια. cf. etiam *Raphelius* Obss. Xenophh. et *Kypkius* ad h. l.

(19—23.) ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς] *prouti iis præscripserat Jesus*, nempe locum, indicium, vid. Luc. et Marc. l. c. ac verba, quibus uterentur, præscripserat et constituerat Jesus. συντάσσειν, *præscribere, jubere*, Diod. Sic. p. 45. C. p. 52. B. *Rhod.* v. *Münthius* ad h. l. καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα] *et pararunt cœnam Paschalem*, h. e. emerunt agnum Paschalem, mactarunt, excoriarunt.

τῶν δώδεκα. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, 21
ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Καὶ λυπούμενοι σφόδρα, 22
ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν· Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε;
Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν· Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυ- 23
βλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει. Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ 24
ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ
ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται·
καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Ἀπο- 25
κριθεὶς δὲ Ἰούδας, ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, εἶπε· Μήτι ἐγώ εἰμι,
ῥαββί; Λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶπας. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν 26

vid. Philo de vit. Mos. 3. p. 686. et *Læsnerus* ad h. l. ἀνέκειτο] *ad mensam accubuit*, viii. 11. Postquam Jesus alta voce dixerat: unus vestrum me hostibus meis prodet, discipuli ad unum omnes eum interrogabant, quinam ipsum proditurus esset. Jesus vero, quem Judæ consilium non latebat, ut hominis conscientiam tangeret, eumque ab hoc facinore absterreret, eum non nominabat, sed animo maxime commoto v. 23. dicebat: ὁ ἐμβάψας — παραδώσει] *qui mecum manum intingit in catinum, me hostibus prodet*, h. e. omnino, convictor, familiaris meus me prodet, coll. Luc. xxii. 21. inest ergo his verbis gradatio. Deinde Johannes Jesum submissa voce interrogabat: κύριε τίς ἐστιν; et Jesus quoque submissa voce respondebat ea, quæ leguntur Joh. xiii. 26. hoc cum Judam offenderet, Jesum etiam submissa voce interrogabat, μήτι ἐγώ εἰμι ῥαββί; et Jesus eodem modo respondebat, σὺ εἶπας, Matth. xxvi. 25. τρυβλίον est *catinus, patina*, ut apud Æl. H. V. ix. 37. Aristoph. Equit. v. 647. ubi vid. *Casaubonus*. Plaut. Stich. v. 4, 9. *olea in tryblio*. vid. *Wetstenius* ad h. l. *Heupelius* ad Marc. xiv. 20. et *Schachtii* Obss. Philoll. ad h. l. in Biblioth. Brem. Class. 1. p. 274 sq.

(24. 25.) ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει] *Messias quidem mortem subire debet*; ὑπάγει positum est per εὐφημισμὸν pro ἀποθνήσκει. Hebræi enim non minus quam Græci et Latini verbis abeundi uti solent de moribundis et mortuis. Ita הלך legitur 1 Regg. ii. 2. Ps. xxxix. 14. Gen. xv. 2. ἀπέρχεσθαι, Sap. iv. 2. de fœmina infecunda, virtutis studiosa, παροῦσάν τε μιμοῦνται αὐτὴν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν, *vivam imitantur, mortuam desiderant*, add. Eurip. Alc. 379. οἴχεσθαι, Xen. Cyr. iii. 1. 8. ὡς οἰχομένου τοῦ πατρός. Anab. iii. 1. 22. ὅπου μὲν στρατηγὸς σῶος εἴη — ὁπόθεν δὲ οἴχετο. Stat. Theb. ix. 558 sq. *Refer huc oculos, ego vulneris auctor; Lætus abi, multumque aliis jactantior umbris.* Id. in Silvis ii. 1. 218 s. *ibimus omnes, Ibimus immensis urnam quatit Æacus umbris.* cf. *Kypkius, Albertius, Palairetus, Elsnerus* ad h. l. *Casaubonus* ad Diog. Laërt. 3 s. et *Berglerus* ad Alciphr. p. 172. καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ] *sicuti de eo scriptum extat*, nempe in libris prophetarum V. T. οὐαὶ δὲ — παραδίδοται] *væh vero homini illi, qui eum prodet*, παραδίδοται pro παραδοθήσεται, sæpius enim præsens vim futuri obtinet, ut Matth. xviii. 4. xxiii. 34 al. καλὸν ἦν αὐτῷ — ἐκεῖνος] *satius esset homini illi, non natum esse*, h. e. homo ille omnium miserrimus erit. Hac enim ipsa formula Hebræi non minus, quam Græci scriptores, utuntur ad designandam sortem cum maxime infelicem et miseram. cf. *Lightfootus, Schættgenius, Kypkius, Priceus* et *Wetstenius* ad h. l. qui largam exemplorum copiam suppeditant. add. Jer. xv. 10. xx. 14. καλὸν positum est pro κάλλιον. —(25.) σὺ εἶπας] *recte dixisti; ita est*: formula concedendi et affirmandi, ut v. 64. Aristoph. Plut. 96. φεύγεις ἂν ἤδη τοὺς πονηροὺς, *fugiesne deinceps malos?* respondet Plutus: φήμ' ἐγὼ, *ego dico* h. e. ita est, omnino, nam sequitur paulo post πάνυ μὲν οὖν, *omnino*. Plaut. Merc. i. 2. 52. *scio, jam miserum dices.* Tu dixti, *ego taceo*. vid. quoque *Schættgenius* ad h. l.

(26.) ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν] vertunt nonnulli: *iis cœnantibus, inter cœnandum*, et arbitrantur, postea, peracta demum cœna Paschali, Jesum poculum sumpsisse atque dixisse ea quæ v. 27 sqq. leguntur. Mihi secus videtur. Cum enim novum ritum, cœnam sacram instituere vellet Christus, per se probabile est, eum continuo actu panem et vinum distribuisse, præterea h. l. Marc. xiv. 22. Luc. xxii. 19. 1 Cor. xi. 24. verba, quibus Jesus, cum poculum distribueret, utebatur, statim excipiunt ea, quibus, fracto pane, usus erat, et Luc. xxii. 20. diserte legitur: ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι· unde patet ἐσθιόντων explicandum esse *cœna Paschali peracta, postquam cœnarant*, quo eodem sensu ἐσθίοντες quoque extat Matth.

ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά

xiv. 21. Instituit autem Jesus sacram cœnam, cum Judas Cariothensis discessisset, (nam quæ Joh. xiii. 23—30. leguntur, cogitatione ponenda sunt ante ea quæ h. l. v. 26 ss. extant, vid. et not. infra ad v. 27.) cujus hominis præfractæ frontis et insigniter improbi adspectus animum ejus maximopere perturbarat (Joh. xiii. 21. ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι); cum jam cinctum se videret discipulis melius animatis sibique carissimis; cum jam ultimum poculum singulis oblatum esset. Pesach. f. 117. 2. *poculum tertium est poculum benedictionis, cum benedicitur post cibum. Vinum purum infunditur, et fit commistio aquæ in poculo. Quartum est, super quo perficit Hillel, additque benedictionem cantici: laudent te, Domine, omnia opera tua, et benedictus sit, qui creavit fructum vitis, et postea quicquam non gustat (Israelita) illa nocte.* Instituisse Jesum cœnam sacram, peracta cœna Paschali, et cum omnia pocula solennia singulis essent oblata, etiam exinde colligi potest, quod Jesus omnes discipulos suos ad bibendum cohortabatur, verbis: πίετε πάντες, qua cohortatione in oblatione poculorum solennium non opus erat, ea enim recusare illicitum erat, v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. p. 476. 478 ss. Instituisse præterea Jesum, mortis brevi instantis cogitatione plenum, sacram cœnam tanquam ritum μνημονευτικὸν, inprimisque hoc spectasse, ut sectatores ipsius hanc cœnam celebrantes, pio gratoque animo memoriam ipsius recolerent, satis perspicue patet e verbis quæ leguntur Luc. xxii. 19. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. add. 1 Cor. xi. 24 s. Matthæus quidem et Marcus hæc verba omiserunt, ut et alia præterierunt a Jesu illo tempore dicta, quæ apud Lucam et Johannem leguntur, sed ea omnia, quæ 1 Cor. l. c. legimus, nos in eam deducant sententiam necesse est, ut statuamus, Paulum æque ac Lucam ab aliis Apostolis accepisse, Jesum vel his ipsis verbis usum fuisse, vel saltim pluribus admonuisse discipulos, ut hunc ritum in memoriam sui porro peragerent. cf. quæ hanc in rem acute disputavit *Süskindius* in *Magazin für christl. Dogmatik und Moral*, St. 11. Tübing. 1804. Abhandl. 1. *Hat Jesus das heil. Abendmahl als einen mnemonischen Ritus angeordnet?* Cæterum Johannes nihil de sacræ cœnæ institutione commemoravit, quoniam, ut recte monuit *Eckermanus Handb.* B. 4. p. 432., illius celebratio inter christianos, cum Johannes scriberet, ubique nota et usitata erat. ἄρτον, panem non fermentatum, placentam paniceam, tenuem et duram, v. ad xiv. 19. εὐλογήσας] id. qd. εὐχαριστήσας v. 27. conf. Matth. xv. 36. coll. Marc. viii. 6, 7. etiam Hebræorum verbum בָּרַךְ, ut εὐλογεῖν non tantum ita ponitur, ut sit *celebrare, laudare*, sed etiam *gratias agere*, 1 Sam. ix. 13. Moris semper Judæis fuit, ut e Philonis et Rabbinorum scriptis patet, cibum nullum aut potum sumere, nisi prius Deo gratias egissent, add. xiv. 19. xv. 36. Cæterum cum h. l. de novo ritu sermo sit, videtur Jesus non usus fuisse precandi formula in Paschatos celebratione Judæis solenni, sed singulari. Pro εὐλογήσας codd. quam plurimi habent εὐχαριστήσας, assentior tamen *Griesbachio*, qui in Comment. Crit. ad h. l. εὐλογήσας præfert, cum hanc lectionem præstantissimi codd. tueantur, et facile librarius, contextum cursim perlustrans, præpropere εὐχαριστήσας e v. sq. arripere potuerit. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου] pro οὗτος ὁ ἄρτος· nam articulus etiam attributo adjungitur, vid. *Glassius* Philol. S. i. 2. 4. p. 142. Notissimæ sunt ex libris dogmaticis trium familiarum Christianorum explicationes horum verborum. Scilicet Pontificii verbum ἐστὶ ita accipiunt, ut vinum in sanguinem, panem in corpus Christi mutari affirment, vid. *Ernestii* Antimuratorius, in Opuscc. theoll. p. 1 ss. (Lips. 1792. 8.) Lutherani premunt verbum ἐστὶ, atque docent: cum pane et vino sanguinem et corpus Christi ita esse conjuncta, ut cum pane corpus ejus, cum vino sanguis ejus ore capiatur. Calviniani denique putant, panem et vinum ore capi; Christi corpus et sanguinem mente, atque ἐστὶ explicant, *significat, symbolum, signum est*, et ad hanc suam sententiam comprobandam provocant ad Gen. xli. 26, 27. Ez. xxxvii. 11. Matth. xiii. 37 sqq. Joh. xv. 1 ss. nec non ad Gen. xvii. 10. et Exod. xii. 11. ubi verbum εἶναι eodem modo de sacramentis V. T. adhibeatur. cf. et *Wolfius* in Curis atque *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Verbum ἐστὶ Jesum, Syrochaldaica dialecto usum, non usurpasse, a pluribus jam observatum est, ut adeo verba reddi possint: en! corpus meum! en! sanguis meus; vid. *Boltenii Uebers. des N. T.* ad Marc. p. 231 s. *Ammonii bibl. Theologie*, B. 2. p. 399. add. *Stolzii Erläuterungen*, Heft 1. p. 236. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 6. p. 659 sqq. statuit, Jesum, cum sacram cœnam solenniter institueret, respexisse institutionem cœnæ Paschalis Hebræorum, hinc sicuti Judæus dicebat פֶּסַח הוּא, Exod. xii. 11, 27. ita Jesum quoque dixisse הוּא בְּשָׂרִי, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, et הוּא דָמִי, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. Judæorum forma loquendi elliptica, plena erat: שֶׂה פֶסַח הוּא, hic est agnus Paschalis; hinc quoque formulam,

μου. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν 27
αὐτοῖς, λέγων· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ 28
αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνό-
μενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω 29
ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς

qua Jesus utebatur, ellipticam esse pro, הוא לְחֶם בְּשָׂרִי. *τοῦτό ἐστι ὁ ἄρτος τοῦ σώματός μου*, atque הוא כוס vel יַיִן דָמִי, *τοῦτό ἐστι τὸ ποτήριον* vel *ὁ οἶνος τοῦ αἵματός μου.* Deinde monent, *αἷμα Χριστοῦ* et *σῶμα Χριστοῦ* idem esse quod *Χριστὸς ἐσταυρωμένος*, et id. qd. *ἄρτος καὶ οἶνος Χριστοῦ ἐσταυρωμένου*, vinum et panis cœnæ, quam Christus, qui mortuus est, instituit, hinc *ἄρτος τοῦ σώματός μου* et *ποτήριον τοῦ αἵματός μου* idem esse quod *ἄρτος καὶ ποτήριον τῆς διαθήκης διὰ τοῦ ἐμοῦ θανάτου ἐγκαινισθησομένης*, panis et vinum cœnæ religiosæ, cœnæ religionis, quæ per meam mortem fundatur, coll. Act. xx. 28. Eph. v. 25 sq.

(27. 28.) *πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες*] *ex eo bibite omnes.* Luc. xxii. 17. legitur: *λάβετε τοῦτο, καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς, sumite hoc et in orbem ex eo bibite*, quæ verba plane nostris respondent. Dedit nimirum Christus calicem Apostolo ipsi proximo, hic secundo, secundus tertio, et sic porro. Cæterum Lucas non accurate servavit ordinem temporis in narratione sua, id quod ex omni narratione, quæ fragmentis constat, perspicitur, et vel v. 21. docet, qui non arctiori vinculo cum antecedentibus copulatus est; neque necesse est, ut ea, quæ v. 15. leguntur, statim initio cœnæ Paschalis a Jesu dicta esse putemus; videntur potius dicta esse peracta cœna Paschali, cum Judas Cariothensis discessisset, ut adeo Matthæus, qui ipse cœnæ interfuit, diligentius ordinem temporis servaverit.— (28.) *τοῦτο*] referri debet ad *ποτήριον*, sed *ποτήριον, calix*, h. l. notat *vinum*, ita ut sit continens pro contento, ut xx. 22. 1 Cor. xi. 25. ita et *calix* apud Græcos Latinosque scriptores sæpius *potum* significat. vid. *Casaubonus* ad Athenæ. p. 11. *τὸ τῆς καινῆς διαθήκης*] qui, scl. sanguis, pertinet ad novum fœdus, quo sanguine novum fœdus, nova religio, solenniter sancitur et stabilitur; quo eodem sensu ap. Luc. xxii. 20. legitur, *τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου* scl. *διατιθεμένη*, i. e. *διατεθησομένη*, novum fœdus, quod per sanguinem meum sancietur, add. 1 Cor. xi. 25. *Morus* epit. inst. chr. p. 336. " dum ego vobis porrigo hunc calicem, dum vos inde bibitis: reddo vos participes fœderis novi, et antiquo fœdere solvo, et vos ingredimini novum fœdus." *διαθήκη* autem, et quidem *διαθήκη καινὴ* est *religio christiana*, cui opponitur *διαθήκη παλαιά*, religio et œconomia Mosaica; quæ ab Hebræis, quatenus leges et promissiones continebat, dicebatur בְּרִית, fœdus. vid. Gal. iv. 24. 2 Cor. iii. 14. 1 Macc. ii. 20. In animo habuisse Jesum, cum hæc usurparet verba, locum Exod. xxiv. 8. interpretes plures recte satis monuerunt, qui iidem observarunt, eum respexisse usum loquendi Hebræorum, qui vinum, inprimisque rubrum in Orientis regionibus usitatissimum, sanguinem uvarum nominabant, Deut. xxxii. 14. Alii, nominatim *Spencerus* de legg. Hebr. rituall. ii. 3. §. 4. p. 614. monuerunt, consuetum fuisse multis gentibus antiquis, ut sanguinem in fœdere pangendo biberent, hunc morem ante oculos versatum esse Christo, cum calicem eucharisticum consecraret. *τὸ περὶ πολλῶν —ἁμαρτιῶν*] *effundendus multorum caussa, ut iis peccata remittantur*, v. xx. 28. Verbis *ἄφεσις ἁμαρτιῶν Rupertius* l. l. p. 179. indicari putat *liberationem ab erroribus*; sed nullus in literis sacris deprehenditur locus, ubi hæc formula hoc sensu posita legatur. Nonnulli opinati sunt verba: *εἰς ἄφ. ἁμαρτιῶν*, cum ea Marc. et Luc. locis parallelis non occurrant, serius addita esse; sed Matthæus epulis illis ipse interfuerat. cf. etiam *Bengelii Archiv für die Theologie*, B. 1. St. 1. p. 62. *τὸ ἐκχυνόμενον* pro *τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχύνεται qui effundetur*, ita, ut præsens positum sit pro futuro. *περὶ* id. qd. *ὑπὲρ*, et Hebr. על utrique præpositioni respondet, vid. *Noldius* Concordd. Particc. voc. על n. 10. 23. etiam Græci *περὶ* ponere solent pro *ὑπὲρ*, ut Eurip. Alc. 176. rarius tamen, ut observavit *Valckenarius* ad Eurip. Phœnn. p. 449 sq. *περὶ πολλῶν* id. qd. *περὶ πάντων*, ut רבים Job. xxxvi. 28. xxxiii. 19. Ps. xcvii. 1. Dan. xii. 2. Matth. xx. 28. Rom. v. 19. coll. xii. 18. 2 Cor. v. 15. add. Joh. x. 15. Fœdus antiquum, constitutio Mosaica, pertinebat tantum ad Judæos. *Eichhornius* l. c. p. 769. arbitratur in Archetypo extitisse tantummodo verba hæc: הוא דָמִי הַנִּשְׁפָּךְ בְּרַבִּים, sed mature satis illustrationis caussa in margine adscripta esse verba הַבְּרִית הַחֲדָשָׁה, in illo exemplari, quo Lucas usus sit, hanc glossam in textum receptam et positam fuisse post הוא, adeoque Lucam recte sensum expressisse, in alio vero exemplari illa ipsa

ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασι-
λείᾳ τοῦ πατρός μου.
30 Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Τότε
31 λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν
ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν

verba male inserta fuisse post vocem דְּמֵי, hinc ortam esse versionem Matthæi et Marci, eamque e Luca esse corrigendam.

(29. 30.) λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ κ. τ. λ.] *affirmo vobis, me non amplius bibiturum esse hunc fructum vineæ, usque ad illud tempus, quo una vobiscum in regno patris mei alio modo bibam.* πίνω *bibam.* Præsens pro futuro v. *Glassius* Phil. S. p. 308 sq. ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος Gen. ix. 21. de Noacho: וַיֵּשְׁתְּ מִן־הַיַּיִן, γέννημα τῆς ἀμπέλου i. καρπὸς ἀμπέλου, est periphrasis vini, quæ etiam occurrit Deut. xxii. 9. Ies. xxxii. 12. Hab. iii. 16. vid. *Vorstius* Philol. S. c. 23. extr. Ita quoque a Pindaro Nemeonn. ix. 28. vinum dicitur ἀμπέλου παῖς et ab Anacr. l. 7. γόνος ἀμπέλου ubi vid. *Fischerus.* Vocabulum vero γέννημα, *fœtus, progenies, fructus,* tam de animantibus, quam de inanimantibus adhiberi, ostendimus ad Matth. iii. 7. add. Polyb. Histor. i. 71. Καρχηδόνιοι δὲ τοὺς μὲν κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγάγοντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας γεννημάτων, *Carthaginienses rem suam familiarem iis rebus sustentant, quæ in ipsorum agris nascuntur.* οἶνον καινὸν plures interpretantur, *vinum præstantius, excellentius,* quæ tamen vocabuli significatio e libris N. T. et scriptis Hebræorum vix probari poterit. Præplacet Theophylacti hujus vocis expositio, καινῷ τρόπῳ, *alio modo, unter andern Umständen,* ut adeo καινὸν positum sit pro κατὰ καινὸν, et καινὸς idem sit quod ἕτερος, quocum sæpius commutari ostendit *Gatackerus* in Adversar. c. 28. et βασιλεία τοῦ πατρὸς indicat h. l. futuram christianorum felicitatem in regno Messiano olim exspectandam. Hæc ipsa felicitas, in regno Messiano olim exspectanda, sæpius adumbratur imaginibus a convivio desumptis, vid. Argum. c. xxv. hinc remota imagine sensus procedit hic: brevi a vobis mihi discedendum est, sed vos aliquando mecum in cœlo summa lætitia et felicitate perfruemini. Alii per βασιλείαν τοῦ πατρὸς intelligunt regnum Christi his in terris morte et resurrectione ipsius conditum, atque verborum sensum ita constituunt: mihi credite, nunc non amplius vino fruar, ob imminens supplicium: sed cum respublica divina fuerit mea morte et resurrectione stabilita, tempus erit, quo redux in vitam, familiariter iterum vobiscum vinum bibam. Ita quoque locum jam intellexit Euthymius Zigabenus in Comment.; verba enim ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, notare ait, τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν καιρὸν, ὅτι ἔφαγε καὶ ἔπιε μετὰ τῶν μαθητῶν, ὃ καὶ αὐτοὶ ποιούμενοι τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀπόδειξιν, ἔλεγον· οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ (Act. x. 41.). Sed Jesum cum discipulis post resurrectionem suam vinum bibisse, hujus rei nullum in libris N. T. indicium reperitur, nec Act. l. l. vinum memoratur, et verba quæ ibi leguntur συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ omnino notant: ejus consuetudine fruiti sumus. Præterea ipsa imago, qua Jesus h. l. usus est, ei non minus quam Judæis usitata erat ad designandam futuræ vitæ felicitatem, vid. Argum. c. 25. neque e locis N. T. demonstrari potest, Christum mortem suam et resurrectionem velut inaugurationem regni Messiani considerasse, vid. *Kokenii* libellus de reditu Messiæ ad judicium gentium p. 43. hinc mihi omnino prior interpretatio præferenda videtur. — (30.) καὶ ὑμνήσαντες] *cum cecinissent hymnum.* "הַלֵּל, *hymnus, ita κατ' ἐξοχὴν appellant Judæi hymnum quendam, qui complectitur Psalmum* cxiii. cxiv. cxv. cxvi. cxvii. et cxviii. — *Hymni hujus duas constituunt partes; prima continet Ps.* cxiii. *et Ps.* cxiv. *altera continet Psalmos reliquos. Primam partem in festo Paschatis recitare solent, antequam accumbant et vinum sumant: alteram post sumptum cibum, quando quartum et ultimum poculum biberunt, addita alia benedictione, quam* בִּרְכַּת שִׁיר, *benedictionem cantici vocant, et incipit* יְהַלְלוּךָ יְיָ, *solenni item illa benedictionis formula* בָּרוּךְ בּוֹרֵא פְּרִי הַגֶּפֶן *benedictus sit, qui creavit fructum vitis etc. Et sic cœnam Paschalem claudunt.*" vid. Buxtorfii Lex. Talm. p. 613 s. add. *Lightfootus* p. 480. Num vero Christus hunc hymnum *finita cœna sacra ab ipso instituta,* an alium, cecinerit, definiri nequit. ἐξῆλθον] *egressi sunt ex urbe versus montem oliferum.*

(31.) σκανδαλίζεσθαι, cujus verbi significatio late patet, h. l. notat: *ab officio discipuli deficere, doctorem deserere,* unde bene *Schleusnerus* in Lex. s. h. v. verba πάντες ὑμεῖς κ. τ. λ.] bene expressit: *vos omnes me doctorem* (ducem et antesignanum, τὸν ποιμένα) *vestrum deseretis hac nocte,* atque ita jam explicavit verbum σκανδαλίζεσθε Euthymius Zigabenus p. 29. σκανδαλίζεσθε· ἀντὶ τοῦ σαλευθήσεσθε τὴν εἰς ἐμὲ πίστιν, ἤγουν φεύξεσθε· confirmant hanc interpretationem

ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.
Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. 32
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ· Εἰ †καὶ πάντες σκαν- 33
δαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἐγὼ ‖οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.
Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ, 34
πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Λέγει αὐτῷ ὁ 35
Πέτρος· Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσο-
μαι. Ὁμοίως †καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.
Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον 36

33. † καί. ‖ † δέ. 35. † δέ.

etiam ea, quæ postea evenerunt cf. v. 56. γέγραπται γάρ· πατάξω κ. τ. λ.] *scriptum enim extat: percutiam pastorem, et oves dissipabuntur*. Respicitur locus Zach. xiii. 7. et ita laudatur, ut hæc verba neque textui Hebraico, neque versioni Alexandrinæ accurate respondeant. Hinc *Grotius* arbitrabatur, hanc vocem abiisse tunc in proverbium; πατάξω idem esse quod πατάσσεται, et sensum loci hunc in modum constitui debere: *et quod dici solet, quodque alicubi scriptum meministis, pastore percusso, oves dispergunter*. Atque hæc quidem *Grotii* interpretatio nobis vehementer arridet, cum eam etiam confirmet locus Josephi Ant. viii. 15. 4. Michæus ibi Achabo infelicem eventum expeditionis bellicæ, contra Syros suscipiendæ, his verbis prædicit: δεῖξαι τὸν Θεὸν αὐτῷ τοὺς Ἰσραηλίτας φεύγοντας, καὶ διωκομένους ὑπὸ τῶν Σύρων, καὶ διασκορπιζομένους ὑπ' αὐτῶν εἰς τὰ ὄρη, καθάπερ ποιμένων ἀνῃρημένων τὰ ποίμνια, *sibi Deum ostendisse Israelitas fugientes, Syris eos insequentibus, dispersosque per montes, quasi greges sublatis pastoribus*. Minus probabiliter e Joh. xvi. 32. ubi hic Zachariæ locus non laudatur, nonnulli interpp. conjecerunt, Matthæum h. l. non ipsissima Christi verba commemorasse, sed hæc de suo adjecisse, memoriter locum Zachariæ laudasse, et in Christum transtulisse, adeoque verba omnia γέγραπται γὰρ —τῆς ποίμνης, a reliquis verbis parentheseos nota separanda esse. Cæterum Zachariæ locum non continere oraculum Messianum, plures docuerunt, vid. interpp. ad Zach. l. l. et *Eckermani theol. Beyträge*, B. i. p. 128 sq.

(32.) *Ubi in vitam rediero, præcedam vos in Galilæam*. Volebat Jesus, ut Apostoli, quos prævidebat ipsum a Judæis comprehensum deserturos esse, in Galilæam, ipsorum pluriumque sectatorum suorum patriam, sese conferrent, quo securius et tutius ibi iis et aliis discipulis suis apparere, cum iisque versari posset. Apostolis autem tunc temporis hæc Christi verba obscura erant, vid. not. ad xvi. 21. et cum Jesus mortuus esset, verborum quidem ipsius recordabantur, sed iis non habebant fidem, abjecerant animum, et cunctabantur in Galilæam proficisci. Hinc per octo fere dies Jesus redivivus in vicinia Hierosolymorum remanebat, vid. Luc. xxiv. Joh. xx. 26. postea vero ipse in Galilæam sese conferebat, Matth. xxviii. 16. Joh. xxi. 1. ubi v. Sensus igitur verborum h. l. omnino est: vos in Galilæa revidebo, exspectate me in Galilæa, sed adhibitum est verbum προάξω, quoniam præcesserat metaphora a pastore desumpta, coll. Joh. x. 4. neque adeo hoc verbum προάξω nimis premendum.

(33—35.) Pro εἰ καὶ plurimi et optimi codd. legunt simpliciter εἰ· apud Marc. xiv. 29. extat καὶ εἰ id. qd. εἰ καὶ· atque inde lectio εἰ καὶ in h. l. irrepsisse videtur.— (34.) ἀμὴν λέγω σοι κ. τ. λ.] *mihi crede, prius quam gallus hac nocte cecinerit, negabis te me nosse*. φωνεῖν, ut Hebr. קרא, de cantu avium, etiam de cantu galli Æsop. fab. 36. 66. usurpari solet, vid. Jer. xvii. 11. ubi Alex. ἐφώνησε πέρδιξ. Schol. Theocrit. Id. ii. 109. φωνεῦντα, ἀντὶ τοῦ φωνοῦντα, κυρίως ἐπὶ τῶν ὀρνίων λέγεται· vid. *Schleusnerus* in Lex. v. φωνέω· et *Wetstenius* ad h. l. Constat gallum bis de nocte cantare solere, semel nocte media, tum vigilia quarta seu sub lucis ortum. Atque hunc posteriorem galli cantum, κατ' ἐξοχὴν ἀλεκτοροφωνίαν, *gallicinium*, dictum esse patet ex Marc. xiii. 35. ubi ἀλεκτοροφωνία collocatur inter mediam noctem et tempus matutinum. vid. ad Matth. xiv. 25. hinc etiam intelligitur a Marco, qui xiv. 30. habet πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, non dissentire Evangelistas reliquas. Etenim hi loquuntur de altero galli cantu sub lucis ortum, et cantum galli simpliciter nominant, more loquendi recepto, probe gnari, ubi nihil addatur, matutinum cantum intelligi, et id ipsum tempus Marcus quoque designavit, nam δὶς est id. qd. ἐκ δευτέρου, coll. Marc. xiv. 72. Cæterum vid. not. ad v. 72. τρὶς explicant plus simplici vice, semel iterumque, ut numerus certus sit pro incerto.— (35.) Petrus, ut erat ingenii fervidi, et amo-

Γεθσημανῆ· καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς· Καθίσατε αὐτοῦ, ἕως
37 οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ. Καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον
καὶ τοὺς δύο υἱοὺς Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.
38 Τότε λέγει αὐτοῖς· † Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανά-
39 του· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ. Καὶ προελθὼν
μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, προσευχόμενος, καὶ λέγων·

38. † ὁ Ἰησοῦς.

ris in Jesum plenissimus, fortius repetebat, et vehementius confirmabat (ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον, Marc. xiv. 31.) se neutiquam Christi sectatorem dissimulaturum esse. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν] *etiamsi me oporteat tecum mori*, etiamsi maxima tecum pericula subire oporteat: hanc formulam apud scriptores exteros quoque obviam, fere proverbialiter usurpatam esse, observavit ad h.l. *Krebsius*, add. *Jensius* in Lectt. Luciann. p. 59. et *Fischerus* ad Aristoph. Plut. 216.

(36—38.) εἰς χωρίον Γεθσημανῆ] *venit Jesus cum discipulis in villam, Gethsemane.* χωρίον est *ager, prædium*, Philo Agric. p. 188. a. Joh. iv. 5. Act. i. 18. coll. Matth. xxvii. 10. et cum in agris, prædiis fuerint villæ, χωρίον etiam indicat *villam*, (quo vocabulo Vulg. expressit) *einen Hof, ein Vorwerk*, ut h. l. Marc. vi. 36. non *vicum*, ut *Grotius* putabat accipi debere voc. *villa* in vers. Vulg. nam vici dicuntur κῶμαι. Nomen villæ erat Γεθσημανῆ, גַּת שְׁמָנָא, quod accepisse videtur a torcularibus, quæ ibi fuerant, vid. *Relandi* Palæst. T. ii. p. 857. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. p. 483. nam גַּת est *torcular*, et שֶׁמֶן, *oleum*. In hac villa hortus erat, in quem Jesus cum Apostolis sese conferebat, vid. Joh. xviii. 1. αὐτοῦ] scl. τόπου pro ὧδε, quod habet Marc. xiv. 32. v. *Glassius* Phil. S. p. 369. *Dath. Bosius* de Ellips. sub v. τόπος, p. 486. 489. ed. *Schäfer*. καθίσατε] autem est id. qd. μείνατε, et respondet Hebr. שְׁבוּ, quod Alexandrini modo expresserunt verbo καθίζειν Gen. xxii. 5. modo μένειν Exod. xxiv. 14. add. Luc. xxiv. 49. Act. xviii. 11.—(37.) Secessit Jesus cum Petro, Jacobo et Johanne, Marc. xiv. 33. discipulis familiarissimis, animi fortitudine et constantia inprimis conspicuis; facit autem ad levandum mœrorem, cum nos amicis ita animatis cinctos videmus. ἤρξατο—ἀδημονεῖν] *summo dolore angebatur.* ἀδημονεῖν (verbum fortius quam λυπεῖσθαι) est, summo animi dolore atque angore affici, et tantum non exanimari pavore, mœrore, horrore. Suidas: ἀδημονῶ· τὸ λίαν λυποῦμαι. Hesychius: ἀδημονῶ· ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ, vid. *Raphelius*, *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. respondet in versione Symmachi verbo Hebr. עטף, Ps. lxi. 3. et [illegible], Ps. cxvi.

11. Caussæ autem hujus tantæ commotionis animi Christi erant, vario modo aucta et acuta mortis jam ipsi instantis, calamitatumque imminentium præsensio, et cum hac præsensione conjunctæ cogitationes aliæ, inprimis cogitatio de amicorum suorum satis, suoque ab iis discessu, dubitatio etiam an fortiter et constanter, præsentibus omnibus etiam corporis viribus, calamitates mortemque subire, opusque, quod superandum ei erat, superaturus esset. v. *Schusteri Beyträge zur Erläuterung des N. T. in Eichhornii Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 9. p. 1012 ss. *Flatti Magazin für christl. Dogm. u. Moral* St. 15. p. 175 sq. *Bengelii Archiv für die Theologie* B. 1. St. 1. p. 31.—(38.) Post αὐτοῖς *Griesbachius* in textum recepit ὁ Ἰησοῦς, sed videtur hoc voc. adventitium. περίλυπος] *valde tristis*, ut ap. Apollodor. iii. 11. sæpius enim περὶ in compositis significationem auget, ut περιχαρὴς, *admodum lætus*, vid. schol. ad Aristoph. Pac. 308. Aristot. Ethic. iv. 3. καὶ οὔτε εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος· vid. *Elsnerus*, *Kypkius* et *Lœsnerus* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 223. ἡ ψυχή μου] pro ἐγώ additur ἕως θανάτου] *tristitia, animi anxietas tanta est, ut fere mortem afferat, ut jamjam mori videar*, i. e. summa, maxima tristitia affectus sum; est enim forma loquendi Hebraica, qua Superlativus exprimitur, vid. Num. xxiii. 10. Jon. iv. 9. ubi Alex. λελύπημαι ἐγὼ ἕως θανάτου· Sir. iv. 28. ἕως τοῦ θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας, i. *strenue, omnibus viribus et nervis veritatem defende.*

(39.) Loco προελθὼν in multis codd. legitur προσελθών· "Verum (utor verbis *Griesbachii* in Comment. Crit. ad h. l.) sensus extorqueri vix potest commodus, et ad contextam orationem totamque narrationem aptus. Argutantur sane, qui suppleri volunt πρὸς τὸν τῆς προσευχῆς τόπον. Quisnam enim esset in horto Gethsemane iste προσευχῆς τόπος? Nec eorum mihi probatur ratio, qui Matthæum et Marcum eo consilio προσελθὼν scripsisse conjecerunt, ut indicaretur, Christum primo, relictis cæteris discipulis, cum Petro, Johanne et Jacobo ulterius progressum esse, deinde vero, relictis tribus hisce, paululum appropinquasse rursus ad cæteros discipulos, ut solus precare-

Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτή-
ριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Καὶ ἔρχε- 40
ται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας,
καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρη-
γορῆσαι μετ' ἐμοῦ; Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ 41
εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ
ἀσθενής. Πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν προσηύξατο, λέγων· 42

tur inter utramque discipulorum cohortem, ita tamen, ut et Petrus cum sociis, et reliqui eum precantem audire possent. Hoc si voluerunt Evangelistæ, fieri vix potuit, ut confusius et obscurius exprimerent animi sui sensa, quæ tamen facillime planissimis verbis declarari potuissent." Recte; hæc enim si Matthæi mens fuisset, addi debuisset Dativus τοῖς μαθηταῖς, ut perspicua oratio fieret, repugnat etiam reliqua orationis series, quæ docet, Jesum ter secessisse solum, non modo a reliquis Apostolis, sed etiam a Petro, Johanne et Jacobo, et ter ad eos rediisse, v. 40. 42—46. repugnat et locus Lucæ xxii. 43. vbi legitur: ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν. Itaque προελθὼν, quod positum est pro προελθὼν ἀπ' αὐτῶν, *ipse progressus paululum*, unice vera lectio est. ἔπεσεν—προσευχόμενος] *procubuit pronus ad Deum preces mittens*: mos cum summa demissione precantium, vid. Num. xvi. 22. 2 Paral. xx. 18. Neh. viii. 6. unde et Alex. הִשְׁתַּחֲוָה exprimere solent verbis πίπτειν et προσεύχεσθαι, ut Deut. ix. 18, 26. τὸ ποτήριον, *sortem adversam, calamitatem* notat, et *bibere, exhaurire poculum* v. 42. est: *sortem adversam, calamitatem subire, perferre.* vid. ad xx. 22. Intelliguntur h. l. calamitates et nex indignissima atque sævissima Christo imminentes. παρελθέτω optantis est, verbum autem παρέρχεσθαι, ut Hebr. עָבַר, significat *præterire* aliquem, neque apud eum devertere Gen. xviii. 3. hinc, cum h. l. de poculo exhauriendo sermo sit: prætereat me hoc poculum ita, ut non jubear illud exhaurire, et cum per poculum calamitates significentur: defendatur, avertatur a me imminens calamitas. εἰ δυνατόν] *si fieri potest*, alii εἰ vertunt *utinam*. vid. *Kypkius* ad Luc. xix. 42. sine idonea ratione. πλὴν—σύ] *attamen satis fiat non meæ, sed tuæ voluntati:* πλὴν id. qd. ἀλλὰ, *attamen, sed*, Hebr. אַךְ, Gen. xx. 12. ubi LXX. ἀλλὰ, sed Levit. xi. 4. πλήν. Cum Jesus revera fuerit homo, quid mirum, si humano sensu hominem affici, de instante calamitate gravissimà tremiscere videmus, et optare, ut si fieri posset, ab ea liberetur? Si in tantis tamque gravissimis calamitatibus ipsi perferendis, nullum anxietatis dolorisque sensum prodidisset, fanaticis eum, et recte quidem, annumerassent ii, qui sine ulla idonea ratione eum inconstantiæ accusant. Cæterum τὸ ποτήριον interpretes nonnulli, durius tamen, explicant, *de illa ipsa anxietate*, quæ Jesum invaserat, provocant hanc in rem ad Marc. xiv. 35. προσηύχετο ἵνα, εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα· sed ὥρα ibi indicat calamitates et mortem, de quo voc. ὥρα usu vid. *Fischerus* ad Æschin. p. 111 sq. add. not. ad Matth. xxiv. 22.

(40—43.) πρὸς τοὺς μαθητὰς] nempe ad illos tres v. 37. nominatos, alloquitur enim Petrum. καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας] *eosque dormientes offendit.* Non statim eo ipso momento, quo Jesus ab iis paululum secesserat, obdormiverant discipuli, quomodo enim sic preces ab eo factas audire, auditasque referre potuissent? sed iis auditis obdormiverant, nec Jesus statim, postquam ea, quæ v. 39. leguntur, dixerat, ad discipulos rediit. οὕτως οὐκ—ἐμοῦ] *siccine non potuistis unam horam mecum vigilare?* qui antea affirmastis, vos mecum mori malle, quam me deserere? coll. v. 35. οὕτως] ut ἄρα, in interrogationibus ita ponitur, ut sit index admirationis cum exprobratione conjunctæ. vid. *Glassius* Phil. S. p. 439. et *Schleusneri* Lex. h. v.— (41.) γρηγορεῖτε] *vigilate*, et aliquid majus involvit, *diligentes et providi estote*, ut xxiv. 42. xxv. 13. προσεύχεσθε—πειρασμὸν] *rogate Deum, ne a tentatione opprimamini*, i. ne a mea disciplina desciscatis ac dubitetis de eo, an Messias sim, in calamitatibus a me perferendis, vid. ad vi. 13. τὸ μὲν πνεῦμα—ἀσθενής] animus quidem promptus est ad subeunda mecum pericula, fidemque mihi præstandam, sed corpus infirmum, anima sensitiva, incommodorum inimica, rationis imperio obsequi non vult; ergo vigilate, et preces ad Deum mittite. Statius Theb. viii. 739. *Odi artus, fragilemque corporis usum desertorem animi.* —(42.) *Pater, si non potest a me averti impendens calamitas, quin eam perferam, satis fiat voluntati tuæ:* πάλιν, *rursus*, accuratius definitur addito ἐκ δευτέρου· Hebr. שֵׁנִית, Jos. v. 2. Jon. iii. 1. τὸ ποτήριον et ἀπ' ἐμοῦ codd. plures omittunt, recte opinor, existit

Πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ'
43 ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. Καὶ
ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν
44 οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι. Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν
45 πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Τότε
ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Κα-
θεύδετε τὸ λοιπὸν, καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα,
καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.
46 Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.
47 Καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ, Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα
ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων,
48 ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ. Ὁ δὲ παρα-

sic oratio abrupta, quæ solet esse animi commotioris judicium, nihilominus tamen hæc verba subintelligenda sunt. Marcus xiv. 39. refert, Jesum tum eadem precum formula usum esse, quam eum usurpasse notaverat v. 36. haud dubie propterea, quod videbat hanc posteriorem formulam, qua sensum, continere eadem, quæ superiorem. —(43.) *ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι*] scl. *ὕπνῳ*, coll. Luc. ix. 32. *oculi eorum erant somno graves.* *βαρύνεσθαι* est Hebr. כָּבֵד, quod Gen. xlviii. 10. legitur de oculis Jacobi præ senectute gravatis; etiam Græci utuntur verbo *βαρύνεσθαι* de eo, quem sopor altus oppressit et tenet, vid. *Kypkius* ad h. l. et Latini formula, *somno gravis*, Ovid. Metam. iii. 608. xv. 21.

(45. 46.) Animo forti et confirmato Jesus reversus ad discipulos, *καθεύδετε*, inquit, *τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε.* Hæc verba plures interpretes interrogative accipiunt: *dormitisne adhuc?* ut *τὸ λοιπὸν* sit id. qd. *ἔτι*, cum ap. Lucam legatur *τί καθεύδετε;* vid. *Kypkius* et *Krebsius* ad h. l. sed Lucæ v. 46. respondet nostro v. 40. Aliis continent hæc verba Ironiam: *dormite porro et quiescite, si potestis.* Mea sententia, Jesus sine ironia, quæ ab hoc loco et tempore alienaverat, discipulis dicebat: *dormite porro et quiescite,* vestris vigiliis non amplius opus est, transiit anxietas mea, *ἀπέχει* Marc. xiv. 41. Post temporis vero intervallum, cum conspiceret horto appropinquantem, vel hortum ingredientem Judam cum turba, quæ eum comitabatur, excitabat his verbis discipulos: *ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα κ. τ. λ.* *καθεύδετε καὶ ἀναπαύεσθε* sunt imperativi, qui dicuntur, permissivi, vid. *Storrii* Obss. ad Anal. p. 168. *per me vobis licet dormire et quiescere.* *τὸ λοιπὸν* reddi potest *porro*, vel *jam.* Gloss. vett. *λοιπὸν, ἐπίῤῥημα, post secus, jam porro:* item: *jam, λοιπὸν, ἤδη.* *ἤγγικεν ἡ ὥρα*] *adest tempus, temporis momentum, quo tradar:* *ὥρα* enim sæpius, ut Hebr. עֵת, indicat tempus certum et statum, vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 103 sqq. sic h. l. tempus captivitatis *ἡ ὥρα τῆς προδοσίας,* ut bene explicuit Euthymius Zigabenus p. 36. *καὶ* ut Hebr. ו, vim obtinet pronominis ὅ, ut sæpius. *εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν*] *sceleratis;* Judæi eodem sensu dicuntur h. l. *ἁμαρτωλοὶ*, quo Judas Joh. xvii. 22. dicitur *υἱὸς τῆς ἀπωλείας.* Sed per *ἁμαρτωλοὺς* plures, præeunte *Grotio*, intelligunt Romanorum milites, quos Jesus, utpote barbaros nec Judæos, more loquendi Judæorum solenni, vocarit *ἁμαρτωλούς.* Provocant ad Luc. xviii. 32. qui tamen locus ab hoc alienus est. cf. omnino not. ad v. 47.—(46.) *ἐγείρεσθε, ἄγωμεν*] *surgite, eamus,* ut Joh. xiv. 31. Etym. M. *ἄγω, σημαίνει τὸ πορεύομαι.* Euthym. Zigaben. *ἄγωμεν πρὸς αὐτοὺς, εἰς ἀπάντησιν τοῖς περὶ τὸν προδότην ἐξίωμεν.*

(47. 48.) *ὄχλος πολὺς*] *turba magna* (Hebr. חיל Ies. xliii. 17. LXX. *ὄχλος*); non esse intelligendos milites Romanos, præter v. 55. vel satis docent arma h. l. commemorata, fustes, sudes, gladii; neque synedri, inscio præside Romano, milites Romanos mittere poterant, quo vellent, synedros autem jam tunc temporis rem ad Pilatum detulisse, nuspiam legitur, et *στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ*, vid. Luc. xxii. 52., dicebantur duces ac præfecti Levitarum, qui in templo excubias agebant, vid. Joseph. B. I. ii. 12, 17. vi. 5. Ant. xx. 6. 2. *Lightfootus* ad Luc. xxii. 4. *Bynæus* de Morte J. C. i. 4. *Krebsius* ad Decreta Romanor. pro Judæis p. 332 sq. et not. ad Joh. xviii. 3. Licebat autem Synedrio Levitarum, qui in templo excubias agebant, et apparitorum ope, apprehendere et in carcerem conjicere Judæos, qui in legem peccarant. vid. ad v. 66. *ξύλα, fustes,* quam verbi significationem ex Arabica dia-

διδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω,
αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν. Καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ 49
Ἰησοῦ, εἶπε· Χαῖρε ῥαββί· Καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Ὁ δὲ 50
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε προσελ-
θόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν
αὐτόν. Καὶ ἰδοὺ, εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, 51
ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ
Ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ 52
Ἰησοῦς· Ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς·

50. ∾ ἃ.

lecto comprobavit ad h. l. *Boltenius.* Alexandrini Hebr. יָד Ezech. xxxvii. 16, 17, 19. expresserunt nomine ῥάβδος· add. Demosth. p. 645. 16. ed. *Reiskian.* ἀπὸ—λαοῦ] *a synedris magnis* missa, intell. ἀπεσταλμένος· quoniam decreto fiebat prehensio.—(48.) ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον] *signum dederat turbæ.* ἔδωκεν pro διδώκει, quod habet Marcus xiv. 44. ut scilicet eo certius scirent, quis esset prehendendus, erat enim nox, unde et faces atque lucernas secum habebant, vid. Joh. xviii. 3. nec male suspicatur *Stolzius Erläuterungen*, Heft 1. p. 239. turbam ipsam ignorasse, quis prehendendus esset, hoc tantummodo apparitorum præfectis notum fuisse nec in horto Judam Jesu nomen nuncupasse, coll. Joh. vii. 46. φιλεῖν, *osculari*, Hebr. נשק Esth. xiii. 8. Tob. vi. 25. Gen. xxvii. 26. Job. xxxi. 27.: Xen. Cyr. i. 3. 8. ἀναπηδῆσαι πρὸς τὸν πάππον, καὶ φιλοῦντα—εἰπεῖν. vii. 3. 3. ἐφίλησε τὴν χεῖρα. Addito στόματι, Cyr. i. 4. 27. φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι. Sympos. ix. 5. ἀληθινῶς τοῖς στόμασιν φιλοῦντας.

(49—51.) καὶ] *hinc, hac de caussa*, Hebr. ו, Jos. i. 2. ubi οἱ ό. οὗν על כן, καὶ, Jer. xliv. 23. καταφιλεῖν] id. qd. φιλεῖν, *osculari*, nam et interpp. Alexandrini נשק modo reddiderunt καταφιλεῖν, ut Exod. iv. 27., modo φιλεῖν, Exod. xviii. 7. vid. *Fischerus* in Proluss. p. 135 sq.—(50.) ἑταῖρε] *amice*; est reprehensio ironica et objurgatio increpans Judam, ut recte animadvertit *Camerarius* in notatione figurarum sermonis in libris quatuor Evangeliorum p. 98. conf. etiam *Martyni-Laguna* in *Bertholdi Krit. Journal d. neuesten theolog. Literatur*, B. 10. p. 1 ss. ἐφ' ᾧ πάρει;] *quo consilio venisti?* paucis verbis animum hominis perfidi ferit. ἐφ' ᾧ sive, ut in codd. pluribus legitur, ἐφ' ὃ est, *quare, quo consilio?* et utroque modo Græci loquuntur. vid. *Raphelius, Elsnerus, Albertius* et *Lœsnerus* ad h. l. πάρει, *venisti*, ut Soph. Aj. 334. ubi schol. πάρει· ἀντὶ τοῦ παρεγένου. Hesychius: πάρει· ἦλθες· Item: ἐφ' ᾧ πάρει] ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ πάρει, καὶ παραγέγονας ἐνταῦθα;—(51.) εἷς τῶν μετὰ Ἰησοῦ] *comitum Jesu, Apostolorum quidam*, nempe Petrus, ut patet e Joh. xviii. 10. reliqui Evangelistæ reticuerunt Petri nomen, quia scripserunt Commentarios suos adhuc vivente Petro, ne forte ei negotium facesserent. ἐκτείνας τὴν χεῖρα per Hebraismum redundat. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ] *sica destricta.* μάχαιρα, *culter major, sica*, Æl. H. V. viii. 3. Homer. Il. γ'. 271. ubi distinguitur a ξίφος· deinde etiam *gladius*, Hebr. חֶרֶב, 1 Sam. xxxi. 4. Propter latrones Luc. x. 30. Hierosolymam proficiscentes, sicas vel gladios sub vestibus gestare solebant, vid. Joseph. B. I. ii. 12. *Michaëlis* ad h. l. ἀφεῖλε αὐτοῦ ὠτίον] servo cuidam pontificis maximi *abstulit aurem.* ὠτίον, monente *Grotio*, est Lat. *auricula*, pars auris infima. At Alexandrini voc. אֹזֶן promiscue exprimunt per οὖς et ὠτίον Deut. xv. 17. 2 Sam. xxii. 45. Amos. iii. 12. Hesych. οὖς. ὠτίον. vid. *Fischerus* Proluss. p. 10. et apud Luc. xxii. 51. legitur οὖς. Verbum ἀφαιρεῖν notat *auferre*, speciatim *amputare*, Joh. xviii. 10. pro ἀφεῖλεν legitur ἀπέκοψεν Judith. xiii. 8. καὶ ἀφεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ· 1 Macc. vii. 47. τὴν κεφαλὴν ἀφεῖλον. Sic Lat. *auferre* Cic. ad Q. Fr. ii. 14. *auriculam fortasse mordicus abstulisset.* add. Virg. Æn. x. 394. Quodsi vero locus Lucæ xxii. 51. cum nostro confertur (ἁψάμενος τοῦ ὠτίου), patet post ictum aurem hominis in capite hæsisse, adeoque Petrum tantummodo ictum auriculæ hominis intulisse; dicendum ergo est, verba nostra non esse nimis premenda, sed *auris amputata est* dictum esse h. l. fere eodem sensu, quo nos dicere in vita communi solemus, digitus est ablatus, manus est amputata, si in trunco hæret.

(52.) ἀπόστρεψον—αὐτῆς] *reconde gladium in vaginam;* Joh. xviii. 11. βάλε· respondet ἀποστρέφειν Hebr. הֵשִׁיב, Ezech. xxi. 35. quod ibi hoc ipso verbo Græco Alexandrini reddiderunt. Pro εἰς τὸν τόπον αὐτῆς

πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.
53 Ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου,
καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;
54 Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;
55 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις· Ὡς ἐπὶ λῃστὴν
ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με· καθ'
ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ

Joh. l. c. habet εἰς τὴν θήκην. Vocabulum נדנה Alex. frequenter exprimere solent nomine τόπος, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 302. πάντες—ἀπολοῦνται] *omnes qui gladium sumpserint, gladio peribunt.* Dissentiunt inter se interpretes, quod horum verborum interpretationem attinet. Alii nimirum ea ad Christi discipulos referunt, hoc sensu: non licet resistere magistratui, et abstinendum est ab omni vindicta privata. Provocant hanc in rem ad Rom. xiii. 1 sqq. Matth. v. 39. Alii contra arbitrantur, Jesum his verbis spectasse Judæos, qui sanguinem ipsius sitirent, atque adeo verbis substituunt sensum hunc: sanguinarios istos ita puniet Deus, ut ipsi interficiantur, permitte igitur Deo injuriæ ultionem. Ita quoque hunc locum intellexit Euthymius Zigabenus p. 39. τὸ δὲ πάντες οἱ λαβόντες κ. τ. λ. προφητεία ἐστὶ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐπελθόντων αὐτῷ Ἰουδαίων. Mihi quidem hæc verba tunc temporis vim proverbii habuisse et omnino explicanda esse videntur: qui se defendere volunt gladio, facile quoque gladio perire possunt; ut adeo voluerit Christus his verbis reprimere nimiam Petri audaciam, qua se reliquosque condiscipulos in discrimen adducebat, reliquosque discipulos monere, ne Petri exemplum sequerentur. λαμβάνειν μάχαιραν, נָשָׂא חֶרֶב, Ies. ii. 4. sumere gladium, eoque uti. Lectio ἀποθανοῦνται, quæ in multis libris extat, pro vulgari ἀπολοῦνται, glossema redolet.

(53. 54.) Non opus est vestra defensione, ea supervacanea est. ἢ δοκεῖς κ. τ. λ.] *an dubitas, patrem meum, si id ab eo nunc petam, mihi plus quam duodecim geniorum legiones auxilio esse missurum?* Sensus horum verborum, dempto ornatu Judaico, est: vario, etiam extraordinario nec vulgari modo, mihi Deus auxilio suo succurrere posset; sed sponte et ultro mortem subeo. vid. ad xviii. 10. ἄρτι, עתה, *nunc*, Hesych. ἄρτι—νῦν. Verbum παρακαλεῖν est id. qd. δεῖσθαι, *rogare*, vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 707 sq. καὶ παραστήσει pro παραστῆσαί μοι sed Hebræi conjunctionem ו sequi jubent futurum, vid. *Noldius* Concordd. Particc. n. 72. sed παραστῆσαι, Hebr. הִעֲמִיד, notat, *præsto esse jubere, jubere auxiliari*, et adhibetur de copiis, exercitu, ut Dan. xi. 11. ubi Theodot. καὶ στήσει ὄχλον πολύν· add. *Perizonius* ad Æl. H. V. i. 30. ii. 17. et *Elsnerus* ad h. l. Verba πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων, populariter dicta, neque adeo nimis premenda sunt, notatur iis (ut voc. στρατιὰ Luc. ii. 12. צבאות השמים 1 Regg. xxii. 19. 2 Par. xviii. 18 s.) nonnisi magna multitudo et copia; atque fieri potest, ut Jesus, respiciens undecim discipulos suos, duodecim legiones laudarit, quæ ipsum et discipulos possent tueri. vid. *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Sed pro πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων recte *Gersdorfius* in *Sprach-Charakteristik d. Schriftsteller d. N. T.* p. 408. et *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. legendum esse præceperunt πλείους δώδεκα λεγεώνων ἀγγέλων, cum hanc lectionem exhibeant codd. ACL. sed λεγεώνων ἀγγέλους (omisso etiam antea ἢ) codd. K. 42. 72. 114. et Matthæus aliis quoque in locis post πλεῖον omittere soleat ἢ, vid. v. 20. vi. 25. xii. 41, 42. xxi. 36.—(54.) *Quomodo tandem eventum habere possent voces vatum, qui cecinerunt, hæc ita fieri oportere?* me, Messiam, calamitates et ipsam mortem perferre debere. Dixit Jesus hæc, ut suos discipulos consolaretur, eosque moneret, ne calamitatibus et morte sua offenderentur. οὖν, Hebr. אֵפוֹא, *tandem, doch*, Job. xix. 6. αἱ γραφαὶ scl. αἱ λέγουσαι, vid. Marc. xv. 28. infra v. 56. dicuntur αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν.

(55. 56.) ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ] tum Jesus conversus ad synedrorum apparitores, ita eos appellabat. vid. ad Joh. xviii. 5. καθ' ἡμέραν] pro καθ' ἡμέραν ἑκάστην, *diebus fere singulis, fere quotidie,* qua formula Alex. exprimunt Hebr. תָּמִיד Job. i. 4. qui tamen etiam formula nostra καθ' ἡμέραν usi sunt Num. iv. 16. ἐκαθεζόμην, *sedebam*, verbum formæ pro verbo generis ἥμην, quo usus est Marcus xiv. 49. καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με] *nec ausi estis me comprehendere*, coll. Joh. vii. 46. divina nempe inhibente providentia, quod nunc permittit, ut recte cepit hæc verba *Grotius*, vid. Luc. xxii. 53. coll. xxi. 24. Luc. xxii. 37. Verba autem a Græcis et Latinis sæpius ita poni, ut conatum indicent, tralati-

ἐκρατήσατέ με. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ 56
γραφαὶ τῶν προφητῶν. Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες, ἀφέντες
αὐτὸν, ἔφυγον.

Οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν, ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν 57
τὸν ἀρχιερέα, ὅπου οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συν-
ήχθησαν. Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως 58
τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως· καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ
τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσ-
βύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ
τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι. Καὶ οὐχ εὗρον· 'καὶ 60
πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων,|| οὐχ εὗρον. Ὕστερον δὲ

60. † καί. || † οὐχ εὗρον.

tium est. Sic Judd. viii. 2. οὐκ ἔσπασε τὴν ῥομφαίαν, ubi additur: ὅτι ἐφοβήθη, ὅτι ἔτι νεώτερος ἦν.—(56.) *Sed, repeto, hæc tota res accidit, ut eventum haberent prophetarum voces.* vid. not. ad xx. 28. Joh. xiii. 18. Hæc esse verba Christi, non Evangelistæ, ut putarunt nonnulli, e Marco patet. τότε ἔφυγον] *tunc discipuli omnes*, metu perculsi, cum vidissent Jesum se a Judæis sivisse prehendi, *aufugerunt.*

(57. 58.)—*Qui Jesum comprehenderant, abducebant eum in ædes Caiaphæ pontificis maximi.* Pro πρὸς Καϊάφαν Luc. xxii. 54. habet: εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως· scilicet præpositio πρὸς accusativis pronominum et personarum sæpius ita jungi solet, ut indicet locum ipsum, in quo est is, cujus nomen additum legitur. Sic Gen. xix. 5. εἰσελθόντες πρὸς σέ· et v. 3. εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Act. xxi. 18. πρὸς Ἰάκωβον, *in domum Jacobi.* Æl. H. V. i. 21. πρὸς βασιλέα ἀφίκετο. Terent. Eun. iii. 5. 64. *eamus ad me.* vid. *Fischer.* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 256. Sed apud Joh. xviii. 13. legitur: *duxerunt Jesum primum ad Hananum,* (qui fuerat ante generum pontifex maximus) *socerum Caiaphæ*, ut adeo Evangelistæ, quod locum interrogationis attinet, inter se discrepare videantur. Ac vario quidem modo hanc diversitatem explicare studuerunt interpretes, vid. eos ad Joh. l. c. Maxime tamen probabilis mihi videtur eorum sententia, qui arbitrantur, Jesum ad Hananum, qui apud generum multum valebat gratia, abductum fuisse, ut Caiaphas ei gratificaretur, et Jesum apud Hananum detentum fuisse, interea dum synedrium cogeretur; Matthæum ergo, Marcum et Lucam, abductionem Christi ad Hananum silentio præteriisse, quod nihil memoratu dignum in ædibus Hanani evenerit. Marcus xiv. 53. et Luc. xx. 54. neque Hananum neque Caiapham nominant; sed ipsum vocabulum ἀρχιερεὺς ab iis nude positum, indicat, eos in mente habuisse Caiapham, tunc temporis sacerdotum omnium principem. Joh. xviii. 24. ἀπέστειλε reddi debet, *miserat*, vid. Matth. xiv. 3. Jesum ex ædibus Hanani ad Caiapham deductum fuisse, notare oblitus erat Johannes xviii. 14. postquam vero v. 15—23. gesta in domo Caiaphæ exposuerat, recordatus, se non annotasse Jesum ad Caiapham fuisse deductum, id ipsum v. 24. addit, qui adeo versus commode parentheseos nota signari potest. Similis locus Matth. xiv. 3. 13. Johannem v. 15 sqq. gesta in ædibus Caiaphæ enarrasse, docet etiam vocabulum ἀρχιερεὺς v. 19. 22. coll. v. 13. qui ipse hujus vocabuli usus Johannem admonuit, deductionem Christi in ædes Caiaphæ esse notandam v. 24. Hac autem sententia admissa quatuor Evangelistarum narrationes consentiunt.—(58.) αὐλὴ h. l. atrium, locus subdialis in ædibus ditiorum et principum ædificiis cinctus. *Faber Archæologie* p. 408. *Ansehnliche Gebäude oder Paläste umgränzen gemeiniglich einen grossen viereckigen, oben offenen Hof, der dem Morgenländer unter einem fast beständig heitern Himmel zum Gastzimmer für grosse und feyerliche Gesellschaften, wie bey Hochzeiten oder Beschneidungen, oder auch zum Saal für Versammlungen des Volks dient. So sind überhaupt alle Paläste und Häuser vornehmer und reicher Personen in der Barbarey, in Ægypten, Syrien, Persien, besonders in Ispahan, auch selbst das Serail zu Constantinopel angelegt.* μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, intellrr. *ministri, apparitores* synedrorum. ἰδεῖν τὸ τέλος, *quo cognosceret rei exitum.*

(59. 60.) *Studebant synedri ex ore testium elicere testimonium criminis capitalis, quamvis ficti, neque tamen inveniebant.* Verba καὶ οἱ πρεσβύτεροι in nonnullis codd. desunt, neque ea Marc. xiv. 55. extant, quod cum notasset grammaticus unus alterve in marg.

61 προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες, Εἶπον· Οὗτος ἔφη· Δύνα-
μαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν
62 οἰκοδομῆσαι αὐτόν. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ·

cod. sui, hac notatione decepti librarii ea omiserunt.—(60.) *Et quamquam multi accesserant testes falsi, nullum tamen repertum est testimonium in Jesum.* Nempe testes inconstantes erant; non erant eorum testimonia consona, ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν, Marc. xiv. 56. Sed singulorum testimonia in judiciis nihil valebant, neque damnari poterat reus, nisi convictus duorum triumve testium oratione, vid. Num. xxxv. 30. Deut. xvii. 6. Matth. xviii. 16. 1 Tim. v. 19. et examinandus erat quilibet testis seorsim, vid. *Seldenus* de synedr. ii. 13. 3. Nolebant autem synedri Jesum sine prætextu et specie judicii justi capitis damnare. Alii verba οὐχ εὗρον interpretantur: testes nullum crimen afferebant, quod capitale videri posset. Sed pertinent hæc verba non ad testes, imo ad synedros; neque favet huic explicationi locus Marci xiv. 56. et duo testes, de quibus v. 61. sermo est, omnino crimen capitale afferebant, nempe βλασφημίαν, contemptionem templi et religionis, coll. Act. vi. 13 sqq. add. *Kœcherus* in Analectis ad Matth. xxvi. 61. et *Deylingii* Obss. S. 2. 43. 3. sed Marcus xiv. 59. addit: καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν, ne duo quidem reperiebantur, qui contra Jesum idem plane testimonium dicerent. Prorsus autem improbanda est eorum interpretum sententia, qui ἴση μαρτυρία vertendum esse contendunt, *testimonium idoneum, grave;* hæc enim vocabuli ἴση significatio locis scriptorum veterum muniri et comprobari nequit. Cæterum falsi testes illi non erant adornati a synedris ut Jesum accusarent; quodsi enim testes fuissent in promptu, ad eam rem adornati, quidni votis ac desideriis synedrorum respondissent? imo tumultuarie illa nocte omnia peragebantur, nec considentibus vacabat testes conquirere, ita ut eos diligentius instruerent, sed undique excitabantur homines, qui Christo male vellent, et cupide adversus eum testimonium dicerent. Verba οὐχ εὗρον post participium προσελθόντων in nonnull. codd. desunt. Male. Cum enim singulorum testimonia in judiciis nihil valerent, patet verba καὶ πολλῶν— οὐχ εὗρον non esse superflua, neque adeo καὶ ante πολλῶν omitti posse, ut *Griesbachius* voluit. Sed posterius οὐχ εὗρον vel librariorum omisit negligentia, quoniam οὐχ εὗρον præcesserat, vel delevit mala Grammaticorum sedulitas, qui simplicitatis dictionis N. T. non rationem haberent. ὕστερον] *tandem*; iv. 2. vid. *Albertius* Obss. p. 127.

(61.) οὗτος ἔφη· δύναμαι κ. τ. λ.] *hic dixit: possum destruere templum Dei, et post tres dies illud restituere.* Monent interpretes: falsos illos testes in mente habuisse effatum Christi, quod Joh. ii. 19. legitur, eosque Christi verba depravasse et pervertisse, cumque Marc. xiv. 59. notetur, neque hos testes consensisse, ut discrepantiam eorum ostenderent, observarunt; duo, quorum testimonium attulerit Matthæus, dixisse, Jesum emisisse vocem hanc: δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. alios vero duo testes, quorum verba laudaverit Marcus, Jesu vocem ita reddidisse: ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω· illos testes magniloquentiæ tantum accusasse Jesum, hos vero βλασφημίας, (voc. χειροποίητον de idolo Ies. xxi. 9. de templo idoli Ies. xvi. 12. adhibitum esse notavit *Boltenius in s. Uebers. d. Markus* p. 241.) testes ergo sibi contradixisse, omnesque pervertisse verba Christi, qui auctore Joh. ii. 19. dixerit: λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον κ. τ. λ. neque de templo, sed de corpore suo verba fecerit. Alii observarunt, duo testes dixisse ea, quæ apud Matth. et Marcum (qui accuratius eorum verba attulerit) leguntur, alios vero ostendisse, Jesum hæc verba de suo corpore, non de templo dixisse. Alii denique, quibus in dubio positum esse videtur, utrum Evangelistæ, qui non ipsi interrogationi interfuerint, ipsissima testium verba reddiderint, an tantummodo argumentum testimonii eorundem verbis suis enuntiaverint, ita, ut verba testium explicationis caussa paulisper immutarint, suspicantur, fortassis unum tantum illorum testium (vid. Matth. xxvii. 44. coll. Luc. xxiii. 42.) verba Christi, non de templo per ipsum destruendo, sed de corpore suo olim dicta, vid. Joh. ii. 19. hunc fere in modum repetiisse, alterum vero illius effati ignarum, ad cujus aures pervenissent tantum ea quæ Jesus nuper de templi interitu dixisset, Matth. xxiii. 38. testatum esse, Jesum generatim de templi excidio verba fecisse; eos ergo sibi repugnasse, Evangelistam autem commode utrumque falsis testibus annumerare potuisse, propterea quod Jesum accusare ausi fuissent. Utut sit, testes sibi invicem repugnasse, nec inter se convenisse, satis evidenter docent verba οὐχ εὗρον κ. τ. λ. et ea quæ Marc. xiv. 59. leguntur. διὰ τριῶν ἡμερῶν est id. qd. xvi. 21. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ut Deut. xv. 1. δι' (מִקֵּץ) ἑπτὰ ἐτῶν est *anno septimo*, coll. v. 9. et sic Deut. xiv. 29. coll. xxvi. 12. inter se permutantur

Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Ὁ δὲ 63
Ἰησοῦς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ·
Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ
σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· 64
Σὺ εἶπας· πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον
ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ 65

μετὰ (מִקְּצֵה) τρία ἔτη et ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ infra xxvii. 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις· etiam Græci ita utuntur præpos. διὰ· vid. *Fischerus* ad Aristoph. Plut. v. 584. et *Perizonius* ad Ælian. H. V. xiii. 42.

(62. 63.) Quasi rei adversus Jesum prolatæ indignitate et improbitate commotus pontifex, ut Jesum terreret et perturbaret, atque ex ore ejus eliceret aliquid, quod magis eum oneraret, cum testes non consentirent, sede sua relicta, paululum progressus, ut ab omnibus posset audiri (Marc. xiv. 60.) *nihil, inquit, respondes? audistine testimonium, quod contra te dixerunt?*—(63.) ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα] *tacebat Jesus*, quia quæ testes objecerant, ejusmodi erant, ut ea refellere non opus esset, et quia videbat apud judices, qui necem ipsius constituissent, omnem orationem vanam fore atque inutilem. Jam vero pontifex testimoniis aliorum diffisus, et cunctationis pertæsus, accusatoris et judicis personam simul agebat. ἐξορκίζω σε—τοῦ Θεοῦ] *obtestor te per Deum, ut nobis dicas, an tu sis Messias, Dei filius.* ἐξορκίζειν τινὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ est *obtestari per Deum*, i. jubere aliquem aliquid dicere, vel non dicere, facere, vel non facere, adhibito Deo teste, qui pœnas ab secus agente exigat, vid. Gen. xxiv. 3. 1 Regg. ii. 42. add *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebraism. N. T. p. 134 sq. ἐξορκίζειν id. qd. ὁρκίζειν, coll. Marc. v. 7. etiam Alexandrini interpp. הִשְׁבִּיעַ, modo reddiderunt ἐξορκίζειν, vid. Gen. xxiv. 3. modo ὁρκίζειν, vid. 2 Par. xxxvi. 13. Neh. xiii. 25. sequitur verbum ἐξορκίζω h. l. præpositio κατὰ, quoniam Hebr. השביע comitari solet præpositio ב, quam Alexandrini reddiderunt per κατὰ 2 Par. l. c. Jer. xlix. 13. ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ] vid. ad xvi. 16.

(64.) σὺ εἶπας] *recte*, formula assentientis et affirmantis, ut v. 25. neque nude tantum affirmat Jesus, se Messiam esse, sed corroborat etiam dictum futurorum fatorum prædictione. πλὴν] *quin*, אֲבָל 2 Par. xxxiii. 17. ubi οἱ δ' πλήν. Pro ἀπ' ἄρτι legere nonnulli voluerunt ἀπαρτὶ, ita ut referatur ad λέγω ὑμῖν, *diserte, certo, vere*, quæ tamen conjectura refutatur loco Luc. xxii. 69. ubi est ἀπὸ τοῦ νῦν, quod, ut ἀπ' ἄρτι, respondet Hebr. מֵעַתָּה, *post hac, non ita multo post*, μετὰ μικρὸν, ut recte explicuit Euthymius Zigabenus p. 44. ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ.] *videbitis me Messiam, ad Dei dextram sedentem, atque in nubibus venientem* i. e. rebus a me perpetratis cognoscetis, me Messiam esse, quem splendidissimum regem descripserunt (vid. Dan. vii. 14. quem locum Christus respexisse videtur); cognoscetis hoc ex templi, urbis et reipublicæ vestræ interitu, vid. not. ad xxiii. 39. τῆς δυνάμεως pro Θεοῦ, Luc. xxii. 69. ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως Θεοῦ. Solebant autem Judæi Deum κατ' ἐξοχὴν nominare הגבורה, hinc etiam Tob. i. 5. βαὰλ τῇ δυνάμει est *Baali deo*, vid. *Schleusneri* Lex. v. δύναμις. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 385. et *Carpzovius* in Exercitt. ad Hebr. i. 3. De formula *sedere ad dextram Dei* vid. not. ad xx. 21.

(65.) His auditis, pontifex maximus, lætitiam suam tegens simulatione horroris pii, detestaturus βλασφημίαν, quam se audisse aiebat, discidit pallium suum. Vestes discindere solebant veteres in luctu præ dolore, vid. *Geierus* de luctu Hebr. xxii. 11. Jos. vii. 6. Judd. xi. 35. 2 Sam. i. 11. 1 Regg. xxi. 27. Fuerunt qui existimarent Caiapham eo, quod vestem disciderit, violasse legem divinam, cum illud summis Judæorum sacerdotibus omnino prohibitum fuerit. Laudarunt hanc in rem locum Levit. x. 6. xxi. 4. 10. At recte monuerunt alii: legem illam pertinuisse tantum ad luctum privatum in caussa funebri, non vero ad cladem luctumque publicum, multo minus ad indignationem ac dolorem propter blasphemiam, quam Christo Caiaphas exprobrabat, vid. *Kœcherus* in Analect. ad h. l. *Casaubonus* Exercitt. p. 526. et *Michaëlis* ad h. l. præterea ne vestes quidem sacras dilacerasse Caiapham, cum non occupatus esset in negotiis templi, sed domi suæ, ubi synedrium congregarat; extra templum autem gestasse pontificem vestes, a vestibus aliorum Judæorum non diversas, vid. *Braunius* de vestitu sacerdott. Hebrr. ii. 26. p. 842. *Bynæus* de morte J. C. Vol. ii. p. 310 ss. Ex. xxviii. 34 ss. Ez. xlii. 14. xliv. 17 sqq. Joseph. Ant. vi. 15. denique præter Caiapham etiam alios pontifices in

ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων· Ὅτι ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν
ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε, νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.
66 Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες, εἶπον· Ἔνοχος θανάτου
67 ἐστί. Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολά-
68 φισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, Λέγοντες· Προφήτευσον ἡμῖν
Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;
69 Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ
μία παιδίσκη, λέγουσα· Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ

luctu publico dilacerasse vestes, vid. 1 Macc. xi. 71. add. Joseph. B. I. ii. 15. 4. *τοὺς ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν καταμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα, τῶν ἐσθήτων περιεῤῥηγνυμένων, videre erat pontifices cum cineribus capiti inspersis, pectore vero nudo, vestibus dilaceratis.* Et hic ipse locus docere quoque potest, illam vestium scissionem pontificis, de qua h. l. sermo est, ita esse intelligendam, ut eam vestimentorum partem, qua pectus tegitur, lacerarit, nudumque adeo pectus ostenderit, vid. *Krebsius* ad h. l. *τὰ ἱμάτια* sæpius de pallio legitur, ut xvii. 2. xxiv. 18. sed h. l. intelliguntur *pallium et tunicæ:* superaria et subucula, nam Marc. xiv. 63. est *τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ*, et Alex. בְּגָדִים explicuerunt *ἱμάτια*, 2 Regg. xi. 14. ubi non tantum pallium, sed etiam tunicæ significantur. *ἐβλασφήμησε*] *voces in Deum contumeliosas emisit*, dum se Messiam professus est, qui sedeat ad Dei dextram; pro simplici *βλασφημεῖν*, Apoc. xvi. 11. legitur *βλασφημεῖν τὸν Θεόν*· Matth. xii. 32. *εἰπεῖν λόγον κατὰ τοῦ Θεοῦ.* Particula *ὅτι*, ut centies, redundat. *τί χρείαν ἔχομεν μαρτύρων, quid indigemus adhuc testibus*, ut credamus eum se jactare Dei filium; habemus reum et confessum. *ἴδε*] id. qd. *ἰδοὺ*, Hebr. הִנֵּה, atque positum est pro *ἴδετε*, ut Marc. xvi. 6. Matth. xxviii. 6.

(66—68.) Jam synedrii assessores censebant Jesum capitis supplicio esse afficiendum: *ἔνοχος θανάτου ἐστί.* In iis criminibus quæ ad religionem spectabant, Judæis jus supplicium capitale sumendi relictum erat, sed quos capitis damnandos censuerant synedri, remittere debebant ad procuratorem, qui sententiam latam confirmaret; neque potest hæc sententia Stephani exemplo Act. vii. 56. refelli, ejus enim lapidatio illegitima et tumultuaria erat. In criminibus vero ad læsam Cæsaris majestatem pertinentibus, jus vitæ et necis non habebant, sed reservarant illud sibi Romani, ut in aliis provinciis, ita et in hac vid. Joseph. B. I. vi. 5. 3. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Semleri* Paraphrasis Evang. Joh. T. ii. p. 215. *Chr. Ben. Michaëlis* de judiciis pœnisque capitalibus, in *Potti* Sylloge commentatt. theoll. Vol. iv. p. 231. *Gurlittus* in Diss. ad Joh. 18. Hamb. 1805. p. 20. *Meyeri Vertheidigung und Erklg. der Gesch. Jesu aus Profanscribenten*, p. 242 sqq. et not. ad Joh. xviii. 31. Blasphemus a Judæis lapidationis pœna afficiendus erat, vid. Levit. xxiv. 13. Tumultus autem metu absterriti, nolebant synedri, ut Jesus tanquam sacrilegus lapidationis pœna publice afficeretur. Postquam ergo sententiam tulerant, recipiebant sese ex atrio in ipsas ædes Caiaphæ, et deliberabant, quomodo Procuratori persuaderent, ut Jesus crucis supplicio afficeretur, v. xxvii. 1. quod genus supplicii Romanis tantum usitatum erat. — (67.) Interea Jesum apparitores Luc. xxii. 63. omnis generis contumeliis afficiebant. *ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*] *sputa mittebant in faciem ipsius*, quod apud Hebræos extremæ ignominiæ et contemptionis signum habebatur, vid. Num. xii. 14. Ies. l. 6. Job. xxx. 10. *ἐκολάφισαν — ἐῤῥάπισαν*] vid. not. ad v. 39. — (68.) *προφήτευσον κ. τ. λ.*] *divina, dic nobis, Christe, quis te ceciderit;* velarant enim os Jesu, ut legitur Marc. xiv. 65. Luc. xxii. 64. *προφητεύειν* id. qd. *μαντεύεσθαι*, h. e. omnino dicere ea, quorum cognitionem certam natura hominibus negavit. Aristot. Rhet. iii. 17. 14. *ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δέ·* utebantur autem hac voce ludibrii caussa, æque ac illa altera *χριστὲ*, cum scirent Jesum a multitudine Judæorum dici *προφήτην*.

(69. 70.) *ἔξω*] *foras*, h. e. in atrio, ut vocis hujus vis definitur addito *ἐν τῇ αὐλῇ*, receperant enim, ut jam notatum est, synedri sese, damnato Jesu, in ipsas ædes Caiaphæ. *μία παιδίσκη*] *ancilla quædam*, intelligenda videtur esse ancilla janitrix, de qua Joh. xviii. 17. sermo est. Apud Romanos et Græcos mares erant janitores, apud Hebræos etiam fœminæ. vid. 2 Sam. iv. 6. Act. xii. 13. Interrogatio ancillæ, quæ Joh. l. c. legitur, vel affirmantis est, more Hebræorum, ut *Grotius* ad h. l. monuit, vel, quod maluit *Michaëlis*, ponenda est h. l. interrogationis nota, *καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλι-*

Γαλιλαίου. Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν ¹πάντων, λέγων· 70
Οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, 71
εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ· Καὶ οὗτος ἦν μετὰ
Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου. Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου· 72
Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες 73
οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ·

70. ↑αὐτῶν.

λαίου;] *num etiam tu fuisti familiaris Jesu Galilæi;* ἦσθα Attica forma pro ἦς· Suidas: ἦσθα, ἦς, ὑπῆρχες· Hebr. הָיִיתָ, vid. LXX. Deut. v. 15. et *Albertius* ad h. l. De formula εἶναι μετά τινος vid. ad xii. 30. Vocatur Jesus *Galilæus*, et v. 71. *Nazaræus* vel contemptus caussa, vid. not. ad ii. 23. vel discriminis caussa, ut distingueretur ab aliis hujus nominis Judæis. — (70.) Petrus, qui latere se posse sperarat, offensus, quod ab ancilla interrogatus, illiusque garrulitate fere detectus esset, respondebat: nescio quid tibi velis, nescio quid dicas, vid. Marc. xiv. 68.

(71. 72.) ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν] accusativi pro genitivis consequentiæ; debent autem hæc reddi, *cum exire vellet.* ἐξέρχεσθαι conatum indicat, vid. John. x. 32, 33. coll. xi. 8. add. not. supra ad v. 55. neque enim Petrus ex aula s. atrio exiit, ut sequentia docent, coll. v. 75. Luc. xxii. 62. Scilicet Petrus, qui inter apparitores ignibus in atrio incensis assederat, vid. Luc. xxii. 55. cum se suspectum videret, atque timeret, ne, si diutius moraretur, a pluribus notatus male exciperetur, exire volebat, sed cum jam se loco movisset, atque reputasset, se fortassis eo ipso magis suspectum fieri et retineri posse, consilium mutabat atque remanebat. εἰς τὸν πυλῶνα] *in vestibulum*, Marc. xiv. 68. dicitur προαύλιον quia vestibulum erat πρὸ τῆς αὐλῆς, ante atrium s. aulam. εἶδεν αὐτὸν ἄλλη] *videbat eum ancilla alia;* apud Marc. xiv. 69. legitur καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν, πάλιν ἤρξατο· Luc. xxii. 58. ἕτερος ἰδὼν αὐτόν videntur ergo hac in re Evangelistæ inter se dissentire, sed licet dissentiant, neque enim ipsi, excepto fortassis Johanne, vid. xviii. 16. coll. xx. 2, 3, 4. testes oculares fuerunt, ipsa dissensio levis momenti est, nec in ejusmodi narrationibus insolita, in eo tamen omnes conveniunt, Petrum tunc temporis a pluribus sectatorem Christi appellatum esse. Interpretes tamen vario modo Evangelistas etiam hac in re conciliare studuerunt. *Grotius* putabat, Marc. l. c. ἡ παιδίσκη positum esse pro παιδίσκη τις, *ancilla quædam*, cum articulus sæpius habeat vim pronominis indefiniti, vid. ad xii. 29. xv. 29.: πάλιν] *rursus*, perquam contorte refert ad ἤρξατο λέγειν, et ἕτερος, Luc. l. c. positum accipit pro ἑτέρα, cum hæc formula loquendi Græcis non inusitata sit, sed desiderantur exempla hujus rationis alia in N. T. et Luc. xxii. 59. sequitur ἄλλος τις, quibus verbis marem significari in promptu est. Alii provocant ad Joh. xviii. 25. ubi omnino legitur εἶπον οὖν αὐτῷ scl. τινές· hos igitur fuisse, præeuntibus Evangelistis reliquis, ancillam janitricem auctore Marco, aliam ancillam auctore Matthæo, et apparitorum aliquem, auctore Luca. Pro τοῖς ἐκεῖ plures codd. habent: αὐτοῖς· ἐκεῖ καὶ οὗτος κ. τ. λ. quæ verba nonnulli interpretati sunt: hic fuit in horto Joh. xviii. 26. Sed si hic esset verborum sensus, scriptum esse deberet καὶ οὗτος ἦν ἐκεῖ· neque in antecedentibus horti mentio facta est, nec probabile est, ancillas pontificis illa nocte cum caterva apparitorum, qui Jesum capiendi caussa exierant, exiisse. Vera lectio haud dubie est τοῖς ἐκεῖ scl. οὖσι. coll. Marc. xiv. 69. et quomodo altera illa αὐτοῖς ἐκεῖ oriri potuerit, optime demonstravit *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l. cujus verba sunt: sexcenties in N. T. legitur ἔλεγεν s. λέγει αὐτοῖς. Hinc librarius in archetypo suo repetens λέγει τοῖς, nec ad orationem contextam universam animum rite advertens, facili sive oculorum sive phantasiæ errore sibi persuasit, hoc etiam loco tritissimum illud λέγει αὐτοῖς extare. — (72.) Petrus interposito jurejurando negavit se hominem nosse. ὅτι] ut particc. Hebræor. כִּי et אִם, post verba jurandi et affirmandi notat *profecto*, et est id. qd. ἦ μήν, ὄντως, v. 1 Regg. i. 30. ubi οἱ ό. habent ὅτι Gen. xxii. 17. xlii. 16. ubi in LXX. pro כִּי legitur ἦ μήν sed Gen. xxviii. 16. אָכֵן expresserunt ὅτι, et Symmach. ὄντως· Gen. xliv. 28. Hebr. אַךְ Alex. reddiderunt ὅτι.

(73—75.) οἱ ἑστῶτες] i. apparitores Marc. xiv. 70. οἱ παρεστῶτες. Notant, in his fuisse quoque cognatum servi illius, quem in horto vulnerarat Petrus, coll. Joh. xviii. 26. καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ] *sermo tuus te prodit*, ostendit te ipsum Galilæum, et Galilæi discipulum esse. λαλιὰ, *sermo, linguæ sonus* (Liv. x. 4. *jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano propior esset. Quum referrent, sonum linguæ*

74 καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Τότε ἤρξατο ¹καταναθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.
75 Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ· Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

## ΚΕΦ. κζ'.

ΠΡΩΙΑΣ δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε
2 θανατῶσαι αὐτόν. Καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ
3 παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. Τότε ἰδὼν

74. ~ καταθεματίζειν.

etc.) *dialectus*; sequebantur autem Galilæi in pronuntiando sonum agrestem et vastum, multas literas, etiam verba, prave pronuntiabant, vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 434. 2416. *Pfeifferi* dubia vexata script. p. 1166 ss. *Lightfootus* in chorograph. Matthæo præmissa, p. 151 ss. *Schættgenius* in Horis et *Wetstenius* ad h.l. — (74.) ἤρξατο καταναθεματίζειν] *dira sibi imprecatus est*, peream si familiaris hominis fuerim. Pro καταναθεματίζειν plures codd. legunt καταθεματίζειν, quod probant *Bengelius*, *Griesbachius* et *Matthæi*. Sed fieri facile potuit, ut librarii omissis mediis syllabis ανα, scripserint καταθεματίζειν neque hoc verbum καταθεματίζειν apud ullum scriptorem veterem recurrit, et scriptores ecclesiastici hoc verbum petierunt e codd. suis N. T. κατάθεμα esset *depositio*, l. *depositum*, neque tamen sic apparet, quomodo verbo καταθεματίζειν substitui possit notio, quæ huic nostro loco conveniens et accommodata sit; ἀνάθεμα autem est inter alia *dira imprecatio*, et ἀναθεματίζειν est *dira sibi imprecari*, ut Marc. xiv. 71. plenius legitur ἀναθεματίζειν ἑαυτοὺς, Act. xxiii. 12. et respondet Hebr. הַחֲרִים, vid. omnino *Koppius* ad Rom. ix. 3. *Salmasius* ad Solin. p. 767. verba autem decomposita, ut constat, habent vim verborum compositorum. Præplacet ergo lectio καταναθεματίζειν, utpote legibus linguæ usuique loquendi inprimis consentanea. Cæterum non nisi summa animi perturbatio et consternatio, et metus, ne proditus contumeliis maximis afficeretur, quin et morte mulctaretur, cum in numero hominum illorum videret cognatum servi pontificis, quem in horto vulnerarat, Petrum eo redigere poterant, ut non vereretur sibimet mala quævis imprecari, si propius nosset Jesum, de quo loquebantur circumstantes, cujusque asseclam Petrum esse affirmabant. καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε] *et continuo cecinit gallus*, eoque ipso momento Jesus, ut refert Lucas xxii. 61. quem apparitoribus cinctum Petrus in conspectu habebat, respiciens, fixis Petrum oculis intuebatur, quo revocaret ei in memoriam confidentius et audacius promissa (v. 35.) neutiquam servata. Quod autem verba ἀλέκτωρ ἐφώνησε (vid. ad v. 33.) attinet, fuerunt qui putarent non esse h.l. intelligendum gallum gallinaceum, cum ex *Baba Kama* c. 7. §. ult. vid. *Lightfootus* in Hor. Hebr. et Talm. ad v. 34., pateat, Judæos Hierosolymis non aluisse gallos, atque hinc explicuerunt hæc verba vel de clamore præfecti templi, qui singulis mane januam pulsaverit, et sacerdotes ibi pernoctantes ad ministerium suum excitarit, vel de buccinatore, vigilias buccina distinguente; alii contra cogitarunt h. l. de gallo, qui non in Judaica, sed in Pilati domo, aut in vicina quadam villa cecinerit. Quas tamen explicationes omnes satis refutarunt, earumque vanitatem accuratius demonstrarunt *Bynæus* de morte Chr. ii. 6. 5. *Lightfootus* l. c. *Schættgenius* ad v. 34. *Schulzius* in Exercitt. philoll. Hagæ 1774. Exerc. 3. de fictis Hierosolymor. privilegiis. *Rusius* in Harmon. Evang. T. iii. Vol. i. p. 878 ss. add. *Wolfius* in Curis, et *Kæcherus* in Anal. ad v. 34. *Michaëlis Einl.* p. 71 sq. qui iidem monuerunt, traditionem illam Judæorum pro nova et falsa esse habendam, et locos alios attulerunt, e quibus patet omnino altos fuisse Hierosolymis gallos gallinaceos. — (75.) ἔξω] in vestibulum. ἔκλαυσε πικρῶς] *flevit amare*, מַר יְבַכָּיוּן, Ies. xxxiii. 7. ubi οἱ ο'· πικρῶς κλαίοντες· add. xxii. 4.

## CAP. XXVII.

(1. 2.) *Primo mane deliberarant omnes sacerdotum et civitatis principes, de Jesu, auctoritate Pilati, interficiendo.* Synedrii assessores, Jesu mortis damnato, ex ædibus Caiaphæ, somnum capturos domum quemque suam discessisse, relicto ibi Jesu cum apparitoribus, haud pauci quidem interpretes opinati sunt; sed parum probabile est, tantillo temporis spatio tot senatores discessisse,

Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς,
ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς
πρεσβυτέροις, Λέγων· Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ 4
δὲ εἶπον· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια 5

iterumque ex tot diversis, etiam remotis urbis regionibus convenisse. Probabilior videri posset eorum sententia, qui statuunt, non omnes synedrii assessores, sed tantummodo adversarios Christi acerrimos interrogationi interfuisse, hinc pontificem circa gallicinium reliquos senatores absentes convocasse, ut omnes, πάντες, v. 1. sententiam latam confirmarent et comprobarent, et vero etiam deliberarent de Jesu per Pilatum interficiendo. Neque tamen hæc conjectura necessaria est, nam interea dum Jesus comprehendebatur et ad Hananum deducebatur, apud Caiapham concilium cogebatur, vid. xxvi. 57. et *Grotius*, qui verborum nostrorum sensum ita constituit: post auditum Jesum seorsim inter se deliberarunt senatores, quid faciendûm esset, bene monuit, formulam συμβούλιον λαμβάνειν etiam aliis in locis ita positam legi, ut, *consilium captum*, significet. — (2.) δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον] *eum vinctum abduxerunt* s. duci jusserunt ab apparitoribus in prætorium; δήσαντες id. qd. δεδεμένον, nam statim post prehensionem Jesus vinctus erat. vid. Joh. xviii. 12. παρέδωκαν] *tradiderunt eum; παραδοῦναι* signif. *tradere aliquem eo consilio, ut supplicio afficiatur*, vid. Joseph. B. I. vii. 3. *Krebsius* ad h. l. τῷ ἡγεμόνι] *Pontio Pilato*, vid. not. ad x. 18.

(3. 4.) τότε ἰδὼν κ. τ. λ.] *tum Judas proditor, cum vidisset, Jesum esse capitis damnatum, pœnitentia tactus triginta siclos synedris reddere volebat.* Judas cum apparitoribus Jesum persecutus erat in palatium pontificis, ibique commoratus erat usque ad diluculum. Neutiquam Jesus, ut sperarat Judas, vid. not. ad xxvi. 15. sese e manibus Judæorum eripuerat, imo mortis damnatus erat a synedris, et apparitores jam in eo erant, ut Jesum vinctum abducerent. Jam vero facti pœnitebat Judam, et pœnitentia tactus synedris (τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις) triginta siclos reddere volebat. μεταμεληθεὶς] inepte interpretes inter μεταμεληθῆναι et μετανοεῖν hoc discrimen posuerunt, ut illud pœnitentiam quamcunque, hoc salutarem, indicaret; quod vero discrimen nullum esse, et utrumque verbum respondere Hebr. נחם accurate demonstrarunt *Grotius, Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. Hesychius μεταμέλειαν, μετάνοιαν. Verbum ἀποστρέφειν transitive h. l. positum, respondet Hebr. השיב, *referre, reddere*, ut Gen. xxviii. 15. 1 Sam. vi. 21. sed ἀπέστρεψε, coll. v. 5.

est, *reddere voluit.* — (4.) ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον] *deliqui, quod hominem innocentem prodidi.* αἷμα ἀθῷον, vid. ad xxiii. 35. xvi. 17. Hanc Judæ confessionem luculentissimum innocentiæ Jesu testimonium fuisse, a pluribus monitum est. Quodsi enim ei, qui testis omnium factorum, dictorum, consiliorumque magistri fuerat, ulla in re ejusdem fides et virtus suspecta fuisset, certe id arripuisset ad excusandum facinus, et tranquillandum animum. τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει] *quid hoc ad nos? tu videris*, ut veniam impetres, tu tibi ipse consulas. Formula solennis iis, qui curam alicujus rei a se rejiciunt ad alterum, Gr. σοὶ μελέτω s. μελήσει. ὄψει atticum est pro communi ὄψῃ, respondet Hebr. עתה תראה, 1 Sam. xxv. 17. errarunt, qui de Latinismo cogitarunt in formula σὺ ὄψει, vid. *Krebsius* ad h. l.

(5.) Ducentibus interim apparitoribus Jesum ad Pilatum, cum non recepissent siclos synedri, desperabundus Judas festinat ad templum. καὶ ῥίψας — ἀπήγξατο] *et projectis siclis in templum, aufugit, seque suspendit.* Per τὸν ναὸν *Grotius*, aliique, intelligunt, eam templi partem, in qua considere solebat Synedrium, quam Judæi לשכת הגזית (conclave cæsi lapidis, exstructum e lapidibus quadratis) vocabant, vid. *Wolfius* ad h. l. Sed recte monitum est ab aliis, templi porticus et ædificia templo adjacentia, in N. T. plerumque insigniri vocabulo ἱερὸν, non vocabulo ναὸς vid. ad iv. 5. xxi. 12. præterea synedrium tunc temporis non fuisse in templo; sed in ædibus Caiaphæ coactum xxvi. 57. neque Judæ proditori aditum in illud templi conclave occlusum patuisse. Hinc *Michaëlis*, alii putant, Judam in eam templi partem, quæ dicta est ἅγια, (quam nemini intrare licebat nisi sacerdotibus,) velo oppanso, spectantibus sacerdotibus excubitoribus, nummos illos argenteos projecisse. *Kypkius* ἐν τῷ ναῷ vertit *prope, apud templum*, notatque, Judam voluisse, ad expiandam aliquo modo flagitii atrocitatem, triginta siclos ad gazophylacium conferre, cum vero præfecti gazophylacii hoc concedere nollent, eum in atrio interiori, ἐν τῷ ναῷ *prope templum*, vel in terram, vel alio utcunque pecuniam projecisse. ἀναχωρεῖν] *aufugere*, respondet in versione Alex. verbis ברח et נוס, *fugere*, vid. Exod. ii. 15. Hos. xii. 13. 2 Sam. iv. 4. καὶ ἀπελθὼν, ἀπήγξατο] *abiit, et laqueo vitam finiit.* Diversæ sunt erudi-

6 ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν, ἀπήγξατο. Οἱ δὲ

torum de morte Judæ sententiæ, et vario modo hunc locum conciliare studuerunt cum loco Act. i. 18. ubi de Juda legitur: *et præceps factus, medius disruptus est, ut omnia sua viscera effunderet.* — 1) *Pricæus*, *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 122. *Fisch.*, *Perizonius* ad Ælian. H. V. v. 8. et in Dissert. de morte Judæ et verbo ἀπάγχεσθαι. Traj. ad Rhen. 1702. et 1766. 8. *Œdmanus* in *vermischten Sammlungen aus d. Naturkunde* St. 5. c. 15. p. 118. alii statuunt ἀπήγξατο explicandum esse omnino de morte, quam sibi mœrore et desperatione incitatus Judas consciverit, (*ex animi angore mortem sibi conscivit*) et speciatim, de morte voluntaria præcipitii, cum Petrus Act. i. 18. accuratius mortis genus definierit. Verbum enim ἀπάγχεσθαι interdum ita poni, ut sit, *ægritudine, angoreque animi confici*, aut *mortem sibi consciscere*. Plerisque tamen in locis, quos interpretes illi ad comprobandam hanc verbi ἀπάγχεσθαι notionem attulerunt, commode explicari potest de strangulatione et suspendio (ut 2 Sam. xvii. 23. Nah. ii. 13. Ælian. H. V. v. 8. Πολίαγρος δὲ ἀπήγξατο, i. *Poliager vero se strangulabat*. Tob. iii. 10. ἐλυπήθη σφόδρα, ὥστε ἀπάγξασθαι, h. e. *ita ut de suspendio etiam cogitaret*) et, ut ipse *Perizonius* concedit, perraro ἀπάγχεσθαι adhibitum reperitur *de morte ex tristitia et angore animi, voluntaria, vel naturaliter orta* vid. *Perizon.* diss. p. 144 ss. Non autem necesse esse, ut ad hanc rariorem verbi significationem confugiamus, quo Matthæus cum Luca componatur, ex iis quæ infra notabuntur, apparebit. 2) Contra *Perizonium* disputavit inprimis *Gronovius* v. ejusd. exercit. de morte Judæ τοῦ προδότου Lugd. Bat. 1703. (add. *Clericus* ad h. l.) et vulgarem sententiam amplexus, ex qua ἀπάγχεσθαι explicatur *suspendio vitam finire*, statuit, Judam, teste *Matthæo*, mortem sibi laqueo conscivisse, corpus vero ejus in voraginem ejusmodi cadaveribus destinatam, et eminentibus hinc inde saxis asperam, præcipitatum, et hac præcipitatione, auctore *Petro* in Actis, ruptum fuisse. Verum ut recte *Perizonius* monuit, nullo prorsus exemplo probari potest, fuisse Hierosolymis locum, in quem projici damnata cadavera, et sub dio relinqui solerent v. ejusd. Dissert. p. 63. 66. 68.—3) *Albertius* in Obss. ad Act. l. c. ἀπήγξατο vertit: *suspendit se*, et Act. l. l. πρηνὴς γενόμενος, *suspensus*. Ita Vulgat. *Erasmus* quoque et *Castalio*, τὸ, πρηνὴς γενόμενος, interpretati sunt. Verbis ἐλάκησε μέσος *Albertius* hoc declarari contendit, quod Judas, postquam se suspendisset, cum laqueus vel fractus, vel minus fixus esset, ex alto in saxum fortasse asperum, vel in ligni truncum acutum, aut alias, delapsus, atque ita medius disruptus sit. Sed πρηνὴς ex usu loquendi Græcorum, semper *pronum in faciem* notat, et locus Achillis Tatii, quem *Albertius* attulit ad tuendam significationem, quam verbis πρηνὴς γενόμενος substituit, ἀπαιωρηθέντος est; interpres denique vulgatus qui πρηνὴς γεν. expressit: *suspensus* non tam ad vocem ipsam, quam ad rem, a Matthæo narratam, respexisse videtur. vid. *Wolfius* in Curis ad Act. l. c. 4) *Boltenius* ἀπήγξατο vertit: *se ex alto præcipitavit*. Provocat ad usum verbi חנק, quod in lingua Chaldaica non tantum notet *suffocavit*, sed etiam *excussit, projecit*, auctore *Buxtorfio* in Lex. Talm. p. 2478. Verum in locis a *Buxtorfio* laudatis, vulgaris verbi חנק significatio *suffocavit*, commode retineri potest; et in versionibus Chaldaicis, ut *Paulus* ad h. l. monuit, non semper verba Hebraica accurate convertuntur, sed explicantur, eorumque sensus exprimitur. 5) *Dan. Heinsius* per τὸ ἀπάγχεσθαι existimat notari morbum ex magno animi mœrore ac dolore ortum; *Grotius* suspicatur, Matthæum per τὸ ἀπάγχεσθαι indicare gravissimum conscientiæ exulceratæ tormentum. Quibus conjecturis vel participium ἀπελθὼν adversatur, quod aperte ostendit verbo ἀπήγξατο actionem corporis declarari. *Wakefieldius* in Silva Critica, Cantabr. 1789. opinatur, Judam dysenteria, e mœrore gravissimo orta, mortuum esse. Scilicet πρηνὴς γενόμενος Act. i. 18. auctore *Wakefieldio*, acerbum mortis genus indicat, ut Sap. iv. 19. (ὁ κύριος) ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους πρηνεῖς, καὶ σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων (qui locus ab hoc nostro alienus est); formula ἐλάκησε μέσος significantur graves dolores; Juvenal. Sat. xiv. 199. *trepido solvunt tibi cornua ventrem*; et verba ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, explicative addita, describunt graves dysenteriæ effectus, cum de ea Græci utantur vocibus ῥύσις γαστέρος, κοιλίαν ἐκφέρεσθαι, vid. Schol. ad Aristoph. Vesp. 604. et de Joramo, qui dysenteria mortuus est 2 Par. xxi. 19. legitur in vers. Alex. ἐξῆλθεν ἡ κοιλία αὐτοῦ μετὰ τῆς νόσου. Quam parum idoneis argumentis hæc *Wakefieldii* interpretatio suffulta sit, quilibet, vel me non monente, sponte intelligit. 6) *Salmasius*, qui ἀπάγχεσθαι de *suspendio* intelligit, Lucam et Matthæum de morte Judæ in diversas partes abiisse statuit, nempe e Matthæi sententia Judam *suspendio*, e Lucæ contra, *præcipitio* voluntario periisse. Hoc vero, ut *Perizonius* in Diss. p. 68. monuit, non est nodum solvere, sed præcidere. *Salmasio* adstipulatus est Anonymus in *Schmidtii Biblioth. für Kritik u. Exegese des N. T.* B. 2. St. 3. p. 246 sq. et duplicem, illo tem-

ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον· Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν

pore, de morte Judæ traditionem extitisse autumat, quarum alteram vulgatiorem, Matthæus, alteram Lucas secutus sit; verbum autem **ἀπήγξατο**, vel, de strangulatione, vel, de morte ex mœrore contracta, interpretatur. Hanc de duplici traditione conjecturam assensu suo etiam comprobavit *Hienrichsius*, et ad Act. l. l. monuit, v. 18. et 19. non Petri verba continere, cum Petrus, utpote Matthæo familiarior, ab eadem traditione haud facile recessisset, sed annotationem a Luca explicationis caussa additam. Lucam enim, cum de morte Judæ in Evangelio nihil memorasset, de ea necessario monere debuisse Theophilum, qui aliter non perspexisset, quem in finem Petrus quæ v. 16, 17. leguntur, locutus sit, aliumque Apostolum suffecerit. Etiam *Rosenmüllerus* v. 18. et 19. pro additamento Lucæ habet.

Mihi quidem præferenda videtur vulgaris expositio. Scilicet solennis verbi **ἀπάγχεσθαι** significatio est, *se suspendere, laqueo sibi cervicem frangere, suspendio vitam finire;* largam exemplorum copiam attulit hanc in rem *Gronovius* l. c. add. *Perizon.* in Diss. laud. p. 207. et *Raphelius* ad h. l. Alexandrini hoc verbo expresserunt Hebr. ויחנק 2 Sam. xvii. 23. **καὶ ἀπήγξατο·** pro quo Joseph. Ant. vii. 9. habet, **ἀνήρτησεν αὑτὸν** *suspendit se.* Suidas: **ἀπήγξατο· βρόχον ἧψεν.** A propria autem et usitata vocis significatione non est recedendum, nisi locus qui tractatur, aliam significationem quærere cogat. Verba **πρηνὴς γενόμενος** Act. l. l. notant: *præceps factus est.* Etenim **πρηνὴς** dicitur *pronus in faciem, in faciem lapsus;* Hesychius: **πρηνὴς, ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκώς.** Id. **καταπρηνὴς, κατὰ πρόσωπον, ἐπὶ στόμα, κατωφερής.** Phavorinus: **πρηνὴς, εἰς τοὔμπροσθεν, ἐπὶ στόματος, ἐπὶ προσώπου.** Eustathius ad Hom. Il. β'. 414. **κυρίως πρηνὴς λέγεται τὸ πεσὸν ἐπὶ πρόσωπον, ὕπτιον δὲ τὸ ἀνάπαλιν,** *proprie* **πρηνὴς** *dicitur, quod in faciem cadit, quod vero in contrariam partem* **ὕπτιον.** add. Eustath. ad Hom. Il. ζ'. xlii. p. 476. et *Elsnerus* ad Act. i. 18. Dicitur vero etiam **πρηνὴς γενόμενος** sive **πεσὼν** is, *qui de loco superiore pronus et præceps delabitur.* Sic legitur ap. Joseph. B. I. vi. 1. 1. de Sabino quodam, milite Romano, insigni audacia murum Hierosolymæ cum paucis aggresso: **ὁ ἀνὴρ οὗτος, ὅτε ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς ἐσφάλη, καὶ πταίσας πρός τινα πέτραν, πρηνὴς ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστου ψόφου καταπίπτει,** *hic vero cum, quod aggressus erat, superasset, de muro lapsus est, saxoque cuidam impactus, cum maximo armorum sonitu præceps in illud decidit.* Hom. Odys. ι'. 374. de Ulysse, **πρηνὴ καππεσεῖν,** *ex loco altiori præcipitem, pronumque delabi,* add. *Kypkius* ad Act. l. l. atque hoc significatu ibi **πρηνὴς** accipi debet, cum additum legatur, Judam medium disruptum, ejusque viscera effusa esse. Locus autem Matthæi cum loco Lucæ facillime potest componi, si statuitur, Matthæum exposuisse mortis genus, Lucam vero attigisse ejus eventum. Judas ægritudine animi commotus, laqueo sibi mortem conscivit, laqueo autem sive pendentis corporis Judæ gravitate, sive alia quacunque de caussa disrupto, ex altiore loco, e rupe, præceps ac pronus delapsus est, ita, ut diffisso corpore, intestina diffusa sint. Apuleius Met. i. p. 12. *ascenso grabatulo ad exitium sublimatus immisso capite laqueum induo; sed dum pede altero fulcimentum, quo sustinebar, repello, ut ponderis deductu restis ad ingluviem adstricta spiritus officia discluderet, repente putris alioqui et vetus funis rumpitur, atque ego de alto decidens in terram devolvor.*—Qui de duplici traditione cogitant, urgent inprimis verba Act. i. 18. **ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ** (coll. Matth. xxvii. 7.) **τῆς ἀδικίας,** quæ vertunt: *ex pecunia, quam ob proditum Jesum acceperat, agrum sibi emit.* At enimvero **ἐκτήσατο χωρίον** per leges linguæ commode explicari potest: *occasionem præbuit, caussa fuit agri emendi;* sæpius enim verba actionis de occasione ejus intelligenda sunt v. *Glassius* Phil. S. p. 204 s. *Wolfius* in Curis, *Elsnerus* et *Krebsius* ad h. l. Judas igitur eatenus sceleris mercede agrum comparasse dicitur, (*für den Verrätherlohn erwarb er einen Acker, und stürzte hinab,* etc.) quatenus pretio illo, quod sibi stipulatus erat, ager ille emptus fuerat. Quæ porro Act. i. 18. leguntur non sunt Lucæ, ut nonnulli opinati sunt, sed Petri verba, id quod vel locus Ps. lxix. 26. a Petro (v. 20.) laudatus, et in Judæ interitum translatus satis aperte docet. Petrus, cujus oratio affectus plena est, cujus auditoribus genus mortis Judæ probe notum erat, notata sceleris a Juda commissi gravitate v. 16, 17. suo consilio conveniens putabat, quo fortius feriret auditorum animos, commemorare id, quod Judæ exitium maxime dirum et horrendum reddiderat. Mens Petri hæc est: Judas sceleris mercede comparavit agrum, non sibi sed aliis, dira et horrenda mors erat merces sceleris ipsius. Matthæus, qui interdum breviter et succincte scribit, et in narrationibus suis **περιστάσεις** omittere solet ab aliis Evangelistis memoratas, pro suo scribendi consilio satis habebat indicasse, Judam ex mœrore animi laqueo sibi cervicem fregisse. vid. et *Krebsius* ad h. l. Si v. 18. Act. l. l. annotationem Lucæ contineret, Theophili caussa additam, quod ille ultima Judæ fata ignoraret, haud dubie scriptor ea non adeo

7 αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι. Συμβού-
λιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως,
8 εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς
9 αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. (Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ
Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα

leviter attigisset, sed disertius et pluribus exposuisset, præsertim cum in Evangelio nil de agro ex pecunia, pro qua Judas magistrum prodiderat, empto, nil de proditoris morte commemorasset. Sed cum sciret Lucas, etiam ad Theophili aures famam de Judæ ultimis fatis pervenisse (v. ad Luc. i. 4.), ei fatis erat, allatis Petri verbis, quæ Theophilo non obscura essent, v. 19. annotasse, rem a Petro v. 18. memoratam, omnibus Hierosolymorum incolis innotuisse, atque adeo agrum illum vocatum esse, agrum sanguinis.

(6—8.) Quæ h.l. leguntur de consilio a synedris (ἀρχιερεῖς sunt synedri, vid. xxvii. 1, 3. xxvi. 14, 47.) inito, et de agro pro triginta siclis comparato, ea, cum nunc temporis non tantum otii synedris esset, evenerunt haud dubie, cum Jesus in crucem actus esset, sed Matthæus in unum locum contulit omnia, et quæ serius enarranda erant, ob materiæ connexionem, per prolepsin historicam hoc loco retulit. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν] *non licet nummos in thesaurum sacrum condere.* κορβᾶν s. κορβανᾶς prop. est *munus, donum*, vid. Marc. vii. 11. ubi per δῶρον explicatur, deinde signif. *thesaurum sacrum*, Joseph. B. I. ii. 9. 4. τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖται δὲ κορβανᾶς· add. Suidas et Phavorinus h. v. Hoc loco intelliguntur cistæ, quæ erant in atrio mulierum, in quas condebantur nummi, et sponte oblati, vid. Marc. xii. 41. Luc. xxi. 1. et quotannis a singulis Judæis ad templi conservationem et comparationem rerum ad cultum Dei necessariarum pendendi, vid. xvii. 25. et *Schleusneri* Lex. s. v. κορβᾶν. Rationem, ob quam nefas judicarint synedri illos triginta siclos in thesauros sacros condere, reddunt verba: ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι] *est enim merces sanguinis*, sunt nummi quibus empta est nex. Vetabat autem lex pecuniam e turpi quæstu, ullave re illicita, inferre sacris, eaque thesaurum sacrum augere. v. Talmud. Tract. Sanhedrin fol. 112. Deut. xxiii. 18. — (7.) συμβούλιον — τοῦ κεραμέως] *consilio capto emerunt illo argento agrum figulinum.* ὁ ἀγρὸς τοῦ κεραμέως reddi potest, *ager ille figuli*, ut locutus sit Matthæus de hoc agro ut celebri et omnibus noto; vel *ager figulinus*, ut significetur ager, e quo figuli argillam ad fingenda vasa eruebant, quique inde nomen acceperat, חֶלְקַת הַיּוֹצֵר, ὁ ἀγρὸς τοῦ κεραμέως. Quodsi argilla tunc exhausta, adeoque agri solum sterile erat, (nihilominus tamen ager, ut fit, nomen suum retinuerat) non est quod miremur, eum tam parvo pretio venditum esse. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις] *ut ibi sepelirentur peregrini:* intelliguntur Judæi, qui e longinquis regionibus Hierosolymam venerant, ad sacra ibi facienda Deo. Alii per ξένους gentiles intelligunt, sed horum cura, ut recte notavit ad h. l. *Grotius*, minime tangebat sacerdotes. — (8.) ἀγρὸς αἵματος dialecto Hierosolymitana s. Syrochaldaica חֲקַל דְּמָא, ἀκελδαμὰ Act. i. 19. *agrum cruentum* nominarant Hierosolymitani hunc agrum, quoniam emptus erat ex pecunia, pro qua Judas magistrum vendiderat. ἕως τῆς σήμερον] scil. ἡμέρας, עַד־הַיּוֹם הַזֶּה, v. LXX. Exod. x. 6.

(9. 10.) τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου] *quod cecinit Jeremias propheta.* At verba, quæ h. l. afferuntur, in scriptis Jeremiæ non reperiuntur, extat autem in Zachariæ oraculis locus, nostro non prorsus absimilis, nempe xi. 12, 13. Pro Ἱερεμίου codex 22. et vers. Syr. Philox. habent Ζαχαρίου· sed codex 33. et 157. cum Syro et veteribus quibusdam libris latinis simpliciter legunt ῥηθὲν διὰ προφήτου· vid. *Griesbachius* ad h. l. Variæ hinc enatæ sunt eruditorum sententiæ. cf. *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h.l. *Alexander Morus* et *Stephanus le Moyne* opinati sunt Matthæum scripsisse ביד הנביא, pro quo postea librarium (sive interpretem Græcum) legisse ביר״ הנביא *per Jeremiam prophetam*, et ita ortam esse versionem διὰ Ἱερεμίου. Alii suspicati sunt librarios cum addere vellent nomen prophetæ, cujus sententiam laudatam reperirent, scripsisse Ἰρίου (Ἱερεμίου) pro Ζρίου (Ζαχαρίου), sed hæc scripturæ compendia in antiquissimis codd. non reperiuntur, et unus tantum cod. exhibet Ζαχαρίου. *Griesbachius* in Commentario Crit. ad h.l. contendit, Matthæum ipsum memoriæ lapsu Jeremiam laudasse, cum Zacharias nominandus fuisset. Alii qui videbant, Zachariæ locum haud parum discrepare a nostro, putarunt Matthæum, ut alias, vid. v. 35. i. 22. ii. 5, 15. xiii. 35. xxi. 4. ita et h.l. simpliciter scripsisse διὰ τοῦ προφήτου· sed ab iis, qui in quodam Jeremiæ scripto deperdito (quod

ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν
Ἰσραήλ· Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ 10
συνέταξέ μοι Κύριος.)
11 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος· καὶ ἐπηρώ-
τησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων· Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰου-

suis oculis se vidisse testatur Hieronymus Quæst. in Matth. ad h.l. cujus verba sunt: *legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Hieremiæ apographum, in quo hæc ad verbum scripta reperi, sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium:)* aut in deperdito quodam nostri Jeremiæ loco (cujus vestigia in Coptico lectionario, v. *Michaëlis Oriental. Biblioth.* Th. iv. p. 208. et ad h. l. *Crameri Beyträge zur Beförderung theologischer Kenntnisse,* T. iii. p. 14 s. et Arabico, vid. *Bengelii* Apparat. Crit. p. 140. superesse nonnullis visa sunt) effatum nostri simile reperissent, nomen Ἱερεμίου insertum, ab aliis vero, qui in libris nostris Jeremiæ hoc effatum frustra quæsivissent, Ἱερεμίου mutatum esse in Ζαχαρίου. "Sed veremur (sunt verba *Griesbachii* in Comment. Crit. ad h.l.) ut apocryphus iste sive libellus sive locus adeo sit vetustus, ut ex eo origo lectionis vulgatæ, quam antiquissima recensio Alexandrina *primitus* procul dubio exhibuit, derivari queat." Equidem omnino adstipulor iis, qui lectionem Ἱερεμίου, cum ea in omnibus fere codd. extet, retinendam putant; cum vero Zachariæ locus et quoad verba, et quoad argumentum magnopere a nostro loco discrepet, vid. interpp. ad Zach. l. c. et *Michaëlis Einleitung in das N. T.* p. 262 sq. arbitror, verba a Matthæo ipso desumpta esse e Jeremiæ libro quodam tunc temporis superstite, maturius vero deperdito. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα κ. τ. λ.] *acceperunt triginta siclos, pretium æstimati, quem æstimaverant Israelitæ, et emptus est ager figilinus, sicut mihi præcepit dominus,* subint. οὕτως λέγω, *ita eloquor,* jussu et auctoritate domini loquor. ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ scl. τινές· vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 567.

(11.) Narratio Matthæi admodum brevis et succincta, ex Joh. xviii. 29 ss. supplenda. Scilicet synedri vehementer optabant, ut Jesus quam primum, et a Romanis ipsis capite plecteretur. vid. ad xxvi. 66. Postquam ergo ad prætorium cum Jesu pervenerant, et inde Pilatum evocaverant, vid. Joh. xviii. 29. auctoritate sua Pilatum obtundere, et eo redigere studebant, ut omissa longiori caussæ cognitione, eum, quem omnes synedri morte dignum judicassent, capitis damnaret et exsecutor ipsorum sententiæ esset. At enimvero Pilatus his importunis flagitatoribus neutiquam annuebat. Multa de Jesu, de sanctitate et probitate ipsius, de odio quo eum persequebantur primores populi, audiverat Pilatus, nec eum latebant, quæ ante paucos dies evenerant, vid. Matth. xxi. 10—16. c. 23. ipse adspectus Christi, cujus facies summam animi tranquillitatem referret, Procuratorem admiratione imbuebat; fanaticum imprudentem, Romanis tamen minime periculosum, Jesum habebat; contemnebat Judæos, inprimisque eorum principes utpote simulatores pessimos; atque ex mero livore et odio Jesum, qui publice mores eorum perversos perstrinxisset, ab iis sibi necandum tradi, tantoque furore accusari, Pilato persuasissimum erat. Hinc cum quæstionibus Judaicis sese immiscere nollet, eos discedere, et si Jesus castigatione ac pœna dignus ex ipsorum sententia esset, si in instituta et religionem ipsorum peccasset, eum e legibus suis castigare et punire jubebat. Poterant Judæi flagellis cædere in synagogis facinorosos, vid. ad x. 17. morte autem mulctare, lapidare poterant neminem, nisi eorum sententia a procuratore confirmata esset, vid. ad xxvi. 66. Jam vero cum synedri nihil efficere se posse viderent, accusare incipiebant Jesum tanquam eum, qui in provincia turbas moveret, leges Romanas violaret, regnum affectaret, atque se Messiam regem Judæorum diceret. vid. Luc. xxiii. 2. Pilatus ergo subridens, cum adesset homo plebeiæ sortis, qui nullas haberet armatorum copias, præsidia nulla, Jesum interrogabat, an esset rex Judæorum? Respondebat Jesus σὺ λέγεις, *recte;* sum rex. v. xxvi. 64. Sperarat Pilatus, ut videtur, Jesum negaturum esse se regnum affectare, et si negasset, non poterat damnari nisi convictus certissimis testimoniis, atque Pilatus eum absolvisset. *Heinsius* ad h. l. et *Schusterus* in *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur,* B. 10. p. 829. verba h. l. et Joh. xviii. 37. verba σὺ λέγεις, interrogative dicta accipiunt, ita, ut interrogatio negantis sit, *non sum;* sed locus Johannis huic explicationi non favet. Alii monuerunt, hanc Jesu vocem σὺ εἶπας non audisse synedros ob clamores et tumultum; quodsi enim eam audivissent, haud dubie Pilato acclamassent, habemus reum et confessum, ut xxvi. 65. Sed silentio præterire potuerunt Evangelistæ hanc Synedrorum acclamationem, quoniam ea nihil prorsus effecerant. Nam, cum Jesus affirmasset se

12 δαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ· Σὺ λέγεις. Καὶ ἐν τῷ
κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυ-
13 τέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· Οὐκ
14 ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι; Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ
πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα· ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.
15 Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσ-

regem esse, Pilatus non curans accusatorum cupidorum clamores et tumultus, statim in prætorium rediit, et Jesum illuc venire ad se jussit, vid. Joh. xviii. 33. Quæritur tamen omnino etiam, an synedri dicere potuerint, habemus reum et confessum. Nam affirmarat quidem Jesus se regem esse, sed non concesserat se *διαστρέφειν τὸ ἔθνος καὶ κωλύειν Καίσαρι φόρους διδόναι*, vid. Luc. xxiii. 2.

(12—14.) Ut reum liberius interrogaret Pilatus, et accuratius rem cognosceret, Jesum in prætorium venire ad se jussit. Repetita Christi professio (Matth. xxvii. 11. Joh. xviii. 36.) se regem esse, Procuratori in memoriam revocabat Stoicorum placita, *μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ὁ ἄφρων δοῦλος·* Cic. Paradox. 5. *αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.* Cic. Paradox. 2. *μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.* ib. 6. *Quisnam igitur liber? sapiens* etc. Horat. Serm. ii. 7. 83. *Rex eris, si recte facies.* Horat. Epp. i. 1. 59. add. Carm. ii. 2. 9 ss. Hac vero ipsa Jesu professione, ut et reliqua ipsius oratione, vid. Joh. xviii. 36. Pilatus in opinione sua confirmatus Jesum hominem probum et innocentem, sed fanaticum esse, una cum Jesu e prætorio egrediebatur, et ostendebat synedris, se nullam mortis caussam in Jesu reperire, Joh. xviii. 33—38. Luc. xxiii. 4 sq. Jam vero synedri, quorum odium hoc Pilati testimonium frangere non poterat, quod rationibus extorquere non poterant, clamoribus studebant, magno clamore inprimis repetebant, Matth. xxvii. 12. Luc. xxiii. 5. Jesum turbas movere studuisse, et plebem ab eo, inde a Galilææ finibus per omnem Judæam sollicitatam fuisse. *ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι*] per Hebraismum pro, *ὅτε κατηγορεῖτο, cum accusaretur.* vid. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 116. ed. *Fischer.* *οὐδὲν ἀπεκρίνατο*] *nihil respondebat;* cum videret Pilatum ipsum criminationum vanitatem perspicere. — (13.) *οὐκ ἀκούεις κ. τ. λ.*] *audisne, quantopere hi te accusent?* innocentiam tuam defende *πρὸς οὐδὲν ῥῆμα, ad nullam criminationem a synedris prolatam.* *ῥῆμα*, Hebr. דבר, *res.* *ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν*] *ut adeo Procurator magnopere miraretur,* np. animi tranquillitatem Jesu in tanto adversariorum suorum furore, patientiam, integritatem.

(15.) De Galilæis constabat, eos esse ad seditionem pronos, rerumque novarum cupidos, vid. Joseph. Ant. viii. 2. B. I. 2. 8. hinc de industria Galilææ mentionem faciebant accusatores, Luc. xxiii. 5. add. h. l. v. 12. Pilatus vero, cui de Jesu innocentia persuasissimum quidem erat, qui tamen Judæos offendere nolebat, vocem Galilææ arripiebat, quam in adstruenda accusatione synedrorum perceperat, et postquam ea dixerat, quæ h. l. v. 13 s. leguntur, consilium capiebat a se hoc omne negotium amoliendi illudque sub prætextu non turbandæ jurisdictionis Herodis, Galilææ tetrarchæ, devolvendi ad hostem, cujus volebat videri ambire amicitiam, Luc. xxiii. 6—12. Mittebat ergo Jesum ad Herodem, qui illo tempore, propter festum Paschale (Joseph. Ant. xviii. 6. 3.) Hierosolymis commorabatur. Neque tamen Herodes durius quid in Jesum statuebat, sed eum ad Pilatum remittebat, renuntiabatque, nihil ab eo morte dignum perpetratum esse, vid. Luc. xxiii. 11 sqq. Sequuntur nunc ea quæ Matth. inde a v. 15. retulit, add. Marc. xv. 6. Luc. xxiii. 17. Joh. xviii. 39. *κατὰ ἑορτὴν* id. qd. *καθ' ἑκάστην ἑορτὴν* i. *festo quoque Paschali*, nam hoc festum simpliciter vocabatur *ἑορτὴ*, vid. Joh. iv. 45. coll. ii. 13, 23. et Joh. loco parall. xviii. 39. usus est voce *ἐν τῷ πάσχα.* *ἀπολύειν τῷ ὄχλῳ*, dimittere, libertate donare ad gratificandum populo. Utrum hic mos captivum festo Paschatos libertati restituendi a gentilibus, an a Judæis originem traxerit? et quando apud Judæos invaluerit? certo definiri nequit. Plures tamen statuerunt, fuisse hunc morem Judæorum avitum, introductum in memoriam liberationis majorum e servitute Ægyptiaca, et servatum auctoritate Augusti et hujus successorum, Judæa in provinciam redacta. Provocant ad Joh. xviii. 39. *ἔστι συνήθεια ὑμῶν.* Alii contra opinati sunt hujus ritus originem repetendam esse a Romanis, qui in lectisterniis captivos dimisissent; populo autem Judaico ab Augusto hanc gratiam fuisse concessam. At in lectisterniis non uni captivorum sed omnibus vincula in illos dies festos demebantur. Liv. v. 13. in descriptione lectisternii primi A. U. 355. *et cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habiti, jurgiis ac litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula.* Hinc denique alii suspicati

μιον, ὃν ἤθελον. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον λεγόμενον 16
Βαραββᾶν. Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· 17
Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγό-
μενον Χριστόν; Ἤδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. 18
Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν 19

sunt hanc consuetudinem fuisse receptam, cum regum Syriæ imperio Palæstina subjecta esset, et Romanos quod diuturno usu confirmatum deprehendissent, cum Judæam in provinciæ formulam redegissent, mutare id haud consultum ratos, intactum reliquisse, cf. quos laudarunt *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l.

(16—18.) εἶχον] pro εἶχετο, *vinculis tenebatur*, ex Hebraica ratione, vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 579. *Leusden.* de Hebr. p. 114. ἐπίσημος] et bono et malo sensu adhibetur, ita, ut sit *nobilis, honoratus*, et *famosus, infamis*, quo posteriori significatu h. l. extat et ap. Joseph. B. I. ii. 21. 1. *homo omnibus insignis notis turpitudinis*, Cic. Rabir. 9. Βαραββᾶς] ex בר, *filius*, et אבא, *pater*, nomen in scriptis Rabbinorum frequenter occurrens, vid. *Lightfootus* ad h. l. In codd. tribus, vers. Armen. et Syriaca Hierosolymitana v. 16. et 17. ante Βαραββᾶν additum legitur Ἰησοῦν· nec defuerunt inter criticos recentiores, qui hanc lectionem probarent, atque contenderent nomen Ἰησοῦν ante Βαραββᾶν expunctum esse ab iis, quos offenderet, Jesum, et Barabbam hominem scelestum, fuisse cognomines, sed hanc ipsam affinitatem nominum Pilato in memoriam revocasse Barabbam. Quodsi vero etiam hæc ratio verissima esset, neutiquam tamen cum aliis (vid. *Schmidtii Biblioth. der neuen theolog. Literat.* B. 1. p. 237.) exinde apparere quoque arbitrarer, cur Pilatus usus sit verbis Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστὸς, hujus enim rei ratio elucet e Luc. xxiii. 2. Marc. xv. 12. Joh. xix. 14, 15. At cum doceri nequeat, Ἰησοῦν primitus lectum fuisse in ulla recensionum vetustarum, et huic lectioni adversentur reliqui codd. omnes, etiam libri Marci, Lucæ atque Johannis, adstipulor *Griesbachio*, qui in Commentar. Crit. ad h. l. lectionem Ἰησοῦν librariorum negligentiæ tribuendam esse censet. " Festinans librarius, (utor *Griesbachii* verbis) postquam v. 17. transscripserat verba: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; nimis præcipitanter arripuit sequens nomen Ἰησοῦν, neglecto interjacente Βαραββᾶν ἢ, statim autem animadverso errore, hunc corrigere ita instituit, ut more librariis solenni minutissimis punctulis superne appositis Ἰησοῦν jugularet, ac mox pergeret: Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν. Jam fac, ex isto exemplo alium librarium, minus attentum aut hebetioribus utentem oculis confecisse apographum, et hujus oculorum aciem effugisse tenuissima illa ac detrita fortasse puncta; nonne sic enasci necessario debuit lectio: Ἰησοῦν Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν? quæ fortuito casu exorta in v. 16. fieri non potuit, quin mox versu etiam 16. Ἰησοῦν ante Βαραββᾶν intercalaretur. Firmat hanc conjecturam quodammodo latinus textus, Origenis commentario præmissus, qui quidem vers. 17. *Jesum Barabbam*, vers. autem 16. simpliciter, *qui dicebatur Barabbas*, exhibet." *Origenes* quidem in explicatione loci nostri tract. 35. in Matth. addit: *In multis exemplaribus non continetur, quod Barabbas etiam Jesus dicebatur; et forsitan recte, ut ne nomen Jesu conveniat alicui iniquorum — puto quod in hæresibus tale aliquid superadditum est.* Atque exinde conjecerunt nonnulli, Origenem in suis codd. omnino reperisse Ἰησοῦν Βαραββᾶν. Sed ut recte *Griesbachius* l. c. p. 34. monuit: Quæ ex Origenis in Matth. commentariis proferuntur, latine tantum supersunt, et forsitan interpretis, incredibili, ut aliunde constat, licentia utentis, sedulitati debentur; græce autem in libris adv. Celsum Origenes locum nostrum absque Ἰησοῦν laudavit. συνηγμένων αὐτῶν, *convocatos* nempe synedros et multitudinem Judæorum, *interrogabat*; longinquius stantes propius accedere jussit, concionem coëgit, Luc. xxiii. 13. εἶπεν id. qd. ἐπηρώτησεν αὐτούς. —(18.) ᾔδει γὰρ αὐτὸν] *sciebat enim*, tum fama, tum ipsa re, *invidiam* (invidebant enim Jesu primores populi, rerum divinarum scientiam, doctrinam, populi plausum, nominis claritatem) *sibi traditum esse* a synedris *Jesum, ut supplicio afficeretur*; sperabat ergo populum dimissionem Jesu postulaturum esse. αὐτὸν referendum ad Ἰησοῦς, coll. Marc. xv. 10.

(19.) Cum Pilatus sederet ante prætorium in tribunali, uxor per internuntium eum admonebat, ne capitis damnaret insontem, se enim illa ipsa nocte somniis formidolosis propter eum ipsum fuisse territam. Val. Max. i. 7. 2. *Audiverat divi Julii patris sui uxorem Calpurniam nocte, quam is in terris ultimam egit, in quiete vidisse, multis eum confectum vulneribus, in suo sinu jacentem, somniique atrocitate vehementer exterritam, rogare non destitisse, ut proxima die a curia*

ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα· Μηδὲν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ·
20 πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν. Οἱ δὲ
ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτή-
21 σωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. Ἀποκρι-
θεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν, εἶπεν αὐτοῖς· Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο

*se abstineret.* Finxisse fœminam illam, de mariti salute sollicitam, somnium, interpretes nonnulli suspicati sunt, vid. *Lilienthalii gute Sache der Offenb.* Th. xvi. p. 1313. Alii probabilius statuerunt, fœminæ, ad cujus aures jam antea plura de Christi dictis et factis pervenissent, quæ et audivisset de Synedrii capitali in istum virum odio et nefandis machinationibus, cum comperisset, Jesum captum et condemnatum esse a Judæis, (id enim Pilato vel exploratores ipsius, vel vigiles, cum Jesus per portam urbis ductus esset, renuntiaverant;) somno rursus obrutæ occurrisse inter somniandum ostenta, quæ ipsam exagitassent. Fuerunt etiam, qui hunc locum omnem, de præsidis Romani conjuge, *νοθείας* suspectum reddere studerent v. *Eichhornii Repertorium für bibl. u. morgenländ. Literatur,* Th. ix. p. 139. et 153. rationibus tamen minus sufficientibus, ut copiosius et curatius demonstravit *Griesbachius* in Commentar. Crit. in textum Gr. N. T. Part. 2. (Jenæ 1811.) p. 59. qui ibi inter alia monuit hæc: "Observavit quidem Origenes (L. 2. c. Celsum Opp. T. i. p. 415.), Celsum mentionem non injecisse somnii, quo ad intercedendum apud maritum suum pro insonte captivo permota fuerit fœmina illa. Sed permultæ hujus silentii caussæ excogitari facile possunt. Origenes sane, consulto testimonium nobilis matronæ de Christi innocentia celasse (*ἑκὼν παρεσίμψατο*) conjecit adversarium Christianorum infensissimum. — Præterea haud negamus, contextam orationem aptius cohærere, si versiculus ille 19, qui narrationis filum quodammodo disrumpit, juguletur atque extrudatur. Ultro potius largimur, magis congruo loco collocari potuisse narrationem de somnio, nempe ante v. 15. vel post v. 23. Verum tamen duplici modo defendi potest ordo, quem Matthæus tenuit. Primo enim non videmus quid obstet, quo minus nuntii ab uxore missi hoc ipso temporis momento, quod narrationis ordo supponit, advenisse credantur; quo admisso, Matthæus, chronologicam rerum gestarum seriem religiose servans, immerito vituperaretur. Deinde vero v. 18. occasionem etiam præbere Matthæo potuit, commemorandæ hoc ipso loco historiolæ de somnio fœminæ. Scilicet v. 18. monuerat Evangelista, Pilatum probe cognitum ac compertum habuisse, accusatum esse Jesum unice *διὰ φθόνον τῶν Ἰουδαίων.* Atque huic *mariti* judicio de Christo, satis honorifico, commode addi posse putavit, hominis quoque *conjugem* de innocentia Jesu fuisse persuasam." *βῆμα,* quod vocabulum Hebræi in suam linguam receperunt, v. *Buxtorfii* Lex. Talm. voc. בִּימָה, est *tribunal* h. e. suggestus fere lapideus, in quo erat sella posita magistratus provincialis jus exercentis. Judicia tunc temporis sub dio agebantur in provinciis, et Pilati tribunal erat extra prætorium in area lata, Joseph. B. I. ii. 9. 3. *ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ — ἡ γυνὴ αὐτοῦ*] *Claudia Procula,* vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. Pilatum in provinciam profectum, uxorem habuisse comitem ex h. l. patet. Etenim jam Augusti seculo magistratuum provincialium uxores maritos comitari cœperunt. v. Sueton. V. Aug. c. 24. ibique Casaub. Tiberii principatu mos ille magis invaluit, et quanquam eo tempore Severus Cæcina censuerat, hunc morem esse tollendum, tamen sententia ejus elusa est. Tacit. Ann. iii. 33. *Severus Cæcina censuit, ne quem magistratum cui provincia obvenisset, uxor comitaretur. Paucorum hæc assensu audita, plures obturbabant.— Sic Cæcinæ sententia elusa est,* vid. ad h. l. *Lipsius.* *μηδὲν ἐκείνῳ*] scl. *ἔστω·* *noli huic insonti molestus esse,* vid. ad viii. 29. i. e. cum h. l. de judice sermo sit, noli hunc innocentem condemnare.

(20—23.) Interea synedri concitarant multitudinem, ut dimitti sibi juberet Barabbam, Jesum necari. Cum igitur Procurator eos interrogasset, quemnam sibi vellent ab ipso dimitti? omnes clamarunt: Barabbam. Magna erat sacerdotum et synedrorum penes populum auctoritas; aura popularis instabilis omni tempore fuit; Galilæi a civibus Hierosolymitanis reliquisque Judæis contemnebantur, vid. xxvi. 69, 71. Luc. xxiii. 5, 6. cf. not. ad Matth. ii. 23. hinc non mirandum, plebem Hierosolymitanam, ante prætorium congregatam, obsecutam esse synedrorum vocibus, multoque clamore mortem flagitasse Jesu, Galilæi, cui ante paucos dies *ὡσαννὰ* acclamarat, quem vero nunc vinctum et captivum videbat, quique vanas et inanes spes Judæorum eluserat. *ἀπολλύειν*] *interimendum declarare,* ut טִמֵּא, *μιαίνειν,* Levit. xiii. 3. impurum declarare.—(21.) Redit scriptor, post interpositionem, quæ

ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ 22
Πιλάτος· Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν, τὸν λεγόμενον Χριστόν;
Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· Σταυρωθήτω. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· 23
Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες·
Σταυρωθήτω. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ 24
μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ, ἀπενίψατο τὰς χεῖρας
ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων· Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος
τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ 25
λαὸς, εἶπε· Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.
Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν· τὸν δὲ Ἰησοῦν φρα- 26

v. 18, 19, 20. legitur, ad ea quæ v. 17. narrare cœperat. *τίνα ἀπὸ τῶν δύο*] i. *πότερον*, *utrum*, *ἀπὸ* pro *ἐκ*, ut vii. 16.—(22.) *τί — Ἰησοῦν*] *quid faciam Jesu? ποιεῖν*, *tractare*, construitur cum dativo, v. xviii. 45. xxi. 36. et cum accusativo, ut h. l., Deut. iii. 21. Herodo. vii. 88. Aristoph. Nubb. 257, 581. Equitt. 738. Lucian. in Piscat. T. i. p. 617. *τί φῄς, ὦ Πλάτων; τί ποιῶμεν αὐτὸν*; vid. et *Glassius* Phil. S. p. 269.—(23.) *τί γὰρ*] *quidnam, quid vero* commisit sceleris? *γὰρ* est indignantis et admirantis, vid. *Raphelius*, *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. *Heupelius* ad Marc. xv. 14.

(24. 25.) *ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ*] *cum Pilatus videret, se nihil proficere*, se furibundorum animos non flectere posse. *ἀπενίψατο — ὄχλου*] *lavit sibi manus aqua, spectante populo.* Lotiones apud Græcos et Romanos usitatæ erant, admisso scelere, ad expiandum crimen, vid. not. ad iii. 6. *Bynæus* de morte J. C. Vol. iii. p. 199. Judæi manus etiam lavare solebant aqua, cum ostendere vellent, se esse insontes necis alicujus commissæ, vid. Deut. xxi. 6. Sota viii. 6. *Seniores urbis illius lavabant aqua manus suas, in loco ubi vitula decollata fuit, profitentes: manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem.* Hujus ritus Pilatus, qui jam diutius in Judæa commoratus erat, non ignarus esse poterat. Volebat igitur hac actione symbolica iis inprimis de populo, qui remotius starent, nec vocem ipsius, cum magnis clamoribus res omnis agitaretur, audire possent, declarare, Jesum esse innocentem, seque invito necari. vid. *Grotius* et *Wolfius* ad h. l. *Casaubonus* exercitt. Antibaron. xvi. 75. p. 437. *λέγων*] *additis verbis his.* *ἀθῶος — τούτου*] *insons sum cædis hujus innocentis.* *ἀπὸ* redundat, cum Græci simpliciter dicant *ἀθῶος τοῦ αἵματος*, sed additur h. l. quia Hebræi vocabulo נָקִי, cui *ἀθῶος* respondet, jungunt particulam מ. vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 411 sq. *ἀθῶος* ap. veteres Grr. *illæsus*, *ἀζήμιος*, *innoxius*. Aristoph. Nubb. 1415. Menandr. fragmm. p. 50. *ἀθῶος ἔφυγεν*, *impune abiit*; sed apud recentiores, *innocens*, *ἀναίτιος* id. qd. *καθαρὸς*, ut Act. xx. 6. Gen. xxiv. 8. 41. ibique LXX. 2 Sam. iii. 28. hist. Susan. 46. Joseph. Ant. iv. 8, 27. vid. et *Krebsius* ad h. l.—(25.) Probe mentem Pilati intelligebat multitudo, hinc clamabat: *τὸ αἷμα αὐτοῦ — ἡμῶν*] *repetantur hujus cædis pœnæ a nobis, nostrisque liberis*, v. xxiii. 35. Juvencus histor. evangel. iv. 623 s. *Nos, nos, cruor iste sequatur. Et genus in nostrum scelus hoc et culpa redundet.* Etiam apud Athenienses hunc morem obtinuisse, ut is, qui alium gravioris criminis ac morte puniendi accusaret, se ac liberos suos diris devoveret, si falso accusaret, observavit *Elsnerus* ad h. l. add. *Wetstenius* ad h. l. et *Spanhemius* ad Aristoph. Ran. 594. *ἐφ' ἡμᾶς* scl. *ἔστω*· 2 Regg. ii. 37. *τὸ αἷμά σου ἔστω ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου*· Deut. xix. 10. *ἔσῃ αἵματι ἔνοχος.*

(26.) *φραγελλώσας*] vox origine Latina, id. qd. *μαστιγοῦν* xx. 19. Joh. xix. 1. Flagella erant aculeata, ossiculis pecuinis fere catenata, unde *horribile flagellum* dixit Horat. Sat. i. 3. 119. Flagellis cædebantur apud Romanos servi (liberi virgis) et fere capite damnati, nudi et ad columnam adstricti, antequam in crucem agerentur. Cic. Verr. v. 66. *Facinus est*, vinciri civem Romanum, scelus verberari, *prope parricidium necari, quid dicam* in crucem tollere? Id. pro Rabir. c. 5. *nomen ipsum* crucis *absit, non modo a corpore civis Romani, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum non solum eventus, sed etiam conditio, exspectatio, mentio denique ipsa* indigna cive Romano atque homine libero *est.* Liv. xxxiii. 36. *Conjuratio servorum — multi occisi, multi capti*, alios verberatos cruci affixit, *qui* principes conjurationis erant. Val. Max. i. 7. *servum verberibus multatum, sub furca ad supplicium egit.* add. Seneca de ira iii. 32. *Lipsius* de cruce ii. 2. *Wetstenius* ad h. l. et *Heynii* Comment. cur virgis

27 γελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ. Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ
ἡγεμόνος, παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνή-
28 γαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν,
29 περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Καὶ πλέξαντες στέφανον
ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ κάλαμον
ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ,

cæsi Rom. more, qui mox securi percutiendi essent, in Opuscc. Acadd. Vol. iii. p. 184 ss. add. not. ad Joh. xix. 1. Pilatus ergo more Romanorum pœnam flagellorum Christo in crucem agendo irrogabat. Attamen cum flagellis esset cæsus, ultima vice tentabat Procurator, an ad commiserationem flectere posset Judæorum animos, ideoque Jesum flagellatum in conspectum populi producebat, sed rursus eum spes fallebat, denuntiabant ei Cæsaris iram; hanc metuens, metuens etiam, ne populus per tumultum Jesum ad supplicium raperet, eum in crucem agi jussit, coll. v. 31. Joh. xix. 12 sqq. vid. et not. ad Luc. xxiii. 16.

(27.) *οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος*] Marc. xv. 16. simpliciter dicuntur *οἱ στρατιῶται* *milites prætoriani.* *τὸ πραιτώριον* vox quoque origine Latina, est *domus, palatium Procuratoris.* cf. de hoc voc. *Perizonius* in disquisitione de Prætorio, L. B. 1696. *Schulzius* de Prætorio Pilati, in Exercit. philol. nov. Hag. Com. 1774. Hoc prætorium fuerat olim regia Herodis, in superiori urbis parte magnifice exstructa, ex qua aditus patebat in arcem Antoniam, templo junctam, vid. Joseph. Ant. xv. 9. 3. B. I. i. 21. 1. v. 4. 3. Procuratores Romani, qui Cæsareæ degebant, quotiescunque iis Hierosolymis versandum esset, hoc palatium sibi deligebant domicilium, unde de Floro Procuratore apud Joseph. B. I. ii. 14. 8. legitur: ἐν τοῖς Ἡρώδου βασιλείοις αὐλίζεται· et Philo Legat. ad Cai. p. 1033. ed. Francof. illam regiam vocat τὴν οἰκίαν τῶν ἐπιτρόπων. Tribunal erat extra prætorium v. 19. ut et Cæsareæ, vid. Joseph. Ant. xviii. 3. 1. abducebatur ergo Jesus in interiorem partem prætorii, in aulam. *παραλαβόντες εἰς τὸ πραιτώριον*] *abduxerunt in prætorium:* etiam verbum לקח sequi solet partic. אל, Num. xxiii. 14. ubi vid. LXX. *συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν*] *totam cohortem ad eum illudendum coëgerunt.* *σπεῖρα,* vocabulum etiam in linguam Syriacam receptum, omnino significat, *cœtum hominum quemlibet,* vid. *Castellii* Lex. Syr. p. 615. deinde *catervam militum,* Judith. xiv. 11. 2 Macc. xii. 20. h. l. *cohortem Romanam,* quæ erat decima pars legionis, et constabat quadringentis viginti quinque militibus, interdum sexcentis, etiam mille, si legiones majores erant, vid. *Lipsius* de Militia Romana i. 4. Joseph. B. I. iii. 4. 2. Quinque cohortes Cæsareæ erant, una Hierosolymis, eademque major, tempore festi Paschatos, vid. Joseph. B. I. ii. 15. 6. v. 5. 8. Act. xxiii. 23. vid. *Michaëlis* ad h. l. ὅλη σπεῖρα non premendum, maxima pars cohortis intelligi debet, non enim credibile, templum et arcem Antoniam fuisse tunc temporis præsidiis plane nudatam.

(28.) *χλαμύς*] genus quoddam pallii rotundi, in humero dextero fibula tenebatur, ita, ut lævam tantum corporis partem amiciret, reliquis vestimentis superinduebatur; gestabatur ab imperatoribus, ducibus, militibus, et a Romanis dicebatur *paludamentum, sagum,* unde *chlamydati* dicuntur milites apud Plaut. Rud. ii. 2. 9. *saga* ducum confecta erant e lana meliore, et cocco bis tincta, imperatorum *paludamenta* purpurea, Hirtius B. Afric. c. 57. et longitudine superabant saga militum, quorum lana vilior, sed eadem rubra, cocco semel tincta, vid. Sil. It. ix. 420. *Ferrarius* de Re Vestiar. P. 2. L. 3. c. 4. 8. *Rubenius* de Vest. ii. 7. *Cuperus* in Apotheosi Homeri p. 158. etiam reges et principes barbari hoc pallium purpureum gestabant, vid. Hirtius l. c. unde dicebantur *purpurati,* Senec. ep. 77. *nemo ex istis, quos* purpuratos *vides, felix est, non magis quam ex illis, quibus* sceptrum et chlamydem *in scena fabulæ assignant.* Cic. Tusc. i. 43. *Istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis.* Liv. xxx. 42. *Sopatrum ex purpuratis et propinquis regis esse.* Curt. iii. 6. *Parmenio fidissimus purpuratorum.* add. Plin. H. N. ix. 36. Amictus igitur est Jesus sago ducis detrito et sordido, vel etiam militis gregarii, a prætorianis militibus, quo eum illuderent, cum audissent ex Judæis, eum se dixisse Judæorum regem. Hoc autem ipsum pallium, quod h. l. vocatur *χλαμὺς κοκκίνη,* a Marco xv. 17, 20. dicitur *πορφύρα,* et a Joh. xix. 2. *ἱμάτιον πορφυροῦν,* neque tamen hac in re Evangelistæ sibi repugnant. Alius quidem est color purpuræ, alius cocci. Coccum e frutice terrestri, purpuram e concha marina parabant, vid. *Salmasius* exercitt. Plin. p. 192 ss. Sed *πορφυροῦν, purpureum,* dicitur omnino *id, quod insigniter rubet,* et hæc duo vocabula *κόκκινον* atque *πορφυροῦν* haud raro inter

ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγοντες· Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.
Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ 30
ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, 31
ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια
αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.
Ἐξερχόμενοι δὲ, εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· 32

se permutantur, vid. *Bocharti* Hieroz. ii. 5. 10. *Merillius* Obss. c. 23.

(29—31.) καὶ πλέξαντες αὐτοῦ] *et coronam e frutice spinosa contextam capiti ipsius,* per ludibrium pro diademate aut corona laurea *imponebant.* Non imponebant Jesu coronam e meris spinis contextam, eamque capiti ipsius imprimebant, v. 30. id enim temerarium fuisset, cum propter doloris vehementiam deliquium animi pati, et vero etiam facile letaliter vulnerari potuisset, sed cum omnia per ludibrium fierent, intelligi debet corona e frutice spinosa. E quonam vero genere fruticum spinosarum corona nexa fuerit, non liquet. *Michaëlis* ad h. l. et *Neue Oriental. Biblioth.*, Th. i. p. 186. legit ἀκάνθων, ab ἄκανθος, *acanthus, Bärenklau. Bodæo* ad Theophrast. Hist. Plant. p. 258. corona illa contexta fuisse videtur ex acacia. *Paulus* ad h. l. eam e rhamno confectam fuisse opinatur, vid. *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. κάλαμον] scl. ἐπέθηκαν, *in dextram tradebant arundinem,* nam שׂוּם, *ponere,* sæpius legitur pro נָתַן, *dare,* et hoc posterius verbum Alex. quoque exprimere solent verbo ἐπιτίθημι, ut Exod. xxv. 12. xx. 26. γονυπετήσαντες] *genu flexo eum venerabantur.* γονυπετεῖν id. qd. προσκυνεῖν, v. xvii. 4. χαῖρε ὁ βασιλεὺς] *ave rex.* ὁ βασιλεὺς ex Hebraismo pro ὦ βασιλεῦ, vid. *Glassius* Phil. S. p. 70.—(30.) ἐμπτύσαντες] vid. ad xxvi. 67.—(31.) ἐξέδυσαν] ut Hebr. הִפְשִׁיט, Gen. xxxvii. 23. ubi vid. τοὺς δ' add. Hom. Odys. ξ'. 341, et ἐνδύειν Exod. xl. 14. duplex accusativus sequitur. ἀπάγειν] verbum solenne de capite damnatis, qui ad supplicium ducuntur, ut Lat. *ducere,* vid. Sueton. Calig. 27. plenius *ad supplicium duci.* Id. Tiber. 57. *ad mortem duci,* Cic. Cat. 1. Hesychius: ἀπάγεσθαι, εἰς θάνατον ἐλαύνεσθαι. vid. *Heraldus* Adverss. i. 11. *Cellarius* ad Curt. viii. 7. 15. et *Lœsnerus* ad Act. xii. 19.

(32.) ἐξερχόμενοι δὲ] *exeuntes* ex urbe. Extra urbem enim non tantum apud Romanos, sed etiam apud Judæos sumebantur supplicia, vid. Num. xv. 35. 1 Regg. xxi. 13. Hebr. xiii. 12. Plaut. Mil. Glor. ii. 4. 6. *Credo ego istos exemplo tibi esse eundum actutum extra portam, dispersis manibus patibulum cum habetis.* Cic. Verr. v. 66. *Quid enim attinuit, cum Mamertini more atque instituto suo, crucem fixissent post urbem in via Pompeia etc.* add. Petron. Sat. c. 71. σταυρὸν] de crucis forma et pœna vid. *Lipsius* de cruce, Amstel. 1671. *Salmasius* de cruce p. 272 ss. *Bartholinus* Epist. Cent. 1. ep. 91. 94. *Sagittarius* in Hist. Pass. et Mort. Chr. Jenæ 1669. *Bynæus* de Morte J. C. iii. 5. *Ejusdem* Christus crucifixus i. 7 ss. *Langius* de infami quo Christus affectus est crucis supplicio, in Obss. Sacrr. p. 151 sqq. *Tertullianus* adv. Marcion. 3. p. 213. ed. Bas. *Ipsa litera Græcorum Tau, nostra autem T. species crucis.* Erat palus rectus, cui summo commissum lignum transversum: in medio pali infixum erat lignum, cui insidebat, et veluti inequitabat miser, quod sedile requirebat mos relinquendi olim crucifixos in trabe, usque dum fame, siti, doloribusque enecti, putrescerent, aut a corvis aliisve bestiis devorarentur. Plaut. Mil. Glor. ii. 4. 19. *scio crucem mihi futurum sepulcrum.* Horat. epp. i. 16. 46. *pasces in cruce corvos.* Suppedaneum quoque nonnulli ex non satis intellecto sedili finxerunt, quod recte rejecerunt, laudatis hanc in rem locis Irenæi, Justini M., Tertulliani, *Sagittarius* l. c. §. 81. *Salmasius* ep. 1. *Calixtus* in append. ad *Lipsium* de cruce, et *Vossius* in Harmon. Evang. ii. 7. 28. Nec suppedaneo opus erat, cum crucifigendi, si non ipsi adscenderent palum, qui ex anteriori parte eminebat, a militibus levarentur, tollerentur, unde formulæ, *tolli in crucem, adscendere in crucem, insilire in crucem;* cum cruces plerumque non essent sublimiores, quam ut cruciarii tribus fere pedibus supra terram attollerentur. Manus autem, non pedes cruci affigebantur, clavisque perforabantur, pedes funibus cruci adstringebantur, unde et cum de cruce sermo est, memorantur laquei, nodique, vid. Lucan. vi. 543. Plin. H. N. xxviii. 11. *Paulus* in *Memorabilien,* St. 4. p. 36. et in *Krit. Kommentar* ad h. l. *Wolfius* in Curis ad v. 35. et interpp. ad Joh. xx. 27. Cæterum crux erat supplicium servorum, latronum, sicariorum et seditiosorum, vid. Joseph. B. I. ii. 14. 9. Petron. c. 3. *Wetstenius* ad v. 38. atque erat *supplicium crudelissimum deterrimumque,* Cic. Verr. v. 66. conf. *Henkii* Comment. de eo quod inprimis ignominiosum est in supplicio J. C. Helmst. 1785. 4. εὗρον—Σίμωνα] *invenerunt Cyre-*

33 τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐλθόν-
τες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, [1]ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου
34 τόπος, Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον·
35 καὶ γευσάμενος, οὐκ ἤθελε πιεῖν. Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν,

33. ∾ ὅ.

*næum quendam, cui nomen erat Simoni.* Cyrene s. Cyrenæ, urbs partis Libyæ ejus, quæ dicta est Cyrenaica sive Pentapolitana, vid. Act. ii. 10. Pompon. Mela i. 4. Plin. H. N. v. 5. Ammian. Marcell. xxii. 21. multos in hac regione habitasse Judæos auctor est Joseph. B. I. vii. 38. multos quoque Judæos Cyrenæos Hierosolymis, maxime diebus festis commoratos esse, ibique synagogam s. scholam habuisse patet ex Act. ii. 10. vi. 9. ubi vid. interpp. Simon vocatur Marci xv. 21. pater Alexandri et Rufi, qui saltem eo tempore, quo Marcus commentarios suos scriberet, e numero sectatorum Christi fuisse videntur, eos ipsos quoque Act. xix. 33. Rom. xvi. 33. commemorari suspicatus est *Heumanus* ad h. l. Jesus crucem portarat per plateas urbis usque ad portam. Ii enim, qui in crucem agebantur, eam ipsi ad locum supplicii portare debebant. Artemidor. ii. 61. p. 148. ὁ μέλλων αὐτῷ (σταυρῷ) προσηλοῦσθαι, πρότερον αὐτὸν βαστάζει. add. Val. Max. i. 7. Plutarch. de S. N. V. p. 554. T. ii. Opp. Extra portam cum militibus occurreret Simon Cyrenæus, rure reveniens, vid. Marc. xv. 21. Luc. xxiii. 26. atque Jesus viribus exhaustus et pæne oppressus esset, ita, ut non amplius par esset crucis ponderi sustinendo; milites cogebant hunc hominem crucem portare, instigati, ut *Grotius*, aliique, haud male conjecerunt, a Judæis, qui scirent hunc Simonem non alienum esse a Christi disciplina. De verbo ἀγγαρεύειν vid. ad v. 41.

(33. 34.) Γολγοθᾶ] est Hebr. גָּלְגֹּלֶת, Chald. גָּלְגָּלְתָּא, unde εὐφωνίας caussa extitit Γολγοθᾶ· significat autem hoc vocabulum *calvariam*, κρανίον, 2 Regg. ix. 35. et *caput*, 1 Paral. xxiii. 3. 24. Jam quoniam vocabula rerum, quæ sunt vel fiunt in loco aliquo, sæpius tribuuntur locis ipsis, ubi res illæ fiunt vel reperiuntur, vid. *Grævius* Lectt. Hesiodd. c. 19. *Taylorus* Lectt. Lyss. c. 12. p. 720 s. *Fischeri* Ind. Theophrast. v. δεῖγμα· hinc Judæi locum illum vocarunt Γολγοθᾶ, i. e. τόπον κρανίου, *locum calvariæ*, quoniam ibi ossa et calvæ maleficorum ibi interfectorum reperiebantur; quoniam malefici ita ibi humabantur, ut ibi essent calvæ eorum etiam inhumatae. Atque hæc ratio verior videtur quam eorum, qui opinantur, locum illum hoc nomen accepisse, quod fuerit collis forma similis capiti humano, vid. *Relandi* Palæstina p. 860. Locum hunc non procul ab urbe afuisse, docet Joh. xix. 20. neque tamen eundem locum fuisse, qui hodie in illis regionibus mons Calvariæ dicitur, a pluribus accurate demonstratum est. vid. *Korte Reise nach dem gelobten Lande*, p. 210 ss. ed. tert. Supplem. 4. p. 229 ss. *Bachiens Beschreibung von Palæstina*, Th. ii. c. ii. §. 135. *Plessing die Auferstehungsgesch. unsers Herrn J. Chr.* p. 164 sqq. ed. sec. ὅς—τόπος] pro ὅς plures libri habent ὅ, nempe librarii mutarunt ὅ in ὅς, quoniam præcessit τόπος. λεγόμενος in nonnull. codd. deest, alii post τόπος rejiciunt, alii in καλούμενος s. μεθερμηνευόμενος s. μεθερμηνευόμενον s. λεγόμενον mutant. *Griesbachio* judice, vera lectio est: ὅ ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος· nobis scripturæ inconstantia docere videtur, verba: ὅ—τόπος Grammaticis originem suam debere.—(34.) καὶ ἔδωκαν—μεμιγμένον] *bibendum ei porrexerunt vinum acidum herbis amaris mixtum.* ὄξος, *posca*, Plaut. Mil. Glor. 3, 2. 23. ubi vid. interpp. vinum acidum, *vinum culpatum*, Macrob. vii. 6. potus ut omnino hominum vilium, ita etiam militum; vid. Merilli not. philol. in Pass. Christi, p. 41. Marc. xv. 23. usus est voc. οἶνος, quod ipsum nomen inde in plures Matth. codd. irrepsit. χολὴ quemvis amarorem notat, velut *absynthium*, Prov. v. 4. Thren. iii. 15. *herbas venenatas*, ראש, Ps. lxix. 22. ubi Alex. habent χολὴ, qui iidem Jer. xxiii. 15. πικρὸν illud ראש vertunt, ut Vulg. Hos. x. 4. Amos. vi. 12. *amaritudo.* Pro χολῆς μεμιγμ. accuratius scripsit Marc. l. l. οἶνον ἐσμυρνισμένον, *vinum, acetum, myrrha conditum*; myrrham Hebræi vocabant מר, ab amarore, vid. *Deylingii* Obss. S. i. 35. 3 s. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur*, B. 5. p. 918. suspicatur Matthæum scripsisse חמרא מר *vinum myrrha conditum*, sed interpretem Græcum חמרא *vinum* permutasse cum חלא *acetum*, et מר more interpretum Alexandrinorum Jer. viii. 14. ix. 15. coll. xxix. 18. Thren. l. c. Deut. xxix. 18, xxxii. 32. reddidisse vocabulo χολή. Vinum myrrha conditum mentem turbat. Galen. de Simpl. medic. L. 15. c. 19. Solebant autem supplicio afficiendis porrigere vinum herbis temulentiam procreantibus mixtum, quo minus sentirent dolores. Tr. Sanhedrin c. 6. *Dixit R. Chasda: qui ducitur ad mortem, ei datur bibendum granum turis in poculo vini, ut distrahatur mens ejus, quia dictum est* Prov. xxxi. 6. *Date siceram perituro, et vinum illis qui sunt amaro animo.* vid. *Bocharti* Hieroz. i. 2. 31. *Merillius* l. c. et *Casau-*

διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον· ἵνα πλη-
ρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά
μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Καὶ 36
καθήμενοι, ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ. Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς 37
κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην· ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ
ΙΗΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. Τότε σταυροῦνται σὺν 38
αὐτῷ δύο λῃσταί· εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. Οἱ 39

35. † ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

*bonus* Exercitt. Antibaron. xvi. 80. *Rosenmüller, altes u. neues Morgenland*, B. 5. p. 120. Jesus vero, qui doloris sensu rationisque usu privari hoc modo nolebat, sed animo forti fatum subire volebat, vino leviter degustato, calicem epotare recusabat.

(35. 36.) *Wassenberghius* in Diss. de trajectionibus N. T. præmissa Scholis *Valckenarii* in libros quosdam N. T. Vol. ii. p. 31. rerum narratarum ordinem v. 35—40. serius conturbatum, eumque ita restituendum esse statuit: v. 33. *καὶ ἐλθόντες εἰς κ. τ. λ.* v. 34. *ἔδωκαν αὐτῷ κ. τ. λ.* v. 37. *καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω κ. τ. λ.* v. 38. *τότε—εὐωνύμων.* v. 35. *σταυρώσαντες—κλῆρον.* v. 36. *καὶ καθήμενοι—ἐκεῖ.* v. 39. *οἱ δὲ—λέγοντες.* Neque insitior, hac conjectura admissa, singula orationis membra accuratius cohærere. Sed sic non facile perspici potest, quomodo antiquitus ordo sententiarum ita confundi potuerit; neque Evangelistarum, utpote hominum illiteratorum scripta, comparari possunt cum scriptis historicorum Græcorum et Romanorum, eosque in ordine temporis servando, in narrationibus nectendis et ordinandis sententiis, negligentius versatos esse, satis superque ostensum est a pluribus. *σταυρώσαντες—κλῆρον*] *cum eum in crucem egissent, sorte diviserunt ejus vestimenta.* Etenim crucis supplicio afficiendi, nudi in crucem agebantur. Artemidor. ii. 58. *γυμνοὶ γὰρ σταυροῦνται·* add. Arrian. Diss. Epictett. iv. 26. Augustin. de Civ. Dei xvi. 2. *Lipsius* de cruce ii. 7. *Bynæus* in Christo crucifixo xvii. 27. et de morte J. C. iii. 6. 8. *σταυρώσαντες* nempe milites Romani quatuor illi, qui carnificum officio erant perfuncti, coll. Joh. xix. 23. Sueton. Calig. 32. *Miles decollandi artifex quibuscunque e custodia caput amputabat.* Joseph. Ant. xix. 1. 6. *διακονούμεθα δορυφόροι καὶ δήμιοι καθεστηκότες ἀντὶ στρατιωτῶν—μιαινόμενοι τὸ καθ' ἡμέραν αἵμασι σφαγῆς καὶ βασάνου τῆς ἐκείνων.* Milites supplicii exactores sontium spolia sibi vindicabant, more Romanis usitato, vid. Seneca de tranq. c. 1. et *Wetstenius* ad h. l. hinc et h. l. divisisse inter se dicuntur Christi vestimenta. Nempe pallium dividebant in partes quatuor, (vid. ad v. 65.) sed tunicam, ex una tela contextam, ita ut nihil haberet suturæ aut commissuræ, in lateribus aut humeris, vid. Joh. xix. 23. *Casaub.* l. l. xvi. 84. *Rubenius* de re vest. i. 9. quam integram servari volebant, revocabant ad sortem, calculos, aliave, in vas aliquod aut galeam conjiciebant, ita, ut cujus nomen educeretur, ejus esset. Virg. Æn. v. 49. *dejectamque ærea sortem galea accepit.* add. Hom. Il. ψ. 352. *ἱμάτια* ergo h. l. *tunicam* et *pallium* indicat; atque verba ipsa interpretanda sunt; vestimenta ejus partim dividebant, partim in sortem conjiciebant, sed Joh. l. l. *ἱμάτια* notat *pallium*, ut בְּגָדִים, Ps. xxii. 19. Cæterum reliqua hujus versus verba: *ἵνα πληρωθῇ—κλῆρον* absunt a codd. 167. versionibus plerisque et commentatoribus Græcis; adscripta sunt a Grammaticis e Joh. xix. 24. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. ad h. l.—(36.) *καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν*] *sedentes eum servarunt,* nempe quatuor illi milites, qui Jesum in crucem egerant. Petron. Satyr. p. 389. Amst. *Miles qui cruces servabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret.* ubi vid. interpp. Plutarch. Cleomen. p. 823. E. *οἱ τὸ σῶμα τοῦ Κλεομένους ἀνεσταυρωμένον παραφυλάττοντες.* add. *Lipsius* de cruce ii. 16.

(37. 38.) *καὶ ἐπέθηκαν κ. τ. λ.*) *Superposuerant capiti ejus titulum caussæ sumpti de eo supplicii: Hic est Jesus rex Judæorum. αἰτία, crimen, caussa supplicii,* עָוֹן, Gen. iv. 13. id. qd. *ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας*, Marc. xv. 26. Solebat autem paucis verbis caussa supplicii notari *ἐν λευκώματι* in albo i. tabella dealbata, quæ et ipsa *τίτλος* dicebatur. Hesychius: *τίτλος· πτυχίον ἐπίγραμμα ἔχον·* vid. *Salmasius* de modo usurar. p. 675. Sueton. Calig. xxxviii. 8. *Præcedente titulo, qui caussam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumducitur.* Dio Cass. liv. 3. p. 732. T. i. Reimar. de servo, quem dominus in crucem agi jussit: *διά τε τῆς ἀγορᾶς μέσης μετὰ γραμμάτων τὴν αἰτίαν θανατώσεως αὐτοῦ δηλούντων διαγαγόντες, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνασταυρώσαντες.* Titulus ipse, ut prætereuntes omnes caussam supplicii eo prius atque fa-

δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφα-
40 λὰς αὐτῶν· Καὶ λέγοντες· Ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν
τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ
41 Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιε-
ρεῖς, ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων,
42 ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· εἰ βα-
σιλεὺς Ἰσραήλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ
43 πιστεύσομεν ʼαὐτῷ. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεόν· ῥυσάσθω νῦν
44 αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν· εἶπε γάρ· Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός. Τὸ
δ' αὐτὸ καὶ οἱ λησταὶ, οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ, ὠνείδιζον

42. † ἐπ'.

cilius cognoscerent, conscriptus erat literis Hebraicis, propter Judæos indigenas, Græcis propter advenas, Latinis propter Romanos. vid. Luc. xxiii. 38.—(38.) δύο λῃσταὶ] *duo latrones.* Asservati erant hi duo latrones ad tempus Paschale, ut quam maximo conventu populi punirentur, vid. Deut. xvii. 12, 13. solitos autem fuisse Romanos plures simul crucis pœna afficere vel e Joseph. B. I. vi. 12. sat clare patet.

(39—42.) οἱ δὲ παραπορευόμενοι κ. τ. λ.] *prætereuntes conviciis eum lacessebant, quassantes capita;* quæ quidem capitis agitatio et nutatio erat signum irrisionis et contemptionis. vid. Job. xvi. 4. Ps. cix. 25. Ies. xxxvii. 22. Ps. xxii. 8. Sir. xii. 18 al.—(40.) Sensus: egregium te monstras templi instauratorem, qui nec ipse vitæ tuæ consulere possis. Respiciebant criminationem illam, de qua supra xxvi. 61. sermo fuit. υἱὸς τοῦ Θεοῦ] id. qd. βασιλεὺς Ἰσραὴλ v. 42. βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, *Messias.* vid. ad xvi. 16.—(42.) ἄλλους ἔσωσεν] respici miracula a Christo patrata, plurimi arbitrantur; non putaverim, videtur potius ἄλλους ἔσωσεν omnino reddi debere, servare alios, personam Messiæ agere voluit. πιστεύσομεν αὐτῷ] *tunc credamus eum Messiam esse.* Pro αὐτῷ, in plurimis libris legitur ἐπ' αὐτῷ (unde in aliis extitit ἐπ' αὐτὸν), quod recte probarunt *Bengelius, Matthæius,* alii; offendit nimirum Grammaticos inusitata verbi constructio, sed, et Hebræi verbo הֶאֱמִין *credere, fidem habere,* jungunt particulam ב, quæ h. l. expressa est præpositione ἐπί· vid. *Fischerus* ad *Leusdenium* de Hebraism. N. T. p. 130 sq. *Griesbachio* in Commentar. Crit. ad h. l. dubia hæc particula videtur, cum eam occidentalis recensio non agnoscat.

(43. 44.) πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν] *Deo confisus est,* singulari Dei favore se frui professus est, liberabit eum, εἰ θέλει αὐτὸν] *si ei cupit, si eum amat.* θέλειν *amare, cupere,* respondet Hebr. חפץ, quod Alexandrini expresserunt verbo ἀγαπᾷν Esth. vi. 9. et verba חפץ et אבה ut verba idem declarantia reperiuntur 1 Sam. xviii. 22. ut θέλειν et εὐδοκεῖν Hebr. x. 5, 6. Hesych. θέλω—εὐδοκῶ. Item: εὐδόκησαν, ἐβούλοντο, ἠθέλησαν, ἠγάπησαν. Construitur autem verbum חָפֵץ *amare, delectari aliquo* non solum cum particula ב sequente ablativo rei et personæ, sed etiam cum accusativo personæ et rei, et οἱ ό. hoc sensu, posuerunt verbum θέλειν ita, ut ei junxerint vel absolute accusativum Ps. xxii. 9. ut Matth. h. l. vel ex Hebraica ratione, particulam ἐν sequente casu sexto 1 Sam. xviii. 22. vid. *Fischerus* Proluss. in V. et N. T. locos varios Lips. 1779. 8. p. 10 sqq. Existimabant autem Judæi, Deum cultorem sibi carum non posse non a calamitatibus liberare, eumque, qui illis opprimatur, non posse esse talem. Cui opinioni ipsa populi fata originem dedisse videntur. Sap. ii. 18. εἰ γάρ ἐστιν ὁ δίκαιος υἱὸς Θεοῦ (Deo carus), ἀντιλήψεται αὐτοῦ, καὶ ῥύσεται αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἀνθεστηκότων. Sir. xxxiii. 1. τῷ φοβουμένῳ κύριον οὐκ ἀπαντήσει κακὸν, ἀλλ' ἐν πειρασμῷ καὶ πάλιν ἐξελεῖται· add. Sap. v. 16. Sir. xxxii. 14. εἶπε—υἱὸς] dixit enim se esse Messiam, et utpote talem Deo carissimum, *der Liebling der Gottheit.*—(44.) τὸ δ' αὐτὸ καὶ—αὐτῷ] *quin et ipsi latrones, cum Jesu in crucem acti, conviciis eum proscindebant.* Accuratius rem exposuit Lucas, qui xxiii. 39 ss. unum tantum latronum Jesu insultasse refert. Monent vero etiam interpretes, ab Hebræis, Græcis et Latinis sæpius poni nomina pluralia, ita ut significetur unus e multis, vid. *Beza* et *Grotius* ad h. l. *Gatackeri* Advv. Misc. ii. 15. *Glassius* Phil. S. p. 66 sq. add. not. ad Matth. xv. 15. et ad Luc. xxiii. 39. τὸ αὐτὸ scl. κατὰ, *similiter* id. qd. ὁμοίως. Pro ὠνείδιζον αὐτῷ in plur. et optt. codd. legitur αὐτὸν, recte, ita quoque construitur Hebr. חֵרֵף, et ὀνειδίζειν in vers. Alex. vid. *Kypkius* ad h. l.

¹αὐτῷ· Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν 45
γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν 46
ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχ-
θανί; τοῦτ᾽ ἔστι, Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες;
Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον· Ὅτι Ἠλίαν 47
φωνεῖ οὗτος. Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν 48
σπόγγον, πλήσας τε ὄξους, καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν
αὐτόν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· Ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται 49

44. ∾ αὐτόν.

(45.) *ἀπὸ δὲ ὥρας ἕκτης*] *inde ab hora sexta*, quæ est nostra duodecima, meridiana. *σκότος ἐγένετο — γῆν*] *tenebræ obscurarunt omnem terram*; non potest sermo esse de solis defectione proprie sic dicta, erat enim tunc temporis luna plena, et soli e diametro opposita, Pascha enim celebrabatur tempore plenilunii, sed obscuratio solis erat extraordinaria, et præcedebat terræ motum, de quo v. 51. sermo est. Sed ante terræ motum sæpius tantam oriri caliginem, per vapores sulphureos e terra ascendentes, ut medio die nox ingruere videatur, dictum est ad xxiv. 29. Extenditur autem caligo cum terræ motu conjuncta, per sex et decem milliaria, etiam longius. Solis autem et lunæ obscurationes, quin et cœlum continuo triste, obscuratum nebula illa modo ferruginea, modo rubente, nostris hominibus *Heerrauch*, *Höherauch*, erant apud veteres signa et præsagia calamitatum publicarum, vid. ad xxiv. 29. Plin. H. N. ii. 30. *Fiunt nonnunquam prodigiosi et longiores solis defectus, qualis occiso dictatore Cæsare, et Antoniano bello, totius pæne anni pallore continuo.* add. Plutarch. V. Cæs. extr. p. 470. Dio Cass. xl. 17. v. *Wetstenius* ad h. l. et *Jahnius* in *bibl. Archæologie*, Th. i. B. 1. p. 535 s. ed. 2. Per *πᾶσαν τὴν γῆν* non omnem terrarum orbem intelligendum esse, jam plures recte notarunt, ut *Bynæus* de morte J. C. iii. 8. 2. *Heumanus* ad h. l. alii; est potius intelligenda Judæa, vel terra Hierosolymitana, quæ sæpius dicitur *γῆ*, cum hoc voc. etiam de regione, tractu terræ vel urbis dici soleat, vid. *Schleusneri* Lex. h. v. *Faber zu Harmars Beobachtt. über den Orient*, Th. ii. p. 196. *ἕως ὥρας ἐννάτης*] *usque ad horam nonam*, nostram pomeridianam tertiam.

(46—49.) Verba Judæorum, quæ v. 43. commemorantur, facile in mentem revocare potuisse Jesu, Ps. xxii. (de cujus argumento vid. *Rosenmüllerus* in Schol. ad Psalm.) coll. hujus Ps. v. 5, 6, 10. observavit ad h. l. *Paulus*. Ipsa autem verba, quæ h. l. leguntur Ἠλὶ, Ἠλὶ, *λαμὰ σαβαχθανὶ*] *deus mi, deus mi, cur mihi opem ferre cessas*, quæ Jesus summo dolore oppressus adhibuit, deprompta sunt e Ps. xxii. 2. et Jesus hanc vocem emittens, utebatur dialecto, quæ tunc in Judæa vigebat, atque verba ipsa ut Galilæus pronuntiabat. Pro Ἠλὶ, Ἠλὶ, Hebr. אֵלִי, אֵלִי ap. Marc. xv. 34. legitur: Ἐλωΐ, Ἐλωΐ; quod est Chald. אֱלָהִי, אֱלָהִי; Jesus vero pronuntiabat, v. ad xxvi. 73. אֵלָהִי, אֵלָהִי. Apud Marcum legitur *λαμμὰ*, quia Hebr. et Chald. scribitur לְמָּה. Pro Hebraico עֲזַבְתָּנִי usus est Jesus Chaldaico שְׁבַקְתַּנִי. Sunt verba vicem suam dolentis, non verba desperantis, magnam enim animi constantiam in omni extrema sua passione Jesus ostendit, cf. et Luc. xxiii. 46. Sensus: serva me, noli sinere diutius me tam graves perferre dolores, jube me mori. Etiam in scriptis Rabbinorum, cum inducuntur homines sortem suam deplorantes, hæc verba laudantur. Midrasch Tehillim ad Ps. xxii. 1. *Dixit Esther — cur non facis mihi miracula? Deus mi, quare me dereliquisti?* —(47.) Judæi, ut deriderent Jesum, verba ipsius probe intellecta, in alienum sensum malitiose detorquebant, eumque Eliam in auxilium vocare dicebant. Eliam ante Messiæ adventum ab inferis rediturum esse, communis Judæorum opinio erat, vid. ad xvi. 14.—(48.) *καὶ εὐθέως δραμὼν κ. τ. λ.*] *Continuo adstantium aliquis* (*τῶν ἐκεῖ ἑστώτων*) *accurrit, et arrepta spongia, eam aceto repletam, et in arundine suspensam Jesu porrigit, ut biberet.* Nempe dixerat Jesus *διψῶ*, *sitio*, coll. Joh. xix. 28. Is qui accurrebat, non erat e numero militum Romanorum, qui ibi excubabant, hic enim vim verborum irrisoris, qui v. 49. loquens inducitur, non cepisset, sed Judæus erat, (*εἷς ἐξ αὐτῶν* v. 48. *τινὲς τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἔλεγον κ. τ. λ.* v. 47. v. et not. ad Joh. xix. 29.) qui tamen etiam Jesum illudendi caussa, ei poscam porrigebat.—(49.) Reliqui, qui adstabant, arcere volebant hunc hominem verbis his: mitte eum, videamus, an Elias venturus sit, qui eum servet. Ille vero, ut Marc. xv. 36. refert, respondebat: sinite me eum recreare, ne nimis sero Elias veniat, ut diutius vivat, et Elias ei auxilio venire possit. *ἔρχεται* pro *ἐλεύσεται*, et *σώ-*

50 Ἠλίας σώσων αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, πάλιν κράξας φωνῇ
51 μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Καὶ ἰδοὺ, τὸ καταπέτασμα τοῦ

ζειν id. qd. καθελεῖν Marc. l. c. corpus detrahere.

(50.) *Jesus autem iterum* (v. 46.) *magno clamore sublato, exspiravit.* v. Luc. xxiii. 46. Joh. xix. 30. "Quibus cor ex nimia sanguinis congestione, anxietate, ac palpitatione pressum, quibus suffocatio in propinquo est, præ dolore summo, haud raro, magna voce clamitare solent." *Grunerus* de J. C. morte vera non simulata p. 37. Formula ἀφῆκε τὸ πνεῦμα est Hebr. וַיָּמֹת, quam 'Alexandrini Judd. ii. 21. simpliciter expresserunt ἀφῆκε· formula plena usi sunt Gen. xxxv. 18. ubi in textu Hebr. est: בְּצֵאת נַפְשָׁהּ, ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτὴν τὴν ψυχήν. Hanc autem formulam ἀφιέναι τὸ πνεῦμα l. τὴν ψυχὴν, etiam scriptoribus Græcis perquam usitatam esse, exemplis pluribus demonstrarunt *Albertius*, *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. Jesum, omnium, atque adeo ipsius Pilati, opinione citius mortuum esse, legitur ap. Marc. xv. 44. add. Joh. xix. 32 s. neque erat mors ista crucis in omnibus eadem, serius citius, pro varia hominum natura corporumque constitutione incidere poterat et solebat. Mala, quæ Jesu mortem præcedebant, habuisse vim citius deprimendi vitam, est plerorumque sententia. Afferre liceat hanc in rem observationes nonnullas *Gruneri* utriusque, patris et filii, medicorum Jenensium, qui duobus libellis nuper docte demonstrarunt, J. C. mortem fuisse veram non simulatam, Halæ 1805. *Grunerus* filius p. 34. scribit: "Addictus erat Jesus cruci, infami supplicio, pugnis ac palmis per petulantiam contusus, corona spinea in ludibrium cinctus, nudus et ad columnam adstrictus, cæditur loris et flagris. Quæ cum essent aculeata, taxillata, et ossiculis catenata, et miseri ad necem usque flagellati, haud raro perirent, consequens est, ut Christum nostrum, fame ac vigiliis lassum, angore fractum, ex vulneribus cutis crebris ægrum, et a sanguine vacuum, summa teneret debilitas. Auxit sine dubio legalis crucis gestatio crudos cutis laceræ dolores, attrivitque ulterius vires, denique perfecit istoc triste malum crux, cui crudeliter affixus et adstrictus erat, clavis per manus actis, pedibus fune constrictis. Hinc vehementissime exacerbati sunt dolores, et ad omne corpus diffusi, hinc post hæmorrhagiam loca sugillata, inflammata et in gangrænam prona, hinc magna circuitus sanguinei turbatio nata, hinc immensa sanguinis ad pulmones et cor congestio facta est, eaque summæ anxietatis auctor et effectrix fuit, quam Christus clamore magno prodidisse videtur." *Grunerus* pater p. 63.: "Quod de latrone rudi, duro et infami valet, non æque ad Christum bene moratum et meliori fato dignum applicare licet.—Angitur vehementissime, diffluit sudore sanguineo, exponitur hominum ludibrio, cæditur flagellis ac loris, summo pudore suffusus, in conspectu et frequentia spectatorum male animatorum, ad crucem ire cogitur, in crucem actus, sub cœlo fervido pendens, siti magna excruciatus, jam subito exstinguitur. Hæ vero res nocentes habebant vim maximam ad corpus infirmandum et debilitandum, neque raro mors hominum subitò ex illis incidit; plena enim sunt exemplis medicorum scripta.—Hæc ergo debilitas, ab tanta malorum gravitate orta, non crux, cui suffixus hærebat, id quidem effecit, ut citius mori posset, vereque moreretur, sed formam mortis dubiam reliquit. Solet enim ab his fieri virium oppressio, non perfecta demptio et destructio, solet inde nasci lipopsychia, lipothymia, syncope, asphyxia i. e. homini demitur conscientia et virtus vitalis, sed varie pro vario mali gradu, pro varia debilitatis vehementiâ corporumque natura, ideoque poterat crux alios subito occidere, aliis veniam restitutionis dare." Restitui potuisse, qui in cruce pependissent, docet locus Josephi c. Apion. extr. p. 1031. ubi tamen non legitur, quamdiu homines isti in cruce pependerint, verba sunt: πεμφθεὶς ὑπὸ Τίτου Καίσαρος—εἰς κώμην τινὰ Θεκώαν—εἶδον πολλοὺς αἰχμαλώτους ἀνεσταυρωμένους, καὶ τρεῖς γνωρίσας συνήθεις μοι γενομένους ἤλγησα τὴν ψυχὴν καὶ μετὰ δακρύων προσελθὼν Τίτῳ εἶπον. Ὁ δὲ εὐθὺς ἐκέλευσεν καθαιρεθέντας αὐτοὺς θεραπείας ἐπιμελεστάτης τυχεῖν. Καὶ οἱ μὲν δύο τελευτῶσι θεραπευόμενοι. Ὁ δὲ τρίτος ἔζησεν.

Plures autem, ut nuperrime *Paulus* in *Krit. Kommentar* ad h. l., contenderunt, Jesum non vere mortuum, sed vehementi syncope oppressum, ideoque ab imperitis pro mortuo habitum esse, eum sepulcro conditum ad se rediisse, eoque facilius reviviscere potuisse, cum ad eum in vitam revocandum fecerint aëris in sepulcro temperies et exhalationes balsamicæ, eum a milite illo, vid. Joh. xix. 34. non letaliter vulneratum, sed vitæ residuæ explorandæ caussa, leviter tantummodo punctum esse, πλευρὰν omnino latus significare, nec accuratius partem lateris a Johanne l. c. indicari. Hanc vero sententiam omnem pluribus refutarunt *Grunerus* uterque, et ostendere studuerunt, Jesum vixisse quidem adhuc cum cruci affixus hasta foderetur, vitam aliquam, sed prædebi-

*ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη·*

lem, proximeque casuram, vulnere vero pectoris illato e vita subito ac vere excessisse. Apponamus e libello ipso præcipua argumenta ita, ut fere verbis VV. DD. utamur. "Est syncope, si quis alius corporis affectus, omnium longe periculosissima, est *λύσις τῶν δεσμῶν τῆς εἰς ζωὴν δυνάμεως*, auctore Aretæo de Acut. Morb. ii. 3. Debilitas summa præit, lipothymia incipit, syncope sequitur, mors ipsa demum clausulam malorum subitam facit (*Gruner*. p. 37.). In loco saxoso frigidissimo repositus, post grave vulnus atque syncopen ab debilitate ac hæmorrhagia copiosissima factam (flagellatus enim et in cruce profuderat largam sanguinis copiam) sanguis subito sisti atque congelari debuit (p. 38.). Aëris temperies abest fere a profundis cellis et actis in saxum sepulcris. Neque homini viribus exhausto, aëreque spirabili privato, longum reviviscendi spatium sub terra superest (p. 69.). Exhalationibus balsamicis nervos male incitatos et cerebrum affectum, hinc fœminas syncopen hystericam passas, hinc homines sanissimos subito exanimatos esse, probe memini. Quin ipsa suffimenta, clausis fenestris ac foribus aërem non corrigunt, sed vitiant i. faciunt gas azoticum sive aërem phlogisticatum, hinc *aër fixus* et incitat et suffocat (p. 70.). Joh. xix. 35. *τὴν πλευρὰν*, latus a milite perfossum lancea dicit. Apud anatomicos *pleura* dicitur membrana pectus intus et utrinque circumcingens, (hinc *dolor lateris acutus*, *pleuritis* et *morbus lateralis*) communi loquendi usu, quem Johannes sequitur, intelliguntur *partes sub pectore sitæ* i. pulmones, cor cum pericardio, vasa magna rel. Hæc quidem vitæ sustinendæ continuandæque instrumenta sunt, nec sine vitæ discrimine vel ferro acuto lædi, vel acie hastæ subtili pertundi possunt.—Sine dubio *in sinistro latere* lancea militis suffixa hæsit. Post ictum enim et inflictam lateri plagam, illico profluxit sanguis et aqua. Tale profluvium vix fieri potuit, nisi a latere sinistro, sub quo præter pulmonem est pericardium aquæ plenum, si quis post anxietatem summam mortuus est, et cor cum arcu aortæ copulatum (p. 81 s.). Lateris vulnus probabiliter descendit ergo *in sinistrum latus*, subjectasque pectoris partes læsit (p. 83.). Quo demum cunque latere ac loco pectus internum læsum censueris, modo injecta plaga fuerit satis profunda, homini vita amplius frui non datur (p. 46.). Quod demum cunque latus lancea perfossum recipias, dextrum an sinistrum, an vulnus sursum vel transverse inflictum, pro varia lanceæ directione putes, semper subest summum vitæ periculum et vulnus absolute mortiferum. Etenim in latere dextro patent ferro lædenti pulmo, pericardium, cor et arteria magna, vulnus ergo in his locis adactum et transmissum debuit inferre mortem inevitabilem atque certissimam, quippe vita non nisi cum harum partium integritate consistere potest (p. 50.). Verbum *νύττειν* et *κεντεῖν*, quocum permutatur, significare *pertundere*, *transfodere*, *vulnus profundum infligere*, neque leve vulnus in cutis superficie convenire Johannis descriptioni, qui verum sanguinis cum aqua fluorem ab latere nominet, copiosius ostendit *Grunerus* p. 74 sqq. " Accedit et illud, quod frustra in milite quæras cautum pectoris ictum et rei miserationem (p. 51.). Nec ictus militis irritus esse poterat ob crucem altiorem, non enim crux adeo alta erat (vid. not. ad xxvii. 33.) et communis lanceæ magnitudo et manus firmitas plagæ lateris alte adigendæ sufficiebat (p. 88.). Christus a spiculatore ictus atque transfossus, e vulnere pectoris profudit sanguinem et aquam simul, ergo tunc temporis, cum jam exspirasse credebatur, vixit adhuc lipothymicus (in hoc enim statu datur aliquis, sed præ debilis sanguinis motus, in mortuo minime), ergo eo lanceæ ictu vitalis vis demum frangi, spes vitæ revocandæ et redintegrandæ omnino tolli debuit. Eoquis vero medicus prudens homini, gravi lipothymia presso, vena incisa sanguinem emittere audeat? Etenim si Christum vehemens syncope tenebat, is non poterat sanguinem modo adspectabili emittere, tunc enim fere quiescit sanguinis circuitus. p. 66." Crura frangebantur, non ut citius morerentur in crucem acti, sed ne de pœnæ gravitate nimium decederet. Pedibus fractis etiam illi duo cruciarii ictu gratioso trucidabantur v. not. ad Joh. xix. 31. Cum ergo vulnus a milite eam ob caussam infligeretur, ut de morte constaret: per se intelligitur, de vulnere alto et letali, de vulnere pectori illato, esse cogitandum. Ipsi etiam synedri, quorum intererat scire, an Jesus vere mortuus esset (Matth. xxvii. 63. Joh. xix. 31.) curarunt, ut letale vulnus corpori Jesu infligeretur v. not. ad Joh. xix. 34. et *Süskindii Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 9. p. 173 ss. Cæterum ineptam et prorsus improbabilem eorum opinionem, qui arbitrantur, Jesum syncopen, ut in admirationem sui multitudinem raperet, ex pacto simulasse, eamque amicorum ministerio profligatam fuisse, præter alios refutavit *Paulus* ad h. l. add. *Süskindii Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 9. p. 158 sqq. p. 173 sqq. " Exspiravit Christus, sed revixit, hæc nosse christianis satis est, cætera pertinent ad doctorum velitationes, ad quas si qui se velint in posterum exercere, per me liceat." *Grunerus* p. 97. add. *Herde-*

52 καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν· Καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν·
53 καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη· Καὶ
ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσ-
54 ῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. Ὁ δὲ
ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόν-
τες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγον-
55 τες· Ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες
πολλαὶ, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι· αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ

*rus von der Auferstehung als Glaube, Geschichte und Lehre*, p. 173.

(51. 52.) καὶ — ἕως κάτω] *velum adytorum scissum est in duas partes, a summo inde ad imum.* Duo erant templi vela; interius, quo velatum erat Sanctum Sanctorum, quod Hebr. פָּרֹכֶת, ab Alex. καταπέτασμα dicitur, alterum exterius, quod erat ad introitum templi et Hebr. מָסָךְ, ab Alexandrinis κάλυμμα Exod. xxvi. 31, 33, 34. a Philone ἐπίσπαστρον vocatur, vid. *Grotius*, *Keuchenius* ad h. l. et *Deylingius* Obss. Sacr. i. 49. s. ii. 47. 2 sq. Hoc loco intelligi debet illud velum, quod oppansum erat Sancto Sanctorum, quod simpliciter καταπέτασμα nuncupabatur, vid. Philo de vit. Mos. 2. p. 667. C. Joseph. Ant. v. 5. 4. Scissum autem est velum expansum, vetustate contritum, terræ motu, nam sequitur: ἡ γῆ ἐσείσθη, *terra mota est*, εἰς δύο scl. μέρη, *in duas partes.* Sic etiam Hebræi ponere solent לִשְׁנַיִם. vid. 1 Regg. iii. 25. ubi οἱ ό· εἰς δύο. add. Jer. xxxiv. 18. Exempla hujus ellipseos e scriptoribus exteris attulerunt *Elsnerus* ad Marc. xv. 38. et *Kypkius* ad h. l. — (52.) καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν] *et sepulcra aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui jacebant mortui, surrexerunt.* Aristides in Rhodum p. 544. ἀνεῤῥίπτοντο οἰκίαι, καὶ μνήματα ἀνεῤῥήγνυντο, πύργοι δὲ πύργοις ἐνέπιπτον.

(53.) καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων κ. τ. λ.] *hi egressi e monumentis, post Christi resurrectionem, ingressi sunt Hierosolymam, et multis apparuerunt.* Verba μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ interpretes nonnulli cum verbis superioribus conjungunt, et arbitrantur, homines illos in vitam revocatos, commoratos esse in sepulcris, donec Jesus resurrexisset, et tum eos intrasse urbem; vel aperta quidem esse sepulcra, sed mortuos illos tum demum in vitam revocatos esse, cum Christus πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν revixisset; cui posteriori rationi non favet contextus. Alii rectius hæc verba sequentibus jungunt, ut dicantur homines illi Jesu mortuo exiisse quidem e sepulcro, sed post ejus demum resurrectionem palam urbem intrasse. Monent præterea, neutiquam huic loco, quæcunque etiam harum interpretationum illius admittatur, repugnare locos 1 Cor. xv. 20. Col. i. 18. ubi Christus dicatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων et πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, Jesum enim ibi dici primum mortuorum, qui resurrexerit, ut rediret in cœlum, neque iterum mortem subiret. Locum nostrum omnem spurium esse censet V. D. in *Eichhornii Repertorium für bibl. u. morgenländ. Literatur*, Th. ix. p. 99. Sed omnes codd. et verss. ea quæ v. 52, 53. leguntur, exhibent; neque verba singula a Matthæi dictione abhorrere, egregie docuit *Gersdorfius* in *Sprach-Charakteristik der Schriftst. des N. T.* p. 149 ss. Videtur potius hic locus mythum continere. Eo die quo Jesus mortuus est, in illo terræ motu rupta et aperta sunt sepulcra nonnulla (erant autem sepulcra Judæorum plerumque in petris excisa), in quibus corpora hominum non ita pridem mortuorum condita erant. Cadavera, quæ vel erant ruina oppressa, vel a canibus feris (Schakal) devorata, non reperiebantur. Post Christi vero resurrectionem, nonnullis piis Hierosolymitanis, amici et familiares defuncti in somnis, vel in visione, vigilantibus, apparebant, seque in vitam rediisse, iis ostendebant. Matthæus simpliciter refert, quæ narrabantur a πολλοῖς, ut ostenderet, quantam vim in animos hominum habuissent, quantopere eos in admirationem rapuissent, ea quæ in morte Jesu evenissent. Conf. *Michaëlis, Paulus, Hezelius*, et *Schulzius* (*Anmerkk. zu Michaëlis Uebers. des N. T.*) ad h. l. κοιμᾶσθαι, Hebr. שכב, *dormire*, et, *mortuum esse*, vid. *Vorstius* de Hebraism. p. 99 sq. et *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 61. ἅγιοι] sunt *sectatores Christi.* ἁγίαν πόλιν] vid. ad iv. 5.

(54—56.) ὁ ἑκατόνταρχος] *centurio*, supplicio præpositus, et militibus qui cruces servabant. ἐφοβήθησαν σφόδρα] iram deorum metuebant, ut ministri sævitiæ Judæorum. ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος] *vere Dei filius hic fuit.* Audiverant centurio atque milites Romani, Jesum coram synedris atque Pilato professum esse, se esse υἱὸν τοῦ Θεοῦ, jam cum viderent terræ motum, et reliqua, eum semideum atque heroa habebant. Auctore Luca xxiii. 47. dicebat etiam centurio: ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. — (55.) *Erant autem ibi multæ mulieres, eminus spectantes,*

Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ. Ἐν αἷς ἦν 56
Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ
μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.
Ὀψίας δὲ γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀρι- 57
μαθαίας, τοὔνομα Ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ
Ἰησοῦ. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα 58
τοῦ Ἰησοῦ. Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.
Καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ. 59

*quæ secutæ erant Jesum e Galilæa, eique victum ministrarant.* Hæ audierant voces centurionis et militum, propterea Matthæus, fœminas illas adfuisse, commemorat. *διακονεῖν*] *victum ministrare, rebus necessariis juvare.* v. iv. 11. coll. Luc. viii. 3.—(56.) *Μαγδαληνὴ*] *Magdalena*, nomen habuit a patria, quæ fuit Magdala. v. xv. 39. Luc. viii. 2. Phavorinus: *Μαγδαληνὴ, ἀπὸ τοῦ τόπου.* *ἡ τοῦ — μήτηρ*] vid. ad xiii. 55. xii. 46. *ἡ — Ζεβεδαίου*] *Salome*, Marc. xv. 40. xvi. 1. Matth. xx. 20.

(57.) *ὀψίας δὲ γενομένης, vesperi*, i. post horam nonam, nobis horam tertiam pomeridianam. *ἄνθρωπος πλούσιος — Ἰωσὴφ*] *homo dives, nomine Josephus, Arimathæensis.* Divitiæ Josephi commemorantur, propter ea quæ v. 59 sq. leguntur. Marc. xv. 43. Luc. xxiii. 50. vocatur *βουλευτὴς* i. *synedrii assessor. Grotius* quidem ad h. l. arbitratur, eum fuisse senatorem Hierosolymitanum, quod a Marco et Luca dictus sit *βουλευτὴς*, non *ἄρχων*, ut Nicodemus Joh. iii. 1. sed huic sententiæ neutiquam favet locus Luc. xxiii. 51. Nam si verba quæ ibi leguntur: *οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν, in synedrorum consilia et machinationes non consenserat* (i. eum non cum reliquis capitis condemnaverat), nihil amplius valerent, quam, improbarat synedrorum consilia, vaga et supervacanea fuisset hæc Evangelistæ observatio. Etiam conclave, in quo pontifex cum reliquis synedris convenire solebat, dicebatur לשכת הגזית, *conclave βουλευτῶν*, et Hebr. יועץ Alexandrini reddiderunt *βουλεύτης* Job. iii. 14. xii. 17. vid. *Lightfootus* ad Marc. xv. 43. *Lud. de Dieu* Animadvv. in IV. Evangg. p. 273. *ἀπὸ Ἀριμαθαίας* scl. *ὢν*, vid. *Kypkius* ad h. l. *Arimathæensis*, Arimathia oriundus. vid. ad xv. 1. Videtur illud oppidum intelligendum esse, quod Jos. xviii. 25. dicitur הרמה, Syr. ארמתא, *Armatha*, oppidum pagi Benjaminitarum, quod et Matth. ii. 18. memoratur, nam Luc. xxiii. 51. vocatur *πόλις τῶν Ἰουδαίων*, vid. *Grotius* ad h. l. Aliis est הרמתים, 1 Sam. i. 1. Alex. *Ἀρμαθαΐμ*, in tribu Ephraim situm, quod oppidum Samaritanorum, post Alexandri M. mortem Judææ addictum erat, v. 1 Macc. xi. 28, 34. *Michaëlis Begräbniss - und Auferstehungsgeschichte Christi*, p. 37. *Schleusneri* Lex. h. v. *ὃς — Ἰησοῦ*] *qui ipse fuit Jesu sectator, discipulus.* vid. ad xiii. 52.

(58). Josephus *προσελθὼν — Ἰησοῦ, Pilatum adiit, corpusque Jesu sibi petiit.* In crucem acti, more Romano, non sepeliebantur. vid. ad v. 32. Attamen non negari solebant petentibus cognatis peremptorum corpora. Ulpian. xlviii. 24. 1. de Cadav. punit. *Corpora eorum qui capite damnantur, cognatis ipsorum neganda non sunt.—Eorum in quos animadvertitur, corpora, non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum, et permissum, et nonnunquam non permittitur, maxime majestatis caussa damnatorum.* Judæi peremptorum corpora ante solis occasum sepeliebant, vid. Deut. xxi. 23. Joseph B. I. 4. 5. 2. *Ἰουδαίων τοσαύτην περὶ τὰς ταφὰς πρόνοιαν ποιουμένων, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ καταδίκης ἀνεσταυρωμένους πρὸ δύντος ἡλίου καθελεῖν καὶ θάπτειν.* Pilatus igitur, qui, quo Judæorum gratiam captaret, lubenter sequi solebat regionis morem, sine mora Josephi precibus locum concedebat, eoque faciliorem sese ei et ipsis Judæis, vid. Joh. xix. 31. præbebat, cum solennia sabbatha instarent, atque apud ipsos Romanos in more positum esset, ut ob instans aliquod festum cadavera cognatis ad sepulturam redderent. Philo in Flacc. p. 977. A. *ἤδη τινὰς οἶδα τῶν ἀνεσκολοπισμένων, μελλούσης ἐνίστασθαι τοιαύτης ἐκεχειρίας καθαιρεθέντας, καὶ τοῖς συγγενέσιν ἐπὶ τῷ ταφῆς ἀξιωθῆναι καὶ τυχεῖν τῶν νενομισμένων ἀποδοθέντας, novi quosdam refixos crucifixos instante tali festo* (tanquam natalitiis Augustorum) *et ad sepulturam ut justorum participes fierent, cognatis redditos.*

(59.) Corpus Christi Josephus *ἐνετύλιξεν σινδόνι καθαρᾷ, involvit linteo mundo.* Origo vocabuli *σινδὼν* incerta est. Alii hoc genus lintei nomen accepisse putant a Sidoniis, artis hæc lintea texendi inventoribus. Etym. M. *σινδών· ἀπὸ Σιδῶνος τῆς πόλεως· οἱ γὰρ Σιδόνιοι ἐφεῦρον πρῶτον κάμνειν σινδόνας.* Alii *σινδὼν* deducunt ab Hebr. סדין, quo *omnis generis linum subtiliter textum* indicetur; mo-

60 Καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν
ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ
61 μνημείου, ἀπῆλθεν. Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ
ἡ ἄλλη Μαρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.
62 Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν

nent, Græcos retinuisse vocabulum Hebraicum, forma ejus ad ingenium naturamque oris sui effícta, et inserta litera ν, ita ut existeret σινδὼν, vid. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. p. 75 sq. Rectius vero aliis hujus nominis origo quærenda videtur in lingua Ægyptiaca. Pollux vii. 172. σινδὼν ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. vid. *Braunius* de vest. sacr. Hebr. i. 7. 103. p. 113 sq. *Forsterus* de bysso Ægyptiorum s. 18. p. 85 sqq. *Münthius* ad h. l. *Sturzius* de dialecto Macedonica et Alexandrina p. 94. add. *Eichhornii Repertor. für bibl. Literatur*, Th. xiii. p. 14. Notat autem σινδὼν h. l., ut Marc. xiv. 51. Gen. xxxix. 12. amiculum ex lino subtiliter texto confectum, linteum tenue, majus, quadratum, quibus etiam corpora mortuorum involvebantur, ita, ut et fasciis ejusdem generis vincirentur, quas Joh. xi. 44. κειρίας, Luc. xxiv. 12. ὀθόνια dixit. vid. *Chifletius* de fasciis sepulcralibus Christi c. 28 s. *Salmasius* ad Scriptt. hist. Aug. p. 347 s. Paris. *Cuperus* Obss. ii. 9. et *Deylingius* Obbs. S. iii. 37. 9. ἐνετύλιξεν] *involvit*, Hebr. כִּסָּה. vid. *Buxtorfii* Lex. p. 1090. Marcus l. c. usus est verbo περιβάλλεσθαι, quod ut ἀμφιέννυσθαι et Lat. *amiciri* ponitur de veste exteriore i. toga Romanorum, pallio Græcorum.

(60. 61.) καὶ ἔθηκεν — ἐν τῇ πέτρᾳ] *posuitque*, Jesu corpus, *in novo suo sepulcro, quod excidendum curarat in rupe.* Ager Hierosolymitanus πετρώδης erat, vid. Strabo 16. p. 761. Cas. *Michaëlis* in *Anmerkk.* ad h. l. et in *Begräbniss-u. Auferstehungsgesch. Christi*, p. 45. e Joh. xix. 41. colligit, sepulcrum illud non fuisse Josepho proprium. Monet in cod. 106. deesse αὐτοῦ, et pro ἐλατόμησε Syrum interpretem legisse ἦν λελατομημένον. Suspicatur igitur, interpretem Græcum Matthæi errasse, pro יצב legisse חָצַב (אשר חצב בסלע), atque adeo scripsisse ὃ ἐλατόμησε, et præterea de suo adjecisse pronomen αὐτοῦ. At enimvero Johannis verba non evidenter probant, eum non de Josephi sed de alio sepulcro cogitasse, quod nihilominus tamen amici et sectatoris Christi monumentum esse debuisset, vid. *Hezelius* ad h. l. et Johanni caput rei erat, Jesum positum fuisse ἐν μνημείῳ καινῷ, Matthæus accuratius rem exposuit. Unius præterea cod. ejusdemque non antiquissimi auctoritas nos non movere potest, ut pron. αὐτοῦ deleamus, neque versionis Syriacæ auctoritas, nulla alia auctoritate suffulta, tanta est, ut eam h. l. sequamur. μνημεῖον καινὸν est interprete Luca xxiii. 53. οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος· add. Joh. l. c. *in quo nemo adhuc sepultus fuerat.* Ita vero Judæi non dicere poterant, pro sua malitia, non Jesum, sed alium in vitam rediisse, vid. Theophylactus ad h. l. aut criminari, Jesum aliena virtute resurrexisse, ex contactu ossium alicujus sancti, quondam in illo sepulcro repositi, vid. 2 Regg. xiii. 21. Cæterum Hebræos extra urbem sepulcra sua habuisse, et ditiorum monumenta fuisse in rupibus excisa, ita, ut speluncæ formam referrent, notatum est ad viii. 28. τῇ ante πέτρᾳ est articulus indefinitus. προσκυλίσας — μνημείου] *ostioque monumenti ingens saxum advolvendum curavit.* Solebant sepulcra Orientales lapidibus magnis munire, ne corpora a bestiis aut hominibus læderentur. vid. *Nicolaus* de sepulcr. Hebr. iii. 10, 11.

(62.) Narrationem de custodia ad sepulcrum Christi disposita, quæ h. l. et c. xxviii. 11—14. legitur, præter *Strothium* (cujus tamen argumenta vana et frigida sunt, vid. *Süskindii Magazin für christl. Dogmatik und Moral*, St. 9. p. 179 ss.) in *Eichhornii Repertor. für bibl. u. morgenländ. Literatur*, Th. ix. p. 141. dubiam atque suspectam reddere studuit nuperrime quoque *Paulus*, vid. libell. ejus: Meletemata ad historiam dogmatis de resurrectione mortuorum, Jenæ 1796. et inprimis ejusd. *Philolog. Krit. Kommentar* ad h. l. Argumenta, quibus *Paulus* usus est, præcipua hæc sunt: 1) "Matthæus ipse profitetur fontem narrationis suæ esse fabulam, rumorem dissipatum, διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον c. xxviii. 15. Videntur ergo Sadducæi, exacerbati, quod fama et doctrina de resurrectione Christi ad augendam promovendamque rem christianam quam plurimum conferebat, rem omnem, narrationem de custodia disposita, et iis quæ custodibus evenisse h. l. leguntur, confinxisse, quo probabilius redderent mendacium suum, Jesu discipulos corpus ipsius esse furatos." At enimvero e Matthæi verbis c. xxviii. 15. non consequitur, fabulam fuisse unicum narrationis suæ fontem, vid. *Süskind.* l. c. p. 187. Potuit Matthæus etiam rem omnem comperire ex uno alterove custodum, vel ex Josepho aut Nicodemo, qui etsi non adhi-

οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον, Λέγοντες· Κύριε, 63

biti fuerint ad deliberationem illam synedrorum, de qua c. xxviii. 11. sermo est, tamen ea quæ custodibus evenerant, et fraudes synedrorum ab collega et amico accuratius cognoverant, vid. *Süskindius* l. c. p. 187, 189. add. not. ad xxviii. 2. Verba ὁ λόγος οὗτος διεφημίσθη κ.τ.λ. *et divulgatus est hic rumor apud Judæos, fertur hodieque,* ut orationis series docet, referri debent ad ea, quæ proxime præcesserunt, nempe ad fabulam de corpore Jesu a discipulis furtim sublato, coll. v. 13. vid. et not. ad xxviii. 15. non ad ea quæ xxvii. 62 sqq. leguntur. 2) " Jesu discipuli post magistri mortem neutiquam sperabant, eum in vitam esse rediturum. Sermones Christi, quos discipuli post magistri demum resurrectionem de ea ipsa interpretabantur, vid. not. ad xvi. 21. ab eo non habiti erant præsente et audiente populi multitudine, sed coram discipulis. Quomodo ergo Christi adversariis in mentem incidere poterat, eum dixisse, se die tertio in vitam rediturum esse? Testes illi, c. xxvi. 61. qui affirmabant, Jesum dixisse, se velle templum destruere, et intra triduum restituere, ipsi docent, Judæos illa Christi verba Joh. ii. 20. non de resurrectione ipsius intellexisse; sed discipulos, cum Jesus in vitam rediisset, ea ad corpus ipsius retulisse et de resurrectione sibi explicuisse. Nec pertinent huc ea quæ Matth. xii. 39. leguntur, nam σημεῖον Ἰωνᾶ est Jonæ κήρυγμα, et versus 40. non Christi, sed Matthæi verba continet." Quod attinet locum Matth. xii. 39. vid. quæ ad eum notavimus. Jesum cum adhuc in vivis esset, formulis ἐγερθῆναι, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι, usum esse, discipulos etiam eas jam tunc temporis proprie cepisse, neque tamen ante Christi mortem et resurrectionem, rem ipsam sibi explicare potuisse, ostendimus ad xvi. 21. Si Joh. ii. 22. exprimere voluisset sententiam hanc: post Christi demum resurrectionem discipuli illorum verborum recordati, intelligebant, τὸν ναὸν de Christi corpore explicandum esse: potius scripsisset, ut scite observavit *Süskindius* l. c. p. 201. ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, συνῆκαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοῦτον τὸν λόγον, ὃν εἶπεν ὁ Ἰησοῦς. Concedamus interim, Jesum tantummodo coram discipulis et sectatoribus suis illos sermones, quæ ipsius post mortem fata spectarent, habuisse. Sed non interdixerat discipulis audita aliis enarrare; synedrorum emissarii undique Jesum ejusque discipulos cingebant; quidni ergo talia Christi effata ad aures synedrorum pervenire potuissent? At enimvero dixit omnino Jesus de morte et resurrectione sua etiam audientibus Pharisæis aliisque hominibus, vid. Matth. xii. 39. xvi. 21. coll. Marc. viii. 34. Joh. ii. 19. x. 15, 17, 18. coll. ix. 40. 3) " Si impedire volebant synedri, ne Jesu corpus discipuli ipsius surriperent, cur a Procuratore custodiam postulabant, cum apparitoribus suis hanc in rem uti potuissent?" A militibus Romanis exspectare poterant, eos diligentius corpus Christi a Josepho et Nicodemo (Joh. xix. 40.) unctum, et in sepulcro Josephi conditum servaturos esse, quam apparitores Judæos, quibus minus confidebant synedri, præsertim postquam evenerant ea, quæ v. 45 sqq. commemorata leguntur; neque facile Judæi die sabbati custodiam egissent. vid. ad xxiv. 19. 4) " Qui factum est, ut Pilatus, qui Judæos inprimisque primores populi contemneret, vid. ad xxvii. 11. coll. Joh. xix. 21. tam prompte ac libenter his synedrorum precibus annuerit?" Ipse Pilatus metuebat, ne, si sectatores Christi corpus e sepulcro abstulissent, existeret alius, qui personam Christi ageret, (vid. ad xxvii. 63.) metuebat, præsertim cum multa injuste fecisset, seditione orta, querelas et accusationes Judæorum, atque iram Cæsaris vid. ad xxvii. 26. 5) " Cur non sepulcrum apertum manebat? eo recluso custodes ipsum corpus Jesu contueri, et diligentius servare potuissent." Quasi non æque bene custodire potuissent milites corpus, explorato prius sepulcro, an egressus haberet, eoque deinde occluso; omninoque difficilius surripi poterat corpus Jesu, si saxum de sepulcro devolvendum erat. 6) " Custodes non ad Procuratorem, sed ad pontifices visa retulisse, parum probabile est." At milites a pontificibus ad sepulcrum erant deducti, ab iisque mandata acceperant xxvii. 66. ad eos ergo etiam, consternati, rem referebant. Pilatus ipse, qui conata perficere non potuerat, fronte contracta responderat ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε xxvii. 65. 7) " Milites Romani, qui acerrimo odio Judæos persequebantur, a synedris pecunia corrumpuntur. Pontifices, non tanquam mendaces rejiciunt milites, eos non corruptionis aut negligentiæ accusant, sed fastum deprimunt, et ipsi iis mendacia suggerunt. Hæc quidem omnia parum sese probabilitate commendant." Terræ motum pontifices ipsi senserant, vix animum collegerant, cum milites consternati advenirent, et nuntiarent terræ motu lapidem de sepulcro esse devolutum, et Christum in vitam rediisse. Militum Romanorum, qui excubias egerant, fides iis non suspecta erat, vid. ad xxviii. 13. (*Süskindius* l. c. p. 203. suspicatur, unum de militibus optime notum fuisse pontificibus, fortasse etiam synedros emisisse nonnullos, qui sepulcrum et custodes observarent,

ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν, ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς

et hos confirmasse indicia militum.) Quomodo ergo pontifices, nuntio illo maximopere perturbati, exprobrare potuerunt negligentiam et corruptionem militibus Romanis, qui etiam atque etiam affirmarent, se officii sui partibus satisfecisse, neque adeo ejusmodi calumniam et contumeliam æquo animo pertulissent? Imo pontifices metu perculsi, retinent milites, raptim quos possunt synedros de adversariis Christi acerrimis, cogunt, consilia præcipitant, mendacium militibus suggerunt, eosque largitione corrumpunt. v. xxviii. 13, 14. Pecunia a synedris militibus data, ut, si res divulgaretur, mendacium suggestum dissiparent, his militibus æque grata erat, ac pecunia aliunde accepta. 8) "Cur non opposuerunt primores Judæorum Apostolis, Jesum in vitam rediisse publice docentibus, ipsos Christi discipulos corpus ejus surripuisse?" Primores Judæorum lubenter rem silentio prætermittebant, cum tot homines Jesum in vitam reversum vidissent, cumque ulterior rei cognitio, quam tunc efflagitassent et efflagitare debuissent Apostoli, synedris dedecori et periculosa fuisset. — 9) Narratio de custodia ad Christi sepulcrum disposita, suspecta quoque visa est *Russwurmio über die Wache am Grabe Jesu*, in *Augusti theol. Monatschrift*, Jenæ 1801. Heft 6. p. 414 sqq. attulit rationem hanc: Si propter prædictionem Jesu, se die tertio in vitam rediturum esse, custodia ad sepulcrum disposita fuisset, næ insignis populi multitudo, Christi resurrectionem exspectatura, jam ante custodum fugam ad sepulcrum confluxisset. Sed præter mulieres nemo ad sepulcrum properabat. Milites fugientes a sepulcro, cum nondum iis silentium impositum esset a synedris, haud dubie visa nuntiassent amicis occurrentibus, et tunc saltem omnis populus ad sepulcrum confluxisset. Sed præter nonnullos Christi sectatores nemo ad sepulcrum veniebat. Apposite contra *Russwurmium*, *Süskindius* l. c. p. 214 sqq. monuit hæc: Maxima pars populi Jesum in crucem actum pro impostore habebat; ne ipsi quidem discipuli, Christum in vitam rediturum esse, tunc temporis credebant. Hinc nec populus ad sepulcrum confluebat. Præterea hortus, in quo Christi sepulcrum erat, non hortus publicus, sed Josephi et occlusus erat. In urbe tam celebri, in quam festo Paschali tam innumera confluebat multitudo populi, facile, insciis civibus, custodia ad sepulcrum Christi disponi poterat, atque e re pontificum erat, ut qua de caussa disposita esset, lateret populum. Militibus fugientibus amicos et commilitones occurrisse, sumsit quidem *Russwurmius*, sed pro certo sumi non potest. At concedamus militibus fuga sese primo mane proripientibus, unum et alterum amicorum occurrisse; fortassis tamen præ metu, æque ac fœminæ illæ Marc. xvi. 8. neminem sibi obvium alloqui audebant. Concedamus vero etiam milites, in via ad pontifices, huic vel illi commilitonum nonnulla de iis quæ evenerant renuntiasse, non tamen tam cito in urbe adeo celebri res divulgari poterat, ut illucescente die populi multitudo ad sepulcrum confluеret; neque hortulanus singulos promiscue in hortum intromisisset, illo diei tempore, quo mulieres horti domino notæ spectatum sepulcrum veniebant, per reliquum vero diei tempus præter Christi sectatores neminem ad sepulcrum Christi venisse Evangelistæ neque negant, neque affirmant. τῇ δὲ — παρασκευὴν] *postridie, hoc est, die, qui diem sabbati præparatorium sequitur* n. die Veneris, eo ipso die quo Christus in crucem actus erat, ineunte sabbato, qui Judæorum more, die Veneris, post solis occasum incipiebat. τῇ ἐπαύριον scl. ἡμέρᾳ. Παρασκευὴ, dies proxime sabbatum, aut festum aliquod præcedens, quo Judæi omnia ad hujus diei solennia rite peragenda parare debent, qui Hebr. עֶרֶב, Chald. עֲרוּבְתָא dicebatur, v. *Schleusneri* Lex. h. v. et *Boltenius* ad h. l. συνήχθησαν — πρὸς Πιλάτον] *adibant sacerdotum principes et Pharisæi Pilatum.* Clam gerendum erat negotium, ne omnibus promiscue innotesceret, præsertim cum nescirent synedri, an Procurator precibus ipsorum locum daturus esset; ergo non de omni synedrio, sed de synedrorum legatione h. l. sermo est. Legationem susceperant nonnulli e sacerdotum principibus et synedris, qui Pharisæorum sectæ addicti erant. συνήχθησαν πρὸς Π., *adibant Pilatum;* nam נִכְנַס seq. אֶל vel לְ notat simpliciter, *adire aliquem*, vid. *Buxtorfii* Lex. p. 1055. At hoc modo profanabant sabbatum, et polluebantur synedri, qui tamen antea, die sabbati præparatorio, domum Pilati intrare noluerant? vid. Joh. xviii. 28. Sed nec h. l. legitur eos domum Procuratoris intrasse; præterea lex Mosaica interdixerat operam manuariam, ut et judicii exercitium, non vero ire ad magistratum, ab eoque petere aliquid, præsertim cum periculum in mora esset. vid. *Michaëlis Mos. Recht*, Th. iv. p. 121 ss. *Lessii Auferstehungsgesch.* p. 146. *Michaëlis Begräbniss-u. Auferstehungsgesch.* p. 83.

(63. 64.) *Recordamur, veteratorem istum, cum adhuc in vivis esset, dixisse, se tertio die ab inferis rediturum esse.* ὁ πλάνος] *deceptor*, מַתְעֶה, ὁ πλανῶν, Alex. Ies. iii. 12. Mich. iii. 5. μετὰ τρεῖς ἡμέρας] id. qd. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ xvii. 23. *die tertio*, vel, *intra triduum* ut μεθ'

ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον 64
ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
'νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ· Ἠγέρθη ἀπὸ
τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.
Ἔφη 'δὲ αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· Ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, 65
ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο 66
τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον, μετὰ τῆς κουστωδίας.

64. † νυκτὸς. 65. † δὲ.

ἡμέραν, *interdiu*, μετὰ ἡμέρας ἑπτὰ, *intra septem dies.* vid. *Kypkius* et *Wetstenius* ad h. l. et not. ad xvi. 21. — Synedri ipsi addunt v. 64. ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας. Præsens ἐγείρομαι vim futuri habet. κέλευσον ἀσφαλισθῆναι] *jube custodiis muniri sepulcrum.* Joseph. Ant. xiii. 1. τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν φρουραῖς ἀσφαλισάμενος· add. 2 Macc. iii. 22. coll. Act. v. 23. μήποτε — κλέψωσιν αὐτὸν] *ne forte noctu discipuli ipsius corpus furentur.* Ejusmodi fraus commissa erat XVII. annis ante. vid. Tacitus Ann. ii. 39, 40. qui de Clemente servo refert, eum ossa Agrippæ domini trucidati furatum esse, et Agrippæ personam egisse. νυκτὸς a plurimis optimæ notæ codd. abest, adscripserant scilicet Grammatici hanc vocem e c. xxviii. 13. καὶ ἔσται — τῆς πρώτης] *et posterior fraus sit pejor priore:* si enim fama emanasset, Jesum rediisse ab inferis, verendum esse videbant, ne omnis populus eum pro Messia haberet, et seditio oriretur; quæ omnino etiam metuenda fuisset, si Jesus redivivus publice se omnibus conspiciendum præbuisset. ἡ πρώτη πλάνη, cum se Messiam dixerit xxvii. 11. Cæterum redolent hæc verba proverbium. vid. xii. 45. Luc. xi. 26. 2 Petr. ii. 10.

(65. 66.) ἔχετε κουστωδίαν] *habetis custodiam*, ut sit indicativus, non imperativus (vid. *Wolfius* in Curis ad h. l.), id quod reliqua oratio Pilati docet. Sensus: habetis milites prætorianos, qui Jesum in cruce pendentem custodiverunt. Alii explicant: habetis milites Romanos præsidiarios, templi custodes, (v. xxvii. 27.) iis utimini. Sed prior ratio præferenda videtur. Solebant autem apud Romanos quatuor quaterniones militum custodiæ hominis præfici, ita quidem ut quaterni milites ternas horas vigilarent, vid. Vegetius R. M. iii. 8. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 452. κουστωδία voc. Latinum, civitate Græca, forte etiam Hebraica donatum, id. qd. φύλακες l. οἱ τηροῦντες xxviii. 4. ὡς οἴδατε] *quantum possitis.* — (66.) ἠσφαλίσαντο — κουστωδίας] *munierunt custodia sepulcrum, et saxum obsignandum curarunt:* duæ extremitates funiculi saxo inducti obsignabantur, vid. *Paulsen Regierung der Morgenl.* p. 298. *Hezelius* ad h. l. *Harmar Beobachtt. über den Orient*, Th. ii. p. 467. Dan. vi. 7. μετὰ κουστωδίας referri debet ad ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, ita, ut post λίθον nota incisi ponatur, atque μετὰ τῆς κουστωδίας sit id. qd. τῇ κουστωδίᾳ l. διὰ τῆς κουστωδίας, vid. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. Alii μετὰ vertunt *coram* (ut עמו Ps. xviii. 24. ubi Alex. *μετ' αὐτοῦ, coram eo)* præsentibus militibus, in conspectu militum, obsignandum curarunt sepulcrum; ut adeo μετὰ τῆς κουστωδίας referatur ad proxime præcedentia.

## CAP. XXVIII.

In enarranda historia resurrectionis Christi, quod caput et summam rei attinet, mirifice consentiunt Evangelistæ, in quibusdam tamen περιστάσεσι dissentiunt. Hanc ipsam narrationum diversitatem inprimis etiam auctor fragmentorum Guelpherbytanorum ursit, et ita quidem, ut omnem historiam incertam reddere conaretur. Egregie autem refutatus est a *Dœderlinio (Fragmente und Antifragm.*, P. 1. ed. 2. Norimb. 1782.), *Lessio (Auferstehungsgeschichte*, Götting. 1779. 8.), *Moschio (Beyträge zur Rettung der Auferstehungsgeschichte* etc., 2 Thle. Francof. ad Mœn. 1779. 80. 8.), *Michaële (Erklärung der Begräbniss-und Auferstehungegeschichte*, Halæ 1783.), *Plessingio (die Auferstehungsgeschichte unsers Herrn Jesu Christi*, Halæ 1788.) aliis; add. *Beyträge zur Beförderung theol. Kenntnisse von Kielischen und auswärtigen Gelehrten*, Heft 3. p. 245 ss. Diversitates enim, quæ in his narrationibus Evangelistarum deprehenduntur, non magni momenti sunt, nec rem ipsam incertam et suspectam reddunt, nec fidem Evangelistarum minuunt et frangunt, sed potius docent, eos veritatis fuisse studiosissimos, et fontes suos presse ac religiose secutos. Omnino digna est, quæ conferatur *Griesbachii* Prolusio: de fontibus, unde Evangelistæ suas de resurrectione domini narrationes hauserint, Jenæ 1793. 4. Monet V. D. quemque Evangelistam eodem prorsus modo rem enarrasse, quo ipse primum de ea certior factus, et ad credendam eam perductus fuisset. Mat-

## ΚΕΦ. κη'.

Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι

thæum quidem et Johannem ipso resurrectionis die Christum in vitam reducem suis oculis vidisse, at primum tamen nuntium de eventu tam mirabili utrumque a fœminis, quæ ad sepulcrum accessissent, accepisse. Neque Apostolos summo mane illius diei, quo Christus e sepulcro vivus prodiisset, uno eodemque loco congregatos, sed per dissitas urbis Hierosolymæ regiones dispersos, et in plurimorum amicorum hospitia divisos fuisse. Hinc Mariam Magdalenam solis Johanni atque Petro narrasse, quæ apud sepulcrum ipsa observasset Joh. xx. 2. cæteros autem Apostolos isto tempore eam nec vidisse, nec de corpore domini e sepulcro ablato certiores reddere potuisse. Alias contra mulieres alios Apostolos adiisse, et quæ ipsæ vidissent, his exposuisse Matth. xxviii. 8, 9, 10. Hinc factum esse, ut alius alias περιστάσεις resciseret. Mulieres enim rem ita enarrasse, ut ipsæ eam observassent, et diversitates περιστάσεων ortas esse ex vehementiori commotione animi, abservandi acumine, vel imperitia, etiam phantasia mulierum; quæ tremebundæ præ gaudio et terrore, festinanter et satis forsitan confuse, ut fieri solet in vehementioribus animi commotionibus, retulissent. Apostolos fortasse has diversas narrationes conferre, et in ordinem redigere voluisse, ut veritatem perspicerent, postquam convenissent, sed cum Christus ipse congregatis vivum se conspiciendum præbuisset, et vere se e morte resurrexisse, manifeste satis eos edocuisset, eos non tam credidisse propter muliercularum asseverationes, sed quod ipsi Christum redivivum vidissent. Attamen mulierum narrationes, per quas velut primus spei radius in animos ipsorum illapsus fuisset, quamvis imperfectas, mancas, et confusas, æterna memoria dignas ipsis visas fuisse, ita, ut eas literis consignarent.

(1.) ὀψὲ δὲ — μίαν σαββάτων] *post sabbatum* (s. *exacto sabbato*,) *primo hebdomadis die, surgente aurora.* ὀψὲ cum genitivo nominum notat, *post, longe post.* Hesych. ὀψὲ; μετὰ πολὺν χρόνον, βραδέως· ut adeo ὀψὲ σαββάτων sit id. qd. Marc. xvi. 1. διαγενομένου σαββάτου. Sic Philostrat. Vit. Apoll. iv. 18. ὀψὲ μυστηρίων, *peractis mysteriis.* Vocabulum σάββατα usurpatur etiam de septimo hebdomadis die, vid. ad xii. 1. nec obstat nostræ verborum interpretationi, sic idem nomen diverso significatu eodem loco positum esse, hujus enim loquendi rationis exempla plura attulit ad h. l. *Kypkius*; ipse Hebræorum loquendi usus coëgit Matthæum, et sabbati diem et hebdomada eodem vocabulo designare. Quoniam autem sabbati finis proprie erat, cum stellæ apparebant, et mulieres tempore matutino sequentis diei (diei Solis) venerant spectatum sepulcrum; hinc, ut recte monuerunt interpretes, verba ὀψὲ σαββάτων accuratius definiuntur additis verbis τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, cf. *Kypkius, Krebsius, Lœsnerus* ad h. l. Et hæc quidem explicandi ratio reliquis præferenda videtur, cum minoribus difficultatibus prematur. Alii enim, ut *Bürklinius* (iv. prima capp. Geneseos Æthiopice et Latine, Francof. ad Mœn. 1696. 4. p. 19 ss.) et quos laudarunt *Wolfius* in Curis, atque *Kœcherus* in Analectis ad h. l. verba ὀψὲ σαββάτων, cum vers. Æthiop. ad antecedens caput referenda esse contendunt: μετὰ τῆς κουστωδίας ὀψὲ σαββάτων. Τῇ δὲ ἐπιφωσκούσῃ κ. τ. λ. Notant, particulam δὲ ante σαββάτων in nonnull. codd. deesse. Sed ut recte monuit ad h. l. in Comment. Crit. *Griesbachius*, pauculi codices δὲ prætermittentes, ex Evangeliariis, novam pericopam hic incipientibus, corrupti sine dubio sunt. Nec credibile est, Matthæum novam narrationem tam abrupte, absque ulla particula copulativa aut transitum indicante, inchoare voluisse. Præterea dubito, an ὀψὲ σαββάτων, initium sabbati (h. e. vespertinum tempus diei Veneris) dici possit, cum ὀψὲ σαββάτων sit potius, exeunte sabbato, et supervacanea fuisset hæc temporis designatio c. xxvii. 66. cum jam v. 62. designatum fuerit verbis τῇ δὲ ἐπαύριον, κ. τ. λ. *Michaëlis Begräbniss- und Auferstehungsgeschichte* p. 108. opinatur, Græcum Matthæi interpretem male ac perperam verba Hebraica reddidisse. Scilicet in textu Hebraico extitisse voc. נֶשֶׁף (quod Alex. expresserunt ὀψὲ Ies. v. 19.) atque Matthæum notare voluisse *diluculum* (diem Solis) exacto sabbato, interpretem Græcum autem intellexisse verba בְּנֶשֶׁף שַׁבָּת de *crepusculo sabbati.* Cui tamen conjecturæ obstat hoc, quod בנשף שבת per leges linguæ non possit notare, diluculum post sabbatum, sed diluculum sabbati, et Matthæus loqui voluerit de die sabbatum excipiente i. e. die Solis. Alias aliorum conjecturas vid. ap. *Wolfium* et *Kœcherum* ad h. l. τῇ ἐπιφωσκούσῃ scl. ἡμέρᾳ, *illucescente die*, s. *aurora, primo diluculo.* Herodo. vii. 719. διαφαινούσης ἡμέρας. vii. 217. ἅμα δὲ ἔφαινε. iii. 86. ἅμ' ἡμέρῃ διαφωσκούσῃ. vid. *Kypkius* et *Raphelius* ad h. l. εἰς μίαν σαββάτων] pro ἐν μιᾷ σ., *primo hebdomadis die, die Solis.*

τὸν τάφον· Καὶ ἰδοὺ, σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος 2
γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν
λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. Ἦν δὲ 3
ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ
χιών. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ 4
ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπε ταῖς 5

Nempe ut אֶחָד non tantum est *unus*, sed etiam *primus*, ut Gen. i. 5. ita etiam εἷς frequenter ita ponitur, ut sit *primus*. Sic h. l. coll. v. 9. et 1 Cor. xvi. 12. κατὰ μίαν σαββάτων, *primo quoque hebdomadis die*. Cic. de Senect. c. 5. *uno et octogesimo anno*. vid. *Krebsius* ad h. l. Deinde τῶν σαββάτων est id. qd. τοῦ σαββάτου, vid. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 162. et σάββατον non tantum septimum quemque diem, quem Judæi festum habebant, indicat, sed etiam *septimanam*, quæ a sabbato incipiebat, et in sabbatum desinebat, ut h. l. et Luc. xviii. 12. al. ἦλθε Μαρία—Μαρία] *venit Maria Magdalena et altera Maria*. " Matthæo primum de resurrectione nuntium attulerant eæ mulieres, quæ, postquam Magdalena, Petrum et Johannem arcessitura (vid. ad v. 5.), in urbem avolasset, apud sepulcrum remanserant, ibique primo angelum quendam, deinde dominum ipsum conspexerant. Magdalenam quidem cum cæteris mulieribus summo mane sepulcrum petiisse, resciverat Matthæus; sed sejunxisse eam postea sese a reliquis, nec interfuisse his, cum Jesus iis appareret, eosque alloqueretur, id vel ignorabat, vel memoratu vix dignum judicabat. Nimirum ea mulier, quæ prima Matthæum lætissimo nuntio bearat, (quam τὴν ἄλλην Μαρίαν, Matth. xxviii. 1. coll. xxvii. 56. fuisse existimamus) narraverat quidem, se cum Magdalena (aliisque nonnullis Marc. xvi. 1. Luc. xxiv. 10. quarum forte nomina tacuerat) accessisse ad sepulcrum; sed abitum Magdalenæ a sepulcro ad Johannem ac Petrum commemorare prætermiserat, numeroque plurali porro usa, quæ post Magdalenæ discessum sibi contigissent, exponere perrexerat. Matthæus igitur optima fide Mariæ narrationem repetiit, suoque Evangelio c. xxviii. 1, 5—10. inseruit." *Griesbachius* de fontibus unde Evangelistæ etc. p. 6. θεωρῆσαι τὸν τάφον] *spectatum sepulcrum*. Marcus xvi. 1. addit: ἵνα ἀλείψωσιν αὐτὸν, *ut corpus Christi accuratius* (xxvii. 59, 61.) *ungerent*. Matthæus simpliciter scripsit θεωρῆσαι τὸν τάφον, neque propterea negat, voluisse mulieres Christi corpus ungere, sed concise scripsit. Monent ergo interpp. verba Matthæi esse hunc in modum explicanda: abierunt, ut viderent, num vel ipsæ, vel ab aliis adjutæ possent saxum a sepulcro removere, quo Jesu corpus unguentis imbuerent, coll. Marc. xvi. 3, 4. Fortassis vero etiam mulieres Matthæo nil nisi hoc ipsum dixerant, se voluisse spectare sepulcrum. Sepulcrum militibus obseptum esse ignorabant mulieres, alias enim non ausæ fuissent accedere. Custodia ad sepulcrum disposita erat, cum ipsæ sabbato distinerentur, et omne negotium a synedris clam peractum erat, cf. not. ad xxvii. 62. not. 9.

(2—4.) Ea quæ inde a v. 2—4. leguntur, ante adventum mulierum evenisse, in promptu est. " Matthæus ergo ex Maria audivisse non potest. Hæc enim scire poterat nemo, præter milites ipsos, et eos qui ab his ea acceperant. Igitur vel miles aliquis ad sacra christiana postea perductus, Matthæo hæc narravit, vel militis familiaris quæ ex amico olim audiverat, evulgavit, vel senator Judaicus, christianam religionem postea amplexus, rem patefecit." *Griesbachius* l. c. καὶ ἰδοὺ—αὐτοῦ] *Factus autem erat ingens terræ motus, et genius cælo profectus, saxo ab ostio sepulcri devoluto in eo consederat*. Omnia inopinata eventa, omnia quorum caussæ proximæ laterent, Hebræi ad auctores invisibiles, ad genios, quorum ministerio Deus ad exsequenda sua mandata uteretur, referre, atque angelos nominare solebant. Poterat ergo, more loquendi Hebræorum, ipsa commotio terræ commode dici angelus, ut pestis tempore Davidis 2 Sam. xxiv. 16 sqq. Ob ea autem, quæ v. 3. leguntur, rectius forte intelligitur fulmen, quod saxum percusserat atque de sepulcro dejecerat, quam formam candidam et coruscam in apice saxi conspectam, pro genio cœlesti habuerant milites; vel potius cogitandum de flammis, quæ in terræ motu eruperant.—(3.) ἰδέα] *forma, figura*. Philo de Abrah. p. 366. A. τότε μοι δοκεῖ πρῶτον—λαβεῖν φαντασίαν—ἢ προφητῶν τινῶν, ἢ ἀγγέλων μεταβαλλόντων ἀπὸ πνευματικῆς καὶ ψυχοειδοῦς οὐσίας εἰς ἀνθρωπόμορφον ἰδέαν. ib. E. εἰς ἰδέαν ἀνθρώπων μεταμορφοῦσθαι. add. Aristoph. Plut. 559. vid. *Albertius* et *Lœsnerus* ad h. l. Hesychius: ἰδέα· ἡ ὁμοιότης, μορφή· Hebr. מַרְאֶה, vid. Gen. v. 3. Dan. i. 13, 15. καὶ τὸ ἔνδυμα—χιών] *et pallium ipsius candebat, ut nix* i. candidissimum erat.—(4.) Custodes terrore perculsi, et pæne exanimati, cum mentem recepissent, aufugerant.

γυναιξί· Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυ-
6 ρωμένον ζητεῖτε. Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε·
7 δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. Καὶ ταχὺ
πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ
τῶν νεκρῶν· καὶ ἰδοὺ, προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ
8 αὐτὸν ὄψεσθε· Ἰδοὺ, εἶπον ὑμῖν. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ
τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον
9 ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγ-
γεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ, ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν

(5—8.) Mulieres animo maxime perturbato, cum vidissent lapidem remotum, metus plenæ ingressæ sunt sepulcrum, et species juvenis iis sese offerebat; tunc varii generis cogitationes v. 5—7. in animis earum subortæ sunt, quas putabant et dicebant esse voces illius angeli, quem viderant. vid. *Friedrich über die Engel in der Auferstehungsgeschichte*, in *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur*, B. 6. p. 700. *Hezelius* ad h. l. et in *Schriftforscher*, Heft 3. p. 468 s. Angelos quos mulieres meticulosæ primo diluculo in spelunca videbant, quos Petrus et Johannes, animosiores quam fœminæ illæ, postea non conspexerunt, fuisse candida ὀθόνια, a Petro et Johanne, Jesu corpus in spelunca frustra quærentibus, reperta, Joh. xx. 6 s. docuit *Eichhornius* l. c. B. 8. p. 638. Hac vero sententia admissa, non magnopere mirandum, Lucam xxiv. 4. duo viros ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, et Johannem xx. 12. δύο ἀγγέλους, qui fœminis illis in sepulcro apparuerint, commemorasse, Matthæum vero unius tantum genii mentionem fecisse, neque necesse est, ut cum aliis interpretibus statuamus, Matthæum et Marcum non ignorasse, duos apparuisse angelos, sed commemorasse tantummodo eum qui cum fœminis collocutus esset. Cæterum seriem rerum a Matthæo h. l. enarratarum, ex Johannis comparatione cum Matthæo, *Griesbachius* l. c. hunc in modum constituit: Appropinquant mulieres ad hortum, jam demum (ut sunt homines, præsertim vehementioribus animi affectionibus agitati) secum reputantes, vix pares se esse futuras amovendo saxo, quo speluncæ ostium ipsæ muniri viderant, vid. xxvii. 60, 61. Ingressæ hortum, vident lapidem de sepulcro devolutum, et meticulosæ ante fores monumenti subsistunt. Introspicientes per ostium, corpus non eo loco repositum esse animadvertunt, qui recipiendo cadaveri destinatus erat, ablatumque esse augurantur. Magdalena celeri cursu in urbem redit, Petrum atque Johannem advocatura, iisque quæ viderat nuntiat Joh. xx. 2. reliquæ mulieres remanent, et cum se ex timore quodammodo collegissent, in speluncam ingrediuntur, et genios conspiciunt. Post harum mulierum abitum Johannes et Petrus adveniunt, et cum frustra corpus Jesu in sepulcro quæsivissent, domum redeunt. Maria Magdalena, quæ discipulos ad sepulcrum advolantes Joh. xx. 4. assequi non potuerat, jam rursus ad sepulcrum accedit, mœrore et metu oppressa aliquantisper moratur, et mox in interiore parte monumenti duo genios conspicit, ac paulo post ad Christi, ei obviam facti, pedes sese provolvit, et lætum de resurrectione Christi nuntium, primo Johanni et Petro, deinde cæteris quoque, ut quisque ei occurrebat, discipulis affert. Interea reliquæ mulieres discipulos quæsituræ pergunt in via. Apostolos, si Petrum et Johannem excipias, post obitum magistri in remotioribus urbis regionibus delituisse, imo forsan Bethaniæ, quo Jesus etiam noctu se recipere consueverat, credibile est. In ipsa autem adhuc via fœminis obviam venit Jesus, iisque mandata ad discipulos suos dedit, xxviii. 10. ἀποκριθεὶς εἶπε] *dixit*, vid. xi. 25. — (7.) προάγει] id. qd. προάξει, *vobis præibit in Galilæam*, vid. ad xxvi. 32. τοῖς μαθηταῖς] non tantum significantur Apostoli undecim, sed reliqui quoque Christi sectatores. ἰδοὺ, εἶπον ὑμῖν] *en! vobis dixi*, i. mihi credite, certa est mea oratio. Alii, ut *Michaëlis* l. c. p. 119. legendum esse conjecerunt εἶπεν, *dixit vobis*, ut Marc. xvi. 7. καθὼς εἶπεν ὑμῖν· cui tamen conjecturæ non favent codd. vid. et *Wolfius* in Curis ad h. l. *Boltenius* suspicatus est Græcum Matthæi interpretem permutasse אמר, *dixit*, et אימר, *dicam*. — (8.) ἀπὸ τοῦ μνημείου] id. qd. ἐκ τοῦ μν. Hebr. מ Alex. vertunt ἀπὸ Eccl. v. 14. sed ἐκ Job. iii. 11. μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς] *timoris* ob ea quæ viderant, *et gaudii plenæ*. Terent. Andr. v. 3. 34. *Vix sum apud me, ita animus commotus est metu, spe, gaudio, mirando hoc tanto tam repentino bono.*

(9. 10.) ὡς δὲ — μαθηταῖς αὐτοῦ] Hæc verba merito suspecta visa sunt *Er. Schmidio, Millio, Bengelio*, absunt enim ab egregiis

αὐταῖς, λέγων· Χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι, ἐκράτησαν
αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. Τότε λέγει αὐταῖς 10
ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς
μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.

nonnull. codd. et versionibus antiquis pluribus. Ea tamen retinenda esse statuit *Griesbachius*, et sententiam suam in Commentar. Crit. ad h. l. argumentis defendit his: "Nulla caussa probabilis, cur perperam intruderentur, afferri potest. Nam initio periochæ inserta esse, ut *Bengelius* suspicatus fuerat, veri specie caret, cum ab hoc versu incipiat ecclesiastica lectio nulla, τίτλος nullus. Contra vero variæ aderant caussæ, ob quas vel fortuito casu, vel consulto prætermitti possent. Primo enim propter ὁμοιοτέλευτον in verbis iteratis ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ eo facilius peccabant scribæ ac interpretes, quod omisso στίχῳ, de quo disputatur, non solum sententia, sed ipsa etiam verborum structura salva maneret. Deinde lex a rhetoribus lata: "ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus," quam ex auctore ad Herennium *Wetstenius* ad h.l. scite excitavit, permovere nonnullos librarios aut versionum auctores potuit, ut repetitionem revera superfluam contra exemplorum suorum fidem resecarent. Tandem jugulari ista verba potuere ab iis, qui animadverterent, deletis illis facilius tolli posse difficultates quasdam, quibus Evangelistarum narrationes de mulieribus resurrectionis Christi testibus obstructæ sunt. Certe auctor recensionis occidentalis, ac is in primis qui Cantabrigiensem textum recensuit, id interdum egisse videtur, ut mutando aliquantulum textu aut delendis vocabulis nonnullis objectionum adversus historiam Evangelicam ansas præcideret; quod, ni fallimur, præsertim in passionis et resurrectionis dominicæ historia aliquoties ab eo tentatum fuit. Idem studium perversum nostro quoque loco vel resecandi ista verba, vel cupide saltim amplectendi et propagandi lectionem breviorem, si ea fortuito casu enata fuit, occasionem præbere potuit. Nam istud: ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, indicare videtur, Jesum statim, nec ullo interposito temporis spatio mulieribus obviam venisse vix e sepulcri spelunca egressis. Hoc vero repugnaret Johannis narrationi de Maria Magdalena Joh. xx. 1—17. et Marci asseverationi, Magdalenam fuisse primam, cui Jesus post resurrectionem suam vivum se conspiciendum præbuerit Marc. xvi. 9. Vix Evangelistarum narrationes conciliare inter se poteris, nisi sumas, quæ apud Johannem et Marcum ll. ll. leguntur, prius evenisse quam ea, quæ nostro versu (Matth. xxviii. 9.) de Jesu mulieribus obviam veniente traduntur. Cum igitur huic suppositioni verba, de quibus disputamus, obstare videantur, manifesto patet, pleniorem lectionem admodum esse difficilem, imo apparenter falsam; breviorem vero non arridere non potuisse iis, qui ἐναντιοφανείας, quantum fieri posset, e textu eliminari optarent." Rectissime tamen mea sententia, *Gersdorfius* in *Sprach-Charakteristik* etc. p. 111. verba illa ὡς δὲ—αὐτοῦ delenda judicavit 1) propter codd. auctoritatem. 2) quoniam in Matthæi commentariis particula ὡς nusquam ita posita extat, ut sequatur formula καὶ ἰδού. 3) quoniam apud Matthæum ὡς nusquam partes agit particulæ ὅτι, 4) nec verbo πορεύομαι infinitivus adjungitur. Suspicatur V. D. ἐπορεύοντο grammaticos tanquam interpretamentum adscripsisse verbo ἔδραμον, alios reliqua verba adjecisse, et librarios hanc ῥῆσιν in margg. codd. positam, in ipsa texta contulisse. Particula καὶ, ut Hebr. ו, in apodosi redundat, vid. *Leusdenius* de Hebraism. p. 76. edit. *Fischer*. προσελθοῦσαι redundat. ἐκράτησαν — αὐτῷ] *procumbentes eum veneratæ sunt, ita, ut pedes ejus apprehenderent*, more supplicum, qui genibus aliorum se advolvebant et ea contrectabant. vid. *Doughtæi* Analecta S. p. 47. 2 Regg. iv. 37. Plin. H. N. xi. 103. Timebant mulieres, ne quid iis accideret, ob visum. Genios, deos videre, metuebat antiquitas, eorumque verebatur præsentiam, quos a diis singulariter missos agnoscebat, vid. Luc. v. 8. Judd. vi. 22, 23. xiii. 21 s. 1 Regg. xvii. 18. Dan. x. 7. librum nostrum *Geschichte des Jüdischen Volks für denkende Leser der Bibel* p. 100. hinc et Jesus v. 10. μὴ φοβεῖσθε dixit. Cæterum *Heumanus* monuit, inesse his verbis ὑστερολογίαν, et ordinem verborum ita constitui debere: προσεκ. αὐτῷ, καὶ ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας. Sed verbo προσκυνεῖν haud raro præmittuntur verba προσπίπτειν Herodo. i. 134. πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον, vid. *Leusdenius* l. c. p. 164. atque προσκυνεῖν tunc simpliciter notat *venerari*, ut dominum. Sic h. l. pro ἔπεσον παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ legitur: ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας i. *procumbebant ita, ut pedes ejus apprehenderent*, atque adeo προσκυνεῖν h. l. est simpliciter venerari. Pro τοῖς ἀδελφοῖς in nonnull. libris legitur μαθηταῖς, e glossemate, intelliguntur autem præter Apostolos, alii quoque Christi sectatores Joh. xx. 17.

(11. 12.) Interea dum mulieres in iti-

11 Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ, τινὲς τῆς κουστωδίας ἐλθόντες
εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενό-
12 μενα. Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν
13 τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις, Λέ-
γοντες· Εἴπατε, Ὅτι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, νυκτὸς ἐλθόντες,
14 ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων. Καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο
ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους
15 ποιήσομεν. Οἱ δὲ, λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδι-
δάχθησαν. Καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις
μέχρι τῆς σήμερον.

nere essent, ut nuntiarent Jesu sectatoribus resurrectionem ejus, quidam custodum in urbem se contulerant, et sacerdotum principibus nuntiarant omnia quæ evenerant. Per τοὺς ἀρχιερεῖς intelligendi sunt vel Ananus et Caiaphas, vel e sacerdotum principibus ii, qui custodia sepulcrum muniverant.—(12.) καὶ] id. qd. οἱ, *qui*. συναχθέντες] *coierunt* per Hebraismum redundat. πρεσβύτεροι] *primores populi*; una classis assessorum synedrii, vid. xxvii. 1. memoratur ita, ut significetur synedrium, vid. xxvii. 6. xxvi. 59. neque tamen statuendum, omnes synedrii assessores convocatos esse, clam enim omne negotium peragendum, et sine mora consilium capiendum erat, vid. ad xxvii. 62. not. 7. ἀργύρια] vid. xxvi. 15. ἱκανὸς] id. qd. πολὺς, Hebr. רַב Ezech. i. 14. Luc. viii. 32. coll. Matth. viii. 30. Luc. vii. 11.

(13. 14.) εἴπατε—κοιμωμένων] *dicite, discipulos Jesu noctu furatos esse corpus ejus, vobis dormientibus.* Synedri suggerebant militibus fabulam, quam ipsi accuratius, quantum possent, exornarent, quamque non Pilato (coll. v. 14.), sed incautæ et credulæ plebi narrarent. Mendacii enim nequitiam a partium studio alienus, cautus et providus quisque facillime perspiciebat. Custodes quatuor, eosdemque milites Romanos, qui excubias egerant, dormivisse, plane improbabile erat, cum male curatas excubias et stationem desertam gravissime punirent Romani, acerrimi disciplinæ militaris vindices, vid. Polyb. vi. 35. p. 670. Frontin. iii. 12. et quomodo Apostoli, qui meticulosi, cum Christus in horto prehenderetur, aufugerant, qui nece magistri in summas adducti erant angustias, ausi essent corpus Christi suffurari, et paulo post coram populo atque synedrio Act. ii. 41. iv. 1 sqq. tam confidenter et libere profiteri, eum in vitam rediisse, cujus corpus ipsi surripuissent? Conf. et *Michaëlis* l. c. p. 206. et *Friedrich* in *Eichhorn. Biblioth.* l. c. p. 204 sqq.—(14.) ἀκουσθῇ τοῦτο] *si hoc resciverit procurator*, vos negligenter excubias egisse, atque de statione decessisse. ἐπὶ] pro ὑπὸ, ut ap. Diod. Sic. p. 26. B. ἐφ' ὧν ἀμφοτέρων ἐλέγχεται φανερῶς τὸ ψεῦδος τοῦ συγγραφέως, *a quibus ambobus aperte mendacii convincitur scriptor.* πείσομεν αὐτὸν] *eum placabimus, indemnes vos præstabimus.* πείθειν τινα est omnino, *aliquem in suas partes trahere, placare, sibi conciliare,* quod potest fieri vel precibus vel donis, vid. *Læsnerus, Kypkius, Krebsius* ad h. l. *Elsnerus* ad Gal. i. 10. et *Abreschius* Obss. Miscell. Novv. T. iii. p. 8. respondet Chald. et Syr. verbo פַּיֵּס. vid. Syr. Act. xii. 20. *Buxtorf.* Lex. Talm. p. 1725. Poterant autem hoc synedri pro certo polliceri, ita ut et milites ἀμέριμνοι essent, nullam incuriæ pœnam metuerent, cum scirent Pilatum posse pecunia oppugnari, vid. Philo Leg. ad Cai. Opp. *Mangey* T. ii. p. 590. cum scirent, Pilatum, qui Cæsareæ habitabat, finito festo Paschali eo rediturum, neque eum cognitionem, ipsis silentibus synedris, instituturum esse.

(15.) καὶ διεφημίσθη—τῆς σήμερον] *emanavit fama de hac re in vulgus Judæorum, hodieque sermonibus fertur.* ὁ λόγος οὗτος, *rumor, fama mendax*, sc. de corpore Christi a discipulis furtim subducto, quam studiose dissiparant Judæorum proceres. Alii de corruptione militum et mendacio iis suggesto cogitant, atque sensum verborum ita constituunt: non potuit ista inter sacerdotes et milites nundinatio mendacii ita celari, ut non aliquam rimam inveniret, per quam in publicum emanaret, licet apud alios minus cautos figmentum hoc fidem reperiret. Sed prior interpretatio præplacet, cum additum legatur παρὰ Ἰουδαίοις, parum enim probabile est, clandestinum illud et dolosum synedrorum factum ita emanasse in vulgus Judæorum, ut longo tempore in ore omnium esset. Etiam in scriptis Rabbinorum fabula de corpore Christi furtim subducto memoratur, vid. *Eisenmengeri entdecktes Judenthum*, Th. i. p. 189 sq. et si Justino c. Tryph. p. 335. fides habenda, a synedrio legatio missa est

Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς 16
τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, 17

ad totius orbis Judæos, cujus hanc docet summam fuisse: *ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινος Γαλιλαίου πλάνου· ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐληλυθέναι.* Sed quæ Justinus de hac legatione attulit, parum snnt probabilia, cum Evangelistæ reliqui nihil de illis fraudibus et machinationibus synedrorum commemorarint. Matthæus autem, qui Evangelium suum Palæstinæ incolis destinarat, hanc rem silentio præterire non poterat. cf. etiam Act. xxviii. 21, 22. *μέχρι τῆς σήμερον, usque ad hoc tempus, quo hi commentarii a me literis consignati sunt.*

(16.) Brevis est atque succincta Matthæi ad finem properantis narratio, præteritque plures apparitiones Christi, quarum Lucas, Johannes et Paulus mentionem fecerunt; congressus autem Christi discipulorumque in illo monte, Matthæo in primis commemorandus erat, et propter memorabile mandatum, quod Jesus illo tempore discipulis dederat, et ob ea quæ c. xxvi. 32. xxviii. 7. leguntur. Quinam fuerit ille mons? quonam tempore Jesus eo venire discipulos jusserit? definiri nequit. *οἱ δὲ ἕνδεκα κ.τ.λ.*] *undecim discipuli contulerunt sese in Galilæam in eum montem, ubi ostenderat Jesus se ipsos esse conventurum.* Plures opinati sunt, præter undecim Apostolos (vid. not. ad v. 17.) convenisse etiam in montem illum quingentos fratres a Paulo 1 Cor. xv. 6. memoratos; unde et *Michaëlis* in *Begräbniss-und Auferstehungsgesch. Jesu* et *Anmerkk.* ad h. l. suspicatus est, Matthæi Græcum interpretem neglexisse particulam ו a Matthæo adhibitam, atque adeo pro *οἱ ἕνδεκα καὶ μαθηταὶ* scripsisse *οἱ ἕνδεκα μαθηταί.* Sed quingentos illos fratres adfuisse vix crediderim, ad eos ergo etiam referenda essent verba v. 19. quod parum probabile est, et Paulus l. c. disertis verbis sejungit apparitionem Christi, quæ Apostolis evenit, ab ea, quæ quingentis fratribus contigit. Videntur potius una cum Apostolis in illum montem sese contulisse, ut jam Theophylactus statuit, septuaginta discipuli, *οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταί*, vid. Luc. x. 1, 17. hoc Matthæus, qui paulo festinantius h. l. scripsit, monere neglexit, et loco testium reliquorum omnium, commemoravit *τοὺς ἕνδεκα.* Particula *δὲ* transitioni inservit, neque adeo indicat, hanc apparitionem ipso resurrectionis die factam esse, aut fuisse primam in Galilæa, sic enim repugnaret Matthæus reliquis Evangelistis, inprimisque Johanni, coll. Joh. xx. 26.

(17.) *καὶ ἰδόντες — ἐδίστασαν*] *et cum eum viderent, procumbentes venerati sunt, quidam autem dubitarunt*, np. an is, quem conspicerent, Jesus esset. *οἱ δὲ* id. qd. *τινὲς δὲ*, sic Ælian. H. V. vi. 1. *τοὺς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον quosdam reliquerunt ex viris.* Xen. Cyr. vii. 4. 4. *ἧκον οἱ παρὰ Κύρου.* Anab. iv. 5. 17. *πέμπει τοὺς ἐκ τῆς κώμης.* Hesychius: *ὁ δέ· ὁ δεῖνα.* vid. schol. Lucian. T. i. p. 2. *Græv. Kühnius* ad Æl. H. V. i. 25. *Dorvillius* ad Charit. p. 142. *Glassius* Phil. S. p. 145. not. ad Matth. v. 1. *Raphelius, Albertius* et *Kypkius* ad h. l. Cum vix probabile sit, Apostolos, qui tot dierum intervallo magistri sui redivivi familiari consuetudine usi fuerant, de ipsius resurrectione adhuc dubitasse, varia ratione interpretes hanc difficultatem removere studuerunt. *Beza* pro *οἱ δὲ* contra omnium codd. fidem legendum esse arbitratur *οὐδὲ, non amplius dubitabant;* accurate eum refellit *Wetstenius* ad h. l. Alii verba *οἱ δὲ ἐδίστασαν* explicanda esse censent: *etiam ii qui antea dubitaverant*, nunc credentes eum venerati sunt. Sed hæc sententia verbis ipsis non inest. Alias aliorum interpretationes v. ap. *Kœcherum* in Anal. ad h. l. Equidem referre mallem hæc verba ad septuaginta discipulos, vid. not. ad v. 16. ita, ut ex his nonnulli tunc temporis dubitasse h. l. dicantur, atque adeo Matthæi ad finem properantis et festinantius scribentis mens ac sententia hæc sit: nonnulli dubitabant, an ille, quem eminus viderent, Jesus esset, agnoscebant vero eum, cum propius accessisset, et loqui cœpisset. Apposite ad hanc interpretationem confirmandam attulisse et cum h. l. contulisse video *Gersdorfium* in *Sprach-Charakteristik der Schriftst. d. N. T.* p. 143. locum Matth. xxvi. 66. ut enim ibi verbis *τότε ἐνέπτυσαν*, et, *οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν*, non iidem homines innuuntur, et utrique ab iis distinguuntur de quibus v. 66. legitur: *οἱ δὲ ἀποκριθέντες κ. τ. λ.* ita quoque hoc nostro loco *καὶ ἰδόντες αὐτ. προσεκυν.* et *οἱ δὲ ἐδίστασαν* discernendi sunt; et ab iis qui *ἐδίστασαν*, undecim Apostoli v. 16. memorati.

(18. 19.) Summam tantum et præcipuam partem eorum, quæ Christus tunc temporis cum discipulis collocutus est, Matthæus more suo affert, nempe mandatum Christi, de doctrina sua omnibus gentibus tradenda. *ἐδόθη μοι — ἐπὶ γῆς*] *mihi summa potestas tradita est in cœlo et in terra, sum Messias*, coll. Act. ii. 36. *κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε·* add. Dan. vii. 14. omnia quæ volo

18 προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν. Καὶ προσελθὼν ὁ
Ἰησοῦς, ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων· Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία
19 ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πορευθέντες ¹οὖν μαθητεύσατε
πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς,

19. † οὖν.

constituere possum in cœlo et in terra, vid. Matth. xvi. 18 s. xviii. 18. ibique notata, quare vos constituo doctrinæ meæ præcones, ita, ut eam longe lateque propagetis, omnes sine discrimine, Judæos æque ac gentiles, in cœtum sectatorum meorum recipiatis, eosque baptismi ritu solenni meæ religionis professioni obstringatis. Sed verba πάντα μοι κ. τ. λ admittunt aliam quoque interpretationem, qua tamen admissa, idem fere sensus procedit. Nempe τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς et τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, Hebr. שמים והארץ, quæ verba periphrasin *universi* continent, etiam ita adhibentur, ut non statim de singulorum verborum, syllabarumque (*cœli* et *terræ*) sensu sigillatim distincte cogitetur, vid. *Koppius* ad Eph. i. 10. sed formula universa *mundi, pars quædam ejus*, eaque pro variorum locorum contextu varia designetur. Tanchuma p. 165. 1. *Abrahamo patri meo Deus possidendum dedit cœlum et terram* i. orbem terrarum, τὸν κόσμον Rom. iv. 13. Sic h. l. formula adhibita accipi potest de *hominibus*, ut adeo intelligatur potestas animis hominum per doctrinam imperandi, potestas in homines omnes per doctrinam. Joh. xvii. 2. ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός. add. ib. xiii. 3. εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ *omnes homines*—(19.) μαθητεύειν] non est *edocere*, nam μαθητεύειν diserte distinguitur ab διδάσκειν v. 20. et qui per baptismum in cœtum christianorum recepti erant, accuratius postea instituebantur. v. Act. ii. 41. iv. 4. sed omnino notat *discipulum facere, in cœtum christianorum recipere*, vid. ad xiii. 52. quomodo? hoc docent verba quæ sequuntur: βαπτίζοντες αὐτοὺς κ. τ. λ.] ita ut eos baptismi ritu solenni obstringatis religioni, quam Deus pater vobis per me, ejus filium et legatum, Messiam, manifestavit, et Spiritus Sanctus (Joh. xvi. 13, 15. xiv. 26.) vos accuratius et plenius edocebit; vel, ut eos obstringatis doctrinæ christianæ, quæ docet esse colendum Deum *patrem*, novæ religionis auctorem, *filium*, novi cœtus dominum, et *spiritum sanctum*, hujus cœtus rectorem et adjutorem. In verbis εἰς τὸ ὄνομα non est argutandum, nam idem valent quod εἰς τὸν πατέρα, cum ὄνομα per Hebraismum centies redundet, ut in formula πιστεύειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ Joh. i. 12. ii. 25. pro εἰς τὸν Χριστόν. Sic et 1 Cor. i. 13. legitur: βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα Παύλου sed x. 2. simpliciter εἰς τὸν Μωσῆν βαπτισθῆναι· faciunt hi duo posteriores loci etiam ad constituendam vim et significationem formulæ nostræ βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς κ. τ. λ. nempe 1 Cor. i. 13. Paulus scribit: num baptismi ritu obstricti estis religioni meæ, mihi religionis auctori? Loquitur ibi de hominibus contentiosis et rixarum cupidis, quorum alii dicebant: nos sequimur Paulum ducem et caput ecclesiæ; alii, nos sequimur Petrum; et c. x. 2. sensus est: obstringebantur Israelitæ legibus Mosaicis, Mosi legislatori. πάντα τὰ ἔθνη, *omnes sine discrimine gentes.* At enimvero Apostoli, ut ex Actis constat, aliquamdiu in ea opinione fuerunt, sibi non licere doctrinam christianam annuntiare gentilibus, eosque in cœtum christianorum suscipere? Sed Apostoli successu temporis cognitionis incrementa capiebant, accuratius indolem religionis christianæ perspiciebant, et quamquam initio hæc Christi verba interpretati esse videntur tantummodo de Judæis tum in Palæstina, tum in aliis orbis terrarum regionibus dispersis, atque de gentilibus iis, qui ad sacra Judæorum transiissent; postea tamen accuratius et rectius Christi mentem capiebant. αὐτοὺς non genere, sed sensu, cohæret cum vocabulo ἔθνη, quæ quidem enallage generis perquam usitata est v. Rom. ii. 15. ix. 24. (οὓς scl. σκεύη ἐλέους v. 23.) Apoc. xvii. 16. LXX. Gen. iii. 15. Aristoph. Plut. v. 262. cf. *Elsnerus* ad h. l. add. not. ad Marc. v. 41.

Cæterum disceptatum est ab interpretibus, utrum verba βαπτίζοντες αὐτοὺς κ. τ. λ. baptismi formulam a Christo præscriptam contineant, eaque Apostoli usi sint, an iis tantum indicetur finis et consilium baptismi? v. *Eisenlohrius üb. d. Taufe*, Tübing. 1804. p. 64 ss. *Zieglerus theol. Abhandl.*, B. 2. p. 162 ss. *Zimmermanus* de baptismi origine ejusque usu hodierno Götting. 1815. *Reichius* de baptismatis origine et necessitate, nec non de formula baptismali Götting. 1816. p. 141 sqq. A) Qui priorem sententiam defendunt, 1) provocant ad Act. xix. 5. coll. v. 2. et Tit. 3. 4 ss. et notant his in locis de baptismo sermonem esse, atque commemorari Patrem, Filium et Spiritum Sanctum. v. *Storr. Lehrbuch d. christl. Dogmatik m. Anmerk. von Flatt* p. 374. 2) afferunt locum Justini Apol. i. 61. p. 79. ubi tradit, eos qui ad Jesu doctrinam profitendam accederent, baptizari, ἐπ' ὀνόματος τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Πνεύματος

καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Διδάσκοντες 20
αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ, ἐγὼ
μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ
αἰῶνος. †Ἀμήν.

20. †Ἀμήν.

ἁγίου, addit, τρόπον ἀναγεννήσεως, ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν. 3) monent denique, in aliis quidem locis N. T. memorari tantum baptismum εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, l. ἐπὶ τῷ ὀνόματι, l. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, l. εἰς Χρ. Ἰησοῦν, Act. ii. 38. viii. 16. x. 48. xix. 5. Rom. vi. 3. Gal. iii. 27. sed εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, vel ἐν, ἐπὶ τῷ ὀνόμ. I. Χρ. i. e. εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, esse breviorem formulam, quæ, si res ipsa spectetur, eundem efficiat sensum, quem uberior illa Matth. xxviii. 19. v. *Storrius* l. l. *Beckius* in Commentariis histor. decretorum relig. christ. p. 674. B) Qui contrariam sententiam tuentur, (*Eisenlohrius*, *Zieglerus*, *Zimmermanus*, *Reichius* al.) quæ omnino præferenda videtur, his fere argumentis utuntur: 1) Non esse de certa baptismi formula h. l. cogitandum, vel inde patet, quod Christus non dixerit, ite et docete omnes gentes, *dicentes*, baptizo te etc. sed saltem dixerit, *baptizantes*, v. *Vossius* Disp. II. de baptismo, thes. 5. p. 262 sq. add. *Buddei* Institut. dogm. p. 1058. 2) nullus reperitur locus in Actis, Apostolorumque epistolis, in quo manifestum vestigium occurrat conservatæ formulæ a Jesu usurpatæ. Act. xix. 5. Tit. iii. 4. sermo est de Spiritus divini efficacia in animis hominum (v. Act. ii. 38. not. ad Joh. xiv. 17.) nec affertur baptismi formula. 3) Si Christus certam baptismi formulam præscripsisset, ab ea Apostoli non recessissent, et breviorem usurpassent. Verum enimvero omnibus illis in locis ex Actis Apostolorum, et Pauli ep. ad Rom. et Galatas allatis non formula baptismi brevior memoratur, sed verbis βαπτισθῆναι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ vel εἰς Χριστὸν, hic sensus inest: baptismi ritu doctrinæ Christi obstringi, in cœtum christianorum recipi. Cuinam igitur formulæ Apostoli baptismum junxerint, non liquet, satis mature tamen, qui lotionem sacram subirent, baptizatos esse ita, ut adhiberetur formula *baptizo te in nomen Patris, Filii et Spiritus Sancti*, locus Justini supra laudatus aperte docet.—Fuerunt denique etiam, qui hunc locum spurium esse contenderent, ut *Tellerus* Exc. 2. ad *Burneti* librum de fide et officiis christianorum, Halæ 1786. p. 262. al. Sed levia sunt et nullius ponderis argumenta, quæ ad hanc conjecturam stabiliendam protulerunt. Sunt autem hæc: Si Jesus Apostolos jussisset omnium gentium homines πάντα τὰ ἔθνη, instituere, eosque immersione sacra initiare, illi non aliquamdiu in ea opinione fuissent, sibi non licere gentilibus doctrinam Christi tradere, eosque in cœtum christianorum recipere.—Sed vid. supra notata. 2) Marcus loco parallelo xvi. 16. hoc Christi mandatum præteriit.—vid. quæ ad Marc. xvi. 9. monuimus. 3) In reliquis N. T. libris nulla fit mentio baptismi formulæ, quam Jesus h. l. Apostolis præscripsisse legitur, imo Apostoli eos, qui se ad Christi signa conferre vellent, baptizabant εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ l. εἰς Χριστόν.—Sed vid. supra sub lit. B. n. 3. notata, et cf. omnino *Beckhausius üb. d. Æchtheit der sogenannten Taufformel*, Matth. xxviii. 19. Offenb. 1794. 8. (vid. *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literat.* B. 6. p. 87 sqq.) et *Reichius* l. l. p. 121 ss.

(20.) ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι] ego vobis doctrinam meam profitentibus et tradentibus numine meo atque auxilio adero: εἶναι μετά τινος, *alicui adesse, juvare aliquem*, Jos. i. 9. עִמְּךָ יְהוָה, μετὰ σοῦ κύριος, Gen. xxxix. 2. ἦν κύριος μετὰ Ἰωσήφ. πάσας τὰς ἡμέρας] *assidue*, et fortius additur, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος] *usque ad finem mundi*, vid. ad xxiv. 3. quod esse potest omnino populariter dictum pro, semper, perpetuo, vel ὑμῶν, ut alii volunt, positum est communicative, ita, ut, præter discipulos Christi tunc temporis præsentes, hoc pronomen referatur quoque ad eorum successores omninoque omnes christianos, ut 1 Cor. xv. 52. 1 Thess. iv. 17. Cæterum Matthæus ad finem properans, historiam adscensus Christi in cœlum silentio præteriit, et præterire poterat, quoniam, ut monuerunt interpretes, ea satis nota erat christianis in Palæstina viventibus, quibus Matthæus librum suum destinarat, neque necesse erat ut reciperetur in Commentarios de dictis, factis, morte et resurrectione Christi, vid. *Flatti Magazin für christl. Dogmatik u. Moral*, St. 8. p. 55 sqq.

# PROLEGOMENA.

## §. 1.

MARCUM, Evangelistam, non esse discernendum a Johanne Marco, Barnabæ consobrino, cujus in Actis Apostolorum et Pauli epistolis mentio fit, perquam probabilis est multorum virorum doctorum sententia. v. *Wetstenius* T. i. p. 551. *Michaëlis Einleitung in d. N. T.* Th. i. §. 140. *Marshius in Anmerkk. zu Michaëlis Einleitg.* p. 295. *Boltenii Bericht d. Markus* Præfat. p. 9 sq. *Schmidtii Einleitg. in d. N. T.* Th. i. p. 40. *Eichhornii Einleitung.* Th. i. p. 543 sq. p. 586. ed. 2. et *Bertholdti Einleitung in die Schriften des A. und N. T.* Th. iii. p. 1276. Nomen ergo Judaicum erat ei Johanni, ad quod alterum, Romanum, cum inter Græcos Romanosque versaretur, sibi adscivit. Primum enim comitatus est Paulum et Barnabam, in itinere, quod religionis propagandæ caussa in Græciam susceperant, v. Act. xiii. 5 sqq. deinde Barnabæ comes fuit, cum ille iter in provincias Græcas citra insulam Cyprum sitas, institueret, v. Act. xv. 36 sqq. postea etiam Petrum comitatus est usque in regiones Babylonicas, atque in ipsam urbem primariam, v. 1 Petr. v. 13. ubi Petrus eum *filium suum* i. e. discipulum, vocat (v. not. ad Matth. xii. 27.). Ex hoc ipso autem loco et Act. xii. 12. non sine magna probabilitatis specie conjecerunt interpretes, Marcum a Petro ad Christi signa fuisse adductum. Cæterum Marcum Romæ etiam commoratum esse, cum Paulus ibi captivus teneretur, ex Col. iv. 10. 2 Tim. iv. 11. Philem. 23. colligitur.

## §. 2.

Petrum, piscatorem Galilæum, non tanta, tamque accurata linguæ Græcæ scientia fuisse præditum, ut ea in doctrina religionis christianæ tradenda uti potuisset, adeoque ab eo Marcum adhibitum fuisse *ἑρμηνευτὴν* h. e. adhibitum fuisse ad interpretanda et in linguam Græcam vertenda ea, quæ ipse Syro-chaldaico idiomate pronuntiasset, plurimi scriptorum ecclesiasticorum affirmant, ac præterea etiam contendunt, Petrum Marci in conscribendo Evangelio fuisse adjutorem. Papias ap. Euseb. H. E. iii. 3. *Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν—οὔτε ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν· ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ.* Irenæus adv. hæres. iii. 1. *μετὰ τὴν τούτων* (Πέτρου καὶ Παύλου) *ἔξοδον**, *Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ παρὰ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε.* Tertullianus adv. Marcion. iv. 5. *Marcus quod edidit Evangelium,*

* Hæc verba plures interpretantur *post obitum Petri et Pauli*; ut adeo Irenæus affirmarit, Marcum post Petri obitum scripsisse. Arrisit hæc sententia *Vogelio* in *Gableri Journal für auserles. theol. Literat.* Th. i. p. 47. *Schmidtio* in *Einleitung* Th. i. p. 45. aliis. Cum vero, hac sententia admissa, Irenæus aperte repugnaret scriptoribus ecclesiasticis iis, qui, Petro adhuc vivente, Marcum scripsisse contendunt: alii verba Irenæi explicanda censuerunt: *post discessum ex urbe Roma.* Quæ est prima ac propria vocabuli ἔξοδος significatio, qua etiam legitur Hebr. xi. 22. vid. omnino *Fabricii* Biblioth. Gr. T. iv. p. 766. ed. Harles. et *Boltenius* l. c. p. 24 sq. Contra vero *Eichhornius* l. c. p. 562. (p. 606. ed. 2.) suspicatur, hanc ipsam opinionem, Marcum post Petri obitum scripsisse, ortam esse e loco 2 Petr. i. 15. male intellecto (non enim ibi sermo est de Evangelio Marci, v. *Pottus* in Commentar. in ep. Petri l. c. et *Marshius* l. c. p. 121.), verba tamen Petri nonnisi de obitu ipsius explicari posse. Nihil omnino certi hac in re constitui potest; probabile tamen est, Marcum scripsisse, vivente adhuc Petro, vid. ad Matth. xxvi. 49. et Irenæum *de discessu ex urbe Roma* locutum esse.

*Petri affirmatur, cujus interpres Marcus. Capit magistrorum videri, quæ discipuli promulgarint.* (Sed quænam hæc argumentatio? quia, quæ discipuli promulgant, magistris attribui possunt, *hinc* Marci Evangelium Petri *affirmatur!*) Clemens Alex. ap. Euseb. H. E. ii. 15. refert, Marcum *rogatum fuisse a Romanis*, ut doctrinam, quam ipsis Petrus coram exposuisset, literis consignaret, eosque tandem precibus suis effecisse, ut Evangelium scriberet. Petrum autem, cum hoc, revelante ipsi Spiritu Sancto, comperisset, delectatum esse τῇ προθυμίᾳ Romanorum, atque sua auctoritate librum *comprobasse, ut in ecclesiis legeretur.* Sed ap. Euseb. H. E. vi. 14. Clemens Alex. tradit: Petrum nec a proposito cohibuisse discipulum, *neque ad id exsequendum incitasse.* Origines ap. Euseb. H.E. vi. 25. δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ ποιήσαντα. Hieronymus ep. ad Hedibiam c. 2. *Habebat—interpretem beatus Petrus Marcum, cujus Evangelium, Petro narrante, et illo scribente, compositum est.* Hæc autem omnia quæ scriptores ecclesiastici, ne Marci commentariis apostolica auctoritas deesse videretur, de Marco Petri interprete, eodemque sub auspiciis Petri Evangelium suum exarante, vel a Petro dictata literis consignante, notarunt, parum firmis argumentationibus ac testimoniis nituntur, ut accurate demonstrarunt *Griesbachius* in Commentatione, qua Marci Evangelium totum e Matthæi et Lucæ commentariis decerptum esse monstratur, inserta Commentatt. theologg. a *Velthuseno, Rupertio* et me ipso editis Vol. i. p. 391. sqq. *Storrius üb. d. Zweck d. Evangel. Geschichte und Briefe Joh.* p. 249 ss. 265 sq. et *Eichhornius in Einleit.* Th. i. p. 558 sqq. (p. 602. ed. 2.) Hoc tantum adferi posse videtur, Marcum a Petro, cujus discipulus et comes in itineribus fuerit, multas res ad historiam Jesu pertinentes sciscitatum esse et accepisse; cumque præterea varia etiam, quæ vitam Christi spectarent, ex Apostolis et discipulis, qui in domo matris ipsius convenire solerent, v. Act. xii. 12. comperire potuerit: eum bene præparatum ad scribendum Evangelium accessisse, et partes idonei ac fide digni scriptoris vitæ fatorumque Christi, omnino sustinere potuisse. Cf. etiam *Willes* Specimen Hermeneut. de iis quæ ab uno Marco sunt narrata, aut copiosius et explicatius ab eo quam a cæteris Evangelistis exposita, Traj. ad Rhen. 1811. 8. p. 177 sq.

## § 3.

Fuisse autem Evangelium deperditum, lingua Syro-chaldaica conscriptum, communem fontem, e quo Matthæus, Marcus et Lucas, commentarios suos scribentes hauserint, eosque tribus exemplaribus diversis Evangelii illius primarii usos esse, pluribus demonstravimus in Prolegg. in Matth. P. 1. p. 3 sqq. add. *Eichhornii Einleitung in d. N. T.* Th. i. Ac illud quidem archetypum, quod Marco ad manus erat, quodque non modo in linguam Græcam convertebat, sed etiam in ordinem redigebat, immutabat, et variis augmentis locupletabat, quæ partim in Matthæi, partim in Lucæ Evangelio non leguntur, partim ab utroque Evangelista prætermissa sunt, vid. i. 13, 45. ii. 26. iii. 3, 6. iv. 38. vii. 32 ss. viii. 22 ss. ix. 14 etc.: omnino breviorem vitæ Christi historiam continuisse videtur, quam exemplaria archetypi illa, quæ Matthæus et Lucas in commentariis suis conscribendis adhibuerunt. Ipsam vero Marci scribendi rationem quod attinet, ea est inconstantior, negligentior et incultior, quam Matthæi et Lucæ. Scilicet interdum, rerum et circumstantiarum explicandarum studio ductus, copioso scribendi genere utitur, et additamenta etiam habet superflua, ut ii. 15. καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ—ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ. add. ib. v. 19.: xiii. 19. κτίσεως

ἣς ἔκτισεν ὁ Θεός. v. 20. ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο. xiv. 18. ἀνακειμένων αὐτῶν καὶ ἐσθιόντων—εἷς ἐξ ὑμῶν—ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ. add. iv. 5. v. 4. xii. 42. Plerumque tamen concisa, et haud raro ob nimiam brevitatem etiam obscurior est Marci oratio. vid. iii. 16, 30. vi. 14, 33, 52, 54. viii. 12. xv. 8. al. Ad Marci idiotismos pertinet quoque usus pronominis αὐτὸς, etsi non proxime præcesserit nomen ad quod referatur. vid. iv. 33. v. 43. vi. 14. et frequentatio vocis εὐθέως (qua Symmach. 2 Regg. iii. 22. expressit Hebr. הנה), quæ quavis fere pagina plus una vice recurrit. Conf. omnino qui de Marci scribendi ratione copiosius disputavit *Schulzius über den schriftstellerischen Charakter und Werth des Evangelisten Markus* in: *Analecten für das Studium d. exeget. und systematischen Theologie, herausgeg. von Keil und Tzschirner* B. 2. St. 2. p. 109 ss. St. 3. p. 69 sqq. B. 3. St. 1. p. 88 sqq. et not. ad xvi. 9.

## §. 4.

Scripsit Marcus Hellenistis et Christianis e gentilibus. vid. Prolegg. in Matth. p. 9. et *Eichhornii Einleit.* Th. i. p. 573. Hoc si tenemus, facile perspicimus, cur plura enarrare omiserit, quæ vel in archetypo, quo utebatur, extabant, vel, etsi in illo non extarent, ei tamen aliunde cognita esse poterant, quæque a reliquis Evangelistis commemorantur; et cur alia ab his omissa, in librum suum receperit. Volebat nimirum ea tantum exponere, quæ scitu utilia essent hominibus iis, quibus Evangelium suum destinarat, et ea ita narrare, ut enarrari hominibus istis deberent. Hinc genealogias non curavit, hinc parcior fuit in laudandis prophetarum V. T. locis, in quibus multus est Matthæus, ubique addens formulam ἵνα πληρωθῇ· hinc pauca attulit de Pharisæorum moribus et institutis, omnium animos corrumpentes, quos Jesus Matth. xxiii. sermone satis longo perstrinxit; et plura alia commemorare omisit, quæ unice Judæos spectarent, vel eorum tantum cogitandi modo convenirent, a Palæstina remotis scitu non necessaria, nec utilia, essent. Contra vero partim ritus quosdam Judaicos illustravit, quos exteri ignorarent, vii. 2—4, 8, 11. xiv. 12. partim obscuriora verba clarioribus interpretatus est iii. 17. xv. 32, 42. partim etiam homines, quos nominatim induxit, accuratius descripsit. vid. xv. 21. coll. Act. xix. 33. Rom. xvi. 13. Memorantur ibi filii Simonis Cyrenæi, Alexander et Rufus; hos Antiochiæ doctrinam Christi professos esse, ex Act. xi. 20. *Storrius über den Zweck der evangelischen Geschichte* p. 278 ss. colligit, et propterea contendit, Marcum Evangelium suum destinasse Antiochenis. Quam tamen viri docti conjecturam accurate refutavit *Eichhornius* in *Einleit.* p. 575.

## §. 5.

Græce Marcum scripsisse, consensus veterum docet; eumque Hebraico s. Syro-chaldaico libro in commentariis suis conscribendis ita usum esse, ut Hebraica in linguam Græcam transferret, e pluribus Evangelii Marciani locis satis perspicue patet. Etenim iii. 18. Jacobum atque Johannem Hebraico nomine *Boanerges* insignivit, et adjecit explicationem hanc: filii tonitruum; v. 41. ταλιθὰ κοῦμι explicuit: puella surge; vii. 2. κοιναῖς χερσὶ, interpretatus est addito vocabulo ἀνίπτοις· v. 11. κορβᾶν, adjecto δῶρον· v. 34. ἐφφαθὰ addito verbo διανοίχθητι· v. et xv. 22, 34. cf. *Seilerus* de tempore et ordine, quibus tria Evangelia priora canonica scripta sunt, Sect. 2. Erlang. 1806. 4. p. 18 sq. *Ravius* de præcipuis caussis varietatis et inconstantiæ, quæ, si modum narrandi spectemus, in Evangeliis Matthæi, Marci et Lucæ reperiuntur, Erlang. 1805. 4. p. 14.

## §. 6.

Marcum Romæ commentarios suos literis consignasse, est constans veterum, nec plane improbabilis traditio, v. Prolegg. in Matth. p. 9. *Marshius* l. c. p.122. inde orta est fabula, Marcum Latine scripsisse, de qua v. *Fabricii* Biblioth. Gr. T. iv. p. 766. *Schmidii* Historia Canon. p. 458. *Michaëlis Einl.* Th. ii. §. 146. p. 1073 sqq. Alexandriæ Marcum commentarios suos conscripsisse, nonnulli, præeunte Chrysostomo, contenderunt. v. *Michaëlis* l. c. §. 141. *Eichhornii Einl.* p. 550 sq. 564 ss. *Marshius* l. c. p.122. Nempe Chrysostomus in Matth. hom. 1. ἔγραψε, inquit, Μάρκος ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν μαθητῶν παρακαλεσάντων αὐτόν. Idem tamen Chrysostomus ib. p. 8. ipse profitetur, se non certo definire posse, ubi tres priores Evangelistæ scripserint: ἔνθα μὲν οὖν ἕκαστος διατρίβων ἔγραψεν, οὐ σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἰσχυρίσασθαι. Contra vero Epiphanio, Hieronymo, auctoribus, Marcus, postquam Romæ Evangelium scripserat, in Ægyptum a Petro missus est: Epiphan. hæres. li. p. 428. εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον, ἀκόλουθος γενόμενος ὁ Μάρκος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ ἐπιτέτραπται τὸ εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι· καὶ γράψας ἀποστέλλεται ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πέτρου εἰς τὴν Αἰγυπτίων χώραν. Hieronymus de viris illustribus c. 8. *Marcus discipulus et interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus, breve scripsit Evangelium. Quod cum Petrus audisset, probavit, et ecclesiis legendum sua auctoritate edidit, sicut Clemens in sexto hypotyposeon scribit. Assumpto igitur Evangelio, quod ipse confecerat, perrexit ad Ægyptum, et primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit ecclesiam tanta doctrinæ et vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.* Add. Euseb. H. E. ii. 16. Ex his locis conjecerunt, Marcum Alexandriæ novam Evangelii sui Romæ scripti editionem curasse. Quodsi vero Marcus Evangelium suum Alexandriæ scripsisset, aut alibi scriptum, denuo ibi edidisset, patres Alexandrini hoc commemorare non omisissent. Sed neque Clemens Alex. neque Origenes, Marcum Alexandriæ scripsisse memorant. Quæ cum ita sint, vel hanc ob caussam prorsus improbanda est *Wahlii* conjectura, Marcum Coptico s. Ægyptiaco sermone scripsisse, v. *Wahlius* in *Magazin für alte, besonders morgenl. u. bibl. Literatur* P. iii. n. 2. Halæ Sax. 1790. 8. p. 8 ss. cui conjecturæ repugnat etiam omnis antiquitas, quæ nonnisi Græcum Evangelium Marci novit, vid. *Eichhornius* in *Einleitung* p. 566. et *Marshius* l. c. p. 126.

## ΤΟ ΚΑΤΑ
# ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

### ΚΕΦ. α'.

Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.
2 Ὡς γέγραπται ἐν ˡτοῖς προφήταις· Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω
τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν
3 ὁδόν σου ‖ἔμπροσθέν σου. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ·
Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους
4 αὐτοῦ. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων

2. ∾ Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ. ‖ † ἔμπροσθέν σου.

(1.) Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου I. X. υἱοῦ τοῦ Θεοῦ] subintell. ἥδε vel αὕτη ἦν· *Initium præconii de Jesu Messia, Dei filio erat hoc.* De variis significationibus voc. εὐαγγέλιον v. Prolegg. in Matth. p. 13. h. l. indicat *præconium, prædicationem*, et εὐαγγέλιον Ἰησοῦ Χριστοῦ est idem quod κήρυγμα περὶ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· (Ἰησοῦ Χριστοῦ sunt genitivi objecti, v. Matth. xiii. 19. xiv. 1. ix. 35.) referuntur enim hæc verba ad Johannem baptistam, Messiæ præcursorem, ejusque de Messia venturo doctrinam, coll. v. 4 sqq. sicuti et Lucas xvi. 16. a Johanne doctrinæ salutaris promulgationem repetit. add. Joh. i. 15. Itaque non adstipulari possum iis interpretibus, qui verba v. 1. vertunt: *initium commentariorum de Jesu Messia*, eaque pro inscriptione totius libelli habent, atque eodem sensu posita esse affirmant, quo in codd. latinis medii ævi verba, *Incipit liber* etc. ut scilicet lectores scirent, integrum esse opus, nihil ab initio deesse v. *Clericus, Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. Alii vertunt: *initium historiæ J. C. hoc est*, sed Marcus nihil de Christi natalibus commemoravit. Alii denique hæc verba cum v. 2. hunc in modum conjungunt: *initia doctrinæ salutaris J. C. plane ita contigerunt, quemadmodum in vatum libris scriptum legitur.* Durius. Ἰησοῦ Χριστοῦ, vid. ad Matth. i. 1. υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, *Messiæ* (v. Matth. iv. 1.); hæc dum adjecit Marcus, secutus est Hebræorum loquendi consuetudinem, qui vocabulis ambiguis alia, quibus potestas eorum loco quoque definiatur, simpliciter adjungere solent; v. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 495. hinc etiam aliis in locis χριστὸς βασιλεὺς junguntur, ut Luc. xxiii. 2. al.

(2—4.) *Sicuti cecinit Iesaias propheta*, etc. ita evenit, *baptizabat Johannes*, nuntius et Messiæ præcursor qualem Iesaias descripsit, talis in deserto prodiit, Johannes etc. referri ergo versus secundus debet ad versum quartum, et quæ h. l. leguntur, eadem Lucas, iii. 2 ss. inverso tamen ordine habet: ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην — καὶ ἦλθεν — εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ὡς γέγραπται κ. τ. λ. Initio v. 4. subintelligi debet οὕτως, quod adverbium post ὡς et ὥσπερ quam sæpissime solet omitti. v. *Fischeri* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 89. et *Devarius* de Gr. L. Particc. c. 21. p. 299. Cæterum ὡς γέγραπται — οὕτως ἐγένετο Ἰ. βαπτίζων est idem quod κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐβάπτισε Ἰ. Sine idonea ratione *Valckenarius* in Schediasm. Ann. Crit. p. 358. cui adstipulatus est *Wassenberghius* in Diss. de trajectionibus in N. T. necessariis, præmissa Selectis e scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. ii. p. 33. verba hoc ordine legenda esse statuit: 1. Ἀρχὴ - Θεοῦ. 4. Ἐγένετο - ἁμαρτιῶν. 2. Ὡς γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ - ἔμπροσθέν σου. 3. Φωνὴ - αὐτοῦ. — ἐν τοῖς προφήταις] laudatur v. 2. locus Malach. iii. 1. vid. ad Matth. xi. 10. sed quæ v. 3. leguntur, ea extant Ies. xl. 3. cf. not. ad Matth. iii. 3. Pro ἐν τοῖς προφήταις plures codd. præstantissimi habent ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, ita quoque verss. plures, et patres tam Græci quam Latini legerunt, quin et Porphyrius Marcum propterea vituperavit, quod nostro loco Iesaiæ tribuerit, quæ alium haberent auctorem. Recte igitur *Griesbachius* hanc lectionem vulgari præferendam judicavit. vid. *Griesb.* Commentarii in Græcum Marci textum critici Partic. 1. p. 1 sqq. eamque in ordinem recepit. Qui vero factum sit, ut Marcus solum Iesaiam nominaret, etsi verba ab ipso laudata e Malachiæ et Iesaiæ oraculo essent conflata, acute demonstrarunt *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 806. et *Griesbachius* l. c. Scilicet Marcus vel in

βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Καὶ ἐξεπο- 5
ρεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ Ἱεροσολυ-
μῖται· ⁾καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ᾽
αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἦν δὲ 6
Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην
περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.
Καὶ ἐκήρυσσε, λέγων· Ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω 7
μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑπο-
δημάτων αὐτοῦ. Ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι· αὐτὸς 8
δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.
Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ 9
Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου εἰς τὸν

5. ∾ πάντες· καὶ ἐβαπτίζοντο.

margine archetypi, Malachiæ effatum, quod v. 2. legitur, appositum reperiebat, illudque, cum jam scripsisset ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, in textum recipiebat, verba autem ὡς γέγραπται κ. τ. λ. utpote ex archetypo notata expungere nolebat, cum et omnino Judæi illa ætate in laudandis V. T. locis minus accurate versari solerent; vel inter scribendum Malachiæ oraculum Marco in mentem veniebat, nec recordabatur, quisnam oraculi auctor esset. Præmittebat autem Malachiæ dictum effato Iesaiæ, quoniam legatus, qui loquens inducitur, prius missus esse debet. *Storrius* (vid. *Neues Repertorium für bibl. u. morgenl. Literat.*) opinatur, Iesaiæ nomine indicari h. l. collectionem omnium prophetarum, quod in ea collectione Iesaias primus sit; sed desideratur locus alius, ubi Iesaiæ nomen hoc modo usurpatum legatur. Verba ἔμπροσθέν σου, quæ codd. vetusti, patrr. ac verss. omittunt, e Matth. xi. 10. et Luc. vii. 27. in hunc locum venisse videntur. vid. *Griesbachius* l. c. — 4. ἐγένετο βαπτίζων καὶ κηρύσσων] per Hebraismum positum est pro ἐβάπτιζε καὶ ἐκήρυξε, (vid. *Glassius* Phil. S. p. 346.) *commendabat* βάπτισμα μετανοίας, sed βάπτισμα μετανοίας est lavacrum, quo qui utuntur, vitæ animique mutationi in melius obstringuntur, v. ad Matth. iii. 2, 11. atque adeo ἐκήρυξε βάπτισμα κ. τ. λ. est: cohortabatur homines, ut se immergi in aquam paterentur, et peccata sua confessi (ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν v. 5.) sese obstringerent vitæ animique emendationi, quo nanciscerentur peccatorum veniam.

(5—8) Vid. ad Matth. iii. 5, 6, 4, 11. Pro ἐξεπορεύετο in nonnullis libris legitur ἐξεπορεύοντο, quoniam nimirum sequitur καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται· particula autem καὶ h. l. reddi debet *inprimis* ut iii. 8. καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων· add. Marc. xvi. 17. Judith. iv. 13. et ita Hebræi quoque usurpare solent particulam ו. vid. Jos. ii. 1. 2 Sam. xxii. 1. *Noldius* in Concordd. Particc. n. 20. Codd. BDL. 28. 102. Syr. Perss. Arr. Arm. Copt. Vulg. Sax. pro οἱ Ἱερος. καὶ ἐβαπτ. πάντες, exhibent, οἱ Ἱερος. πάντες· καὶ ἐβαπτίζοντο· in aliis libris deest πάντες. Meo judicio nihil mutandum. Grammatici vocabulum πάντες conjungebant cum voce οἱ Ἱεροσολυμῖται et, quoniam præcessit πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα, et inprimis propterea, quoniam putabant rectius dici posse, omnes Judææ incolas et cives Hierosolymitanos abiisse ad Johannem, quam eos omnes a Johanne Jordanis fluvio fuisse immersos. Sed πάντες h. l. ut sæpius, cum restrictione capiendum, et de maxima Judæorum parte intelligendum est.

(9—11.) Vid. Matth. iii. 13 sqq. Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας] *Nazaretha* urbe *Galilææ profectus*: Marcus τῆς Γαλιλαίας adjecit, non ut hanc urbem ab alia hujus nominis discerneret, (sicuti Matth. ii. 1. talis discriminis caussa legitur Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας) sed ut loci situm accuratius definiret. ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην] *in Jordane baptizatus est.* Male *Krebsius* ad h. l. hæc verba ex Græcismo paulo elegantiori posita esse censet pro κατέβη εἰς τὸν Ἰορδάνην ἵνα βαπτισθῇ, *descendit in Jordanem ut ablueretur.* Etenim εἰς positum est pro ἐν, ut infra ii. 1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι· Luc. xi. 7. εἰς τὴν κοίτην εἰσιν· quia Hebræi particulas ב et ל inter se permutare solent. Judd. i. 6. לך לשלום, Alex. πορεύεσθε εἰς εἰρήνην· v. *Glassii* Philol. S. p. 588. neque insolens est hæc harum particularum permutatio scriptoribus utriusque linguæ exteris. Eurip. Rhes. 52. εἰς καιρὸν ἦλθες. Curt. iii. 5. 10. *Quippe Darium*

10 Ἰορδάνην. Καὶ εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος, εἶδε σχι-
ζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸ Πνεῦμα, ᾽ὡσεὶ περιστερὰν,
11 καταβαῖνον ἐπ᾽ αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν·
Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.
12 Καὶ εὐθὺς τὸ Πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον.
13 Καὶ ἦν ᾽ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζό-
μενος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων· καὶ οἱ
ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ.
14 Μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς
τὴν Γαλιλαίαν, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ
15 Θεοῦ, Καὶ λέγων· Ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς, καὶ ἤγγικεν
ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· μετανοεῖτε, καὶ πιστεύετε ἐν τῷ
16 εὐαγγελίῳ. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλι-
λαίας, εἶδε Σίμωνα καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ᾽βάλ-
λοντας ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ· (ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς.)
17 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω

10. ∾ ὡς. 13. † ἐκεῖ. 16. ∾ ἀμφιβάλλοντας.

*quinto die in Ciliciam fore nuntiabatur.* v. *Wetsten.* ad h. l. *Münthius* et *Palairetus* ad Marc. xiii. 3. nos ad Matth. ii. 23. *Cannegieterus* ad Avian. diss. c. 19. interpp. ad Justin. iii. 1. 1. et quos laudavit *Arntzenius* ad Catonis disticha p. 55. — (10.) εὐθέως ἀναβαίνων ἀπὸ τοῦ ὕδατος] pro ἀναβαίνοντος αὐτοῦ· *cum e fluvio escendisset* np. Jesus. Pro ἀπὸ τοῦ ὕδατος in aliis libris extat ἐκ τοῦ ὕδατος, quæ verior lectio videtur, ut adeo ἀπὸ e Matth. l. c. in hunc translatum sit. Cæterum vid. not. ad Matth. iii. 16. ed. 3.

(12—15.) Vid. Matth. iv. 1 sqq. ἐκεῖ omittunt ABDL. 13. 33. 102. 235. Arr. Copt. Goth. Vulg. It. Orig. et recte expunxit *Griesbachius*; scilicet appositum est a grammaticis, quos offenderet ἐν τῇ ἐρήμῳ, cum proxime præcesserit εἰς τὴν ἔρημον. ἦν μετὰ τῶν θηρίων] *inter feras commoratus est*; quæ verba Marcus adjecit, quo accuratius describeret desertum, et doceret valde horridum atque incultum fuisse illud desertum. Virg. Æn. iii. 646. *Cum vitam in silvis, inter deserta ferarum lustra, domosque traho.* —(14.) παραδοθῆναι] np. εἰς φυλακήν. vid. præterea not. ad Matth. iv. 12, 17, 23. Summa doctrinæ Christi v. 15. commemoratur. Particula ὅτι post verba dicendi redundat. πεπλήρωται ὁ καιρὸς] *jam adest tempus* illud a prophetis prædictum. Formulæ hujus sensus accuratius constituitur addita voce: *καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, adsunt tempora Messiæ*, vid. ad Matth. iv. 17. verbum autem πληροῦσθαι de tempore haud raro ita dicitur, ut significet, tempus definitum *adesse*; sic h. l. Joseph. Ant. vi. 4. 1. Σαμουὴλ ἐξεδέχετο τοῦ καιρὸν γενέσθαι, πληρωθέντος δ᾽ αὐτοῦ, καταβὰς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἐπορεύετο· add. Joh. vii. 8. coll. v. 6. Act. vii. 23. 30. secuti sunt scriptores N. T. usum loquendi Hebræorum, a quibus eodem modo adhibetur verbum מלא. vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 181. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 59 sq. et *Krebsius* ad Luc. ii. 21. καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ] *et probate atque sequimini doctrinam divinam.* Pro πιστεύειν τινι, quæ forma loquendi bene Græca est, scriptores N. T. dicunt etiam πιστεύειν ἔν τινι ut h. l. εἴς τινα Joh. ii. 11. et ἐπί τινι Luc. xxiv. 25. Hebræi enim verbum הֶאֱמִין, cum significat *credere, fidem habere*, sequi jubent præpositionem ב, quam scriptores Alexandrini illis ipsis præpositionibus haud rarenter exprimunt. vid. *Vorstius* l. c. p. 670 sq.

(16 sqq.) Vid. Matth. iv. 18 ss. Luc. iv. 44. v. 1. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ] multi optimæ notæ codd. legunt τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σίμωνος· alii utramque lectionem conjungunt: τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος· cum scilicet grammaticis nominis Σίμωνος repetitio supervacanea videretur, eorumque aures offenderet, pro τοῦ Σίμωνος in marg. ponebant αὐτοῦ, et ita lectio falsa τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ in codd. irrepsit, est ergo legendum τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σίμωνος, ut jam acute vidit *Griesbachius*, qui idem vir doctus pro βάλλοντας recte reponendum judicavit ἀμφιβάλλοντας, quam

ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Καὶ εὐθέως ἀφέντες τὰ 18
δίκτυα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλί- 19
γον, εἶδεν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν
αὐτοῦ, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ πλοίῳ καταρτίζοντας τὰ δίκτυα.
Καὶ εὐθέως ἐκάλεσεν αὐτούς· καὶ ἀφέντες τὸν πατέρα αὐτῶν 20
Ζεβεδαῖον ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ τῶν μισθωτῶν, ἀπῆλθον ὀπίσω
αὐτοῦ.

Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ· καὶ εὐθέως τοῖς σάβ- 21
βασιν εἰσελθὼν εἰς τὴν συναγωγὴν, ἐδίδασκε. Καὶ ἐξεπλήσ- 22
σοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς
ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ Γραμματεῖς. Καὶ ἦν ἐν τῇ 23
συναγωγῇ αὐτῶν ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, καὶ
ἀνέκραξε, Λέγων· Ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; 24
ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς; οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.
Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, λέγων· Φιμώθητι, καὶ 25

lectionem plurimi et præstantissimi codd. tuentur. Vulgaris lectio *βάλλοντας* e glossemate extitit, quod grammatici e Matth. iv. 18. in margine posuerunt. *μετὰ τῶν μισθωτῶν·* "hoc additamento filii neglectæ erga patrem pietatis absolvuntur. Magistrum enim secuti Jesum, non reliquerunt patrem, qui filiorum auxilio destitutus, penuriæ esset expositus, verum qui tum sua ipsius, tum et *τῶν μισθωτῶν* opera, victum sibi posset parare." *Willes* in Specimine Hermeneutico de iis quæ ab uno Marco sunt narrata, aut copiosius ab eo quam a reliquis Evangelistis exposita (Traj. ad Rhen. 1811. 8.) p. 33.

(21—23.) Vid. Luc. iv. 32 ss. *σάββασι*] *die sabbati*, v. ad Matth. xii. 1. *συναγωγὴν*] v. Matth. iv. 23.—(22.) *ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ κ. τ. λ.*] vid. ad Matth. vii. 28. Luc. iv. 32.—(23.) *ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ*] *homo a genio malo obsessus* (v. ad Matth. iv. 24.); apud Lucam iv. 33. legitur: *ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου.* Solet autem præpositio *ἐν* jungi nominibus onerum, vestium, virtutum, vitiorum etc. ita, ut Latine reddi possit participiis, quæ sint naturæ rerum, quæ nominibus illis significantur, accommodata, quam Græcorum loquendi consuetudinem Latini quoque imitati sunt. v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 138. et quos ibi laudavit. cf. etiam not. ad xii. 38. Videtur autem homo ille melancholicus, de quo h. l. sermo est, qui tamen lucida habebat intervalla, (alioquin enim eum in synagogam non admissisent) fuisse etiam epilepticus, ut colligi potest e v. 26. coll. Luc. ix. 39, 42. Matth. xvii. 15.

(24—26.) *Ἔα*] Syrus et Vulg. vertunt *sine*, ut sit imperativus a verbo *ἐάω*· sed *ἔα* est Hebræorum אֲהָהּ, *ah*, *heu*, particula exclamantis, indignantis, atque dolentis, quæ etiam apud scriptores Græcos haud raro occurrit. v. *Raphelius* Obss. Polyb. p. 117. et *Kypkius* ad h. l. *τί ἡμῖν καὶ σοὶ*] vid. Matth. viii. 29. *ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς;*] *num nos perditurus venisti?* ita, ut nos in tartara detrudas, nec amplius versari sinas his in terris, atque hunc hominem male tractare. Nomine genii mali, a quo se obsessum putabat, homo ille loquebatur. *ἀπολέσαι* id. qd. *βασανίσαι*, Matth. viii. 29. ubi v. not. *ἡμᾶς* cum sequatur *οἶδα* vel positum est pro *ἐμὲ*, vel loquebatur omnino suo aliorumque geniorum malorum nomine. *οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ*] *scio quisnam sis, Deo consecratus* i. Messias, qui et *ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς* dicebatur; v. Luc. xxiii. 35. etiam Danieli, interprete Abenesra, ix. 24. Messias dictus est קדש קדשים. Matth. viii. 29. dæmoniacus Jesum nominat *υἱὸν τοῦ Θεοῦ*· et Luc. iv. 41. homines qui a geniis malis obsessi putabantur, exclamant: *ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Sed *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* est id. qd. *ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.* Etenim, ut scite observavit *Knappius* Opuscc. T. i. p. 33 sq. (add. *Schleusneri* Lex. sub v. *ἅγιος*) *οἱ ἅγιοι*, *οἱ ἅγιοι Θεοῦ* ab Hebræis appellari solebant tum ii omnes, quos Deus sibi *consecravit*, h. e. quorum ministerio qualibet in re præ cæteris utitur, tum præcipue *vates*, seu *interpretes voluntatis divinæ*, quippe qui auctoritate atque instinctu Dei, et futura, et alias res cujusque generis, homines edocerent. Quocirca *Messias* quoque, interpres Dei unus omnium excellentissimus, *ὁ ἅγιος*,

26 ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκά-
27 θαρτον, καὶ κράξαν φωνῇ μεγάλῃ, ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ. Καὶ
ἐθαμβήθησαν πάντες, ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς, λέγοντας·
Τί ἐστι τοῦτο; τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; ὅτι κατ' ἐξουσίαν
καὶ τοῖς πνεύμασι τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει, καὶ ὑπακού-
28 ουσιν αὐτῷ; Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν
περίχωρον τῆς Γαλιλαίας.
29 Καὶ εὐθέως, ἐκ τῆς συναγωγῆς ἐξελθόντες, ἦλθον εἰς τὴν
οἰκίαν Σίμωνος καὶ Ἀνδρέου, μετὰ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου.
30 Ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα· καὶ εὐθέως
31 λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς. Καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν,
κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς· καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς
32 εὐθέως· καὶ διηκόνει αὐτοῖς. Ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ

ὁ ἅγιος Θεοῦ nominabatur. — (25.) *ἐπετίμησεν αὐτῷ*] *infregit potestatem genii mali.* v. Matth. xvii. 18. *φιμώθητι*] *obmutesce.* vid. Matth. xxii. 12. — (26.) *καὶ σπαράξαν αὐτὸν*] *cum corpus hominis contorsisset.* Verbum *σπαράσσειν* non tantum adhibetur de belluis corpora immaniter lacerantibus, ita ut sit, *lacerare, discerpere* (unde tropice, *conviciis lacerare;* v. *Wyttenbachius* ad Plutarch. de sera num. vind. p. 11 sq.). cf. *Münthius* ad h. l. sed interdum etiam notat, *vehementer concutere, commovere,* v. *Læsnerus* ad h. l. et *Kypkius* ad Luc. ix. 39. respondet Hebr. הכה, quod Græco verbo *σπαράσσειν* explicuerunt Alexandrini 2 Regg. xxii. 8. Jer. iv. 19.

(27.) *Omnes autem stupore attoniti inter se quærebant: quid hoc sibi vellet? quænam hæc nova doctrina esset?* hæc vero ipsa verba *τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινή*; non satis apte h. l. leguntur, et paulo durius, atque loco Lucæ parallelo iv. 36. parum convenienter, nonnulli ea interpretantur: *quis hic novus doctor, qui* etc. In codicibus antiquis magna deprehenditur lectionis varietas. Haud pauci omittunt *τίς* et *ὅτι*, alii *τί ἐστι τοῦτο·* pro *διδαχὴ* legitur etiam *διδασκαλία·* cod. D. cant. habet: *τίς ἡ διδαχὴ ἐκείνη ἡ καινὴ αὕτη ἡ ἐξουσία ὅτι*, et omittit *τί ἐστι τοῦτο·* in aliis libris deest *ἡ καινὴ*, in aliis *ἡ καινὴ* et *αὕτη* varie transponuntur. *Griesbachius* in Comment. crit. p. 8. conjicit: omisso, *τί ἐστι τοῦτο*, retinendum esse in textu *τίς ἡ διδαχή*; *κατ' ἐξ.* *Eichhornius* in *Allgem. Bibl. d. bibl. Lit.* B. 5. p. 953. vulgarem lectionem genuinam putat, cumque דבר, et *verbum* et *rem* significet, suspicatur: Lucam ex archetypo כי הדבר הזה verbotenus reddidisse *τίς ὁ λόγος οὗτος*; Marcum primo sensum expressisse verbis *τί ἐστι τοῦτο*; cum vero inter scribendum ei succurreret, דבר significare etiam posse doctrinam Jesu; eum adjecisse: *τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη*; ipse tamen *Eichhornius* fatetur, hanc vocem *τίς ἡ διδαχὴ*, ab orationis serie alienam esse. *Paulus* in *kritisch. Kommentar* ad h. l. verba *τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη* tanquam spuria rejicit, cui accedere nullus dubito. Scilicet grammatici qui locum nostrum cum loco parallelo Luc. iv. 36. comparabant, ubi legitur *τίς ὁ λόγος οὗτος*; atque ibi vocabulum *λόγος* de *doctrina* capiebant, cum h. l. v. 22. legissent *ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων·* verba *τί ἐστι τοῦτο* in marg. explicabant sibi verbis *τίς ἡ διδαχὴ αὕτη·* alii cum accuratius *αὕτη* definire vellent, adscribebant, *καινὴ*, hæc autem glossemata librarii male seduli in textum recipiebant. Lectio *ἐκείνη* et *καινὴ* orta est per scripturæ vitium. Nullus quidem extat codex, nulla versio, ut *Griesbachius* l. c. monuit, quin mentionem faciat *τῆς διδαχῆς*, contra *τί ἐστι τοῦτο* in libris nonnullis desunt; sed ut pluribus demonstravimus in Spicilegio Obss. in ep. Jacobi (Gissæ. 1807. 4.) p. 9. haud raro omnes libri scripti falsam lectionem et interpretationem continent, v. *Fischerus* ad Theophr. Char. viii. 4. Xen. Cyr. ii. 4. 2. *Ernestius* ad Sueton. V. Octav. c. 45. c. 94. add. not. infra ad xv. 25. et verba *τί ἐστι τοῦτο* facile in hac orationis serie omitti potuerunt, vel quoniam supervacanea videbantur, cum ea exciperent verba *τίς ἡ διδαχὴ κ. τ. λ.* vel librariorum incuria.

(28 — 30.) Conf. Matth. viii. 14. *ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ*] v. ad Matth. iv. 24. — (30.) *κατέκειτο*] *febri laborans decumbebat: κατακεῖσθαι* verbum de ægrotis, decumbentibus, solenne, ut ap. Theophrast. Char. xxv. 4. ubi v. Index *Fischeri*, add. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l.

ὁ ἥλιος, ἔφερον πρὸς αὐτὸν πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ
τοὺς δαιμονιζομένους. Καὶ ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν 33
πρὸς τὴν θύραν. Καὶ ἐθεράπευσε πολλοὺς κακῶς ἔχοντας 34
ποικίλαις νόσοις· καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλε, καὶ οὐκ ἤφιε
λαλεῖν τὰ δαιμόνια, ὅτι ᾔδεισαν αὐτόν. Καὶ πρωῒ ἔννυχον 35
λίαν ἀναστὰς, ἐξῆλθε· καὶ ἀπῆλθεν εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ
προσηύχετο. Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' 36
αὐτοῦ. Καὶ εὑρόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ· Ὅτι πάντες 37
ζητοῦσί σε. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας 38
κωμοπόλεις, ἵνα ¹κἀκεῖ κηρύξω· εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα.

38. ∾ καὶ ἐκεῖ.

(32. 34.) Vid. Luc. iv. 40 sq. *ὀψίας δὲ γενομένης, ὅτε ἔδυ ἥλιος*] *vesperi occidente sole:* est h. l. altera pars temporis pomeridiani, inde ab hora nostra sexta, intelligenda, cf. not. ad Matth. viii. 14. ut addita verba docent: *ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος*. Verbum autem *δύω* l. *δῦμι* et *δύνω*, *subeo, occido*, a Græcis scriptoribus adhibetur de omnibus, quæ visui se subtrahunt et evanescunt, maxime de iis, quæ aquam subeunt, unde speciatim ponitur etiam de sole, qui ex opinione vulgi oceano mergebatur. Eustath. in Hom. Il. *α'*. p. 88. 30. *δύεσθαι μὲν καὶ καταδύεσθαι λέγεται, τὸ εἰς βάθος ὑγρὸν κατιέναι, ὡς καὶ ὁ ἥλιος δύεται εἰς τὸν μυθικὸν ὠκεανὸν, καὶ ζῶα δυτικὰ παρ' Ἀριστοτέλει τὰ καθ' ὕδατος δυόμενα.* Sic de solis occasu hoc verbum legitur ap. Æl. H. V. iv. 1. Athen. i. p. 19. E. xii. p. 526. B. ubi ei opponitur *ἀνατέλλειν*· sicuti *δύσεις* (de sole et luna) atque *ἀνατολαὶ* sibi invicem opponuntur ap. Æschin. Socr. iii. 17. in versione Alexandrina respondet hoc verbum Hebr. בּוֹא, ut Gen. xxviii. 11. Ies. lx. 20. *ἔφερον πρὸς αὐτὸν*] *adducebant ad eum*, post solis occasum, finito die sabbati; nefas enim putabant Judæi, sanare die sabbati, præsertim si morbus, ex quo quis laboraret, letalis non esset, v. ad Matth. xii. 10. — (34) *κακῶς ἔχοντας*] *ægrotos*, ut ap. Theophr. Char. xiii. 2. Arrian. de Exped. Alex. vi. 10. Ælian. H. A. ii. 34. vid. *Elsnerus* ad h. l. et not. ad Matth. iv. 24. *καὶ οὐκ ἤφιε — αὐτὸν*] *nec sinebat dæmones* (maniacos) *confiteri se scire, quis esset.* Concise scripsit Marcus, plenius et accuratius Lucas iv. 41. non permittebat, ut confiterentur, se scire ipsum Messiam esse. Silentium iis imponebat, nolebat publice Messias salutari, ne occasionem ad seditionem præberet populo. cf. not. ad Matth. ix. 30. *ἤφιε* est aor. 2. ab *ἀφιέω*, qui præter hunc locum etiam xi. 16. occurrit et ap. Philon. Legat. ad Cai. p. 1021. v. *Heupelius, Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. ii. p. 481.

(35—37.) *πρωῒ ἔννυχον λίαν*] *mane, multa adhuc nocte*, i. quarta vigilia, quam diluculum excipit. vid. ad Matth. xiv. 25. et *Fischeri* Proluss. de vit. Lex. N. T. p. 451. *ἔννυχον* dictum est pro, *κατ' ἔννυχον χρόνον*, ut 3 Macc. v. 5. ubi *ἔννυχον* idem est quod *ὑπὸ τὴν ἐρχομένην ἡμέραν*. cf. ad h. l. *Kypkius*.—(36.) *καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ*] *eumque Simon cum collegis insecutus est: καταδιώκειν* non tantum notat, *persequi fugientem animo lædendi*, sed omnino etiam, *insequi præeuntem, prosequi*, consequendi et obtinendi gratia, *cupide, ardenter sequi*. v. *Heupelius* ad h. l. et *Facius* ad Eurip. Orest. v. 412. Hoc sensu Hebræi quoque verbum רָדַף, cui in versione Alex. *καταδιώκειν* respondet, usurpare solent, v. Hos. ii. 7. Ps. xxiii. 8. xxxviii. 21. et Latini verbum *persequi*, ut Cic. epp. ad Div. 3. 6. 7. *οἱ μετ' αὐτοῦ*, *ejus collegæ, reliqui discipuli.* v. 16, 19. semper enim contextus respici debet ad accuratius loco quoque constituendam formulæ *οἱ μετά τινος* vim ac potestatem. Cf. de hoc præpositionis *μετά* usu not. ad Matth. xii. 3. —(37.) *πάντες*] Lucas, qui iv. 42. præteriit hanc *περίστασιν*, Petrum et discipulos Jesum esse insecutos, pro *πάντες* habet *οἱ ὄχλοι*.

(38. 39.) *εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις*] *in vicina oppida rusticana: ἔχεσθαί τινος* proprie est, *attinere ad aliquid, ad aliquem, hærescere in aliquo*, deinde *finitimum, proximum esse*, hinc *ἐχόμενος* scriptoribus Græcis et Alexandrinis est *finitimus, proximus.* Joseph. Ant. xi. 8. 6. *ἐξεστράτευσεν δ' ἐπὶ τὰς ἐχομένας πόλεις, in proximas urbes exercitum duxit.* Herodot. iv. 176. *τούτων ἐχόμενοι Γίνδανές εἰσι, his vicini sunt Gindanes.* add. Arrian. Exped. Alex. ii. 8. Diod. Sic. i. p. 32. vid. *Raphelius, Elsnerus, Krebsius, Læsnerus. Wetstenius* ad h. l. *Fischeri* Ind. Æsch. sub v. *ἔχειν* et Proluss. de vitiis Lexx. N. T. p. 586 sq. Confirmat hanc interpretationem etiam lectio cod. Cantabrig. *εἰς τὰς ἐγγὺς κώμας καὶ*

39 Καὶ ἦν κηρύσσων ¹ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, εἰς ὅλην τὴν
Γαλιλαίαν, καὶ τὰ δαιμόνια ἐκβάλλων.
40 Καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν λεπρὸς, παρακαλῶν αὐτὸν, καὶ
γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ· Ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί
41 με καθαρίσαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς σπλαγχνισθεὶς, ἐκτείνας τὴν
χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Θέλω, καθαρίσθητι.
42 Καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ
43 ἐκαθαρίσθη. Καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, εὐθέως ἐξέβαλεν
44 αὐτόν· Καὶ λέγει αὐτῷ· Ὅρα μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς· ἀλλ'
ὕπαγε, σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ
καθαρισμοῦ σου, ἃ προσέταξε Μωσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.
45 Ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, καὶ διαφημίζειν
τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν
εἰσελθεῖν· ἀλλ' ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν, καὶ ἤρχοντο πρὸς
αὐτὸν πανταχόθεν.

## ΚΕΦ. β'.

Καὶ πάλιν εἰσῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν· καὶ ἠκούσθη

39. ∾εἰς τὰς συναγωγὰς.

εἰς τὰς πόλεις, quæ et extitit in codd. quibus interpres Latinus et Syrus usi sunt, quæ e glossemate orta est. Suidas: ἐχόμενος· ἐγγύς. Hesychius: ἐχόμενος· ἀντεχόμενος. Alexandrini interpretes participio ἐχόμενος expresserunt Hebr. אחז et ליד. vid. *Bielii* Thes. h. v. et *Hammondus* ad h. l. κωμόπολις est vicus, urbi, ob incolarum multitudinem, non dissimilis, muris non munitus, cujus generis oppida rusticana multa illo tempore in Galilæa fuisse, docet Joseph. B. I. iii. 2. hinc eadem loca in N. T. mox κῶμαι, mox πόλεις vocantur, hinc v. c. Lucas ii. 4. Bethlehemum vocat πόλιν, sed Joh. vii. 42. κώμην· v. *Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. p. 442. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα] *propterea enim, eo enim consilio*, ut homines edocerem, *in has terras veni*, εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι, Luc. iv. 43. — (39.) ἐν ταῖς συναγωγαῖς] verior lectio, utpote difficilior est, εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν scl. κωμοπόλεων· sed εἰς positum est pro ἐν, vid. ad v. 9. ut mox εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν pro ἐν ὅλῃ τῇ Γαλιλαίᾳ.

(40—45.) Cf. Matth. viii. 2 sqq. qui accurate tempus et locum constituit.—(42.) Verba εἰπόντος αὐτοῦ absunt a codd. BD. (St. β.) L. 69. 102. omittunt verss. Syr. Ar. p. Pers. p. Copt. cant. veron. verc. colb. corb. 2. germ. 1. probantibus *Millio* Prolegg. §. 400. et *Paulo*. Sed ea retinenda esse, recte judicarunt *Bengelius*, *Griesbachius* et *Willes* in Specim. Hermeneut. in Marcum p. 39. nempe omissa sunt, quod salva sententia abesse posse viderentur. ἐμβριμησάμενος — ἐξέβαλεν αὐτὸν] *severe admonitum*, ne rem sermonibus divulgaret, priusquam coram sacerdote apparuisset. coll. v. 44. Matth. l. c. *dimisit*. In Marci archetypo a manu prima, tantum verba v. 43. scripta fuisse videntur, ab alia, explicationis caussa, in margine apposita, ea quæ v. 44. leguntur. De verbo ἐμβριμᾶσθαι vid. ad Matth. ix. 30. et de usu verbi ἐκβάλλειν Matth. ix. 26. xii. 35. — (45.) ὁ δὲ ἐξελθὼν — τὸν λόγον] *ille vero cum abiisset, multum* (studiose) *rem celebrabat et divulgabat*; nempe beneficii a Jesu accepti magnitudo animum ejus ita afficiebat, ut præceptum Jesu (v. 44.) violaret, et in via ad sacerdotem rem divulgaret. πολλὰ vid. ad iii. 12. not. λόγος, *res*, Matth. iv. 4. al. ὥστε μηκέτι αὐτὸν κ. τ. λ.] *ita, ut non posset Jesum palam urbes ingredi*, cum statim obrueretur turba, novarum rerum cupida, ad eum concurrente, *sed* evitandi nimii concursus caussa cogeretur, *in solitudine versari; neque tamen* (καὶ, *tamen*, ut sæpe in Matth.) *vel sic prohibere poterat, quo minus ad ipsum undique confluerent homines.* Εἰς πόλιν indefinitum dictum *in urbem, in ullam urbem*, εἰς κωμοπόλεις. v. 38. opponitur ἔξω, et hoc accuratius definitur verbis: ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν.

### CAP. II.

(1.) πάλιν] *rursus*, coll. i. 21, 38. δι' ἡμερῶν] scl. τινῶν· *post aliquot dierum intervallum.* Theophylactus: δι' ἡμερῶν· ἀντὶ τῶν

ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. Καὶ εὐθέως συνήχθησαν πολλοί· ὥστε 2
μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν· καὶ ἐλάλει αὐτοῖς
τὸν λόγον. Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν, παραλυτικὸν φέροντες, 3
αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων. Καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι 4
αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην ὅπου ἦν· καὶ
ἐξορύξαντες χαλῶσι τὸν κράββατον, ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς
κατέκειτο. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν, λέγει τῷ 5
παραλυτικῷ· Τέκνον, ⁱἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Ἦσαν 6
δέ τινες τῶν Γραμματέων ἐκεῖ καθήμενοι, καὶ διαλογιζόμενοι
ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; 7

5. ∾ ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

*διελθουσῶν ἡμερῶν τινῶν*· nam præpositio *διὰ* vocabulis temporis juncta, sæpius ita ponitur, ut intervallum temporis, dies plures intermedios intercessisse significet, atque reddi debeat *post*, adeoque vim obtineat præpositionis *μετά*· ut Act. xxiv. 17. in vers. Alex. Jos. xxiii. 1. Judd. xi. 4. Gen. iv. 3. ubi respondet Hebr. מ et מִקֵּץ Joseph. Ant. iv. 8. 12. vii. 7. 1. eam vero etiam ab optimis scriptoribus Græcis ita usurpari, pluribus exemplis ostenderunt *Wolfius* in Curis, *Wetstenius*, *Elsnerus*, *Palairetus*, *Kypkius* ad h. l. et ad Gal. ii. 1. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 168 sq. add. nos ad Matth. xxvi. 61. Omissum præterea est *τινῶν*, quæ ellipsis satis frequens. Artemidor. Onirocr. v. 9. *ἔπειτα διαλιπὼν ἡμέρας* scl. *τινάς*. Lucian. T. ii. p. 223. *ἡμέρας μὲν οὖν εἴκοσι ἔμεινεν*. Xenoph. Ephes. p. 91. Loc. *κἀνταῦθα ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν*.—*καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι*] *et cum fama percrebuisset, Jesum*, qui latenter subintraverat urbem, *domum ingressum esse, οἶκον, domum*, in qua Capharnaumi habitabat. iii. ad Matth. iv. 18. *εἰς οἶκον* pro *ἐν οἴκῳ*, ut supra 1. 9. cf. et *Raphelius* Obss. Xen. ad h. l.

(2.) *ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν*] *adeo ut ne vestibulum quidem caperet multitudinem: τὰ πρὸς τὴν θύραν* scl. *μέρη*· loca quæ sunt ad ostium, uno verbo *πρόθυρον*, *vestibulum*, vid. *Elsnerus*, *Raphelius* Obss. Xen. ad h. l. *παραλυτικὸν*, cf. not. ad Matth. ix. 2. *χωρεῖν*, *amplecti*, *capere*, ut Joh. xxi. 25. Æl. H. V. i. 3. ii. 41. al. *ἐλάλει τὸν λόγον*] *doctrinam salutarem tradebat*, *τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ*, Act. vi. 2, 7. *τῆς βασιλείας*, Matth. xiii. 19.

(3. 4.) Qui ægrotum in lectica decumbentem portabant, propter populi multitudinem ad Jesum propius accedere non poterant. Ascendebant ergo in tectum ædium, et inde demittebant ægrotum. Erant nimirum, ut ad Matth. x. 26. notavimus, tecta, in Orientis regionibus, non acuminata, sed plana, et septis tantum munita, ut adeo facile ex uno ad alterum, usque ad urbis murum progredi liceret. v. ad Matth. xxiv. 17. et *Hezelius* ad h. l. Jesus docebat, *in cœnaculo*, quod conclave in superiore domus parte, dicebatur *ὑπερῷον*, Hebr. עֲלִיָּה, v. *Schleusneri* Lex. h. v. eratque ita spatiosum, ut magnus hominum numerus ibi convenire posset. v. Act. xx. 8. i. 13. et *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. Solebant autem Judæi si precibus et meditationibus piis vacare vellent, vel cum aliis de lege divina colloqui, eo sese conferre. v. *Vitringa* de Synag. Vet. p. 145 sq. Scalæ ex atrio in cœnaculum, et per cœnaculum in tectum ferebant. v. *Faber Archæol. der Hebr*. p. 423. Qui ægrotum portabant, e vicina domo in tectum domus illius, in cujus cœnaculo Jesus docebat, sese conferebant, et cum ostium (פתח גגות T. Hieros. Erubin fol. 26. 2.) per quod e tecto in cœnaculum descendebatur, nimis angustum esset grabbato et ægroto demittendo, illi spatium istud dilatabant, evulsis tegulis circumpositis, quo commodius ægrotus demitti posset in cœnaculum. Ex aliorum sententia (v. *Jahn bibl. Archæologie* Th. i. B. 2. p. 225. *Köster Immanuel* p. 166.) Jesus docebat in aula, et qui ægrotum apportarant, destructa tecti lorica, lectulum, quo ille gestabatur demiserunt. Cui tamen interpretationi neutiquam favent, ut jam recte monuit *Hezelius* ad h. l. verba *ἀπεστέγασαν τὴν στέγην* demoliti sunt tectum, *καὶ ἐξορύξαντες*.—(4.) *Κράββατος*] vox origine Latina, *lectica* humilis et vilis, unum tantum hominem capiens. v. *Kypkius*, *Heupelius*, *Wetstenius* ad h. l. *Vossius* ad Catull. x. 22. et interpp. ad Cic. de Divinat. ii. 63. Hac ipsa voce Hebraicum vocabulum עֶרֶשׂ Aquila et interpres vulgatus expresserunt Amos. iii. 12. sed interpretes Alexandrini illud reddiderunt vocabulo Græco *κλίνη* Deut. iii. 11. aliisque in locis pluribus, etiam Matth. ix. 6. legitur *κλίνη*· Luc. v. 24. habet *κλινίδιον*, sed v. 18. *κλίνη*.

8 τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; Καὶ
εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, ὅτι οὕτως
¹διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί ταῦτα διαλογί-
9 ζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν
τῷ παραλυτικῷ· Ἀφέωνταί ¹σοι αἱ ἁμαρτίαι· ἢ εἰπεῖν·
¹¹Ἔγειραι, ¹¹¹καὶ ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει;
10 Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ¹ἀφιέναι
11 ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας· (λέγει τῷ παραλυτικῷ·) Σοὶ λέγω,
¹Ἔγειραι, ¹¹καὶ ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν
12 οἶκόν σου. Καὶ ἠγέρθη εὐθέως, καὶ ἄρας τὸν κράββατον,
ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων· ὥστε ἐξίστασθαι πάντας, καὶ δοξά-
ζειν τὸν Θεὸν, λέγοντας· Ὅτι οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν.
13 Καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος
14 ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐδίδασκεν αὐτούς. Καὶ παράγων
εἶδε Λευῒν τὸν τοῦ Ἀλφαίου, καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, καὶ
λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.
15 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ,
καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ,
καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν
16 αὐτῷ. Καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἰδόντες αὐτὸν
ἐσθίοντα μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν, ἔλεγον τοῖς
μαθηταῖς αὐτοῦ· Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν
17 ἐσθίει καὶ πίνει; Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, λέγει αὐτοῖς· Οὐ
χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Οὐκ
ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς ¹εἰς μετάνοιαν.

8. ↑ αὐτοί. 9. ∼ σου. ¹¹ ∼ ἔγειρε. ¹¹¹ † καί. 10. ∼ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι.
11. ∼ ἔγειρε. ¹¹ † καί. 17. † εἰς μετάνοιαν.

(8. 12.) τῷ πνεύματι αὐτοῦ] ex Hebraismo redundat, ut Joh. xi. 33. al. Matthæi interpres ix. 4. simpliciter scripsit ἰδὼν, et Luc. v. 22. ἐπιγνούς. Errant igitur qui τῷ πνεύματι explicant, *per divinam suam naturam*. Cæt. cf. notata ad Matth. l. c.—(12.) ὥστε ἐξίστασθαι πάντας] *ut omnes in summam admirationem raperentur*: de verbo ἐξίστημι copiosius disputatum est ad Matth. xii. 23. vid. et not. ad Marc. iii. 21.

(14—16.) Vid. Matth. ix. 9. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν] pro αὐτοῦ κατακειμένου, *illo accumbente s. cum ille accubuisset*. κατακεῖσθαι verbum de accubitu convivali proprium, auctore Athenæo i. 19. p. 23. C. Ita quoque legitur Xen. Cyr. ii. 2. 1. Anab. vi. 1. 2. Sympos. i. 14. Theophrast. Char. xxi. 1. Diog. Laërt. vii. 6. Luc. v. 29. Phavorinus: κατάκειται — λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἐστρωμένων ἀττικῶς, ὁμοίως τῷ ἀνάκειται. ἦσαν γὰρ — αὐτῷ] *multi enim Jesum secuti erant*. Particula καὶ h. l. ut Sap. xi. 17. Sir. xxviii. 1. al. vim habet pronominis relativi, quo eodem modo etiam Hebræi particulam ו usurpare solent. v. *Noldius* in Concordd. Particc. p. 299. et *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebrais. N. T. p. 76.—(16.) τί ὅτι — πίνει] *cur cum portitoribus famosis cibum capit?* τί ὅτι pro τί ἐστι l. τί γέγονεν ὅτι, v. Joh. xiv. 22. i. e. διατί (*cur, quare*) ut in Cod. Cantabrig. e glossemate legitur, vid. et not. ad Matth. xxvi. 10. Post πίνει in nonnullis libris additum legitur ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, quæ tamen verba e Matth. ix. 11. in hunc locum translata sunt.

(17. 18.) Verba εἰς μετάνοιαν, quæ antiquiores et præstantiores, e diversis familiis

Καὶ ἦσαν οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ ¹οἱ τῶν Φαρισαίων 18
νηστεύοντες· καὶ ἔρχονται, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Διατί οἱ
μαθηταὶ Ἰωάννου καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύουσιν, οἱ δὲ σοὶ
μαθηταὶ οὐ νηστεύουσι; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Μὴ 19
δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι,
νηστεύειν; ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ
δύνανται νηστεύειν· Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' 20
αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ¹ἐκείναις ταῖς
ἡμέραις. ¹Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει 21
ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ
καινὸν τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. Καὶ οὐδεὶς 22
βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μὴ, ῥήσσει ὁ
οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ
ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον.

Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν 23
σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες
τοὺς στάχυας. Καὶ οἱ Φαρισαῖοι ἔλεγον αὐτῷ· Ἴδε, τί 24

18. ∾ οἱ Φαρισαῖοι. 20. ∾ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. 21. † καί.

oriundi codd. et versiones vetustæ omittunt, merito ex ordine ejecit *Griesbachius*; irrepsit hoc additamentum in hunc et in Matthæi locum ix. 13. e Luc. v. 32. et ex Evangelistariis e Luca corruptis. vid. *Griesbachius* in Comment. Crit. in Gr. Marci textum P. 2. p. 1 sqq. et quæ notavimus ad Matth. l. c.—(18.) Pro οἱ τῶν Φαρισαίων νηστεύοντες, ut idem *Griesbachius* rectissime judicavit, præeuntibus optimæ notæ codd. et verss. pluribus, legendum est, καὶ οἱ Φαρισαῖοι· vulgaris lectio originem suam debet librariorum festinationi, qui eam a posteriore versiculi parte præripuerunt. νηστεύουσι] *jejunia agunt* np. *crebrius* v. Matth. ix. 13. Luc. v. 33. οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ] *tui vero discipuli*, σοὶ (scl. ὄντες] pro σοῦ· coll. Matth. ix. 14. solet enim Dativus, subintellecto participio ὢν, haud raro poni loco Genitivi, Herodot. vi. 103. ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων Κίμωνι Στησαγόρης. Eurip. Iph. Aul. 613. ὦ τέκνον μοι v. et *Krebsius* ad h. l. et not. ad Luc. vii. 12. Verbum substantivum additum legitur in vers. Alex. Judd. xi. 34. ubi de filia Jephtæ: καὶ αὕτη ἦν μονογενὴς αὐτῷ.

(19. 20.) ᾧ] np. χρόνῳ· quæ ellipsis perquam frequens est. v. *Raphelius* Obss. Herodot. ad h. l. Eadem sententia interrogando et negando, ut fieri solet, expressa est. In nonnullis libris posterius hemistichium negligentiores librarii, ob ὁμοιοτέλευτον, omiserunt.—(20.) Pro ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις auctoritate plurium optimæ notæ codd. legendum est ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· lectio vulgaris aut e Luc. v. 35. in hunc locum venit, aut a grammaticis singularis numerus mutatus est in pluralem, quoniam præcessit ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι.

(23.) Vid. Matth. xii. 1 sqq. καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι — διὰ τῶν σπορίμων] *cum iret die sabbati per agros messibus vestitos.* παραπορεύεσθαι declarat idem quod Matth. l. c. verbum simplex πορεύεσθαι, *ire, ambulare.* Respondet enim παραπορεύεσθαι verbo Hebræorum עָבַר, cui verbo si jungitur casus quartus nominum locorum, notat *præterire aliquem locum* עָבַר אֶת־ ut Deut. ii. 18. quodsi vero copulatur cum ejusdem generis nominibus interveniente particula ב, valet, *ire, transire per aliquem locum* עָבַר ב ut Deut. ii. 4. et ita h. l. παραπορεύεσθαι, cum sequatur διὰ, capiendum est. v. *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. p. 140 sq. ἤρξαντο—τίλλοντες τοὺς στάχυας] auctore *Beza*, quem secutus est *Krebsius*, τίλλοντες ab ἤρξαντο pendet, et verba ipsa posita sunt pro ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τίλλειν τοὺς στάχυας, ὁδὸν ποιοῦντες, *evellebant spicas, ambulantes per sata.* Durius et citra necessitatem. Præferenda omnino est sententia *Elsneri* et *Wolfii* in Curis ad h. l. qui ἤρξαντο copulandum censent cum verbis ὁδὸν ποιεῖν, ita, ut ἤρξαντο ex Hebraismo redundet cf. Marc. vi. 7. Luc. xiii. 25. Matth. iv. 17. ubi vid. not. atque adeo ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν positum sit pro simplici

25 ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν, ὃ οὐκ ἔξεστι; Καὶ αὐτὸς ἔλεγεν
αὐτοῖς· Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν
26 ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ; Πῶς εἰσῆλθεν
εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ
τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν εἰ
27 μὴ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι; Καὶ
ἔλεγεν αὐτοῖς· Τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο, οὐχ
28 ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ σάββατον· Ὥστε κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

ὁδὸν ἐποίουν, et verba reddenda sint: *ipsi quoque discipuli transibant et evellebant spicas*, καὶ ἔτιλλον τοὺς στάχυας. Formularum quidem ὁδὸν ποιεῖν et ὁδὸν ποιεῖσθαι hæc differentia est, ut ὁδὸν ποιεῖν et ὁδοποιεῖν ὁδὸν sit idem quod κατασκευάζειν τὴν ὁδὸν, i. 2. *viam parare, munire, sternere*, sed ὁδὸν ποιεῖσθαι, ut ποιεῖσθαι πορείας, (Xen. Cyr. v. 2. 31.) *iter facere, viam ingredi, ire*, v. Xen. Anab, iv. 8. 8. v. 1. 13. *Dresigius* de V. M. i. 29. *Vigerus* de Idiotism. p. 116. ed. Herm. et *Kypkius* ad h. l. neque tamen discipulos viam sibi parasse evellendis spicis, his verbis, ut omnis contextus docet, auctor noster significare voluit. Nam paulo post discipuli a Pharisæis dicuntur reprehensi, tanquam ob aliquod factum, quod tantum sabbato licitum non esset; viam autem sibi parare spicis evellendis, in agro alieno, sine ullo dierum discrimine facere non licebat. Sed ὁδὸν ποιεῖν est h. l. id. qd. ὁδὸν ποιεῖσθαι, *iter facere*. Etenim interpretes Alexandrini et cum iis scriptores N. T. in exprimendo verbo עָשָׂה hanc differentiam infinitivi activi ποιεῖν, et medii ποιεῖσθαι hoc in genere negligunt, v. *Fischerus* ad *Leusden*. de Hebraism. N. T. p. 128. eam quoque neglexisse scriptores recentiores demonstravit ad h. l. *Lœsnerus*.

(25. 26.) ὅτι χρείαν ἔσχε] *cum cibo indigeret*, cum famis eum urgeret necessitas, additur enim explicationis caussa καὶ ἐπείνασεν vocabulum autem χρεία de quacunque indigentia, maxime tamen de inopia rerum ad vitam tuendam necessariarum adhibetur, ut h. l. Matth. vi. 8. Hesch. χρείας, ἔνδειας.— (26.) ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως] *sub l. tempore Abiatharis, pontificis summi*. In horum verborum interpretatione admodum se torserunt interpretes, v. *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. nam 1 Sam. xxi. 6. legitur, Abiatharis patrem, Abimelechum, fuisse tunc temporis pontificem. *Beza* fultus auctoritate cod. Cantabrigiensis hæc verba spuria esse suspicatus est. In *Bezæ* sententiam concessit *Wassenberghius* in Diss. de Glossis N. T. præmissa Selectis e Scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. i. p. 23. Alii ἐπὶ explicant: *præsente et factum probante Abiathare*, qui paulo post patri, per Doëgum occiso, in pontificatu successit. Ad comprobandam hanc præpositionis ἐπὶ significationem laudant Xen. Hist. Gr. vi. 5. 38. ἐπὶ μαρτύρων· Æl. H. V. viii. 2. ἐπὶ ἀρείου βουλῆς λέγων, *coram senatu areopagitico verba faciens*. 3 Esdr. v. 6. ὃς ἐλάλησεν ἐπὶ Δαρείου· monent, Abiatharem filium nominatum esse, quod ejus nomen fuerit notius quam patris, ob diu gestum sub Davide pontificatum; cum tamen pater ob gestum pontificatum et mortem violentam haudquaquam minus celeber fuerit, quam filius. *Michaëlis Einleit*. et *Anmerkk*. ad h. l. ex Rabbinorum libros et locos V. T. citandi consuetudine, ἐπὶ Ἀβιάθαρ explicat: *in ea parte librorum Samuelis, quæ historiam Abiatharis continet*. Sed tunc scribi debuisset, ut ipse *Michaëlis* recte vidit, ἐν Ἀβιάθαρ, atque hæc ipsa verba posita esse deberent v. 25. post verba οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ut apposite monuit *Schulzius* in *Anmerkk*. ad h. l. *Boltenius* suspicatur Marcum, memoriæ lapsu, patrem cum filio commutasse, etiam *Michaëli* eadem suspicio incidit. Mihi placet eorum interpretum sententia, qui statuunt patrem ac filium duo habuisse nomina, et patri quoque Abiatharis nomen fuisse; nam Abiathar Ahimelechi filius, vocatur 2 Sam. viii. 17. et 1 Chron. xviii. 16. *Ahimelechus Abiatharis filius*, v. *Heumannus* ad h. l. et *Rusii* Harmon. Evang. T. i. p. 663. atque aliunde satis constat, apud Judæos plures unum, etiam duo cognomina habuisse. vid. ad Matth. x. 3. ix. 9. Ergo Marcus omnino illum Ahimelechum Abiatharis patrem intellexit. Cæterum præpositio ἐπὶ Hebr. בְּ verti debet h. l. *sub l. tempore*, ut 2 Macc. ii. 8. ἐπὶ Μωϋσῆ· Luc. iii. 2. ἐπὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα· iv. 27. ἐπὶ Ἐλισσαίου· Act. xi. 28. ἐπὶ Κλαυδίου· cf. de hac præpositionis ἐπὶ significatione, etiam Græcis scriptoribus usitata, *Heupelius, Raphelius, Elsnerus* ad h. l. et ad Luc. iv. 27. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 227 sq. *Noldius*

## ΚΕΦ. γ'.

Καὶ εἰσῆλθε πάλιν εἰς τὴν συναγωγήν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος
ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα· Καὶ παρετήρουν αὐτὸν, εἰ τοῖς 2
σάββασι θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. Καὶ 3
λέγει τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα· ¹Ἔγει-
ραι εἰς τὸ μέσον. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἔξεστι τοῖς σάββασιν 4
ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι;
Οἱ δὲ ἐσιώπων. Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, 5
συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ
ἀνθρώπῳ· Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Καὶ ἐξέτεινε· καὶ ἀπο-
κατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ¹ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Καὶ ἐξελθόντες 6
οἱ Φαρισαῖοι, εὐθέως μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν συμβούλιον ἐποίουν
κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι.

Καὶ ὁ Ἰησοῦς ¹ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς 7

3. ∾ἔγειρε. 5. † ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. 7. ∾ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀνεχώρησεν εἰς τὴν.

Concordd. Particc. p. 156. et *Palairetus* in Bibl. Brem. Class. 4. p. 50. add. not. ad Matth. ii. 1. Quod reliqua verba attinet, cf. notata ad Matth. xlii. 6 sqq.

### CAP. III.

(1. 2.) Vid. Matth. xii. 9 sqq. Luc. vi. 7 sqq.—(2.) παρατηρεῖν] omnino notat: *curiose ac diligenter observare*, sive *bono*, sive malo, animo. Ac de iis quidem, qui bono animo observant, legitur apud Philon. de spec. legg. p. 781. D. τὸν καιρὸν ἀγαθοῦ γεωργοῦ τρόπον ἐπιτηρητέον, *tempus boni agricolæ more observare oportet*; add. Theophr. Char. vii. 2. Xen. Mem. iii. 14. 4. h. l. autem ut Hebr. שמר Ps. lvi. 7. (ubi Symmach. habet παρατηρεῖν) et צפן Ps. x. 8. malo sensu adhibitum legitur, ita, ut sit, *insidiose observare quid alter agat, ut ei noceat*, sic extat quoque ap. Luc. xiv. 2. xx. 22. Joseph. Ant. ii. 5. τοὺς τοκετοὺς παρατηρεῖν τὰς Αἰγυπτίων μαίας, *partus insidiose observare obstetrices Ægyptiorum*. Exempla hanc in rem plura alia attulerunt *Wetstenius*, *Raphelius* Obss. Polyb., *Münthius*, *Lœsnerus* ad h. l. et *Elsnerus* ad Luc. xx. 20. Pharisæi igitur insidiose observabant, an Jesus die sabbati sanaturus esset hominem illum, cui manus erat tabe confecta, qui fortassis non proprio motu, sed subornatus a Pharisæis in synagoga aderat. Auctore Matthæo l. c. qui rem accuratius refert, Pharisæi insidiose interrogabant Jesum: εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν, ubi v. not.

(5.) Responsum frustra expectans a Pharisæis, qui, cum se constrictos et illaqueatos viderent, satius esse putarent silere, vultu severo eos circumspiciebat Jesus, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, *commotus* (vulgo vertunt *dolens*) *eorum contumaci pertinacia*: συλλυπούμενος positum est pro simplici λυπούμενος, ut Psalm. lxix. 21. ubi in versione Alexandr. respondet Hebr. נוד *moveri*, *agitari*. Accipiendum autem est in hac orationis serie hoc verbum de ira, ita ut sit *commoveri*. vid. not. ad Matth. xiv. 9. xviii. 31. πώρωσις, *durities*, qualis est in cute in callum contracta, πωροῦσθαι, *occallescere*. Transferuntur deinde hæ voces tum ad *ingenii* stuporem, tum ad *animi* nequitiam, contumaciam, ut h. l. vid. *Koppius* ad Rom. xi. 8. Ephes. iv. 18. cf. not. ad Marc. vi. 52. Pro τῇ πωρώσει in nonnullis codd. legitur πηρώσει, quod vocabulum *cæcitatem* signat ap. Euseb. H. E. i. 18. Philo de profug. p. 468. A. καὶ δυνάμενοι ὀξὺ καθορᾷν, ἐπηρώθησαν *et cum possint acute cernere, occæcati sunt*. Haud raro a librariis hæc vocabula permutata sunt, ut viii. 17. ubi in cod. D. legitur πεπηρωμένη ἐστὶν ἡ καρδία. Job. xvii. 7. Rom. xi. 7. Hesychius: ἐπωρώθησαν, ἐτυφλώθησαν· rescribendum ἐπηρώθησαν. Verba ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη spuria sunt, omittunt ea codd. omnium recensionum antiquiorum, et verss. vett. vid. *Griesbachius* ad h. l. e Matth. xii. 13. orationis contexto inserta sunt.

(6. 7.) Vid. Matth. xii. 24 sqq. μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν, cum Herodis ministris et amicis (v. ad Matth. xxii. 16.) consilia inire debebant Pharisæi, cum Jesum in Galilæa, cui regioni Herodes præerat, perdere vellent. — (7.) Pro πρὸς τὴν θάλασσαν cum plurimis codd. legendum εἰς τ. θ. *ad mare*; πρὸς glos-

τὴν θάλασσαν· καὶ πολὺ πλῆθος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκο-
8 λούθησαν αὐτῷ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, Καὶ ἀπὸ Ἱεροσο-
λύμων, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου·
καὶ οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα, πλῆθος πολὺ, ἀκούσαντες
9 ὅσα ἐποίει, ἦλθον πρὸς αὐτόν. Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς
αὐτοῦ, ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ, διὰ τὸν ὄχλον, ἵνα
10 μὴ θλίβωσιν αὐτόν. Πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν· ὥστε ἐπι-
πίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας.
11 Καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα, ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει, προσ-

sema redolet. Sed in fine versus vulgaris lectio ἠκολούθησαν αὐτῷ, pro qua in aliis libris extat ἠκολούθησεν αὐτῷ, retinenda videtur. Sequitur vocabulum πλῆθος, pluralis ἠκολούθησαν, quoniam nominibus collectivis singularibus, quia qua notionem et sententiam sunt pluralia, verba pluralis numeri addi solent, ut Matth. xxi. 8. ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν· Marc. v. 24. ὄχλος συνέθλιβον· add. vi. 34. viii. 1. Sed grammatici sæpius verba pluralia mutarunt in singularia, ut Luc. xxiii. 1. ubi v. not. Jer. iii. 18. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις συνελεύσονται ὁ οἶκος Ἰούδα· ubi cod. Alex. habet συνελεύσεται· add. Herodian. v. 4. 17. Polyb. xvi. 17. cf. *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 333. et *Heupelius* ad h. l. A nonnullis codd. verba ἠκολούθησαν αὐτῷ absunt, nempe grammatici, qui non interpungebant post voc. Ἰορδάνου, verba καὶ πολὺ πλῆθος κ. τ. λ. referebant ad verba v. 8. ultima ἦλθον πρὸς αὐτὸν, adeoque verba ἠκολούθησαν αὐτῷ tanquam supervacanea expungebant.

(8. 9.) καὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων] *inprimis Hierosolymis.* vid. i. 6. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] intell. Peræa v. ad Matth. iv. 25. xix. 1. οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα] scl. οἰκοῦντες videntur indicari, ut jam observavit *Grotius*, non Tyrii et Sidonii ipsi, sed Judæi, habitantes oram maritimam in confiniis Tyri et Sidonis, quæ Luc. vi. 17. vocatur ἡ παράλιος Τύρου καὶ Σιδῶνος· Matth. xv. 21. τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος· infra vii. 24. τὰ μεθόρια Τ. καὶ Σ. vid. et *Schleusnerus* sub v. περί. — (9.) ἵνα — προσκαρτερῇ, *ut sibi præsto esset*, quo docere posset e navicula coll. iv. 1. ne eum multitudo populi premeret atque urgeret.

(10.) *Cum enim multos sanasset; certatim in eum irruebant, quicunque morbis laborabant, ut eum tangerent.* ἐπιπίπτειν notat, *incidere, incurrere, irruere in aliquem*, vel amanter, Gen. xlv. 14. ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον Βενιαμὶν· Philo de Jos. p. 563 A. καὶ κατὰ τὴν καλουμένην Ἡρώων πόλιν ἐντυχόντες ἐπιπίπτουσιν ἀλλήλοις· *cum circa Heroopolin, ut vocant, convenissent, in complexus se mutuos effuderunt*; vel hostiliter, ut Xen. Anab. i. 8. 2. ἀτάκτοις σφίσιν ἐπιπεσεῖσθαι· Cyrop. vii. 1. 5. τοῖς πολεμίοις τεταραγμένοις ἐπιπεσούμεθα, *invademus, impetum faciemus*; vid. *Kypkius*, *Münthius* et *Læsnerus* ad h. l. hinc significat etiam, *premere aliquem, molestum alicui esse*, et sic h. l. innuitur ægrotos cum impetu quodam Christo occurrisse, ita, ut ei, quem saltem tangere vellent, veluti incumberent, eum premerent, eique molesti essent. Cic. pro Plancio 7. *equidem si quando, ut fit, jactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit — et ab eo qui hos dimovit potius, quam ab iis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas.* ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, vid. ad Matth. ix. 21. xiv. 36. ὅσοι εἶχον μάστιγας] *qui morbis vexabantur.* μάστιξ proprie est *flagellum*, Hebr. שׁוֹט, Prov. xxvi. 3. Hom. Il. ν'. 812. ubi Hector vocatur Διὸς μάστιξ· quoniam autem flagellum dolores procreat, et flagellorum usus est ad infligendam pœnam; hinc factum est, ut μάστιξ adhiberetur etiam *de omni dolore, quo quis afficitur, de calamitatibus, miseriis*, et *pœnis divinis*; quo significatu in vers. Alexandrina respondet Hebræorum voc. מַכְאוֹב Ps. xxxi. 10. πολλαὶ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ· et נגע Prov. vi. 33. ubi οἱ ό. habent ὀδύνη, sed Symmach. μάστιξ· add. Ps. xxxvii. 18. ubi ei jungitur voc. ἀλγηδών· Ps. xxxviii. 11. ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. add. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 614. *Valckenar.* in Scholis ad Luc. vii. 21. Verbum μαστιγοῦν, ut sit *calamitatibus, pœnis afficere*, legitur Hebr. xii. 6. Tob. xiii. 2. ὅτι αὐτὸς (Θεὸς) μαστιγοῖ καὶ ἐλεεῖ· Sapient. xii. 22. τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ἐν μυριότητι μαστιγοῖς. Jam quoniam Hebræi morbos graviores referre solebant inter pœnas divinas, hinc μάστιξ etiam ponitur *de morbis gravioribus*, ut h. l. et Luc. vii. 29.

(11. 12.) τὰ πνεύματα ἀκάθαρτα] homines, qui a geniis malis obsessi putabantur, ut i. 34. ἀκάθαρτα vid. ad Matth. x. 1. ἐθεώρει — προσέπιπτεν — ἔκραζε] in multis op-

ἔπιπτεν αὐτῷ, καὶ ἔκραζε, λέγοντα· Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ
Θεοῦ. Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς, ἵνα μὴ ˈαὐτὸν φανερὸν 12
ποιήσωσι. Καὶ ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος, καὶ προσκαλεῖται οὓς 13
ἤθελεν αὐτός· καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν. Καὶ ἐποίησε δώδεκα, 14
ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς κηρύσσειν,
Καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους, καὶ ἐκβάλλειν 15
τὰ δαιμόνια. Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον· 16
Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν τοῦ 17
Ἰακώβου· (καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν,

12. ∾ φανερὸν αὐτόν.

timæ notæ libris legitur: ἐθεώρουν — προσέπιπτον — ἔκραζον· fortassis vere. Græci enim veteres nomina neutra pluralia sequi jubebant verba et singularia, et pluralia; Attici vero medii et recentiores nominibus hujus generis addebant verba tantum singularia; sed dialectus Macedonica nova et Alexandrina revocavit genus constructionis horum verborum, quo veteres Græci usi sunt, ita tamen, ut et in scriptis et in sermone quotidiano, verba pluralia prætulerint singularibus. conf. omnino *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 1. p. 345 sqq. προσπίπτειν, *ad genua aut pedes procumbere*, more supplicium; subintelligi debet πρὸς πόδας ut Marc. vii. 25. aut τοῖς γόνασι, ut Luc. v. 8. v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. — (12.) πολλὰ] *multum, valde*, (i. graviter, severe,) v. i. 45. v. 23. xv. 3. coll. Luc. xxiii. 10. Xen. Cyr. viii. 3. 18. οἴομαι πολλὰ χρήσιμον ἔσεσθαι. ib. i. 5. 7. ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας. Arrian. Exped. Alex. i. 5. πολλὰ βλαπτόμενοι. Herodi. i. 16. 11. ἱκετεύουσα πολλά· Virg. Ge. iv. 301. *multa reluctanti*, ubi Servius: *multa pro multum*. Æn. ii. 471. *multa se incusat*. v. 869. *multa gemens*. vid. *Wetstenius* ad h. l. *Elsnerus* ad v. 23. et *Irmischius* ad Herodi. i. 16. 11. ἐπιτίμα κ. τ. λ.] vid. not. ad Matth. ix. 30. Marc. i. 34.

(13—15.) Vid. Luc. vi. 12 sqq. Matth. x. 1 sqq. Posteaquam Jesus in monte quodam Capernaumo vicino noctem inter preces transegerat, postridie primo mane, e discipulis qui cum eo erant, duodecim apostolos constituit. προσκαλεῖται] *arcessebat* e discipulis, qui eum comitari et sectari solebant, quos sibi peculiariter junctos volebat, Joh. xv. 16. numero duodecim. — (14.) Verbum ποιεῖν h. l. significat *legere, constituere*, et respondet Hebr. שמני Gen. xlv. 9. ἐποίησέ με ὁ Θεὸς κύριον πάσης γῆς Αἰγύπτου· add. 1 Sam. xii. 6. Job. ix. 20. Matth. iv. 19. Apoc. i. 6. Herodi. iv. 4. viii. 4. v. *Elsnerus* ad h. l. ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ] *ut essent ipsius familiares et comites perpetui*. De formula εἶναι μετά τινος dictum est ad Matth. xii. 30. Pro καὶ ἵνα ἀποστέλλῃ κ. τ. λ. Luc. xvi. 13. habet: οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε.

(16.) καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον] *Simoni quidem Petri cognomen addidit*. Oratio concisa et hians cum præcesserit ἐποίησε, ad quod v. 17. refertur Ἰάκωβον. Sententia est: constituit Simonem, quem (postea) Petrum appellavit. v. Joh. i. 42. ad Matth. iv. 18. Marcus, cujus scribendi ratio omnino paulo negligentior est, v. Prolegg., rei potius, quam verborum structuræ h. l. rationem habuit. In codd. quibusdam legitur: πρῶτον Σίμωνα, probantibus *Beza* et *Erasmo Schmidio*, desumpta autem videtur hæc lectio e Matth. x. 1. et adscripta a grammaticis, quo integram numerisquè suis absolutam orationem redderent. Si a Marci manu profecta esset illa lectio, scripsisset procul dubio καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ vel ᾧ ἐπέθηκεν.

(17.) Βοανεργὲς] h. l. ipso Marco interprete υἱοὶ βροντῆς, *filii tonitruum*, s. *tonantes*. Hoc autem ipsum vocabulum plures male derivant ab בְּנֵי et רַעַם *tonitru*, vid. *Wolfius* in Curis ad h. l. debet potius originem suam verbis Syriacis ܒܢܝ̈ ܪܓܫܐ. Constat autem Galilæos in pronuntiando secutos esse sonum agrestem et vastum, multas literas, etiam verba prave pronuntiasse; vid. not. ad Matth. xxvi. 73. *Montefalconius* de vet. literar. et vocalium pronuntiatione T. ii. Hexaplor. cum ergo Galilæi primam syllabam voces בני per οα exprimerent; non mirandum ex ܒܢܝ ܪܓܫܐ extitisse Βοανεργὲς. Nomen Syriacum ܪܓܫܐ (רגז) ut Arab. رَجَسَ et رجز Coran. ii. 56. *de cœlo tonante, tonitru* usurpatur, ipsum quoque vocabulum Hebr. רגש notat *strepitum*, et ab Alexandrinis redditur σεισμὸς Ez. iii. 14. Jer. x. 22. Job. xii. 20. atque verbum רָגַשׁ significat *strepitum edere, tumultuari*. vid. *Albertius* ad Glossar. N. T. p. 29. sq. *Michaëlis* et *Schulzius* ad h. l. *Fischerus* Proluss. de vit. p. 652 ss. ad *Vorstius* de Hebraism.

18 υἱοὶ βροντῆς·) Καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολο-
μαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ
19 Ἀλφαίου, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Κανανίτην, Καὶ
Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ παρέδωκεν αὐτόν· καὶ ἔρχονται
εἰς οἶκον.
20 Καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς

p. 480 sqq. Cur vero Jesus Johannem et Jacobum nominaverit Βοανεργὲς, viri docti vehementer inter se dissentiunt. v. *Wolfius* et *Kœcherus* ad h. l. Ac plures quidem, ut *Wetstenius*, *Palairetus*, *Michaëlis*, *Fischerus*, *Schleusnerus*, *Boltenius* contendunt, eos dictos esse υἱοὺς βροντῆς, i. βροντῶντας, *tonantes* h. e. δεινοὺς, quod facultate pellentis, flectentisque eloquentiæ essent inprimis præstituri. Certe βροντὴ est imago eloquentiæ, maxime ejus, quæ partes animorum quasque aptis orationis modis pellit et movet, omninoque genus dicendi grave et amplum sequitur. Sic Demosthenes et Plato a Columella R. R. præf. L. 1. s. 30. *tonantes* vocantur, et Pericles ap. Aristoph. Acharn. 530. ἀστράπτειν, βροντᾷν, i. Cicerone interprete, *fulgere*, *tonare*, eodem sensu dicitur. At enimvero de singulari et efficaci Johannes atque Jacobi eloquentia nihil certi constat, fuissetque hoc cognomentum potius Petro addendum, qui, ut ex Actis constat, insigni facultate pellentis flectentisque eloquentiæ præditus erat. Alii autumant datum esse a Christo hoc cognomen Jacobo atque Johanni, ob vehementem ac fervidam animi indolem, neque adeo illud honoris titulum fuisse, sed hoc cognomento Christum eos admonere voluisse, ut mentis suæ fervori moderarentur. Sed etiam hac ratione idem cognomen tribuendum fuisset quoque Petro. Equidem in *Heumanni* partes abeo, cujus ratio omnium maxime probabilis videtur. Is nimirum statuit, (v. Nova Sylloge diss. P. 1. 254. et *Erklärung des N. T.* ad h. l.) Christum hoc nomen imposuisse duobus illis discipulis, cum teste Luca ix. 54. ab eo petiissent, ut ignem e cœlo evocaret, qui delaberetur in illud oppidum Samaritanorum, cujus cives Christum hospitio excipere noluissent. Neque huic interpretationi obstat, serius id esse factum. Etenim Marcus non tradidit, discipulis a Jesu illud nomen impositum esse eo ipso tempore, quo ipsos Apostolos constituisset. Neque Simoni eo ipso tempore Petri cognomen addidit Jesus. v. Joh. i. 42. et not. ad Matth. iv. 18. Non autem honoris titulum Βοανεργὲς fuisse, etiam exinde patet, quoniam nusquam Jacobus et Johannes hoc cognomento usi sunt, neque ab aliis eos hoc nomine appellatos esse, in libris N. T. legitur. Contra vero Petrus hoc nomine constanter usus, eoque ab aliis appellatus est. Itaque Jesus Jacobum et Johannem indignabundus vocavit βοανεργὲς, sicuti alia occasione Petrum indignabundus σατανᾶν et σκάνδαλον Matth. xvi. 23. Quod autem sensum nominis βοανεργὲς attinet, tenendum est, nomina υἱὸς et τέκνον, ut Hebr. בן, aliis nominibus ita jungi solere, ut significetur is, ad quem res illæ, quæ istis nominibus declarantur, quocunque modo pertinent. Sic υἱοὶ τῆς ἀπειθείας sunt *improbitatis studiosi*, Eph. ii. 2. v. 6. τέκνα φωτὸς, *religionis christianæ studiosi*, Eph. v. 9. v. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 102. sic h. l. υἱοὶ βροντῆς sunt *tonantes s. tonitruum cupidi*, qui cupiunt et optant, ut adversarii rei christianæ igne cœlitus demisso deleantur.

(20.) Loci paralleli sunt Matth. xii. 22 sqq. Luc. xi. 14 sqq. ex quibus locis si eos cum hoc nostro componimus, satis perspicue patet, ea quæ h. l. leguntur, non statim post electionem apostolorum evenisse; patet vero etiam, Marcum plures περιστάσεις, quas in archetypo notatas non reperiret, et ipse ignoraret, in hac narratione sua omisisse. Scilicet cum Jesus docendo ægrotisque valetudinem restituendo defessus aliquando domum cœnaturus rediisset, tanta iterum conveniebat populi multitudo doctrinæ Christi et miraculorum ipsius cupida, ut ne cœnare quidem posset, v. 20. Adducebant etiam dæmoniacum cæcum et mutum, ut eum sanaret, Matth. xii. 22. Jesus ergo exibat foras, (eum exiisse per se intelligitur, et scriptor noster brevitatis caussa referre omisit) hominemque, plaudente populo, sanabat. Interea mater et fratres Jesu domo exierant, ut populum ab eo removerent, ac propterea proxime adstantes monuerant, Jesum maxime defatigatum esse, v. 21. Hanc cognatorum Christi vocem cum audissent Pharisæi nonnulli, offensi admiratione populi, ut de Jesu detraherent, dicebant: est furibundus, genium malum ejecit ope principis geniorum malorum. v. Matth. xii. 24. Luc. xi. 37. Jesus contra hanc criminationem sese defendebat, Matth. v. 25 — 45. Marc. v. 23 — 29. Luc. xi. 16 sqq. cumque jam pluribus caussam suam defendisset, cognati ipsius, qui præ turba propius accedere non potuerant, mittebant ad eum nuntios, qui ipsum arcesserent. Marc. v. 31. Matth. xii. 46. Jesus tum ea dicebat,

μήτε ἄρτον φαγεῖν. Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, 21
ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γάρ· Ὅτι ἐξέστη. Καὶ

quæ leguntur Marc. v. 33. Matth. v. 48. finita autem ipsius oratione, eum a Pharisæo ad cœnam invitatum esse tradit Lucas xi. 46. καὶ ἔρχονται εἰς οἶκον] *aliquando reversi sunt domum*, quam nimirum Jesus Capernaumi habitabat. v. Matth. iv. 13. καὶ, qua particula Marcus sæpius narrationum suarum initium facit, reddi potest vel, *aliquando*, ut sit idem quod τότε, ut vii. 1. al. vel, *postea*, quo sensu extat v. 19. Luc. vi. 16. al. v. *Noldii* Concordd. Particc. p. 295. 975. *Schleusneri* Lex. h. v.

(21.) καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ κ.τ.λ.] Diversas interpretum de hoc loco sententias collegerunt *Wolfius* in Curis et *Kœcherus* in Analectis ad h. l. Hanc interpretationis diversitatem procreavit usus varius verborum οἱ παρ' αὐτοῦ, κρατῆσαι et ἐξέστη. Itaque de harum vocum vi ac potestate nonnulla præmonenda videntur. Scilicet οἱ παρά τινος omnino dicuntur ii, qui ad aliquem quocunque modo pertinent, qui cum aliquo quocunque modo conjuncti sunt. Hinc ita dicuntur *propinqui, cognati*. Hist. Sus. 35. ἔκλαιον δὲ οἱ παρ' αὐτῆς· add. 1 Macc. xiii. 52. *Elsnerus* ad Luc. viii. 49. *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. *familiares* 3 Esdr. i. 15. 1 Macc. ii. 15. *legati ab aliquo missi.* ὁ παρ' ἐμοῦ scl. πεμφθεὶς Xen. Cyr. iii. 2. 14. Thucyd. vii. 10. p. 471. Duck. vid. *Krebsius* ad h. l. Verbum porro κρατεῖν non tantum notat *prehendere aliquem violenter injectis manibus*, ut Matth. xiv. 3. Marc. vi. 17. *vi retinere, cohibere aliquem*, Apoc vii. 1. sed etiam *prehendere, retinere sine vi adhibita*, ut 2 Regg. iv. 8. ἐκράτησεν αὐτὸν φαγεῖν ἄρτον add. Marc. ix. 27. Verbum denique ἐξίστημι, ut ad Matth. xii. 23. annotavimus, usurpatur *de quacunque animi commotione vehementiori*, etiam *de iis qui mentis non sunt compotes et insaniunt.* v. *Lœsnerus* ad h. l. *Raphelius* Polyb. p. 122. Phavorinus; ἐξέστη, μαίνεται· *qui animi deliquium patiuntur, qui maxime defatigati sunt*, et hanc quidem posteriorem verbi notionem confirmat quoque auctoritas interpretum Græcorum V. T. nam Gen. ii. 21. תַּרְדֵּמָה Alexandrini expresserunt ἔκστασις, sed Symmachus habet κάρος i. *sopor profundus*. v. Zosim. i. 16. 3. Theodotion Ies. xxix. 10. רוּחַ תַּרְדֵּמָה, *sopor profundus*, vertit πνεῦμα ἐκστάσεως, sed Alexandrini intpp. πνεῦμα κατανύξεως· Hesychius: ἔκστασιν, ὕπνον, φόβον. Suidas: ἔκστασις, θαυμασμὸς, ἀλλοίωσις h. e. cum animus a corpore ad tempus secessisse videtur. Jam nonnulli locum nostrum ita interpretantur: *Christi discipuli* (οἱ παρ' αὐτοῦ) qui una cum ipso, cibo sese refecturi domum redierant, (ἔρχονται εἰς τὸν οἶκον v. 20.) cum audissent, populum tanto agmine confluxisse, egressi sunt, *ut turbam* (ὄχλον) ad domum proruentem, immodestius sese gerentem, licentiusque tumultuantem *detinerent* (κρατῆσαι αὐτὸν) et ad quietem componerent, dicebant enim: *mente motus est populus.* Quam dura atque coacta hæc interpretatio sit, qua αὐτὸν refertur ad ὄχλον v. 20. et ad ἐξέστη subintelligitur ὄχλος, non est quod copiose doceamus. Ex aliorum sententia *discipuli, quo compescerent populum furentem, dixerunt, Jesum discessisse, egressum esse e domo.* At enimvero ita quoque αὐτὸν refertur ad remotius vocabulum ὄχλος, præterea de tumultu et furore populi nihil h. l. legitur, et verbum ἐξίστασθαι in abeundi ac discedendi notione, cum significat ὑποχωρεῖν, semper fere adjunctum sibi habet genitivum, quo indicetur locus vel res, unde aliquis cessisse intelligatur, ut Xen. Mem. 1. 5. 14. ἐκέλευσε ἐκ τοῦ μέσου ἐξίστασθαι. Sympos. iv. 31. ἤδη ἐξίστανται οἱ πλούσιοι· exempla plura alia hanc in rem collegit *Lœsnerus* ad h. l. Rursus alii rem sibi hunc in modum explanarunt: cum audissent *Jesu propinqui*, eum insolita docere, discipulos colligere, veriti, tanquam ἄπιστοι, v. Joh. vii. 5. Herodem et Pharisæos, ipsosque adeo Romanos, si quis hac occasione tumultus oriretur, venerunt (ἐξῆλθον pro ἦλθον) Capernaumum, ut *Jesum*, tanquam hominem *mente captum* abducerent, et domi se continere cogerent. Neque tamen hæc interpretatio, cujus defensores plura sumunt, non probant, simplicitate et intelligendi facilitate sese commendat. Parum probabile est matrem et fratres Jesu credidisse, eum mente captum esse. Participium ἀκούσαντες necessario referendum est ad ea quæ v. 20. præcesserunt: audiverant magnam multitudinem confluxisse, ut ne cibi quidem capiendi tempus Jesu superesset, et verbum ἐξῆλθον referri debet ad οἶκον. Quid mihi de hoc loco videatur, jam supra ad v. 20. ostendi; restat, ut ibi notata accuratius comprobentur. Per τοὺς παρ' αὐτοῦ intelligendos esse *Christi cognatos*, satis perspicue docet v. 31. ubi Marcus eo revertitur unde declinaverat, id quod declarat particula οὖν, quæ epanalepsi inservit, sed v. 31. legitur: ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· verbum autem simplex ἔρχονται positum est pro ἐξέρχονται, coll. v. 21. i. e. *exierant*, nam verba simplicia centies vim verborum compositorum obtinent. vid. *Fischerus* Animadvv. ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 64 sq. Exierant (v. 21.) Christi cognati κρατῆσαι αὐτὸν np. φαγεῖν τὸν ἄρτον, coll. v. 20. *ut eum prehenderent et abducerent*, (hæc enim notio h. l. etiam verbo κρατῆσαι inest) quo posset

οἱ Γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες, ἔλεγον·
Ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει, καὶ, ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαι-
23 μονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. Καὶ προσκαλεσάμενος αὐ-
τοὺς, ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς δύναται σατανᾶς
24 σατανᾶν ἐκβάλλειν; Καὶ ἐὰν βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ,
25 οὐ δύναται σταθῆναι ἡ βασιλεία ἐκείνη. Καὶ ἐὰν οἰκία
ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη·
26 Καὶ εἰ ὁ σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, οὐ
27 δύναται σταθῆναι, ἀλλὰ τέλος ἔχει. Οὐ δύναται οὐδεὶς
τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρ-
πάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ· καὶ τότε τὴν
28 οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πάντα
ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ
29 βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν· Ὃς δ' ἂν βλασ-
φημήσῃ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν
30 αἰῶνα, ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. Ὅτι ἔλεγον·
πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει.

27. ∾ οὐδεὶς δύναται. 28. ↑ αἱ.

cibo se reficere; ut vero populum ab eo removerent, dicebant (ἔλεγον np. τῷ ὄχλῳ i. e. proxime adstantibus): *maxime defatigatus est*, vel *deliquium patitur*, i. pati vult, patietur. Nam ut præsens sæpe ponitur pro futuro, (Hist. Susan. v. 43. καὶ ἰδοὺ ἀποθνήσκω μὴ ποιήσασα μηδὲν, *ego moriar, quæ nihil mali feci*, add. Matth. xxvi. 28.) ita et aoristus eodem modo adhiberi solet. v. Joh. xv. 6. *Glassii* Philol. S. p. 306. *Fischeri* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 19. 54. Cæterum in cod. D. et vers. Itala v. 21. legitur: καὶ ὅτι ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποὶ ex interpretamento. Retulit nimirum grammaticus, ut monuit *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. P. 2. p. 6. ἔλεγον ad τοὺς παρ' αὐτοῦ, et cum id quod ἔλεγον οἱ παρ' αὐτοῦ, scilicet ὅτι ἐξέστη, hostili animo prolatum esse putaret, collegit inde, τοὺς παρ' αὐτοῦ fuisse inimicos Jesu, nimirum (coll. v. 22.) τοὺς γραμματεῖς καὶ τοὺς λοιποὺς, qui Jesum voluerint κρατῆσαι, prehendere et captivum detinere. vid. et *Millius* ad h. l.

(22. 23.) *Sed* (καὶ) *legisperiti Hierosolymis profecti* (vid. ad Matth. xv. 1.) *dicebant: est a Beelzebule captus*, i. *mente captus furit*, id. qd. δαιμόνιον ἔχει John. vii. 20. x. 20. Βεελζεβοὺλ] vid. ad Matth. x. 25. — (23.) *Quare* (καὶ Hebr. עַל־כֵּן Ies. v. 25. Jer. xliv. 23. ubi Alex. habent καί·) *Jesus allocutus est eos, ita, ut uteretur collationibus his* etc. προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, v. Matth. xv. 10. παραβολαῖς, vid. Matth. xiii. 3. Cæt. conf. etiam not. ad Matth. ix. 34. xii. 24 sqq.

(26. 27.) καὶ εἰ] *sic si*: καὶ id. qd. οὕτως, etiam Hebr. ו poni solet pro כֵּן Prov. xxv. 25. xxvi. 9. xxvii. 15. v. *Noldius* Concordd. Particc. et *Schleusnerus* s. v. καί. οὐ δύναται — ἔχει] regnum ejus *consistere nequit, ad nihilum recidit*, est enim, ut omnis orationis series docet, subintelligendum ἡ βασιλεία αὐτοῦ, coll. Matth. xii. 26. — (27.) καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει] *nam tunc demum domum ipsius spoliare poterit*; διαρπάσει in nonnullis libris a librariis mutatum est in διαρπάσῃ, quoniam præcessit δήσῃ.

(29.) Vid. Matth. xii. 31 sq. ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως] *æternis pœnis obnoxius erit*. Pro κρίσεως in aliis libris extat ἁμαρτήματος, in aliis ἁμαρτίας, in aliis κολάσεως. Vera lectio est ἁμαρτήματος, ut recte judicarunt *Grotius* atque *Griesbachius*. Tuentur enim eam optimæ notæ codd. est difficilior lectio, et facile demonstrari potest, quomodo reliquæ ex ea ortæ sint. Nempe ἁμάρτημα in versione Alexandrina respondet Hebræorum vocabulis חטאת et עון, quæ non tantum *peccatum* indicant, ut חטאת Gen. xxxi. 36. עון Ex. xxviii. 38. sed etiam *peccati pœnam*, ut חטאת legitur Zach. xiv. 19. עון Ps. xl. 13. quo posteriori loco LXX habent ἀνομία· de peccati pœna, ἁμαρτία quoque occurrit. v. not. ad Matth. ix. 2. Recte igitur de peccatore, qui οὐκ ἔχει ἄφεσιν εἰς τὸν

Ἔρχονται 'οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ· καὶ ἔξω 31
ἑστῶτες ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτόν. Καὶ 32
ἐκάθητο ὄχλος περὶ αὐτόν· εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ
σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου 'ἔξω ζητοῦσί σε. Καὶ ἀπεκρίθη 33
αὐτοῖς, λέγων· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, ἢ οἱ ἀδελφοί μου;
Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους, 34
λέγει· Ἴδε ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου. Ὃς γὰρ ἂν 35
ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφή
μου, καὶ μήτηρ ἐστί.

## ΚΕΦ. δʹ.

ΚΑΙ πάλιν ἤρξατο διδάσκειν παρὰ τὴν θάλασσαν· καὶ
συνήχθη πρὸς αὐτὸν ὄχλος πολὺς, ὥστε αὐτὸν ἐμβάντα εἰς
τὸ πλοῖον, καθῆσθαι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος πρὸς
τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν. Καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν 2
παραβολαῖς πολλὰ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ·
Ἀκούετε· Ἰδοὺ, ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι. Καὶ ἐγένετο 3
ἐν τῷ σπείρειν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἦλθε τὰ

31. ∾ οὖν ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ· καί. 32. ↑ καὶ αἱ ἀδελφαί σου.

αἰῶνα, dici poterat ἔνοχον αὐτὸν εἶναι αἰωνίου ἁμαρτήματος i. suppliciis æternis obnoxium. Hoc autem ipsum nomen ἁμάρτημα grammatici interpretati sunt vocabulis κρίσις et κόλασις, quæ interpretamenta librarii male seduli in textum receperunt, alii vero festinantes loco vocabuli rarius occurrentis ἁμάρτημα scripserunt ἁμαρτία.

(30.) ὅτι ἔλεγον· πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει] sunt verba Evangelistæ, quibus accuratius ostendere voluit, quosnam spectaverit Christi comminatio, quæ v. 28, 29. legitur. Breviter autem atque concise Marcus scripsit. Sensus est: hæc Christus propterea elocutus est, quoniam legisperiti dixerunt, eum captum esse a genio malo.

(31.) *Exierant igitur mater ejus fratresque, et foris stantes, mittebant ad eum nuntios, qui arcesserent.* ἔξω] extra domum, coll. v. 21. vid. Matth. xii. 46. Pro οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ plures libri legunt ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, videtur tamen e superstitione quadam ordo verborum mutatus esse ab iis, qui putarent, honoris caussa matris nomen primo loco esse ponendum, præsertim cum et Matth. xii. 46. atque Luc. viii. 19. matris nomen præpositum viderent Christi ἀδελφοῖς.

(32.) καὶ οἱ ἀδελφοί σου] in multis libris additum legitur καὶ αἱ ἀδελφαί σου, atque hæc plenior lectio speciosis argumentis potest defendi, vid. *Griesbachius* l. c. p. 7. vulgarem tamen et breviorem lectionem tuentur (utor verbis *Griesbachii*): 1) omnes codd. et verss. Alexandrinam textus recensionem sequentes, ut BCL. Copt. Arm. Æth. Philox. in textu; 2) Syrus interpres cum sequacibus suis Arabe et Persa; 3) magna pars codd. constantinopolitanam recensionem exhibentium, Evangelistaria et Vulgata versio Latina; 4) occidentalis recensio, quæ defendit additamentum illud, nulla pæne auctoritate pollet, sicubi contra aliorum testium vetustorum et gravium (ut h. l. Alexandrinorum) unanimem consensum *pleniori* lectioni favet; 5) verba καὶ αἱ ἀδελφαί σου vel e comm. 35. ubi discipulas suas honorifice sorores appellat, vel e Marci vi. 3. et Matth. xiii. 56. unde Jesum omnino ἀδελφὰς habuisse constat, irrepere facile potuerunt; 6) αἱ ἀδελφαὶ in historia evangelica nunquam alias in Jesu aut matris comitatu comparent. ζητοῦσί σε] *te volunt, tecum colloqui cupiunt.* Matth. xii. 47. addit σοι λαλῆσαι.

## CAP. IV.

(1. 2.) Vid. Matth. xiii. 1 sqq. πάλιν] *rursus*, eodem die, vesperi. v. *Paulus Krit. Komment.* Th. ii. p. 10. ἤρξατο διδάσκειν] pro ἐδίδαξε, v. Matth. iv. 17. ὥστε—ἐν τῇ θαλάσσῃ] *ut navigium ingressus, considere deberet in mari.* Significatur his verbis Jesum in navicula nonnihil a ripa abducta, et in mari constituta consedisse, quo prius ac facilius adstans populi multitudo eum videre et audire posset.—(2.) ἐν τῇ διδαχῇ] pro ἐν τῷ

5 πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτό. Ἄλλο δὲ ἔπεσεν
ἐπὶ τὸ πετρῶδες, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν· καὶ εὐθέως
6 ἐξανέτειλε, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς· Ἡλίου δὲ ἀνατεί-
λαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη.
7 Καὶ ἄλλο ἔπεσεν εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι,
8 καὶ συνέπνιξαν αὐτὸ, καὶ καρπὸν οὐκ ἔδωκε. Καὶ ἄλλο
ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα
καὶ αὐξάνοντα· καὶ ἔφερεν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα,
9 καὶ ἓν ἑκατόν. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν,
10 ἀκουέτω. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ
11 περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα τὴν παραβολήν. Καὶ ἔλεγεν
αὐτοῖς· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὸ μυστήριον τῆς βασιλείας
τοῦ Θεοῦ· ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω, ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα
12 γίνεται· Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι· καὶ ἀκού-
οντες ἀκούωσι, καὶ μὴ συνιῶσι· μήποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ

4. † τοῦ οὐρανοῦ. 9. † αὐτοῖς.

διδάσκειν, *inter docendum.* Sententia hæc est: multa eos docebat illo die, ita, ut uteretur similitudinibus, inter alia dicebat hæc etc.

(10.) Vid. Matth. xiii. 10. ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας] *cum seorsim esset.* Phavorinus; καταμόνας, κεχωρισμένως. Etym. M. καταμόνας· ἐπίῤῥημα—γίνεται δὲ ἐκ τῆς κατὰ προθέσεως, καὶ τοῦ μόνος, τοῦτο τὸ μὴ εἶναι μετὰ ἑτέρου· in vers. Alex. respondet Hebr. לְבָדָד Mich. vii. 14. לְבָד Judd. vii. 5. occurrit quoque Luc. ix. 18. 2 Macc. xv. 39. Thucyd. i. 37. ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι· vid. *Wetstenius* ad h. l. οἱ περὶ αὐτὸν, *comites*, i. discipuli, qui præter duodecim Apostolos diserte h. l. memoratos Christum sectari solebant. οἱ περί τινα Græcis dicuntur *comites, socii, discipuli,* Isocrat. Evag. c. 6. οἱ περὶ τὸν τύραννον, *satellites, custodes corporis tyranni.* Jamblich. V. Pythag. 17. οἱ περὶ τὸν ἄνδρα, *discipuli Pythagoræ.* add. Luc. xxii. 49. Imitati sunt hunc usum loquendi etiam scriptores Latini. v. *Broukhusius* ad Tibull. i. 3. 87. *Drakenb.* ad Liv. xxi. 49. 7. cf. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. iii. P. 2. p. 220.

(11.) Locus parallelus Matth. xiii. 11 ss. ubi v. notata. ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω] *illis qui ad societatem meam non pertinent,* qui non sunt interioris admissionis discipuli; intelliguntur Judæi reliqui, auditores Christi ad tempus, qui h. l. opponuntur Apostolis, cæterisque Christi discipulis. Notant interpretes, veteres philosophos simile discrimen observasse, distinxisse disciplinam suam in esotericam et exotericam; laudant hanc in rem verba Gellii N. A. xx. 4. *hinc disciplinæ quam diri* ἀκροαματικὴν, *tempus exercendæ dabat (Aristoteles) in Lyceo matutinum, nec ad eam quemquam temere admittebat, nisi quorum antea ingenium et eruditionis elementa atque in discendo studium, laboremque explorasset. Illas vero* ἐξωτερικὰς *auditiones* (ἀκροάσεις) *eodem loco vesperi faciebat, easque vulgo juvenibus sine delectu dabat—utroque tempore ambulans* (περιπατῶν)—*libros quoque suos, earum rerum omnium commentarios, seorsum divisit, ut alii* ἐξωτερικοὶ *dicerentur, partim* ἀκροατικοὶ etc. h. l. autem non discipuli opponuntur discipulis, sed discipuli plebi. vid. ad Matth. xiii. 11. γνῶναι plures libri omittunt, irrepsit fortassis e Matth. et Luc. locis parallelis, sensus idem manet.—ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται] np. μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, illæ doctrinæ de regno Messiano arcanæ proponuntur per parabolas, omissa explicatione, ergo obscure, sub involucris. Sic fere ap. Eurip. Rhes. 754. sibi invicem opponuntur ἐν αἰνίγμασι et σαφῶς.

(12.) In pauca verba contractus affertur locus Iesaiæ vi. 9, 10. quem Matth. xiii. 14 sqq. integrum attulit. ἵνα positum est pro ὅτι, *nam, quia,* coll. Matth. xiii. 13. 2 Macc. vi. 24. ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες· add. Luc. viii. 10. Sap. xiii. 9. v. et *Glassii* Phil. S. p. 544. Sensus est: reliquis per parabolas traduntur illæ doctrinæ, τὰ μυστήρια. quoniam sunt stupidiores et negligentiores, vobis vero, quibuscum familiaritatem contraxi, illas de natura regni Dei doctrinas sine parabolarum integumentis tradere possum. μήποτε] *ut adeo non.* καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα] *iisque peccatorum venia contingat.* Pro ἁμαρτήματα in aliis libris le-

ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ 13
οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς παρα-
βολὰς γνώσεσθε; Ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει. Οὗτοι δέ 15
εἰσιν οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου σπείρεται ὁ λόγος· καὶ ὅταν
ἀκούσωσιν, εὐθέως ἔρχεται ὁ σατανᾶς, καὶ αἴρει τὸν λόγον
τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Καὶ οὗτοί εἰσιν 16
ὁμοίως οἱ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπειρόμενοι, οἳ, ὅταν ἀκούσωσι τὸν
λόγον, εὐθέως μετὰ χαρᾶς λαμβάνουσιν αὐτόν· Καὶ οὐκ 17
ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ πρόσκαιροί εἰσιν· εἶτα γενο-
μένης θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθέως σκανδαλί-
ζονται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, 18
οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες· Καὶ αἱ μέριμναι τοῦ 19

18. † οὗτοί εἰσιν.

gitur παραπτώματα, qui dissensus, ut præclare monuit *Griesbachius* l.c. p. 8., aperte additamentum prodit, desumptum ex locis similibus. "Respuit hoc additamentum recensio Alexandrina (in BCL. Copt. Arm. et ap. Origenem), cujus auctoritatem elevare non potest occidentalis recensio, utpote supposititiis additamentis abundans, imo e cod. 1. et antiquissimo Latino Veronensi suspicari licet, ne occidentales quidem istud τὰ ἁμαρτήματα semper et ubique agnovisse." *Griesb.* Verbum ἀφιέναι respondet Hebr. סלח et Chald. atque Syrorum שְׁבַק quæ verba, non minus quam ἀφιέναι etiam nude et simpliciter ita ponuntur, ut significent *peccata remittere*, ut Luc. xxiii. 34. Levit. iv. 20. Num. xiv. 20. Ps. xxv. 18. xxx. 6. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. In textu Hebraico Ies. l. c. legitur וְרָפָא לו quod Matth. xiii. 15. Joh. xii. 40. exprimitur καὶ ἰάσωμαι αὐτοὺς, *et eos sanabo*. Morbos enim, graviores inprimis, peccati pœnam dicebant ex existimabant Hebræi. v. Matth. ix. 2. Joh. v. 14. *Nedarim* fol. 41. 1. *Nullus ægrotus a morbo sanatur, donec ipsi omnia peccata remissa sunt.* Hinc ab Hebræis verbum רפא *sanare*, ad animum transfertur, ita ut significet *delicta condonare*, v. Dav. Kimchius ad Ies. vi. 10. hinc ἴασις *peccatorum remissio*, Sir. xxviii. 3. et versio Itala Jac. v. 16. ὅπως ἰαθῆτε reddit, *et remittatur vobis*.

(13.) πάσας τὰς παραβολὰς] similitudines reliquas, hactenus traditas. v. not. ad Matth. xiii. 1, 10.

(14. 15.) ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει] sator ille, cujus in parabola mentionem feci, significat eum, qui doctrinam de regno Dei, doctrinam christianam tradit. v. Matth. xiii. 19.—(16.) οὗτοι δέ εἰσιν κ. τ. λ.] *hi sunt ad viam consiti* (subintell. σπειρόμενοι, coll. v. 16, 18.) *in quibus seminatur doctrina, sed cum eam acceperunt, confestim Satanas ex animis eorum doctrinæ semina eripit.* ὅπου, *ubi* i. in quibus, in quorum animis, ut Syrus interpres cepit; hinc in quibusdam codd. legitur οἷς, e glossemate. Etiam Latini, *ubi* ponere solent de personis, pro *in quo, apud quem*. Cic. Quint. 9. *neque nobis adhuc præter te quisquam fuit, ubi* (i. apud quos) *nostrum jus contra illos obtineremus.* v. et *Cortius* ad Sallust. Cat. xx. 8. Jug. xiv. 22. Pro ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν alii libri habent ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, alii εἰς αὐτοὺς, alii ἐν αὐτοῖς· genuina præ reliquis: saltem vetustior lectio *Griesbachio* videtur ἐν αὐτοῖς, quam Alexandrini antiquissimi tuentur; ἐν ταῖς καρδίαις e Matthæo, ἀπὸ τῆς καρδίας e Luca irrepsisse putat.

(18.) Magna etiam h. l. deprehenditur in libris antiquis scripturæ diversitas. Etenim alii prius οὗτοί εἰσιν omittunt, alii posterius. Codd. præstantissimi, Alexandrinæ et Occidentalis recensionis BDL. cum Copto et Latino loco prioris οὗτοί εἰσιν legunt: ἄλλοί εἰσιν, et alterum οὗτοί εἰσιν retinent. Etiam codicem C. in quo emendator posterius καὶ οὗτοι eraserit, primitus procul dubio cum cognatis suis B et L conspirasse, suspicatur *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 3. p. 4. qui idem V. D. in edit. N.T. novissima, quæ ap. Gœschenium prodiit, textum ita exhibuit: καὶ ἄλλοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι· οὗτοί εἰσιν κ. τ. λ. Recte. Nititur enim hæc lectio præstantissimorum codd. consensu, et ea admissa facile potest ostendi reliquarum lectionum origo. Nempe pro ἄλλοί εἰσι librarii e locis proxime præcedentibus repetierunt initio versus οὗτοί εἰσι, jam vero duplex enatum inde οὗτοί εἰσιν, cum offenderet aures lectorum scribarumque, nonnulli prius, plerique autem posterius οὗτοί εἰσιν expungendum esse putarunt. Vid. *Griesbachius* l. c.

αἰῶνος 'τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, καὶ αἱ περὶ τὰ
λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ
20 ἄκαρπος γίνεται· Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν
σπαρέντες, οἵτινες ἀκούουσι τὸν λόγον, καὶ παραδέχονται·
καὶ καρποφοροῦσιν, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν
21 ἑκατόν. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται, ἵνα
ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην; οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν
22 λυχνίαν ἐπιτεθῇ; Οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανε-
23 ρωθῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Εἴ
24 τις ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Βλέ-
πετε τί ἀκούετε. Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν,

19. † τούτου.

(19. 20.) *αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι*] positum est pro *τῶν λοιπῶν·* sæpius enim *περὶ* inservit periphrasi. vid. *Münthius* Obss. e Diod. Sic. ad h. l. *Fischerus* ad Weller. Vol. iii. P. 2. p. 220. Philo 2 Alleg. p. 104. B. *τὰ εἰκότα καὶ πιθανὰ οὐκ ἔχει περὶ ἀληθείας ἐπιστήμην*, *verisimilia probabiliaque non habent veritatis scientiam.* Intelliguntur autem h. l. voluptates corporis, *ἡδοναὶ τοῦ βίου*, Luc. viii. 14. — (20.) *ἓν τριάκοντα κ. τ. λ.*] *ἓν* referri debet ad *σπέρμα* l. *σπαρὲν* l. *σπειρόμενον·* granum seminis boni, quorum unum triginta protruserit in hoc, in alio sexaginta, in alio centum. Pro *ἓν* h. l. ut v. 8. in aliis libris extat *ἐν*, quæ præpositio haberet h. l. vim præpositionis *ἀνά·* fortassis *ἐν* v. 8. vera lectio est, sed h. l. lectio durior *ἓν* præferenda videtur. Reditur autem, ut observavit ad h. l. *Grotius*, in explicatione parabolæ, per figuram ad id, quod in comparatione erat positum, quia in hoc docendi genere res tota inspicitur, non particulæ singulæ.

(21.) Vid. in Commentar. in Matth. c. v. 14, 15. (Luc. viii. 16.) add. not. ad Matth. v. 15. x. 26. *Dicebat porro discipulis suis: num affertur lucerna, ut ea sub modio aut lecto collocetur? nonne propterea, ut candelabro imponatur?* Sententia, quæ sub hac similitudine latet, hæc est: vos lucem veritatis in animis vestris accensam (v. 11. Matth. xiii. 10.) non opprimere, sed diffundere undique ad illustrandas aliorum mentes debetis, doctrinam a me vobis traditam publice profiteri, eaque illustrare alios debetis. *ὁ λύχνος ἔρχεται*] grammatici verbum *ἔρχεται* in margg. codd. explicuerunt verbis *καίεται* e Matth. v. 15. et *ἅπτεται·* hæc glossemata librarii, quos offenderet formula *λύχνος ἔρχεται*, in textum receperunt. Sed verbum *ἔρχεσθαι* a scriptoribus barbaris sæpius usurpari pro *afferri*, et verba neutra pro passivis poni, exemplis pluribus demonstrarunt *Kypkius*, *Raphel.* Obss. Herodo. *Palairetus.* ad h. l. Sic Liban. ep. 358. *ἡ δὲ (ἐπιστολὴ) ἔρχεται*, *ea autem epistola affertur.* Demosth. ep. 6. *ἦλθεν ἐπιστολὴ παρ' Ἀντιφίλου·* Xen. Mem. iv. 8. 17. *ξένια παρ' ἐκείνων ἦλθε πλείονα*; *afferebantur*, v. *Sturzii* Lex Xenoph. v. *ἔρχομαι·* Cic. ep. ad Div. xi. 24. 3. *dum tibi literæ meæ veniant.* Martial. iii. 50. ubi de libris loquitur: *Alter perlegitur, dum fercula prima morantur, Tertius est; nec adhuc mensa secunda venit.* *μόδιον*, vid. ad Matth. v. 15. Per *κλίνην* non *lectus cubicularis*, in quo ægroti et dormientes decumbunt, sed *lectus triclinaris*, in quo comedentes ad mensam accumbere (*ἀνακλίνεσθαι*) solebant, intelligi debet, ut vii. 4. Luc. xvii. 34. Theophr. Char. xxii. 4. Julian. Cæs. p. 2. ed. Heusing. Pro *ἐπιτεθῇ* in nonnull. codd. legitur *τεθῇ*, quæ scriptura haud dubie librariis suam originem debet, cum præcesserit *τεθῇ·* et sæpius librarios verba composita mutasse in simplicia, affatim ostendit *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 551. sq.

(22.) *Οὐ γὰρ κ. τ. λ.*] proverbialis locutio, qua etiam alias Jesus usus est, cujus sensum indicavimus ad Matth. x. 26. *οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον—ἔλθῃ*] *nil est* (*ἐγένετο* id. qd. *ἐστὶ*, et repetendum est *τι*) *occultum, nisi ut tandem in lucem prodeat* i. quod absconditum est, in lucem prodibit. *ἀλλὰ*] præcedente negatione, est id. qd. *εἰ μὴ*, *nisi*, et respondet particulæ Syr. אלא, quam Marcus h. l. expressit, qua eo sensu etiam usus est Syrus interpres infra ix. 8. ubi in textu legitur *εἰ μή·* vid. et not. ad Matth. xx. 23. *ἀπόκρυφον*] dicitur *id quod abditum, absconditum, arcanum est.* Herodot. ii. 35. *τὰ μὲν αἰσχρὰ, ἀναγκαῖα δὲ ἐν ἀποκρύφῳ ἐστὶ ποιεῖν χρεών.* Callim. fragm. 232. *γράμματα δ' οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα.*

(23.) *ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω*] *qui habet animum ad hæc percipienda idoneum, percipiat!* hæc mea dicta (v. 21, 22.) perpendite. v. Matth. xi. 15.

καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν. Ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθή- 25
σεται αὐτῷ· καὶ ὃς οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.
Καὶ ἔλεγεν· Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος 26
βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς, Καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται 27

24. † καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν.

(24.) *Porro iis dicebat: considerate, quid audiatis. Qua mensura vos metimini, eadem vobis rependetur.* Idem proverbium, alio tamen sensu adhibitum, extat Matth. vii. 2. Sermo est h. l. de Christi discipulis, et de doctrinæ christianæ cognitione, atque sensus proverbii h. l. est: quo attentiores eritis in audiendo, eo majores progressus in cognitione doctrinæ meæ indies facietis. Bene *Reichardus* in vers. N. T. Latina, verba nostra expressit: *quam enim (in attendendo veluti) mensuram adhibueritis, eadem (in cognoscendo) vobis continget; et Schottus: qua mensura* vos *(in attendendo) metimini, eadem vobis rependetur (in cognoscendo).* καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν] *et adjicietur vobis audientibus*, i. nova augmenta cognitionis concedentur attente doctrinam meam audientibus. Sed hæc ipsa verba, quæ tautologiam pariunt, procul dubio sunt a grammaticis profecta, ut lectionis varietas et inconstantia satis aperte docet. Desunt enim in libris pluribus, in aliis posita reperiuntur post ἀκούετε, et iterum, omisso tamen τοῖς ἀκούουσιν, post μετρηθήσεται ὑμῖν· nonnulli etiam pro τοῖς ἀκούουσιν habent πιστεύουσιν in cod. D. προστεθήσεται legitur loco vocis δοθήσεται, in commate autem 24. nihil mutatum aut adjectum est. Scilicet grammatici, verbis μετρηθήσεται ὑμῖν adscribebant τοῖς ἀκούουσι quo significarent, tritum illud proverbium ἐν ᾧ μέτρῳ κ. τ. λ. alio sensu h. l. capiendum esse quam Matth. vii. 2. et δοθήσεται explicabant verbo προστεθήσεται. vid. *Griesbachius* l. c. p. 4 sq.

(25.) Vid. Matth. xiii. 12. qui rectius singulas orationis Christi partes collocasse videtur. Sensus est: qui cognitionem religionis meæ, quam adeptus est, augere studet, dum attente me docentem audire pergit, mea dicta diligenter et accurate perpendit, is magis magisque in cognitione veri proficiet; qui mea dicta non sedulo nec satis attente audit, paucula illa, quæ didicit, rursus obliviscetur, minuetur ejus etiam exigua illa scientia.

(26.) Parabolas, quæ inde a v. 26. leguntur, proposuit Jesus populo, coll. Matth. xiii. 31. vid. et infra v. 33, 34. nam αὐτοῖς v. 34. refertur ad eos, quibus parabolas tradebat, qui distinguuntur ab μαθηταῖς, quibus Jesus parabolas explicabat; et αὐτοῖς, quod v. 21. et 24. verbo ἔλεγεν additum legitur, ac sine ulla controversia ad discipulos est referendum, v. 26. et 30. non additum est, sed simpliciter legitur καὶ ἔλεγε. An vero has parabolas, quæ v. 26 sqq. afferuntur, eodem tempore ac loco, quo anteriora, Jesus dixerit, certo definiri nequit, parum autem probabile est. Annexæ sunt a Marco superioribus sine arctiori vinculo, verbis tantum καὶ ἔλεγε· annexæ sunt, (postquam v. 10. notatum erat, populum discessisse,) quoniam cum argumento parabolarum et sententiarum proxime antecedentium consentiebant; cf. et not. ad Matth. xiii. 1. Sensus autem similitudinis v. 26. propositæ hic est: Regnum Messianum s. doctrina christiana ejusque propagatio (ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ) comparari potest cum homine semen mittente in humum, sicut hic, postquam semen credidit terræ, reliqua Deo permittit, quo juvante, semen in altum surgit, et ad maturitatem pervenit, ut læta messis sequatur; ita et ego, postquam religionis meæ semina jeci, reliqua patri committo (ὁ Θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν Phil. ii. 13.); homines doctrinam meam accipiunt, ea vim suam in animis illorum exserit, admittunt eam et probant, et quamquam exiguus adhuc est numerus sectatorum doctrinæ divinæ, tamen successu temporis crescet et mirum in modum augebitur, innumera hominum multitudo doctrinam meam amplectetur. Ulterius comparatio extendi non debet, neque omnia ac singula ad latum unguem sunt resecanda, cum raro parabola rei comparatæ omni ex parte conveniat, ut jam Eustathius monuit ad Hom. Il. β'. v. 87. p. 177. Rom. ὀλιγάκις παραβολὴ δι' ὅλου ἐφαρμόττει τῷ πράγματι.—Alii cum hac nostra parabola componentes eam, quæ Matth. xiii. 24 sqq. 40. extat, quæ tamen a nostra plane diversa est, sensum ita constituunt: sicut agricola, facta semente, cætera Deo permittit, securus diem et noctem transigit, et alia negotia tractat, ita et ego, postquam doctrinæ semina jeci, et opus meum his in terris peregi, redibo ad patrem, et ubi tempore judicii extremi revenero, pietatis studiosos veluti probum frumentum, in æternæ quietis se cœlestium gaudiorum horrea recondam. Interpretatio satis pia, neque tamen vera.

(27.) καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν] *nocturno tempore dormit, et matutino surgit.* νύκτα (intell. κατὰ) referri debet ad καθεύδῃ, ut ἡμέραν (quod positum est pro καθ' ἡμέραν) ad verbum ἐγείρηται· videntur autem hæc verba redolere proverbium, usur-

νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ, καὶ μηκύνηται, ὡς
28 οὐκ οἶδεν αὐτός. Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ, πρῶτον
29 χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. Ὅταν
δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι
30 παρέστηκεν ὁ θερισμός. Καὶ ἔλεγε· Τίνι ὁμοιώσωμεν τὴν

patum de eo, qui securus dies noctesve transigit, qui secure vivit, qui res suas Deo committit, nec inanibus curis animum lacerat. Eodem sensu hæc locutio adhibita legitur Ps. iii. 6. אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה הֱקִיצוֹתִי, securus *cubitum eo, dormio, evigilo, nam Deus me sustentat*. Male igitur *Erasmus*, alii, καθεύδῃ et ἐγείρηται ad semen retulerunt, de quo hæc verba nuspiam occurrunt, cui interpretationi neque favet particula καὶ ante ὁ σπόρος, scribendum potius tunc fuisset καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρ. νύκτα καὶ ἡμέραν ὁ σπόρος, καὶ βλαστάνει. καὶ ὁ σπόρος — οἶδεν αὐτὸς] *seges progerminat, et crescit, ipso nesciente*, quomodo nimirum id fiat, absque ulla ipsius opera. ὡς, *cum*, ut Luc. iv. 25. add. Æschin. Dial. iii. 1. et Latine per participium reddendum est, *ipso nesciente, non animadvertente*. v. *Ludov. de Dieu* Crit. sacr. p. 400.

(28.) αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ] *sua sponte enim terra profert*. αὐτομάτη h. l. vim adverbii αὐτομάτως obtinet: αὐτόματος autem omnino dicitur is, *qui sponte aliquid facit, nullo alio interveniente*, et adhibetur de rebus atque personis. Hesychius: αὐτομάτη· ἑκουσία. Xen. Cyr. i. 4. 13. οἰκέτης ἦν αὐτόματος πάλιν ἐπῆλθη, *sua sponte, non retractus e fuga*; nominatim autem hoc vocabulum usurpatur *de terra, quæ sponte fruges profert*, et *de eo, quod sponte a terra nascitur, nec humanæ curæ atque industriæ debetur*. Æl. H. V. 3. 1. οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργα, ἀλλὰ φύσεως αὐτόματα. Apollon. Rhod. i. 1143. αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης. Hesiod. Ἔργ. 117. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Exempla alia plura collegerunt *Raphelius, Kypkius, Münthius, Læsnerus* et *Wetstenius* ad Act. xii. 10. Verbum καρποφορεῖ in hac orationis serie idem valet quod simplex φέρει, *profert*, ut ap. Diod. Sic. p. 137. ed. Rhod. ἄμπελος ἔκ τε γῆς καὶ ὄμβρου λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν καρποφορεῖ τὸν ἐκ τοῦ βότρυος ἀποθλιβόμενον οἶνον· ubi eadem catachresis in verbo, quæ h. l. πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν] *primum herbam, deinde spicas*. χόρτος, de quo vocabulo vid. not. ad Matth. vi. 30. dicitur h. l. *quod primum enascitur, herba*, unde Latinorum proverbium *messis in herba est*. Ovid. Heroidd. xvii. 263. *Sed tu nimium properas, et adhuc tua messis in herba est*, ubi v. *Heinsius*. εἶτα — στάχυϊ] *denique grana justæ magnitudinis in spica*. πλήρης σῖτος est *frumentum plenum, perfectum, granum justæ magnitudinis*, quod ita excrevit, ut totam folliculi, quo continetur, cavitatem expleat. Eodem sensu Alexandrini Gen. xli. 7. usi sunt voce σταχύας πλήρεις, et Hebræis מָלֵא, atque Syris ܡܫܠܡ non tantum est *plenum, impletum*, sed etiam *completum, perfectum*. Philo, qui de Opif. p. 8. D. καρπὸν τέλειον dicit, de Plant. N. p. 215. B. opponit πληρὲς κενὸν, conjungit autem p. 231. C. ἄρτιον, καὶ ὁλόκληρον καὶ πλήρη· v. *Læsnerus* et *Kypkius* ad h. l. Cic. Cat. Maj. c. 15. *Me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat, quæ cum gremio mollito ac subacto semen sparsum excepit, primum id occæcatum cohibet, ex quo occasio (quæ hoc efficit) nominata est: deinde tepefactum vapore et congressu suo diffundit, et elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quasi pubescens, includitur; e quibus cum emerserit, fundit frugem spici, ordine structam, et contra avium morsus munitur vallo aristarum.*

(29.) ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς] *quando autem fructus sese tradiderint* np. metendi i. cum seges maturuerit. καρπὸς id. qd. v. 28. πλήρης σῖτος. Ad παραδῷ subintelligi debet ἑαυτόν. v. *Wolfius* in Curis et *Heupelius* ad h. l. In archetypo extitisse videtur verbum שָׁלַם, quod in lingua Syr. Chald. Arab. non tantum notat *absolvi, finiri, compleri*, sed etiam *tradere*, v. *Buxtorfii* Lex. Chald. v. שלם et *Boysen Beyträge zu einem richtigen System d. hebr. Philologie*, Th. iii. p. 521. atque ab interpretibus Alexandrinis Jos. xi. 19. Ies. xxxviii. 12. verbo παραδίδωμι exprimitur. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον] *statim ille messores cum falcibus emittit, quoniam messis adest*. ἀποστέλλει nempe ὁ ἄνθρωπος, *agricola*, de quo v. 26. sermo erat. δρέπανον, *falx messoria*, per metonymiam *ipsos messores* indicat, qui falcibus metunt, ut Joel. iii. 13. Apoc. xiv. 14, 15. Ut autem *messis*, θερισμὸς, Luc. x. 2. Matth. ix. 37. indicat magnam hominum multitudinem, qui doctrinæ Christi sunt cupidi, ita h. l. notat insignem hominum multitudinem, qui Christi doctrinam receperant. Quæ autem de messoribus h. l. leguntur, pertinent ad ornatum parabolæ.

(30—32.) Eadem sententia, quam parabola v. 26 sqq. proposita continet, inest

βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν
αὐτήν; Ὡς 'κόκκῳ σινάπεως, ὅς, ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς, 31
μικρότερος πάντων τῶν σπερμάτων ἐστὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.
Καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, καὶ γίνεται πάντων τῶν λαχά- 32
νων μείζων, καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους, ὥστε δύνασθαι
ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν.
Καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον, 33
καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν. Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει 34
αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα.
Καὶ λέγει αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὀψίας γενομένης· 35
Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν. Καὶ ἀφέντες τὸν ὄχλον παρα- 36
λαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ ἄλλα δὲ 'πλοιάρια

31. ∼κόκκον. 36. ∼πλοῖα.

quoque ei quæ nunc sequitur, de qua vid. not. ad Matth. xiii. 31 sqq. *Cuinam rei regnum Messianum comparabimus, quanam parabola illud delineabimus? Grano sinapis* etc. —(31.) ὡς κόκκῳ σινάπεως] pro κόκκῳ haud dubie cum plurimis et optimis codd. legendum est κόκκον, quam lectionem etiam *Griesbachius* in ordinem recepit. Verbum nimirum ὁμοιοῦν, ut docuit *Storrius* Diss. in libror. N. T. historicor. aliquot locos P. 2. p. 28. et dativo et accusativo jungitur; v. Rom. ix. 29. Ies. i. 9. Thren. ii. 13. Sap. vii. 10. utramque structuram usurpavit h. l. Marcus, et similis constructionis varietas deprehenditur 1 Par. iii. 1. Ez. xxxi. 2. apud τοὺς ό· hoc cum non reputarent vel ignorarent librarii, cum præcessisse viderent τίνι, κόκκον mutarunt in κόκκῳ, ut legitur Matth. xiii. 31. ὡς alii vertunt *nempe*, alii adverbium positum putant pro adjectivo, et vertunt *similis est grano sinapis*, sicut ἐγγύς, *prope* pro *proximus*, et πλησίον. Sed videtur ὡς h. l. redundare, ut sæpius.

(33. 34.) *Et multis hujus generis similitudinibus usus, eos* (populum) *edocebat Jesus, captui eorum convenienter*, proponebat iis doctrinas de natura et indole regni Messiani, v. Matth. xiii. 34. (nam per τὸν λόγον intelligitur μυστήριον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, coll. v. 12.) ita, ut parabolarum integumentis involveret illas doctrinas, prouti eas sine molestia et offensione audire, eas ferre (βαστάζειν Joh. xvi. 12.) poterant, homines illi præconceptis opinionibus abrepti, tardi et negligentes in audienda doctrina. Sic recte hæc verba interpretati sunt præter alios, *Raphelius* Obss. Polybh. *Wolfius*, *Willes* Spec. Hermeneut. in Marc. p. 71. Alii verbo ἀκούειν substituunt notionem *intelligendi*. Cui tamen explicationi adversatur v. 12. ubi diserte legitur, homines illos ignorasse parabolarum sensum, et ne discipulos quidem eas mente percepisse. πολλαῖς in nonnull. codd. deest, scilicet omiserunt hanc vocem librarii, quia non *multas* parabolas, tunc temporis a Jesu propositas, Marcus retulit.—(34.) κατ' ἰδίαν — πάντα] *privatim autem discipulis omnia explicabat.* ἐπιλύειν, *explicare*, *interpretari*, in vers. Alex. respondet Hebr. פתר Gen. xli. 12. ubi sermo est de interpretatione somniorum; verbum simplex λύειν, ut sit *ænigma solvere*, usurpavit Libanius ep. 38. et nomen ἐπίλυσις, quo Aquila Gen. xl. 8. expressit Hebr. פִּתְרוֹן, ubi Symm. habet διάκρισις· Alex. διασάφησις, *de interpretatione sacrarum literarum* legitur ap. Philon. de vita contemplat. p. 901. A. v. *Palairetus* ad h. l. *Lœsnerus* et interpp. ad 2 Petr. i. 20.

(36 sqq.) Quæ h. l. afferuntur, ea Matthæus, qui accuratius ordinem temporis servavit quam servarunt eum Marcus et Luc. viii. 22. vesperi illius diei evenisse refert, quo Jesus orationem montanam habuerat. v. Matth. viii. 18 sqq. *Michaëlis* ad Matth. l. c. ejusd. *Einleitung i. d. N. T. Eichhornii Allgem. Bibl. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 871. Itaque ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ reddi debet etiam h. l. *aliquando*. v. ad Matth. iii. 1. αὐτοῖς sc. μαθηταῖς, coll. v. 34. παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ] *eum, sicut erat, in navem recipiebant*; hanc vero ipsam verborum distinctionem repudiat *Elsnerus* ad h. l. propterea, quia sic scribendum fuisset εἰς τὸ πλοῖον, neque ὡς ἦν, *ut erat*, sed ὡς εἶχεν, cum non Græce dicatur ὡς ἦν pro ὡς εἶχεν. Interpunctionem ergo mutandam censet, ita, ut verba ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ interjecta puncti nota ab iis, quæ præcesserunt, sejungantur, et ὡς ἦν cum sequentibus conjungatur: *cum Jesus in navigio esset, et alia ibidem cum eo navigia essent, tunc vehemens tempestas exorta*

37 ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ γίνεται λαίλαψ ἀνέμου μεγάλη· τὰ
δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον, ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμί-
38 ζεσθαι. Καὶ ἦν αὐτὸς ¹ἐπὶ τῇ πρύμνῃ ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον
καθεύδων· καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Δι-
39 δάσκαλε, οὐ μέλει σοι ὅτι ἀπολλύμεθα; Καὶ διεγερθεὶς
ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θαλάσσῃ· Σιώπα, πεφί-
μωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.
40 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε
πίστιν; Καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, καὶ ἔλεγον πρὸς

38. ~ ἐν.

*est.* Sed ut apposite monuit *Rusius* in Harmon. ad h. l. coactiorem reddit hanc interpretationem, absentia particulæ καὶ ante ὡς ἦν, ejusdemque pariter atque adversativæ δὲ, in immediate sequentibus præsentia, scribi potius debuisset, si valeret *Elsneri* ratio, καὶ ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ, ἄλλα δὲ πλοιάρια κ. τ. λ. vid. et *Kypkius* ad h. l. qui verborum sensum ita constituit: *cum Christum jam in navi haberent comitem, quippe in qua sedens populum docuerat* (iv. 1.), *illum sicut erat in navi, sine omni apparatu aliunde allato, comitem retentum, reliqua turba deserta, in medium mare abducebant.* Notat, παραλαμβάνειν significare etiam *comitem retinere, et retentum simul abducere.* Equidem retinendam puto vulgarem verbi παραλαμβάνειν significationem *comitem assumere, sumere secum aliquem, cum aliquo ire*, v. ad Matth. iv. 5. ut adeo παραλαμβάνουσιν αὐτὸν sit, *secum sumebant, recipiebant Jesum in navem*, nam non est h. l. sermo de eo navigio, in quo sedens Jesus populum docuerat, c. iv. 1. evenerunt potius ea, quæ h. l. leguntur, alio tempore, ut paulo superius notatum est, coll. Matth. viii. 18 sqq. neque a vulgari interpunctione recedendum esse censeo. Etenim ἐν τῷ πλοίῳ positum est pro εἰς τὸ πλοῖον, quæ præpositiones quam sæpissime inter se permutari solent. v. i. 16. Matth. xiv. 3. 1 Cor. xv. 19. Esdr. vii. 10. Sir. xlii. 12. *Vorstius* de Hebraism. p. 220. *Perizonius* ad Æl. H. V. iv. 18. *Münthius* ad Luc. xxiii. 42. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. iii. P. 2. p. 141 sq. ὡς ἦν, *sicut erat*, licet ad iter imparatus, varia alimenta non ante comparantes, omnino, nihil morati, festinanter cum Jesu abierunt; quod cum vespera esset, liberari a turba cuperent. v. Matth. viii. 18. Formulæ autem ὡς ἦν, ὥσπερ εἶχεν, Græcis eleganter usurpantur de personis, quas significare volunt, in eodem habitu, quo tum forte erant, perseverasse, nihilque præterea requirentes, celeriter rem aggressas. Exempla hanc in rem collegerunt *Raphelius* et *Kypkius* ad h. l. Alias aliorum loci interpretationes vid. ad *Wolfium* in Curis, et *Kœcherum* in Analectis ad h. l.

(37—39.) λαίλαψ] *procella*, v. Matth. viii. 24. Hom. Odyss. μ'. 313. 400. Il. γ'. 278. — (38.) καὶ ἦν αὐτὸς — καθεύδων) *Jesus in puppi super cervicali dormiebat*; ἦν καθεύδων pro ἐκάθευδε, Matth. viii. 24. προσκεφάλαιον] quo vocabulo in versione Alexandrina exprimitur Hebr. כסת, Ez. xiii. 18, 20. est *cervical*, pulvinus, qui supponitur capiti, ut ap. Aristoph. Plut. 542. Theophrast. Char. xxv. 2. adhibetur vero deinde etiam de quovis pulvino, ut Theophr. Char. ii. 5. Lucian. T. ii. p. 570. ed. *Hemsterhus.* Aristoph. Acharn. 1089. add. Pollux Onom. x. 40. qui Cratini auctoritate ostendit, προσκεφάλαιον dictum etiam esse de pulvino, quem sibi substernebant remiges. Cæterum *Michaëlis* ad h. l. sine ulla idonea ratione suspicatus est, Jesum gubernatoris personam egisse, et gubernaculum tractasse, sed fessum labore obdormivisse. Hac de re nihil textus habet, neque omnino, cum sermo sit de lacu Gennesaret, cogitandum de navi majore, quæ gubernaculo regitur, sed de navicula, cymba piscatoria. v. *Bolten.* ad h. l. — (39.) διεγερθεὶς] ut Luc. viii. 24. ἐγερθεὶς, *excitatus e somno.* v. *Abreschius* Lectt. Aristæn. p. 148. atque *Elsnerus* ad h. l.

(40. 41.) Pro τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε, in aliis libris scriptum legitur: τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε· codd. 1. 13. 69. 131. et Arm. τί δειλοί ἐστε οὕτω; οὔπω ἔχ. v. *Griesbachius* l. c. p. 5. cui præplacet lectio τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε. Mihi tamen recepta lectio non sollicitanda videtur, οὔπω glossema redolet, nam et infra viii. 21. πῶς οὐ grammatici e v. 17. mutarunt in οὔπω. Scilicet grammatici inter versus paginæ πῶς οὐκ explicuerant per οὔπω, hanc vocem librarii in textum transferebant, ita ut retinerent quoque οὕτω, alii, quorum aures offenderet οὕτω, οὕτω prius delendum esse notabant, et ita in alios codd. veniebat lectio τί δειλοί ἐστε; οὔπω ἔχετε. — (41.) ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν] *valde mirati sunt.* φοβεῖσθαι est

ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ἡ
θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;

## ΚΕΦ. ε΄.

ΚΑΙ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, εἰς τὴν χώραν τῶν
Γαδαρηνῶν. Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως 2
ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκα-
θάρτῳ· Ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς ʹμνημείοις, καὶ 3
οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι· Διὰ τὸ αὐτὸν 4
πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπᾶσθαι ὑπ᾽
αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι· καὶ οὐδεὶς
αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι· Καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας 5
ἐν τοῖς ʹὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς μνήμασιν ἦν κράζων, καὶ κατα-
κόπτων ἑαυτὸν λίθοις. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ μακρόθεν, 6
ἔδραμε, καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ· Καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, 7
εἶπε· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου;
ὁρκίζω σε τὸν Θεόν, μή με βασανίσῃς. (Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ· 8
Ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον ἐκ τοῦ ἀνθρώπου.) Καὶ 9
ἐπηρώτα αὐτόν· Τί σοι ὄνομα; Καὶ ʹἀπεκρίθη, λέγων·

3. ∾ μνήμασι. 5. ∾ μνήμασι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν. 9. ∾ λέγει αὐτῷ.

id. qd. θαυμάζειν, ut Luc. viii. 35. quo eodem modo Hebræi usurpabant verba יָרֵא 1 Regg. iii. 28. et פָּחַד Jer. xxxiii. 9. ita et φόβος est *admiratio*, Luc. i. 65. v. 26. Hom. Il. λ΄. 402. et Hebr. פָּחַד Ies. lx. 5. ἐφοβήθησαν φόβον] vid. not. ad Matth. ii. 10.

### CAP. V.

(1—3.) Loci paralleli sunt Matth. viii. 28 sqq. (ubi v. not.) Luc. viii. 26 ss. e quorum locorum comparatione patescit, narrationem ipsam in Evangeliis primariis, quibus Marcus et Lucas utebantur, variis augmentis locupletatam fuisse. Pro ἦλθον in pluribus codd. extat ἦλθεν, puto e glossemate, cum v. 2. sequatur ἐξελθόντι αὐτῷ. Verba autem ἐξελθόντι αὐτῷ — ἀπήντησεν αὐτῷ posita sunt pro: ἐξελθόντι τῷ Ἰησοῦ ἐκ τοῦ πλοίου ἀπήντησεν αὐτῷ, *Jesu e navi egresso, occurrit*. Cum enim de certa quadam persona agitur, ab Hebræis et N. T. scriptoribus pronomen αὐτὸς bis ponitur ita, ut priore loco vim sustineat ipsius personæ, posteriore redundet. De quo pronominis pleonasmo, Græcis quoque et Latinis scriptoribus usitato, v. *Vorstius* de Hebraism. p. 551 sq. — (3.) καὶ οὔτε—αὐτὸν δῆσαι] *nemo eum poterat catenis vinctum detinere*. Antecedens positum pro consequente. Catenis enim omnino fuerat vinctus, coll. v. 4. sed frustra, etenim eas discerpserat.

(4.) πέδαις δεδέσθαι] *compedibus vinctus fuerat*: Xen. Anab. iv. 3. 7. ἐν πέδαις δεδέσθαι. Suidas: πέδαι· δεσμὰ, παρὰ τὸ πούς καὶ τὸ δέω, τὸ δεσμεύω. Nomen ἅλυσις de *catena quavis ex metallo confecta* poni solet, ut v. 3. cum vero h. l. præcesserint πέδαι, vocabulo ἁλύσεσι significantur *manicæ*, ut Act. xvi. 24. Luc. viii. 29. v. *Kypkius* ad h. l. καὶ διεσπᾶσθαι κ.τ.λ.] *sed* (καὶ v. Matth. vi. 26. &c.) *manicas disruperat, compedes confregerat, ita, ut nemo eum posset domare*. συντρίβειν, *confringere*, Apoc. ii. 27. ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται· respondet Hebr. שָׁבַר, Gen. xix. 9. ubi οἱ ό. habent: καὶ ἤγγισαν συντρίψαι τὴν θύραν· ad Levit. xv. 12. Marc. xiv. 3.

(5 sqq.) διαπαντὸς, νυκτὸς καὶ ἡμέρας] alterum altero explicatur, ad perpetuitatem indicandam, v. *Læsnerus* ad h. l. ἐν τοῖς μνήμασι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι] *in sepulcris, quæ rupibus incisa erant*. v. ad Matth. viii. 28. καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις] *se ipsum lapidibus contundebat* s. *vulnerabat*. κατακόπτειν, *contundere, vulnerare*, Hebr. חָלַל, Ps. lxxxix. 11, 12. Jer. xiii. 16. v. *Kypkius* ad h. l. — (7.) ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν] cf. not. ad Matth. xxvi. 62.

(9. 10.) ἀπεκρίθη λέγων in plurimis et præstantissimis libris scriptum legitur καὶ λέγει αὐτῷ λεγεών· antiqua tamen et genuina scriptura *Griesbachio*, (v. Comment.

10 Λεγεὼν ὄνομά μοι· ὅτι πολλοί ἐσμεν. Καὶ παρεκάλει αὐτὸν
11 πολλὰ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας. Ἦν δὲ
12 ἐκεῖ πρὸς ˈτὰ ὄρη ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη. Καὶ
παρεκάλεσαν αὐτὸν ˈπάντες οἱ δαίμονες, λέγοντες· Πέμψον
13 ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους, ἵνα εἰς αὐτοὺς εἰσέλθωμεν. Καὶ
ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἐξελθόντα τὰ πνεύ-
ματα τὰ ἀκάθαρτα, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν
ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, (ἦσαν δὲ ὡς
14 δισχίλιοι) καὶ ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ. Οἱ δὲ βόσκοντες
ˈτοὺς χοίρους ἔφυγον, καὶ ‖ἀνήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς
15 τοὺς ἀγρούς. Καὶ ἐξῆλθον ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός. Καὶ
ἔρχονται πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον
καθήμενον καὶ ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα, τὸν ἐσχηκότα

11. ∾ τῷ ὄρει. 12. † πάντες. 14. ∾ αὐτοὺς ἔφυγον. ‖ ∾ ἀπήγγειλαν.

Crit. P. 3. p. 6.) cui lubens accedo, fuisse videtur *καὶ λέγει λεγεών*. Nempe plerorumque aures offendebat lectio *λέγει λεγεὼν*, hinc intercalabant *αὐτῷ*· hæc haud dubie fuit origo lectionis *λέγει αὐτῷ λεγεών*. Librariorum porro incuria, qui oculos in sequens voc. *λεγεὼν* conjecerant, in aliis codd. scriptum extabat *καὶ λέγων λεγεὼν*, quæ lectio cum plurium quoque auribus ingrata esset, ad participium *λέγων* inter versus notabant verbum *ἀπεκρίθη*, quod ipsum verbum alii librarii in textum recipiebant, et hæc fuit, ut opinor, origo lectionis *καὶ ἀπεκρίθη λέγων*. — *λεγεὼν*] nomen origine Latinum, *legio*, in libris quoque Rabbinorum frequenter occurrens, לִגְיוֹן et לִגְיוֹן, a quibus etiam de *una persona, quæ tamen pluribus, veluti legioni, præest, de duce exercitus* usurpatur; vid. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. hinc plures interpretes h. l. et Luc. viii. 30. accipi debere contendunt *de principe geniorum malorum*, ut adeo *λεγεὼν* sit idem quod *σατανᾶς*, *βεελζεβοὺλ*, *ἄρχων τῶν δαιμονίων*. Neque tamen necesse est, ut a vulgari istius vocabuli notione, *magna multitudo, copia* (vid. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad h. l. *Buxtorfius* l. c.) recedamus, præsertim, cum non sequatur *ὅτι ἔχω ὑπ' ἐμαυτὸν πολλοὺς*, sed *ὅτι πολλοί ἐσμεν, nam multi sumus.* Mente captus se dæmonum legionem esse putabat, ideæ fixæ, quæ animo ipsius inhærebat, convenienter loquebatur, hinc Jesu interroganti, quo nomine uteretur? respondebat: *λεγεὼν κ. τ. λ.* vid. ad Matth. viii. 28. — (10.) *ἵνα μὴ — χώρας*] *ne ipsos ex illa regione abigeret;* accuratius scripsit Lucas viii. 31. *ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν, ne ipsos abire juberet in tartara.* cf. Matth. viii. 29.

(11.) *πρὸς τῷ ὄρει* auctoritate plurium codd. reposuit *Griesbachius;* fateor tamen mihi valde suspecta hæc verba videri, cum cod. 1. optimæ notæ hæc verba prorsus omittat, et ab aliis post *χοίρων*, ab aliis post *μεγάλη*, ab aliis post *βοσκομένη* rejiciautur, putaverim ergo ea e Lucæ loco parallelo, ubi legitur *ἐν τῷ ὄρει*, a grammaticis in hunc locum esse translata. Merito autem *Griesbachio* suspectum est vocabulum *μεγάλη*, cum a plurium familiarum optimæ notæ codd. et versionibus absit, et in aliis legatur *πολλῶν*, in aliis *μεγάλη πολλῶν*· facile confingi potuit, ut scite observavit V. D. ex commatis v. 13. clausula, vel e Matth. et Luc. *ἀγέλη χοίρων πολλῶν* seu *ἱκανῶν*.

(12—14.) Verba *πάντες οἱ δαίμονες*, plurimi et optimi libri omittunt, adscripta sunt a grammaticis, vid. *Griesbachius* l. c. p. 8. etiam versu 13. verba *ἦσαν δὲ* quæ in pluribus libros non leguntur, a grammaticis perspicuitatis studio ductis, ob structuram verborum paulo duriorum apposita sunt. Sic quoque v. 14. pro *τοὺς χοίρους* cum aliis libris legendum est *αὐτοὺς*, et pro *ἐξῆλθον* cum *Griesbachio*, auctoritate multorum codd. et verss. rescribendum *ἦλθον*· grammaticis narratio: *ἦλθον ἰδεῖν — καὶ ἔρχονται* videbatur *ταυτολογίας* vitio laborare, hinc pro *ἦλθον* notabant *ἐξῆλθον*· sed *ἔρχεσθαι* primo loco positum, significat *ire, proficisci, exire.*

(15.) *δαιμονιζόμενον*] *qui insanus fuerat.* *σωφρονοῦντα*] *mentis compotem.* *σωφρονεῖν* est *sanæ mentis esse, sanam mentem recipere*, et opponitur verbo *μαίνεσθαι*, ut Act. xxvi. 25. sibi invicem opponuntur *σωφροσύνη* et *μανία*. v. Phavorinus in v. *κοιμᾶσθαι*· Thomas Mag. et Phavor. in v. *νήφει*· *Fischerus* ad Aristoph. Plut. v. 2. atque *Elsnerus* ad h. l. Verba *τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα* a nonnullis codd.

τὸν Λεγεῶνα· καὶ ἐφοβήθησαν. Καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς οἱ 16
ἰδόντες, πῶς ἐγένετο τῷ δαιμονιζομένῳ, καὶ περὶ τῶν χοίρων.
Καὶ ἤρξαντο παρακαλεῖν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων 17
αὐτῶν. Καὶ ἐμβάντος αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον, παρεκάλει 18
αὐτὸν ὁ δαιμονισθεὶς, ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ. ¹Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ 19
ἀφῆκεν αὐτὸν, ἀλλὰ λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου
πρὸς τοὺς σοὺς, καὶ ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ Κύριος
‖ἐποίησε, καὶ ἠλέησέ σε. Καὶ ἀπῆλθε, καὶ ἤρξατο κηρύσσειν 20
ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· καὶ πάντες
ἐθαύμαζον.

Καὶ διαπεράσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ πλοίῳ πάλιν εἰς τὸ 21
πέραν, συνήχθη ὄχλος πολὺς ἐπ' αὐτόν· καὶ ἦν παρὰ τὴν
θάλασσαν. Καὶ ἰδοὺ, ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, 22
ὀνόματι Ἰάειρος· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, πίπτει πρὸς τοὺς πόδας
αὐτοῦ· Καὶ παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ, λέγων· Ὅτι τὸ θυ- 23
γάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς

19. ∾ καὶ οὐκ ἀφῆκεν. ‖ ∾ πεποίηκεν.

absunt, puto propterea, quoniam grammaticis supervacanea videbantur, sed, ut in Prolegg. monuimus, Marcus interdum copioso scribendi genere utitur, rerum et circumstantiarum explicandarum studio ductus; neque adeo hæc verba cum *Millio* Proleg. §. 411. et *Wassenberghio* in Diss. de Glossis N. T. præmissa Selectis e Scholis Valckenarii in N. T. Vol. i. p. 36. in glossemata retulerim. *καὶ ἐφοβήθησαν, metu affecti sunt,* coll. Luc. viii. 37. ubi legitur: *φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο, magno metu correpti sunt.* Præsentiam Jesu putabant caussam majoris damni futuram; quæ iis acciderant, habebant gentiles illi pro pœna peccatorum a legato deorum ipsis immissa. v. 1 Regg. xvii. 18.

(18. 19.) *ἵνα ᾖ μετ' αὐτοῦ] ut sibi liceret ipsum comitari, εἶναι μετά τινος,* id. qd. *ἀκολουθεῖν τινι,* Matth. viii. 19.—(19.) *ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν] Jesus vero hoc ei non permisit.* Varias conjecturas protulerunt interpretes, ut sibi explicarent, quare Jesus hunc hominem non receperit in numerum comitum suorum. Plures præeunte Theophylacto arbitrantur, veritum esse hominem illum, ne digresso Jesu, ipsum rursus invaderent genii mali, Jesum ergo eum non admisisse, ut ostenderet, se etiam absentem præsidio esse iis, qui ipsi confiderent. Ex aliorum sententia voluit Jesus hominis istius a se sanati opera gentilibus illam regionem incolentibus innotescere, eorumque animos præparare ad admittendam doctrinam divinam iis aliquando annuntiandum. *Kæsterus* in libro inscripto: *Immanuel oder Charakteristik der Neutestamentl. Wundererzählungen* p. 232. autumat, Jesum propterea petenti non satisfecisse, quod viderit, hominem illum haudquaquam idoneum esse ad munus legati sui sustinendum. *ὅσα σοι — ἠλέησέ σε] quæ tibi a Deo contigerint, et quanto beneficio te ornarit:* recte *Griesbachius* secutus auctoritatem plurium et optimorum codd. recepit *πεποίηκε* pro *ἐποίησε,* quod e v. 20. et Luc. loco parall. in hunc migravit. *ἐλεεῖν* non tantum significat *alterius miseria tangi,* sed etiam *beneficia in aliquem conferre,* ut Rom. ix. 15. xii. 8. al. et sic h. l. idem valet quod *ἐχαρίσατό σοι·* interpretes enim Alexandrini hoc ipso verbo expresserunt Hebraica הֵיטִיב Job. xxiv. 21. et חָנַן Ps. vi. 3. xxx. 11. *ὅσα* referri igitur debet ad *ἠλέησε* quæ constructionis novitas cum offenderet grammaticos male ac perperam adjecerunt *ὅτι* post *καὶ,* quæ lectio in nonnullos libros irrepsit. — (20.) *ἐν τῇ Δεκαπόλει]* cf. Matth. iv. 25.

(22. 23.) Quæ h. l. sequuntur, non evenerunt ad litus maris, sed Capernaumi, vid. Matth. ix. 18. neque formula *καὶ ἰδοὺ* narrationum initio posita semper et ubique indicat ea quæ jam narrantur, evenisse statim post ea, quæ proxime antecesserunt. vid. *Storr. üb. d. Zweck d. Evang. Joh.* p. 313. — (23.) *ἐσχάτως ἔχει] in summo vitæ periculo versatur, morti proxima est.* Verbum מות non tantum de mortuis, sed etiam de moribundis Hebræi usurpabant. v. ad Matth. ix. 18. Jam in Hebraico Matthæi Evangelio et

24 χεῖρας, ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται. Καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτοῦ·
καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολὺς, καὶ συνέθλιβον αὐτόν.
25 (Καὶ γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἔτη δώδεκα, Καὶ
26 πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν, καὶ δαπανήσασα τὰ
παρ' ¹ἑαυτῆς πάντα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, ἀλλὰ μᾶλλον
27 εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα· Ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἐλθοῦσα
28 ἐν τῷ ὄχλῳ ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. Ἔλεγε
γάρ· Ὅτι κἂν τῶν ἱματίων αὐτοῦ ἅψωμαι, σωθήσομαι.
29 Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς· καὶ ἔγνω
30 τῷ σώματι, ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος. Καὶ εὐθέως ὁ
Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν,
ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, ἔλεγε· Τίς μου ἥψατο τῶν ἱματίων;
31 Καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Βλέπεις τὸν ὄχλον

26. ∾ αὐτῆς.

archetypo, quo Marcus et Lucas utebantur, extabant verba שוה מות (ܡܫܠܡܐ); hæc verba Matthæi Græcus interpres vertebat ἄρτι ἐτελεύτησεν· Marcus: ἐσχάτως ἔχει· et Lucas viii. 42. ἀπέθνησκεν· vid. *Eichhorn Allgem. Biblioth.* B. 5. p. 522. Formula autem ἐσχάτως ἔχειν, quæ dialecto Macedonicæ originem suam debet, ut *Fischerus* observavit in Proluss. de vit. Lexx. p. 704. respondet Latinorum formulis: *in extremis esse, in ultimis esse*; Græcorum: ἐν ἐσχάτοις εἶναι, ἐσχάτως διακεῖσθαι. v. *Wetstenius*, *Elsnerus*, *Heupelius*, *Kypkius*, *Münthius* ad h. l. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας] *impone ei manus.* ἐλθὼν ex Hebraismo redundat, ἵνα cum conjunctivo idem valet quod imperativus, atque adeo ἵνα ἐπιθῇς est id. qd. ἐπίθες Matth. ix. 18. unde et Syr. atque vulg. habent: *veni, impone manus*, v. *Kypkius* et *Boltenius* ad h. l. neque adeo necesse est, ut cum *Beza*, *Palaireto*, aliis subintelligamus δέομαί σου· aut cum aliis παρακαλῶ σε. ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται] *ut valetudinem recipiat, et in vivis illa manebit*: de significatione verbi ζῆν, *in vivis manere*, vid. ad Matth. ix. 19. et *Kypkius* ad h. l.

(24—26.) ὄχλος—συνέθλιβον] nam ὄχλος cum collectivum sit, sequitur pluralis, ut עם 1 Regg. i. 40. vid. ad iii. 6. *Storrius* Obss. ad Anal. et Syntax. Hebr. p. 369. — (25.) οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος] *sanguinis profluvio laborabat*: de hoc usu particulæ ἐν vid. *Raphelius* ad h. l. Cic. Tusc. iii. 4. *in morbo esse.* Matth. ix. 20. habet: αἱμοῤῥοοῦσα, ubi v. notata. — (26). πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν] *multa a multis passa medicis*, bene *Reichardus* sensum expressit: *a medicorum imperitia multum incommodi persenserat*, diversa adhibuerat medicamenta, morbo ipso sæpius atrociora. πάσχειν est verbum μέσον et usurpatur non tantum de eo, *qui malis afficitur, vexatur*, sed etiam de eo, *qui beneficiis afficitur*, ita, ut adjiciantur voces εὖ, ἀγαθὸν, τερπνὸν, κακῶς, vel etiam omittantur. v. *Kypkius* et *Wolfius* in Curis ad Gal. iii. 4. *Klotzius* ad Tyrtæ. p. 138. H. l. πολλὰ πάσχειν malo sensu adhibitum extat, ut Matth. xxvii. 19. et opposita formula ὀλίγον πάσχειν legitur 1 Petr. v. 10. Etiam verbum δαπανᾷν ponitur tam bono sensu, ut sit: *impensas facere, pecuniam impendere*, ut h. l. Æschin. Socr. i. 9. v. *Marklandus* ad Lys. p. 605. et *Fischerus* ad Aristoph. Plut. 588. quam malo sensu: *absumere, perdere*, ut Luc. xv. 14. v. *Krebsius* ad Jac. iv. 3. Pro τὰ παρ' ἑαυτῆς cum optimis et plurimis codd., judice *Griesbachio*, legendum τὰ παρ' αὐτῆς; perquam autem frequenter librarii αὐτῆς et αὑτῆς, itemque ἑαυτῆς et αὐτῆς inter se permutarunt, v. *Fischerus* ad Plat. Euthyphr. vi. 11. Apol. xxxii. 11. Phædo. xxix. 18. sed τὰ παρ' αὐτῆς πάντα sunt *facultates omnes*, v. *Fischerus* ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 272. id. qd. ὅλον τὸν βίον Luc. viii. 43. καὶ μηδὲν—ἐλθοῦσα] *nihil tamen sublevata erat, imo auctus fuerat morbus.* ὠφελεῖν sæpe apud medicorum filios occurrit, ut sit *sublevare, opem ferre.* v. *Kypkius* ad l. μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον· de conjunctione adverbii cum comparativo exempla plura attulit ad h. l. *Læsnerus.*

(29.) ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς] *sanguinis ejus fons exaruit.* πηγὴ τοῦ αἵματος, Levit. xii. 7. xx. 18. מְקוֹר דָּמֶיהָ. Vocabulum enim מקור, non tantum *puteum*, *fontem* significat, sed etiam metaphorice ad alias res transfertur, quæ copiose humorem aliquem emittunt. Hanc sermonis Hebræorum con-

συνθλίβοντά σε, καὶ λέγεις· Τίς μου ἥψατο; Καὶ περι- 32
εβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν. Ἡ δὲ γυνὴ, φοβηθεῖσα 33
καὶ τρέμουσα, εἰδυῖα ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, ἦλθε καὶ προσ-
έπεσεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ὁ δὲ 34
εἶπεν αὐτῇ· Θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· ὕπαγε εἰς
εἰρήνην, καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου.) Ἔτι αὐτοῦ 35
λαλοῦντος, ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγοντες·
Ὅτι ἡ θυγάτηρ σου ἀπέθανε· τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσ-
καλον; Ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας τὸν λόγον λαλού- 36
μενον, λέγει τῷ ἀρχισυναγώγῳ· Μὴ φοβοῦ, μόνον πίστευε.
Καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον, 37
καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου. Καὶ 38
ἔρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχισυναγώγου, καὶ θεωρεῖ θόρυ-
βον, ↑κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά. Καὶ εἰσελθὼν 39
λέγει αὐτοῖς· Τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; τὸ παιδίον οὐκ

38. ↑ καὶ.

suetudinem secutus est h. l. cum Alexandrinis Judæis, Marcus. Neque vero etiam insolens est hic usus loquendi scriptoribus Græcis. Sic πηγὴ δακρύων, *fons lacrimarum.* Jer. ix. 1. Philo de Jos. p. 560. C. πηγήν τινα δακρύων ἐξαίφνης ἀνεὶς, *fonte quodam lacrimarum repente misso.* Sophocl. Electr. 888. ubi πηγὰς γάλακτος schol. explicat πολὺ γάλα, et addit: ὡς τὸ δακρύων πηγὰς, ἀντὶ τοῦ πολλὰ δάκρυα· add. Trachin. 862. Cæterum conf. notata ad Matth. ix. 22.

(33.) εἰδυῖα — τὴν ἀλήθειαν] *cum nosset, quid sibi jam contigisset, ad pedes Jesu procubuit, eique rem omnem enarravit.* ἀλήθεια, ut Hebr. אֱמֶת Deut. xxii. 20. et Lat. *veritas*, Cic. pro Cluent. 51. haud raro *ipsam rei naturam et rationem* denotat, ut Hom. Od. λ'. 506. πᾶσαν ἀληθείην μυθήσομαι, ὥς με κελεύεις· Il. ω'. 407. ἄγε δή μοι πᾶσαν ἀλήθειαν κατάλεξον· alia exempla plura collegit *Wetstenius.* Hinc etiam h. l. in nonnullis codd. ex interpretamento legitur αἰτίαν.

(34.) ὕπαγε εἰς εἰρήνην] *sis felix, vale,* Hebr. לְכִי לְשָׁלוֹם quam formulam Alexandrini 1 Sam. i. 17. expresserunt πορεύου εἰς εἰρήνην· 2 Sam. xv. 9. βάδιζε εἰς εἰρήνην. sed Judd. xviii. 6. πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ, et Exod. iv. 18. βάδιζε ὑγιαίνων. cf. omnino de hujus formulæ usu *Pottius* ad Jac. ii. 16, et *Knappius* in Opusc. p. 584 sq. τῆς μάστιγος, vid. ad iii. 10.

(35.) ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου] scl. τινές· *venerunt nonnulli ex ædibus archisynagogi.* Sic ἀπὸ legitur quoque Joh. xviii. 28. ἄγουσιν — τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα, *ex ædibus Caïaphæ.* Terent. Phorm. iv. 6. 5. *nam quæ hæc anus est exanimata, a fratre quæ egressa est meo,* i. a domo fratris, ut Donatus explicat. Heaut. ii. 2. 6. *a patre aliquis exiens,* pro e domo patris. Hecyr. v. 1. 8. *sed quia Bacchidem ab nostro affine exeuntem video?* i. ex affinis domo. De verbo σκύλλειν cf. Matth. ix. 36.

(38.) Pro ἔρχεται codd. plures habent ἔρχονται· male; librariis placuit in locum singularis sufficere pluralem, quoniam præter Jesum, tres discipuli v. 37. commemorati erant. Nam ut bene monuit *Griesbachius* Comment. Crit. Part. 3. p. 9. ἔρχονται non propter sequens θεωρεῖ et εἰσελθὼν λέγει, mutatum est in ἔρχεται· quod si enim etiam sumas Evangelistam scripsisse καὶ ἔρχονται — θεωρεῖ — λέγει· nulla tamen in hoc sermonis contextu inest difficultas aut obscuritas, quæ ad refingendum textum impellere quemquam potuisset. Omnia enim bene cohærent. Marcus Jesum *una cum discipulis* advenisse primo tradidit, ac deinceps narrare pergit, quæ *Jesus ipse* viderit, dixerit, fecerit. θόρυβον κλαίοντας κ. τ. λ.] v. not. ad Matth. ix. 23. Amos. v. 13. Jer. x. 17, 18. *Rosenmülleri Altes und neues Morgenland* etc. B. 5. p. 133. ἀλαλάζειν proprie dicebantur milites, qui ante pugnam et initio pugnæ clamorem, ἀλαλὰ tollebant, ut et hostes terrerent, et incitarent suos, v. Xen. Ages. ii. 10. H. Gr. iv. 3, 10. deinde hoc idem verbum adhibebatur de quovis clamore, de quavis vociferatione, sive læta, sive tristi. v. *Spanhemius* ad Julian. Cæs. p. 233 sq. *Hutchinsonus* ad Xen. Cyr. iii. 2. 9. *Albertius* ad Hesych. s. v. ἀλαλαγμός· *Kypkius,*

40 ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ· Ὁ δὲ,
ἐκβαλὼν ¹ἅπαντας, παραλαμβάνει τὸν πατέρα τοῦ παιδίου
καὶ τὴν μητέρα, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰσπορεύεται ὅπου
41 ἦν τὸ παιδίον ‖ἀνακείμενον. Καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς τοῦ
παιδίου, λέγει αὐτῇ· Ταλιθὰ κοῦμι· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον·
42 Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ¹ἔγειραι. Καὶ εὐθέως ἀνέστη τὸ
κοράσιον, καὶ περιεπάτει· ἦν γὰρ ἐτῶν δώδεκα· καὶ ἐξέστη-
43 σαν ἐκστάσει μεγάλῃ. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς πολλὰ, ἵνα
μηδεὶς γνῷ τοῦτο· καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν.

## ΚΕΦ. ϛ'.

ΚΑΙ ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ·
2 καὶ ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ γενομένου
σαββάτου, ἤρξατο ἐν τῇ συναγωγῇ διδάσκειν· καὶ πολλοὶ

40. ∾ πάντας. ‖ † ἀνακείμενον. 41. ∾ ἔγειρε. 2. † ἐν.

*Heupelius* et *Elsnerus* ad h. l. In versione Alexandrina respondet verbo הֵרִיעַ, quod non tantum de vociferatione læta, sed etiam de lamentis et ejulatu adhibetur, Ies. xv. 4. Mich. iv. 9. et verbo הֵילִיל, quod etiam *lamentari*, *lugere* notat, Jer. xxv. 34. xlvii. 3. atque hoc ipso sensu h. l. ἀλαλάζειν extat, ut Eurip. Electr. 843. ἤσπαιρεν, ἠλάλαξε, *palpitabat et ejulabat*. Jer. xxv. 34. ἀλαλάξατε ποιμένες, *ejulate pastores*. xlvii. 2. *καὶ ἀλαλάξουσιν ἅπαντες, et ejulabunt omnes*. Itaque sine omni idonea ratione *Beza* ἀλαλάζειν h. l. mutare voluit in ὀλολύζειν. Cæt. vid. not. ad Matth. l. l.

(40.) καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ] *cum suis comitibus:* v. not. Matth. xii. 3. intelliguntur discipuli tres supra v. 37. memorati. εἰσπορεύεται (scl. εἰς τὸν τόπον) ὅπου κ.τ.λ.] *intrabat conclave, ubi puella jacebat*. Participium ἀνακείμενον plures codd. omittunt, in aliis legitur κείμενον, in aliis κατακείμενον, κατακεκλιμένον, κατακλίμενον, καταβεβλημένον. vid. *Griesbachius*, qui hoc participium delendum censet. Mihi secus videtur. Verbum ἀνακεῖσθαι de ægrotis lecto affixis occurrit, v. *Palairetus* ad h. l. sed rarius, præterea librarii sæpius composita mutarunt in simplicia, hinc varietatis lectionis origo repetenda videtur.

(41.) τοῦ παιδίου—αὐτῇ] Pronomen αὐτῇ non genere, sed sensu, cohæret cum παιδίου· admodum frequens est hæc enallage generis, ut Matth. xxviii. 19. τὰ ἔθνη—αὐτούς. Gal. iii. 16. τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. iv. 19. τέκνα μου οὓς πάλιν ὠδίνω. iv. 19. Philem. v. 10. Tobiæ i. 21. καὶ ἐζητήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὰ σώματα — ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ — ὅτι ἔθαπτεν αὐτούς. Callim. h. in Pallad. v. 87. τέκνον ἄλαστε εἶδες, *fili miserande vidisti*. vid. et *Fischeri* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 1. p. 308 sqq. —(41.) ταλιθὰ κοῦμι] Syr. et Chald. טליתא קומי *puella surge;* in nonnull. libris vitiose legitur ταβιθὰ, quæ lectio suam originem debet grammaticis atque librariis linguæ Syriacæ et Chaldaicæ ignaris, et depravationi occasionem dedisse videtur locus Act. ix. 40. τὸ κοράσιον] pro ὦ κοράσιον, ut Luc. viii. 54. ἡ παῖς pro ὦ παῖς· add. Marc. xv. 34. coll. Matth. xxvii. 46. vid. *Fischerus* ad *Wellerum* l. c. p. 319. sq. σοὶ λέγω] Marcus de suo adjecit, ut Jesu jussum eo significantius redderet.

(43.) καὶ διεστείλατο — γνῷ τοῦτο] *Jesus autem severe eos vetabat hanc rem divulgare:* αὐτοῖς, *parentibus*, vid. Luc. viii. 56. quos dare jubebat, εἶπε] id. qd. ἐκέλευσε, (ut Matth. iv. 3. al. v. *Elsnerus* ad h. l. Luc. viii. 55. habet διέταξε) puellæ cibum, ut appareret, eam non tantum in vitam rediisse, sed esse etiam recte valentem. Non autem perpetuum parentibus imponebat Jesus silentium, res enim reticeri non poterat, cum satis multi audissent vocem patris Christo supplicantis, et auribus percepissent morti nuntium, atque in ipso cubiculo, in quo puella jacebat adfuissent præficæ (Matth. ix. 23.), sed vetuit tantum, ne statim rem divulgarent, ut effugere posset populi multitudinem, quæ ad ædes concurrerat, nec ei occasionem ad seditionem præberet.

### CAP. VI.

(1. 2.) εἰς τὴν πατρίδα] intelligitur Nazarethum. Philo p. 1031. b. *Francof.* Agrippa Caio scribit: ἔστι δέ μοι Ἱεροσόλυμα πατρίς. vid. not. ad Matth. xiii. 54. coll. Luc. iv. 16. — (2.) γενομένου σαββάτου] *die sabbati.* γενομένου id. qd. ὄντος, παρόντος. καὶ

ἀκούοντες ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες· Πόθεν τούτῳ ταῦτα; καὶ
τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ
τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ 3
υἱὸς Μαρίας, ἀδελφὸς δὲ Ἰακώβου, καὶ Ἰωσῆ, καὶ Ἰούδα,
καὶ Σίμωνος; καὶ οὐκ εἰσὶν αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ ὧδε πρὸς
ἡμᾶς; Καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Ἔλεγε δὲ αὐτοῖς ὁ 4
Ἰησοῦς· Ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι
αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ 5
οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις

2. † ὅτι.

πολλοὶ—λέγοντες] *et multi auditores obstupefacti dicebant* etc. Lucas iv. 22. scripsit πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ — καὶ ἔλεγον, ubi ad ἔλεγον subintelligi debet τινές· nam non omnis congregata in synagoga multitudo, quæ Jesum approbarat et laudarat, illa ejiciebat dicteria, quæ h. l. et Luc. l. c. leguntur. Scilicet Marcus ostendit, quam vim habuerit Christi doctrina et oratio in animos adversariorum ipsius; hi nimirum primum admiratione capti tenebantur, deinde vero sedatiores facti, invidia ducti, ut Jesum in contemptum adducerent, ridentes dicebant: πόθεν τούτῳ ταῦτα; κ. τ. λ. Lucas vero l. c. ostendit primo, quam vim habuerit in animos omnium auditorum Christi doctrina et oratio, et speciatim deinceps voces invidorum affert. In nonnullis libris scriptum extat οἱ πολλοὶ et ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ s. ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. Nempe grammatici recordati verborum, quæ Matth. vii. 28. leguntur, ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, hæc ipsa verba in marg. notabant, et ut significarent per πολλοὺς intelligendum esse populum, πολλοὺς esse id. qd. οἱ ὄχλοι, voci πολλοὶ præfigebant articulum οἱ· — πόθεν τούτῳ ταῦτα; κ. τ. λ.] breviter rem exposuerunt Matthæus et Marcus; illustratio e Luc. iv. 16 sqq. petenda. Scilicet prælegerat Jesus in synagoga locum Ies. lxi. 1, 2. cujus sensus omnino est: jussu divino annuntio vobis lætissimum tempus. Uberius et accuratius illud oraculum Jesus interpretatus erat, et ad se pertinere ostenderat, a se enim jussu divino lætissima popularibus suis tempora, tempora Messiæ esse annuntianda; cohortatus porro erat auditores suos, ut suam doctrinam, quæ viam ad felicitatem monstraret, admitterent.—Hoc fere fuisse argumentum orationis Christi tunc temporis in synagoga habitæ, satis perspicue docet orationis series Lucæ l. c. et vel hic ipse locus noster, add. Matth. iv. 23. x. 7. Lucam autem summam tantum orationis Christi attulisse, e Lucæ iv. 22. patet, ubi Judæi dicuntur admirati esse ejus suavitatem dicendi.—Jam Judæi illi, qui h. l. Luc. et Matth. ll. parall. loquentes inducuntur, respicientes locum Ies. prælectum et ipsam Christi orationem, dicebant πόθεν τούτῳ ταῦτα; *unde huic*, homini obscuro et illiterato, cujus propinqui, qui inter nos versantur, de plebe, nec literis imbuti sunt, *hæc contigerunt?* καὶ τίς ἡ σοφία ἡ δοθεῖσα αὐτῷ; *quæ tandem sapientia ei divinitus* (ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, v. ad Matth. xiii. 11.) *concessa est?* quomodo tandem ei divinitus tanta concessa esse potest sapientia, ut possit prophetæ personam agere (vid. not. ad verba Luc. iv. 18. πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· add. h. l. v. 4. οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος) nos edocere, nobisque viam ad felicitatem monstrare, aureæque ætatis initia jussu divino annuntiare? καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; *num iste tam admiranda facinora patrat*, inter nos, quanta patrasse dicitur Capernaumi? talia et hic faciat, atque sic legationem suam divinam confirmet. Hæc illos homines dixisse, et hoc modo verba καὶ δυνάμεις κ. τ. λ. explicanda esse, ipsa Christi responsio docet. v. Luc. iv. 23, 24. Nazarethi autem non multa Christus miracula fecerat, ut Matth. xiii. 54. et infra v. 5. legitur. Particula ὅτι a pluribus optimæ notæ codd. et verss. abest, in aliis legitur ἵνα — γίνωνται, unde recte *Griesbachius* et *Matthæius* eam ex ordine ejecerunt. διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ] ex Hebraismo positum est pro δι' αὐτοῦ, *per eum*, Ies. lxiv. 6. בְּיַד־עֲוֺנֵנוּ, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· add. Ex. ix. 35. *Glassius* Phil. S. p. 113. et *Leusdenius* de Hebraism. p. 87.

(3.) ὁ τέκτων] In nonnull. codd. et vers. legitur ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, quod interpretamentum e Matth. xiii. 55. desumptum, debet originem suam hominibus iis, qui putarent, artem fabrilem nequaquam Christum decere. v. *Wolfius* in Curis ad h. l. *Griesbachius* l. c. p. 9. et nos ad Matth. l. c.

(4.6.) καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ] contemnitur a propinquis *et domesticis*.—(5.) καὶ οὐκ ἠδύνατο—ἐθεράπευσε] *non potuit ibi ullum miraculum edere, nisi quod paucos quosdam ægrotos, impositis manibus, sanabat.* Varias hujus

6 ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, ἐθεράπευσε. Καὶ ἐθαύμαζε
διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν. Καὶ περιῆγε τὰς κώμας κύκλῳ,
7 διδάσκων. Καὶ προσκαλεῖται τοὺς δώδεκα, καὶ ἤρξατο
αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο δύο· καὶ ἐδίδου αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν
8 πνευμάτων τῶν ἀκαθάρτων· Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς ἵνα
μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ
9 ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν· Ἀλλ' ὑποδεδεμένους σαν-
10 δάλια· καὶ μὴ [1]ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. Καὶ ἔλεγεν αὐ-
τοῖς· Ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν, ἐκεῖ μένετε ἕως ἂν ἐξέλ-
11 θητε ἐκεῖθεν. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέξωνται ὑμᾶς, μηδὲ ἀκού-

9. ~ ἐνδύσησθε.

loci interpretationes laudarunt *Wolfius* in Curis, et *Kæcherus* in Analectis ad h. l. Plerumque δύνασθαι h. l. idem esse volunt quod θέλειν, ut sensus sit: nolebat Jesus miracula edere, propter civium suorum ἀπιστίαν, animique duritiem. Neque huic interpretationi usus loquendi interpretum Alexandrinorum, scriptorum Græcorum Latinorumque repugnat. Etenim Alexandrini Hebraicum verbum מָאֵן *recusare, nolle*, exprimunt οὐ δύνασθαι Job. vi. 7. vid. et *Valckenarius* ad Herodot. vii. 133. Eustathius ad Hom. Il. Υ. 352. p. 482. Hesychius: δύνασθαι· θέλειν. Sic et *posse* pro *velle* Ovid. Met. iii. 436. Virg. Æn. xii. 177. v. *Schefferus* ad Phædr. iii. 7, 8. *Palairetus* ad h. l. et ad Joh. viii. 43. Sed non necesse est, ut a propria et vulgari verbi δύνασθαι significatione recedamus; *non poterat patrare miraculum* i. e. non patrabat miraculum, nempe ob ἀπιστίαν et σκληροκαρδίαν civium suorum. Nam verbum δύναμαι, *possum*, etiam ab interpretibus Alexandrinis, auctoribus librorum N. T. et scriptoribus exteris, aliis verbis ita jungitur, ut haud raro redundet; sic Deut. xii. 17. οὐ δυνήσῃ φαγεῖν· add. Gen. xviii. 17. xliii. 32. Joh. xii. 39. διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν. Phædr. i. 15. 6. *ne possent capi*, pro caperentur, ubi v. *Burmannus*, add. Obss. Miscell. Vol. vii. p. 238. *Krebsius* ad Decret. Atheniens. p. 76. *Kœnius* ad Gregor. de dial. p. 56. *Fischerus* ad Plat. Phæd. xlix. 42. et nos ad Matth. ix. 15. Itaque h. l. οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν est id. qd. οὐκ ἐποίησε, ut legitur Matth. xii. 58. ubi v. notata. ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας, v. Matth. ix. 19.

(6.) καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν] *indignatus est, ægre ferebat* l. *vituperabat eorum pertinacem contumaciam*, coll. Luc. iv. 25 sqq. θαυμάζειν, *indignari, vituperare*. Gal. i. 6. vid. et Index *Reisk*. Demosth. *Abreschius* Dilucc. Thucyd. p. 309. Construitur θαυμάζειν h. l. cum particula διὰ, ut Apoc. xvii. 7. Æl. H. V. xii. 6. Diod. Sic. p. 242. B. Rhod. aliis in locis cum περί (τινος) Luc. ii. 18. cum ἐπί (τινι) Luc. iv. 22. quoniam Hebræi verbum תָּמַה sequi jubebant particulam עַל, v. Eccles. v. 7. quæ particulis διὰ, ἐπὶ et περὶ in vers. Alex. respondet.

(7.) Vid. Matth. x. 1, 2. ἤρξατο ἀποστέλλειν] pro ἀπέστειλε, Luc. x. 1. *emittebat*. v. Matth. iv. 17. δύο δύο] *binos*: v. 39. συμπόσια συμπόσια. v. 40. πρασιαὶ πρασιαί. nempe Hebræi, ut declaretur distributio numerorum in partes æquales, sic solent geminare vocabula, Gen. vii. 2. שִׁבְעָה שִׁבְעָה, *septenas*; Græci hanc in rem utuntur vocula ἀνὰ, ut Luc. x. 1. vel κατὰ, ut Æl. H. V. ii. 25. 49. v. *Vorstius* de Hebraism. p. 312 sq. *Glassius* Phil. S. p. 16. *Dath.* et *Leusdenius* de Hebraism. p. 82.

(8. 9.) εἰ μὴ ῥάβδον μόνον] vid. ad Matth. x. 10. ibi etiam legimus, v. 5. admonuisse Jesum suos, ut solummodo Judæos edocerent, nec ad gentiles sese conferrent. Marcus (sin aliter hæc in suo archetypi exemplari reperit) ea omisit, partim quoniam hoc Christi, *prima vice* tunc legatos suos emittentis, præceptum, ad tempus tantum valebat, vid. not. ad Matth. l. c. partim quoniam scribebat christianis e gentilibus, ne hos offenderet. χαλκὸς, ut Lat. *æs*, Terent. Phorm. iii. 2. 26. notat quoque *pecuniam, nummos*, ut infra xii. 41. epist. Jer. v. 35. οὔτε πλοῦτον, οὔτε χαλκὸν οὐ μὴ δύνανται διδόναι· add. 3 Esdr. viii. 57. Hesych. χαλκοῦς· τοῦτο ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου ἔλεγον. Eodem modo utebantur Græci vocabulo ἀργύριον, *argentum*. Etymol. M. v. ἀργυρόπηλον et ex eo Phavorinus v. ἀργύριον· ἰστέον, ὅτι πᾶν νόμισμα, εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν. —(9.) ὑποδεδεμένους σανδάλια] scl. πορεύεσθαι· de voce σανδάλια v. ad Matth. x. 10.

(11.) χοῦς] Hebr. עָפָר, Aqu. Job. xlii. 6. οἱ ό. Gen. ii. 7. id. qd. κονιορτὸς, *pulvis*, Matth. x. 13. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] *quod sit*

σωσιν ὑμῶν, ἐκπορευόμενοι ἐκεῖθεν, ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν
ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· ¹ἀμὴν λέγω
ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ
κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Καὶ ἐξελθόντες ἐκήρυσσον, ἵνα 12
μετανοήσωσι. Καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον· καὶ ἤλειφον 13
ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, καὶ ἐθεράπευον.

Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης, (φανερὸν γὰρ ἐγένετο 14
τὸ ὄνομα αὐτοῦ) καὶ ἔλεγεν· Ὅτι Ἰωάννης ὁ βαπτίζων ἐκ
νεκρῶν ἠγέρθη, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ.
Ἄλλοι ¹ἔλεγον· Ὅτι Ἠλίας ἐστίν. Ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Ὅτι 15
προφήτης ἐστὶν, ‖ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Ἀκούσας δὲ ὁ 16

11. † ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.
15. ↑ δὲ. ‖ † ἤ.

*testimonio adversus eos*, eos nimirum sprevisse doctrinam vestram, atque adeo vos nihil amplius cum iis commercii habere velle. Ultima hujus versus verba ἀμὴν λέγω ὑμῖν κ.τ.λ. recte *Griesbachius*, præeuntibus *Erasmo* et *Millio*, delenda censuit, cum ea absint a codd. diversarum familiarum præstantissimis, nec probabilis afferri possit ratio, ob quam omissa, aut consulto expuncta sint. Translata sunt in hunc locum e Matth. x. 15.

(12. 13.) καὶ ἐξελθόντες κ.τ.λ.] *egressi igitur docebant animum esse mutandum*, adesse tempora Messiæ v. Luc. ix. 2. Matth. x. 7. ibique not.—(13.) καὶ δαιμόνια πολλὰ ἐξέβαλλον] *multos genios malos expellebant* nomine Jesu Messiæ (Act. xvi. 18.) ejusque auxilio freti. v. Luc. x. 17. not. Matth. xviii. 6. καὶ ἤλειφον — ἐθεράπευον] *ægrotosque haud paucos, oleo adhibito, sanabant.* In Orientis regionibus et ad meridiem olea erant valde generosa, et in curandis morbis variis veteres, nominatimque Judæi adhibere solebant olea; vid. *Wetstenius* ad Luc. x. 34. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talm. ad Matth. vi. 17. et ad h. l. Auctore Josepho B. I. c. ult. medici jusserant Herodem in supremo morbo ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναθάλψαι τὸ σῶμα. In curatione vulnerum fuisse oleum adhibitum, e Luc. x. 34. perspicitur. Hinc recte, opinor, plures interpretes oleum h. l. memoratum esse contendunt tanquam medicamentum, quo Apostoli morbos curassent. v. *Schulzius in Anmerkk.*, *Paulus* ad h. l. *Pottus* ad Jac. v. 15. Et verba Marci, ἤλειφον λαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους, mea sententia commode ita intelligi possunt: multos ægrotos, quorum morbi ita comparati essent, ut oleo sanari possent, ab Apostolis esse sanatos. Alius generis morbos sanandi occasio iis, tunc temporis, non erat oblata; aut si fortàssis occasionem nacti erant, eos ἀπιστία quædam deterrebat. v. Matth. xiii. 58. xvii. 16. ibique not. Alii contra h. l. de miraculosa sanatione cogitant, notantque, unctionem illam fuisse nonnisi symbolicam, qua significaretur, cum oleo effundi veluti in ægrotum rectam valetudinem, adjuvante et moderante ita Deo. Hanc autem actionem symbolicam suscepisse Apostolos, ut certi eventus exspectatio, atque admiratio excitaretur. vid. *Deylingius* Obss. P. 3. n. 48. *Wolfius* in Curis, et *Morus* Prælectt. in ep. Jac. ad Jac. v. 15.

(14. 15.) Lucas ix. 7. scribit, dubium Herodem hæsisse, quid de Jesu statueret? cum aulicorum nonnulli eum Johannem baptistam, alii Eliam, alii unum antiquorum vatum dicerent. Matthæus xiv. 2. et Marcus h. l. ostendunt, in quas tandem partes Herodes, conscientia ipsum pungente, discesserit, eum nimirum in sententiam ab initio improbatam, re accuratius ponderata, concessisse, et credidisse, Jesum esse Johannem in vitam reversum. ἤκουσεν] scl. τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ· vid. Matth. l. c. *Glassius* Phil. S. p. 267. φανερὸν γὰρ — ὄνομα αὐτοῦ] *fama de Jesu dimanaverat.* ὄνομα, ut Hebr. שֵׁם, *fama, nominis celebritas.* vid. *Schleusneri* Lex h. v. Pro ἔλεγεν nonnulli libri habent ἔλεγον· sed proba est lectio vulgaris. Sæpius a librariis literæ ε et ο inter se permutatæ sunt, fortassis tamen etiam grammatici, e Lucæ ix. 7. et cum h. l. sequatur, ἄλλοι ἔλεγον — ἄλλοι δὲ ἔλεγον, pro ἔλεγεν rescripserunt ἔλεγον. — (15.) ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν] alii affirmabant: *eum vatem esse, nempe unum antiquorum vatum* ab inferis reducem h. e. affirmabant eum esse unum veterum illorum prophetarum, quicunque demum sit. Luc. ix. 7. ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη· coll. v. 19. vid. et not. ad Matth. xi. 9.

Ἡρώδης, εἶπεν· Ὅτι ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός
17 ἐστιν, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν· Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡρώδης, ἀπο-
στείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην, καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν †τῇ
φυλακῇ, διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ
18 αὐτοῦ, ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν. Ἔλεγε γὰρ ὁ Ἰωάννης τῷ
Ἡρώδῃ· Ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ
19 σου. Ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀπο-
20 κτεῖναι· καὶ οὐκ ἠδύνατο· Ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν
Ἰωάννην, εἰδὼς αὐτὸν ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον· καὶ συνε-
τήρει αὐτόν· καὶ ἀκούσας αὐτοῦ, πολλὰ ἐποίει, καὶ ἡδέως

17. † τῇ.

Particula ἢ, quæ interdum obtinet vim particulæ καὶ, v. Matth. v. 17. interpp. ad 1 Cor. xi. 27. *Palairetus* ad Act. i. 7. h. l. reddi potest *et quidem*, l. *nempe*, v. *Vigerus* de Idiotism. L. Gr. vii. 7. 5. p. 410. a. ed. *Herm.* et particula *ὡς revera*, (vid. ad Matth. xiv. 5.) ut adeo *ἢ ὡς* sit, *et revera quidem*, vel etiam dici potest, *ὡς* h. l. redundare, vt Marc. iv. 31. Sed particula ἢ in plurimis et optimis diversarum recensionum libris deest, ac propterea recte eam *Griesbachius* et *Matthæius* ex ordine ejecerunt. Illa autem particula ἢ remota, *ὡς* exprimi debet, *nempe*, *scilicet*, quæ voculæ interpretatio huic loco convenientissima est, et hoc sensu *ὡς* frequenter recurrit. v. *Wolfius* in Curis ad 2 Cor. v. 19. *Raphelius* Obss. Xenoph. p. 240. Alii verba *ὡς εἷς τῶν προφητῶν* vertunt: *sicut unus prophetarum* i. similis prophetis antiquis; satis languide, nec favet huic explicationi locus parallelus Luc. ix. 8. 19. Cæterum *εἷς* positum est pro *τίς*· v. ad Matth. xvi. 14.

(16.) Verissime rescripsit *Griesbachius*, *ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτος ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν*· commendant hanc lectionem præstantiores codd. Alexandrinæ et Occidentalis recensionis, et Marci usus loquendi xii. 10. præterea etiam sponte se offert ratio, qua lectio *οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγ.* in textum venerit: librarius, qui oculos in versum sequentem conjecerat, pro *οὗτος* scribebat *αὐτὸς*, grammatici in margg. lectionis varietatem notabant, librarii alii postea utrumque vocabulum *οὗτος* et *αὐτὸς* in textum recipiebant, et copulabant verbo *ἐστί*. Cæterum *ὃν —Ἰωάννην— οὗτος* positum est pro: *Ἰωάννης ὃν ἐγὼ ἀπεκεφ. οὗτος ἠγ.* nomen sequitur casum relativi, et accusativus h. l. legitur pro nominativo; de qua loquendi forma vid. ad Matth. xxi. 42. add. Act. xxi. 16. *παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, Μνάσωνί τινι*, pro *Μνάσωνά τινα Κύπριον, ἀρχαῖον μαθητὴν παρ' ᾧ ξενισθῶμεν.* Plaut. Amphit. iv. 1. 1. *Naucratem, quem convenire volui, in navi non erat.* Terent. Andr. Prolog. *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.*

(19.) *ἐνεῖχεν αὐτῷ*] *ei irata, infensa.* Verbum *ἐνέχειν*, quod Alexandrini usurparunt ad exprimendum Hebr. שׂטם Gen. xlix. 23. notat: *irasci, infensum esse*, ut Herodot. vi. 119. viii. 27. ubi v. *Wesselingius.* Hesychius: *ἐνεῖχον· ἐχόλουν, ὠργίζοντο.* vid. et *Hammondus* atque *Wetstenius* ad h. l. *οὐκ ἠδύνατο*, non potuerat ex voto rem perficere.

(20.) Herodi enim carus Johannes fuerat. *ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην*, *Johannem, quem virum probum et pium nosset, reveritus:* etiam *φόβος* et *φοβεῖσθαι* non tantum de metu, sed etiam de reverentia, quam præstamus aliis, haud raro adhibentur, ut Eph. v. 33. Plutarch. Galba p. 1061. *καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος.* Sic quoque Hebr. יָרֵא Ex. i. 17. Ies. xxix. 23. *καὶ συνετήρει αὐτόν*] *et tuitus erat*: *συνετήρει αὐτόν* alii vertunt: *eum captivum tenebat*, quæ tamen significatio orationis seriei neutiquam conveniens est, et præcesserat jam v. 17. *ἔδησεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ.* Itaque rectius exponitur: *servarat eum incolumem*, tuitus eum erat, ne a quoquam læderetur, cum ei infensa esset uxor Herodis. Hoc modo שׁמר positum extat Gen. xxviii. 20. et *τηρεῖν* ap. Æschin. Socr. iii. 19. *καὶ ἀκούσας —ἤκουε*] *eique monenti sæpius morem gesserat, dicentemque lubenter audiverat.* *Paulus* suspicatur Herodem audivisse Johannem, quoties in arcem Machæruntinam, in qua Johannes captivus tenebatur, sese contulisset. Fortassis ergo etiam Johanni Herodes imposuerat, se eum captivum tenere, quo prius ipsum tueri posset ab insidiis reginæ iratæ? Hæc vero parum probabilia sunt. Adstipulor potius *Grotio*, cui quæ hoc in versu leguntur, et ea quæ proxime præcesserunt, ut verba Matth. xiv. 2 sqq. per tempus plusquamperfectum explicanda videntur, sicuti ea quoque recte interpretatus est *Boltenius* in versione sua Marci vernacula. Hæc igitur: *multa fecerat Herodes*

αὐτοῦ ἤκουε. Καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου, ὅτε Ἡρώδης 21
τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ,
καὶ τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας· Καὶ 22
εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ ὀρχη-
σαμένης, καὶ ἀρεσάσης τῷ Ἡρώδῃ καὶ τοῖς συνανακειμέ-
νοις, εἶπεν ὁ βασιλεὺς τῷ κορασίῳ· Αἴτησόν με ὃ ἐὰν θέλῃς,
καὶ δώσω σοί. Καὶ ὤμοσεν αὐτῇ· Ὅτι ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, 23
δώσω σοὶ, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. Ἡ δὲ ἐξελ- 24
θοῦσα, εἶπε τῇ μητρὶ αὐτῆς· Τί αἰτήσομαι; Ἡ δὲ εἶπε·
Τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Καὶ εἰσελθοῦσα 25
εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα, ᾐτήσατο, λέγουσα·
Θέλω ἵνα μοι δῷς ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου
τοῦ Βαπτιστοῦ. Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, διὰ 26
τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν

*Johannis admonitu, et libenter eum audire solitus erat*, referenda sunt ad tempus quod præcesserat captivitatem Johannis, ita tamen, ut postea quoque eàrum rerum memoria sæpe Herodis animo oberraverit, etiam tum, cum, ut Matthæus refert, interficere illum cuperet, uxori obnoxius. Dubitarunt etiam nonnulli interpretes, an Marcus scribere voluerit et potuerit, Herodem multa in gratiam Johannis fecisse. Quidni vero Herodes potuerit multis in rebus, vel ut placeret populo, Johannis nondum in vincula conjecti, quem libenter audiret, cujus probitas ei erga illum venerationem aliquam extorsisset, parere monitis, equidem non perspicio. Male igitur *Heinsius* legendum esse conjecit: καὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, *utque audiret eum, omnem dabat operam.* Æque male in quibusdam libris pro ἐποίει scriptum extat ἠπόρει, ut dicatur Herodes fluctuasse, aut commotus animo fuisse, cum Johannem audivisset. Adscriptum est hoc interpretamentum a grammaticis, (quibus quoque mirum videretur, Herodem Johanni multis in rebus obsecutum esse) e Luc. ix. 7.

(21.) καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου] vertunt: *tempore quodam opportuno; cum dies opportunus adesset.* Sed ad quid opportunus? num ad Johannem decollandum? an ad convivium regium celebrandum? Est potius ἡμέρα εὔκαιρος, *dies festivus et solennis*, quo a laboribus abstinetur, ut tempus hilaritati detur, Hebr. יוֹם טוֹב, et accuratius definitur h. l. sequenti τοῖς γενεσίοις· Gloss. vett. εὔκαιρος· σχολάζουσα, *dies ferialis*; etiam verbo εὐκαιρεῖν Macedones et Alexandrini ita utebantur, ut notaret *otium habere, otium in aliqua re ponere, otio abundare.* v. 1 Cor. xvi. 12. infra v. 31. *Wetstenius* ad h. l. et *Fischerus* Prolus. de vitiis Lex. p. 695 sq. Gloss. vett. εὐκαιρῶ, *vaco.* εὐκαιρεῖ, *vacat.* Phrynichus: εὐκαιρεῖν—εὖ σχολῆς ἔχειν. μεγιστᾶσιν] *imperii proceribus*; voc. μεγιστᾶνες e lingua Persica, in qua de regis Persarum amicis et principibus usurpabatur. v. Joseph. Ant. xi. 3. 2. Dan. vi. 17. Sueton. Calig. 5. Senec. ep. 21. in linguam Macedonicam et Alexandrinam translatum est, ita, ut adhiberetur de regni cujusque proceribus, de amicis regum, ut h. l. omninoque de iis qui dignitate et potestate essent conspicui. v. *Wetstenius*, *Heupelius*, *Kypkius* ad h. l. et *Sturzius* de dial. Maced. et Alex. p. 180 ss. χιλιάρχοις] *militum ducibus*, ut Apoc. vi. 15. xix. 18. Hebr. אַלֻּף, Zach. ix. 7. πρώτοις] magistratibus Galilææ præcipuis.

(25. 26.) μετὰ σπουδῆς] *festinanter*, Hebr. בְחִפָּזוֹן, Deut. xvi. 3. Dan. ii. 25. ubi οἱ ο΄· ἐν σπουδῇ Esr. iv. 23. σπουδῇ id. qd. σπουδαίως. Diod. Sic. p. 426. A. Rhod. μετὰ σπουδῆς ἐκπλεῦσαι *celeriter e portu solvere.* ἐξ αὐτῆς scl. ὥρας, *continuo, statim.* Polyb. xiv. 2. Hebr. מְהֵרָה, v. *Fischerus* Proluss. de vit. iv. 2. et *Wetstenius* ad h. l.—(26.) διὰ τοὺς ὅρκους] subintell. ἀλλὰ, de qua ellipsi vid. *Bosius* de Ellips. sub ἀλλὰ, p. 752. ed. *Schæfer.* οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι] *noluit ei fidem datam fallere*, id. qd. πίστιν ἀθετεῖν s. τὴν δοθεῖσαν πίστιν ἀθετεῖν. v. *Wetstenius* ad h. l. Alexandrini interpp. hoc verbo utuntur ita, ut illud vel nude ponant, vel ei copulent præpositionem εἰς, vel accusativum personæ, ut Ps. xiv. 6. ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ καὶ οὐκ ἀθετῶν· ubi respondet Hebr. הֵמִיר. Ps. cxxxi. 11. ὤμοσε κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν. add. Jer. iii. 20. xii. 6. Thren.

27 ἀθετῆσαι. Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλά-
28 τωρα, ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν
ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν
αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν τῷ κορασίῳ· καὶ τὸ
29 κοράσιον ἔδωκεν αὐτὴν τῇ μητρὶ αὐτῆς. Καὶ ἀκούσαντες οἱ
μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦλθον καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ, καὶ
ἔθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ μνημείῳ.
30 Καὶ συνάγονται οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀπήγ-
γειλαν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅσα ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν.
31 Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν εἰς ἔρημον
τόπον, καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον. Ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ
32 οἱ ὑπάγοντες πολλοί· καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. Καὶ
33 ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν. Καὶ εἶδον
αὐτοὺς ὑπάγοντας [I]οἱ ὄχλοι· καὶ ἐπέγνωσαν [II]αὐτὸν πολλοί·
καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον [III]ἐκεῖ, [IIII]καὶ

33. † οἱ ὄχλοι. [II] † αὐτόν. [III] ↑ καὶ ἦλθον. [IIII] † καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν.

i. 3. ubi in textu Hebraico legitur בגד. v. et *Kypkius* ad h. l.

(27). σπεκουλάτωρα] *spiculatorem*, aut ut alii volunt, *speculatorem*, vocabulum origine Latinum, civitate Græca, etiam Hebraica donatum. v. *Lightfootus* et *Schœttgenius* ad l. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 1533. Ita dicti sunt satellites regii, a *spiculo* quod gestabant, unde Græcis quoque δορυφόροι dicebantur. Suidas: σπηκουλάτωρες, δορυφόροι. vid. *Lipsius* ad Tacit. Ann. i. 24. Alii a *speculando* deducere volunt, quoniam satellites spectare debent, ne fiant insidiæ ei, cujus corpus stipant. Hi autem satellites inter alia etiam debebant supplicia sumere a reis et capitis damnatis, eosque decollare. Gloss. vett. ὁ ἀποκεφαλίζων, *speculatus*, i. e. speculator. vid. *Fischerus* Proluss. de vit. p. 692. et 489. Seneca de Benefic. iii. 25. *speculatoribus occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, et deinde cervicem porrexit.* De Ira i. 16. *Centurio supplicio præpositus, condere gladium speculatorem jubet.* Julius Firmicus viii. 26. *speculatores faciet, qui nudato gladio hominum amputant cervices.* vid. et not. ad Matth. xxvii. 35. *Wolfius* in Curis, et *Kœcherus* in Analectis ad h. l.

(29.) καὶ ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ] cf. Matth. xiv. 12. xxiv. 28.

(30. 31.) Vid. Matth. xiv. 13. coll. Luc. ix. 10.—(31.) ὑμεῖς αὐτοὶ] *vos soli*, dimissis cæteris, de quo pronominis αὐτὸς usu vid. *Palairetus* ad h. l. *Hemsterhusius* ad Lucian. T. i. p. 130. *Abresch.* Auctar. Thucyd. p. 223. εἰς ἔρημον τόπον] *in solitudinem* propinquam Bethsaïdæ. καὶ ἀναπαύεσθε ὀλίγον] scl. χρόνον v. L. *Bosii* Ellips. p. 552 sq. ed. *Schæferi*. *paululum ibi quiescite.* Hanc non unicam fuisse caussam discessus Christi Apostolorumque notavimus ad Matth. xiv. 13. ἦσαν γὰρ κ.τ.λ.] *tanta enim erat hominum venientium* opem Christi expetentium, eumque audire cupientium, *et discedentium*, qui votorum suorum compotes facti erant, *frequentia, ut ne cibum quidem capere iis vacaret.*

(33.) Locus interpolatus. Etenim non modo οἱ ὄχλοι post ὑπάγοντας· et αὐτὸν (pro quo alii libri habent αὐτοὺς) post ἐπέγνωσαν sunt additamenta grammaticorum, quibus verba Evangelistæ concise scribentis obscuriora viderentur, quique his additamentis in margg. codd. adscriptis ad faciliorem orationis intelligentiam conferre vellent; sed etiam ultima verba καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν, ex eodem fonte fluxerunt. vid. *Griesbachii* N. T. ad h. l. et ejusdem Comment. Crit. in Marc. Part. 3. p. 14 sq. Verba illa adventitia et insitiva οἱ ὄχλοι et αὐτὸν post ἐπέγνωσαν plures præstantissimi codd. omittunt, verba ultima autem multi libri quoque omittunt, in reliquis vario modo leguntur, ita, ut hæc ipsa scripturæ inconstantia interpolationem aperte prodat. Hinc mihi cum *Griesbachio* sincera et germana loci scriptura hæc fuisse videtur: καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας· καὶ ἐπέγνωσαν πολλοί· καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον, καὶ ἦλθον ἐκεῖ· h. e. *cum eos*, Je-

προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. Καὶ ἐξελθὼν εἶδεν 34
ˡὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι
ἦσαν ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα· καὶ ἤρξατο διδάσκειν
αὐτοὺς πολλά. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης, προσελ- 35
θόντες αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγουσιν· Ὅτι ἔρημός ἐστιν
ὁ τόπος, καὶ ἤδη ὥρα πολλή· Ἀπόλυσον αὐτοὺς, ἵνα ἀπελ- 36
θόντες εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς
ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, 37
εἶπεν αὐτοῖς· Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Καὶ λέγουσιν
αὐτῷ· Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν ˡδιακοσίων δηναρίων ἄρτους,
καὶ δῶμεν αὐτοῖς φαγεῖν; Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Πόσους 38
ἄρτους ἔχετε; ὑπάγετε καὶ ἴδετε. Καὶ γνόντες, λέγουσι·
Πέντε, καὶ δύο ἰχθύας. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι 39

34. † ὁ Ἰησοῦς. 37. ∾ δηναρίων διακοσίων.

sum et Apostolos, *trajicientes vidissent*, *et agnovissent*, intellexissent, navigantes esse Jesum et ipsius discipulos, *multi*, *terrestri itinere* (v. Matth. xiv. 13.) *ex omnibus urbibus* circumjacentibus, in quibus hactenus docuerat Jesus, *concurrentes ibi* in solitudine *advenerunt* s. *congregati sunt*. Sapienter *Griesbachius* e cod. 1. perantiquarum lectionum pleno, et præstantioribus Italæ exemplaribus recepit *συνέδραμον, καὶ ἦλθον ἐκεῖ·* cum sic facillime quoque appareat, quomodo oriri potuerint glossemata *καὶ προῆλθον, προσῆλθον* (quæ verba perquam frequenter librarii inter se permutarunt, v. Matth. xxvi. 39. Marc. xiv. 35.) *συνῆλθον* et ex his glossematibus lectiones cæteræ.

(34.) *καὶ ἐξελθὼν*] scl. *ἐκ τοῦ πλοίου*, *navi egressus*. *ὁ Ἰησοῦς* plures libri omittunt, in aliis ante *εἶδεν* collocatum legitur, hinc recte illud expunxit *Griesbachius*. *ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς*] *commotus est eorum sorte*, vid. ad Matth. ix. 36. *πολλὰ*] Luc. ix. 11. *ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.*

(35. 36.) *καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης*] *cum magna diei pars præteriisset*. vid. ad Matth. xiv. 15. et *Elsnerus* ad h. l. *εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας*, *in agros et vicos circumjacentes*: Xen. Cyr. vii. 2. 7. *εἴλοντό με πάντες οἱ κύκλῳ βασιλεῖς*, *finitimi undique*: *κύκλῳ*, Hebr. סביבות, Ps. l. 3. Num. xi. 24. Jer. xxxii. 44. — (36.) *ἀγοράσωσιν—ἔχουσιν*] rior lectio videtur, quæ in diversarum familiarum codd. et versionibus antiquis legitur: *ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσιν·* vocabulum *ἄρτους* est interpretamentum verborum *τί φάγωσιν*, quod in marg. grammatici enotarant. Infinitivus *φαγεῖν*, qui in nonnullis libris extat pro *φάγωσιν*, a librariis festinantibus e v. 37. in hunc locum venit; et verba *οὐ γὰρ* s. ut alii exhibent *ὅτι ὧδε οὐκ ἔχουσιν*, e Matth. xv. 32. et Marc. viii. 2. in textum irrepserunt.

(37.) *καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπελθόντες κ. τ. λ.*] *num abeamus*, *emamusque ducentis denariis panes*, *quos illis comedendos porrigamus?* "Cum Christum constet habuisse *γλωσσόκομον*, et in eo ex amicorum collatione pecuniæ aliquid, tum in suos et duodecim comitum, tum in pauperum usus (v. Joh. xii. 6. Matth. xxvi. 8. Luc. viii. 3.); haud improbabile est, fuisse illi tunc temporis, cum ab oppidis in agros, velut ibi mansurus aliquamdiu secessisset, denarios ducentos." Sunt verba *Grotii* ad h. l. Interrogatio discipulorum, sive potius Philippi (v. Joh. vi. 7. quod uni tantum competit, a scriptoribus N. T. sæpius pluribus tribuitur, vid. ad Matth. xxviii. 6.) erat cum admiratione et indignatione quadam conjuncta. Philippo ducentorum denariorum profusio, nimia ac temeraria videbatur, nec ducentorum denariorum panes ipsius judicio sufficere poterant tam magnæ hominum multitudini satiandæ. Itaque sensus interrogationis est: visne ut omnem pecuniam, quam nobiscum portamus, horum hominum usui impendamus? neque panes ducentis denariis empti, sufficerent tot multis satiandis. conf. Luc. viii. 13. Joh. vi. 7. *διακοσίων δηναρίων*] vid. ad Matth. xviii. 28.

(38.) *συμπόσια, συμπόσια*] *catervatim*. *Συμπόσιον* prop. est *compotatio*, Sir. xxxi. 36. deinde *convivium*, Hebr. מִשְׁתֶּה Esth. vii. 1, 7. 1 Macc. xvi. 16. add Job. i. 4. ubi pro משתה Alexandrini habent *πότος*, sed interpres Latinus *convivium*. Etenim in omnibus fere linguis sæpius tota res aliqua significatur verbis partis illius potioris et excellentioris;

40 πάντας, συμπόσια συμπόσια, ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. Καὶ
ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ, ἀνὰ ἑκατὸν, καὶ ἀνὰ πεντήκοντα.
41 Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀνα-
βλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησε, καὶ κατέκλασε τοὺς
ἄρτους, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσιν αὐ-
42 τοῖς· καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι. Καὶ ἔφαγον πάντες,
43 καὶ ἐχορτάσθησαν. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους
44 πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων. Καὶ ἦσαν οἱ φαγόντες τοὺς
ἄρτους, †ὡσεὶ πεντακισχίλιοι ἄνδρες.
45 Καὶ εὐθέως ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ
πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν, ἕως αὐτὸς

44. † ὡσεὶ.

et sic a Græcis quoque scriptoribus optimis, *convivium ipsum*, et accubitio amicorum epularis, non tantum *σύνδειπνον*, Plato Sympos. 1. sed etiam *συμπόσιον, compotatio* vocatur. Xen. Symp. vi. 5. ix. 7. Cic. ad Fam. ix. 24. *Græci συμπόσια aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concœnationes, nos* convivia *quod tum maxime simul vivitur.* Id. Cat. M. 13. *Bene majores, accubitionem epularum amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet,* convivium *nominarunt; melius quam Græci, qui hoc idem tum* compotationem, *tum* concœnationem *vocant.* Porro *συμπόσιον* notat *ipsum locum, in quo convivium celebratur.* Hesych. et Phavorinus: *συμπόσιον· τόπος εὐωχίας καὶ πόσεως·* add. Pollux vi. 7. Xen. Cyr. viii. 8. 6. h. l. autem *ipsos convivantium ordines et cœtus* significat. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 705. *Schœttgenii* Horr. Hebr. ad h. l. Sed *συμπόσια συμπόσια* per Hebraismum est *catervatim, per cœtus.* Hebræi enim, quoniam carebant formula, qua distributionem exprimerent, eam repetita voce designabant. E Græca ratione scribi debebat *ἀνὰ* vel *κατὰ συμπόσια* et v. seq. *πρασιάς·* v. *Leusdenius* de Hebraism. N. T. p. 81.

(40.) *πρασιὰ*] prop. est *areola in horto, locus consitus in horto, figura quadrata.* Sir. xxiv. 31. Longus Pastor iv. 1. Hom. Odyss. η'. 127. Theophylactus ad h. l. *πρασιαὶ λέγονται τὰ ἐν τοῖς κήποις διάφορα κόμματα, ἐν οἷς φυτεύονται διάφορα πολλάκις λάχανα·* hinc *πρασιαὶ, πρασιαὶ* est *areolatim, per ordines,* discubuerunt homines per gramina ea figura, quam areolæ in hortis habere solent. v. *Bielii* Thes. h. v. et *Wetstenius* ad h. l. *ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα*] *partim centeni, partim quinquageni: ἀνὰ* enim numerum distributivum exprimit, et per nomina numeralia distributiva explicari debet. v. Joh. ii. 6. *Glassii* Philol. S. p. 439. et *Fischeri* Animadvv. ad *Well.* Vol. iii. P. 2. p. 163. Cæterum *ἀναπίπτειν* est, *ad cibum sumendum recumbere.* vid. not. ad Matth. xv. 35. interpp. ad Thom. Mag. h. v. et *Elsnerus* ad h. l.

(43. 44.) *ἀπὸ τῶν ἰχθύων*] scl. *τι·* ut Matth. xxvii. 9. *ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ* scl. *τινές.* 2 Joh. iv. *ἐκ τῶν τέκνων σου* scl. *τινάς.* — (44.) Particulam *ὡσεὶ*, quæ ex Matth. xiv. 21. in h. l. migravit, quamque plurimi et optimi codd. omittunt, *Griesbachius* et *Matthæius* merito ex ordine ejecerunt.

(45.) Vid. Matth. xiv. 22 sqq. *εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰ*] (ita enim scribendum, non *Βηθσαϊδὰν*, vid. ad Matth. xi. 21.), *jussit discipulos præcedere in alteram lacus partem juxta Bethsaïdam.* Matth. xiv. 22. simpliciter scripsit: *προάγειν εἰς τὸ πέραν.* Joh. vi. 17. legitur: *ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ·* infra v. 53. *ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γεννησαρέτ·* sed Luc. ix. 10. solitudo, in quam se contulerat Jesus, coll. supra v. 31. et e qua nunc cum discipulis suis discedebat, in vicinia *πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδὰ* fuisse dicitur. Scilicet duo erant hujus nominis oppida, alterum ad orientale litus lacus Genesaret situm; in hujus oppidi vicinia solitudo erat, in quam secesserat Jesus, hoc oppidum memoratur Luc. ix. 10. alterum ad latus occidentale lacus Genesaret positus, non longe a Capernaumo distabat. vid. not. ad Matth. xiv. 13. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. p. 442 sqq. *Schleusneri* Lex. v. *Βηθσαϊδὰ·* et *Michaëlis* ad Marc. viii. 22.

(46.) *καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς*] *cum valedixisset populo, eum dimisisset; αὐτοῖς* enim referri debet ad *ὄχλος.* vid. viii. 1. Apud Matth. l. c. legitur *ἀπολύσας τοὺς ὄχλους.* Formula autem *ἀποτάσσεσθαί τινι* in dialecto Macedonica respondet formulæ *ἀσπάζεσθαί τινα,* qua lingua Atticorum usa est de iis, qui ab aliquo ita discedunt, ut eum salutent atque valere jubeant. Xen. Cyr. vi. 4. 4. Anab. vii. 1. 6. Sic *ἀποτάσσεσθαί τινι* præter hunc locum legitur quoque Luc. ix. 61. Act. xviii. 18. 22. 2 Cor. ii. 13. Joseph. Ant. viii.

ἀπολύσῃ τὸν ὄχλον. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν 46
εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Καὶ ὀψίας γενομένης, ἦν τὸ 47
πλοῖον ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης, καὶ αὐτὸς μόνος ἐπὶ τῆς γῆς.
Καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν· (ἦν γὰρ ὁ 48
ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς·) καὶ περὶ τετάρτην φυλακὴν τῆς
νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς, περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης·
καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτούς. Οἱ δὲ, ἰδόντες αὐτὸν περιπα- 49
τοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἔδοξαν φάντασμα εἶναι, καὶ
ἀνέκραξαν. (Πάντες γὰρ αὐτὸν εἶδον, καὶ ἐταράχθησαν.) 50
Καὶ εὐθέως ἐλάλησε μετ' αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Θαρσεῖτε,
ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. Καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον· 51
καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος· καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς
ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον· Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις· 52
ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. Καὶ διαπεράσαντες 53
ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν Γενησαρὲτ, καὶ προσωρμίσθησαν.

13. 7. δεηθεὶς δὲ συγχωρῆσαι αὐτῷ τοὺς γονεῖς ἀσπάσασθαι, κελεύσαντος τοῦτο ποιεῖν, ἀποταξάμενος αὐτοῖς εἵπετο, *rogavit tamen, ut sibi liceret parentes salutare, quo impetrato, cum illis valedixisset, eum secutus est.* vid. et *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. p. 703.

(48.) Vid. Matth. xiv. 24. add. ib. not. p. 397. ἐν τῷ ἐλαύνειν] scl. ναῦν, quod additur Xen. Rep. Athen. i. 2. 20. ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἐλαύνων τὰς ναῦς· add. Aristoph. Equitt. v. 1179. Homer. Odyss. γ'. 157. cf. et *Kypkius* ad Joh. vi. 19. *in remigando, in navigio remis propellendo.* φυλακὴν τῆς νυκτὸς,—jungitur nomini φυλακὴ genitivus τῆς νυκτὸς, quoniam Hebræi dicebant אַשְׁמוּרָה בַלָּיְלָה v. Ps. xc. 4. ubi οἱ ο'. habent φυλακὴ ἐν νυκτὶ, h. e. τῆς νυκτός.

(51.) ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον] verbum ἐθαύμαζον, quod ab Alexandrinis aliisque codd. nonnullis abest, et apud Syrum locum mutat, jure meritoque *Erasmo, Millio, Griesbachio*, aliis, interpolationis nomine suspectum visum est. Ipsa particula καὶ verbo ἐθαύμαζον juncta, et scripturæ inconstantia docet, grammaticos verba ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο explicare voluisse per ἐθαύμαζον. Notum enim est, librarios permultis in locis peccasse sic, ut interpretamenta a grammaticis in marginibus codicum enotata, vel inter versus posita, in ipsa texta contulerint, vel ita, ut ea verbis, ad quæ pertinere viderentur, aut præponerent aut postponerent, nunc simpliciter, nunc adjectis particulis καὶ, ἤτοι et his similibus, vel sic, ut ea inde sejungerent, et alienis locis collocarent. vid. *Fischerus* Proluss. de verss. Grr. V. T. p. 194. *Grævius* ad Cic. ep. iii. 6. 8.

(52.) οὐ γὰρ συνῆκαν] *nondum erant sapientiores, intelligentiores facti.* v. infra viii. 17. Matth. xvi. 8. Marc. viii. 17. συνίημι ab Alexandrinis ponitur pro הִשְׂכִּיל Jos. i. 7. 1 Sam. xviii. 14. ἐπὶ τοῖς ἄρτοις] breviter dictum est pro ἐπὶ τῷ θαύματι τοῖς ἄρτοις γενομένῳ, *post miraculum recenter in panibus editum*; particula autem ἐπὶ dativo juncta haud raro notat *post*, et *recens aliquod factum indicat*, nec cum participio tantum copulata, sed etiam cum adjectivo et substantivo, ut Arrian. Exp. Alex. i. 10. ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ. Joseph. Ant. v. 1. 26. εὖ ποιήσετε σωφρονήσαντες καὶ ἐπὶ νεκροῖς μετατιθέμενοι ἁμαρτήμασι, *bene agetis, si post peccata modo commissa resipiscatis.* cf. omnino *Gronovius* ad Lucian T. i. p. 538. *Krebsius* et *Læsnerus* ad h. l. Mens autem Marci, qui hæc de suo adjecisse videtur, hæc est: cum Jesus navem ingressus esset, subito venti et fluctus se ponebant, ita, ut vehementer obstupescerent discipuli. Si intelligentiores redditi fuissent eo quod nuper modo cum panibus evenerat, si illud miraculum attendissent et considerassent, ista tempestatis sedatio non iis adeo præter opinionem evenisset. ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη] *erat enim eorum animus hebetior.* πωροῦσθαι a πῶρος significat *callo obduci*, etiam *pinguefieri*; sic σὰρξ πεπωρωμένη, *caro pinguefacta*, Æl. H. V. ix. 33. deinde ut παχύνεσθαι (quo verbo Matth. xiii. 15. redditur Hebr. הַשְׁמֵן Ies. vi. 10. quod ipsum verbum Joh. xii. 40. laudans Iesaiæ locum expressit verbis πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν) transfertur ad animum, et adhibetur de eo, qui animo est hebetiori, qui ingenii laborat stupore, ut

54 Καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἐπιγνόντες
55 αὐτὸν, Περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, ἤρξαντο
ἐπὶ τοῖς κραβϐάτοις τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν, ὅπου
56 ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι. Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας,
ἢ πόλεις, ἢ ἀγροὺς, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας,
καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου
αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο.

## ΚΕΦ. ζ'.

ΚΑΙ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, καί τινες τῶν
2 Γραμματέων, ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων· Καὶ ἰδόντες τινὰς
τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ (τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις) ἐσθί-
3 οντας ἄρτους, †ἐμέμψαντο. (Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι καὶ πάντες

2. † ἐμέμψαντο.

h. l. unde Hesychius πεπωρωμένοι explicat ἐσκληρωμένοι· et πῶρος, ἀναισθησία, qua quidem voce etiam Œcumenius ad Eph. iv. 19. interpretatus est vocabulum πώρωσις.

(53.) καὶ προσωρμίσθησαν] *ibique appulerunt:* Longus Pastor. ii. 9. προσορμίζονται τοῖς ἀγροῖς. Arrian. Exp. Al. vi. 4. 2. προσορμισθεὶς κατὰ τὴν λίμνην. Æl. H. V. viii. 5. τῇ Νάξῳ δὲ προσωρμίσθη οὐχ ἑκών· alia exempla plura attulerunt *Wetstenius*, *Elsnerus* et *Heupelius* ad h. l. male autem hæc verba καὶ προσωρμίσθησαν a codd. et verss. nonnullis omittuntur. Sed facile fallere potuit librarios, eos præsertim, qui e codice στιχηρῶς exarato textum exscriberent, particula καὶ recurrens; fortassis etiam omissa sunt illa verba, quoniam putabantur supervacanea, cum præcedat ἦλθον ἐπὶ τὴν γῆν et sequatur καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ πλοίου. vid. *Griesbachius* in Comm. Crit. Part. iii. p. 15.

(54. 55.) εὐθέως ἐπιγνόντες αὐτὸν] *statim agnoscebant eum, man erkannte ihn*, sermo est de tractus illius incolis, plenius apud Matth. xiv. 35. legitur: οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου e quo loco in nonnullos codd. et verss. irrepserunt additamenta οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου et τοῦ τόπου ἐκείνου. — (55.) τοὺς κακῶς — ἐστι] *comportabant ægrotos ubicunque eum versari audivissent:* ἐκεῖ ex Hebraismo redundat, ut שם post אשר Jos. xxii. 19. Gen. xiii. 3. xxxi. 13. 1 Sam. ix. 10. quo posteriori loco LXX. habent πόλις οὗ ἦν ἐκεῖ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ. Judith. v. 19. οὗ ἐσπάρησαν ἐκεῖ· sæpius tamen etiam Alexandrini interpp. admonitu genii linguæ Græcæ שם in versione sua præteriere. v. Gen. xiii. 3. Exod. ix. 26. cf. *Vorstius* de Hebraism. p. 558.

(56.) ἐν ταῖς ἀγοραῖς] v. Matth. xi. 16. ἵνα — ἅψωνται] *ut saltem* (κἂν *vel, saltem*, Act. v. 15. 2 Cor. xi. 16) *fimbriam pallii ejus attingere illis liceret*. cf. not. ad Matt. ix. 21. add. Marc. v. 28.

### CAP. VII.

(1. 2.) Vid. Matth. xv. 1. καὶ] id. qd. τότε *tunc*. — (2.) καὶ ἰδόντες τινὰς κ. τ. λ.] *qui cum vidissent nonnullos discipulorum ejus cibum capere manibus immundis*, h. e. ut ipse Marcus interpretatur, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις *manibus illotis*. Hæc vero ipsa verba *Küsterus* in Præfat. N. T. *Millii* præmissa p. 5. *Valckenarius* in Schediasm. p. 357. et *Wassenberghius* in Diss. de Glossis N. T. præmissa Selectis e Scholis *Valckenarii* in N. T. Vol. i. p. 37. glossis annumerant; sed omnes codd. ea exhibent, conf. etiam not. ad v. 15. κοινὸς, vid. ad Matth. xv. 11. ἐσθίοντας] participium positum est loco infinitivi, Græcorum more, ut Matth. xi. 1. Luc. v. 4. vii. 45. ἐμέμψαντο *vituperarunt eos*. Sed hoc ipsum verbum in pluribus diversarum recensionum optimæ notæ codd. deest; in aliis libris legitur κατέγνωσαν· addita sunt hæc verba, ut scienter docuit *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Part. 4. p. 1. ab iis, qui non animadverterent, apodosin periodi v. 2. inchoatæ, sequi demum v. 5. et versus 3. ac 4. parentheseos nota a reliquis esse separandos, qui adeo, cum putarent deesse aliquid, supplerent ἐμέμψαντο vel κατέγνωσαν.

(3.) Illustrationis caussa et in usum lectorum suorum, quibus Pharisæorum et Judæorum instituta minus cognita essent, Marcus adjecit ea, quæ v. 3. et 4. leguntur. καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι addidit Marcus, quo ostenderet, hoc non fuisse peculiare Pharisæorum institutum, sed ritum hunc observatum ab omnibus, qui traditiones sequerentur, quæ erat pars Judæorum maxima. Nam Sadducæi et alii quidam ejusmodi institutis se non addicebant, ut bene monuit

οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι,
κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων· Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, 4
ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι· καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν,
ἃ παρέλαβον κρατεῖν, βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ

ad h. l. *Grotius.* ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας] variant interpretes in constituendo horum verborum sensu. Vulgatus interpres πυγμῇ reddidit *crebro*, quem propterea πυκνῇ (id. qd. πυκνὰ s. πυκνῶς) legisse, saltem in animo habuisse, *Erasmus* et *Beza* conjecerunt. "Aurium errore enatum est ex πυγμῇ in codicibus nonnullis Occidentalium, velut in D. πυκμῇ, quod cum sensu carere videretur, nonnulli hariolando verterunt *primo* s. *prius*, alii *momento*, alii conjicientes πυκνῇ, et hoc pro πυκνὰ s. πυκνῶς accipientes, inde exsculpserunt *crebro* s. *subinde*. Syrus autem, vertens *sedulo* non verbum verbo reddere voluit, sed sensum pro suo more expressit." *Griesbachius* l. c. Nonnulli verba nostra vertunt: *nisi pugno manus laverint*, ut manus in pugnum contracta, cavam manum fricet; inepta interpretatio, præsertim cum hujus ritus nullum in scriptis Judæorum vestigium reperiatur, ut post *Wetstenium* monuit *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. Alii, præeunte Theophylacto, explicant ἄχρι ἀγκῶνος, *ad cubitum usque*, quæ tamen explicatio repugnat usui loquendi, nam πυγμὴ non est cubitus, et consuetudini Judæorum, quæ vel digitos solos, vel manum solam ad carpum usque lavari jubet. vid. *Wetstenius* ad h. l. Hinc probabilior est aliorum ratio, qui πυγμῇ exponunt: *ad carpum usque*, ut πυγμὴ sit *manus cum carpo*, Maimonides Jadaim tract. Berachoth c. 5. s. 4. *manuum lotionem pertingere*, docet *usque ad juncturam lacerti* s. *carpum*, עַד הַפֶּרֶק. v. *Hammondus*, *Lightfootus* et *Schættgenius* ad h. l. Alii denique πυγμῇ interpretantur: *sedulo et accurate*, quæ interpretatio nobis cummaxime commendabilis videtur. Scilicet πυγμὴ est prop. *pugnus* (Hesychius: πυγμή, γρόνθος, πύκτη, ἤγουν τὸ συγκεκλεῖσθαι τοὺς δακτύλους) et in versione Alexandrina respondet Hebr. אֶגְרֹף v. Exod. xxi. 18. Ies. lviii. 4. atque adeo πυγμῇ proprie significat *manu in pugnum contracta*. Sed illud ipsum nomen אֶגְרֹף etiam *de robore*, *fortitudine* adhibetur, et *homines robusti*, in scriptis Rabbinorum dicuntur באלי אגרופין, vid. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 483. hinc πυγμῇ commode reddi potest, *fortiter, accurate et sedulo*; certe Syrus interpres vertit, ܕܚܝܠܬܢܐܝܬ quo adverbio Luc. xv. 8. expressit etiam adverbium ἐπιμελῶς. cf. et *Glassius* Phil. S. p. 364. παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων] vid. not. ad Matth. xv. 2. κρατεῖν] *tenere, observare*, Hebr. החזיק Job. ii. 3. add. 2 Thes. ii. 15.

(4.) Verba καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι plures interpretes vertunt: *et e foro* (i. e. *publico*, publica loca opponuntur domibus, vid. ad Matth. xi. 16. et *Læsnerus* ad h. l.) *reversi, nisi manus laverint, cibum non capiunt.* Monent præterea, ad vocem ἀπὸ ἀγορᾶς subintelligi debere γενόμενοι, (ut plene legitur ap. Herodot. ii. 78. ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γενόμενοι, vid. *Elsnerus* et *Münthius* ad h. l. vel ὄντες (Herodot. i. 126. ἀπὸ δείπνου ἦσαν, v. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. vel ἐλθόντες, vel ὅταν ἔλθωσι, quod scholion cod. Cantabrig. aliique pauci adjiciunt. v. *Palairetus*, *Læsnerus* ad h. l. *Fischerus* Ind. Theophr. sub v. ἀπὸ et ad Anacr. xlv. 8. Neutiquam tamen hæc verborum interpretatio probanda est. Etenim jam supra v. 3. notaverat Evangelista, Pharisæos et Judæorum plerosque, priusquam cibum caperent, manus lavare solere, ergo per se intelligebatur, eos etiam e publico reversos, priusquam cibum caperent, manus lavare solitos esse. Quodsi igitur Marci verbis inesset sensus, quem illi interpretes iis substituunt, prorsus supervacaneam notationem Evangelista h. l. adjecisset. Hoc cum probe intelligerent alii, verba nostra hunc in modum explicanda esse contenderunt: *e foro reversi, corpus aquæ immergunt, priusquam cibum capiant.* Notant: Pharisæos redeuntes e publico, tanquam a contagione et pollutione vulgi, totum corpus lavisse; credidisse enim eos, se pollui et contaminari congressu cum cæteris hominibus. Sed manuum immersio rite facta, ut contra rectissime monuerunt alii, huic fini abunde suffecisset, parum ergo probabile est, Pharisæos sibi hoc onus imposuisse, ut quoties e publico domum rediissent, vestes omnes deponerent, et aquis corpus immergerent; neque omnino idoneis argumentis probari potest, hanc fuisse Pharisæorum consuetudinem. Laudant quidem *Schættgenius* et *Lightfootus*, Chagiga fol. 18. 1. *Lotio fit, quando cibum communem, aut decimas, aut Terumam comedunt, sed quando sacrificium edunt, se immergunt*; sed hæc sunt ab h. l. aliena, non est de sacrificiis sermo. Itaque non dubito assensu meo comprobare eorum interpretum sententiam, qui verba καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς κ. τ. λ. hunc in modum exponunt: *nec res in foro venales edunt, nisi prius aqua ablutæ et purgatæ fuerint.*

5 χαλκίων καὶ κλινῶν.) Ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρι-
σαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς· Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περι-
πατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ ¹ἀνίπ-
6 τοις χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν
αὐτοῖς· Ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν
ὑποκριτῶν· ὡς γέγραπται· Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με
7 τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην
δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀν-
8 θρώπων. Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, κρατεῖτε τὴν
παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων·
9 καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Καὶ ἔλεγεν
αὐτοῖς· Καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν

5. ∾ κοιναῖς.

Hæc interpretatio et orationis seriei et usui loquendi Evangelistæ apprime conveniens est. Eadem enim loquendi ratio ἐσθίειν ἀπό τινος recurrit infra v. 28. Vocabulum autem ἀγορὰ ab optimis quoque scriptoribus Græcis usurpatur *de omnibus rebus, in foro venalibus, inprimis de iis, quæ ad victum pertinent*, ut ap. Xen. Cyr. iv. 5. 40. Æl. H. V. iv. 1. Suidas: ἀγορὰ — καὶ αὐτὰ τὰ ὤνια. add. schol. ad Aristoph. Acharn. 21. et *Krebsius* ad h. l. καὶ ἄλλα—κρατεῖν, *et multa alia sunt quæ*, per traditionem, *tenenda acceperunt*. βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν, *purgationes poculorum et urceorum*: ξέστης Hebr. קסט. v. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 2076. vox Latina, corrupta, respondens Latino *Sextarius*, genus mensuræ liquidorum, hinc *vas sextarii capax*, tum omnino *vas e quo vinum aut aqua funditur*, sive sextarium capiat, sive non, *urceus*, ut expressit interpres Vulgatus. Galenus lib. 1. de composit. medicament. a *Beza* et *Wetstenio* ad h. l. laudatus: καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὅπως ἐν Ῥώμῃ διατρίβων ἀντὶ λιτρῶν ὠνόμαζε κοτύλας· ἐπιχώρια γὰρ ταῦτα ὀνόματα τό τε τῆς λίτρας, καὶ τὸ τοῦ ξέστου, καὶ τὸ τῆς οὐγγίας. Παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις οὔτε τὸ μέτρον ἦν, οὔτε τοὔνομα τοῦτο. νυνὶ δὲ ἀφ' οὗ Ῥωμαῖοι κρατοῦσι, τὸ μὲν ὄνομα τοῦ ξέστου παρὰ πᾶσίν ἐστι τῇ Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ χρωμένοις ἔθνεσιν, αὐτὸ δὲ τὸ μέτρον οὐκ ἴσον τῷ Ῥωμαϊκῷ. Etymol. M. ξέστης Ῥωμαϊκόν ἐστιν ὄνομα· τὸν γὰρ παρ' ἡμῖν ἓξ ἀριθμὸν αὐτοὶ λέγουσι σίξ· καὶ μέτρον τινὸς παρ' αὐτοῖς τὸ ἕκτον λέγουσι σίξτον· διὰ δὲ εὐφωνίαν τὸ σίξτης λέγεται ξέστης, κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων, οὕτω Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου. Itaque non probanda videtur *Erasmi* sententia, qui ξέστης derivat a ξεστὸς, *rasus, scalptus*, quod est a ξέω, *rado, polio*, atque adeo significari putat h. l. *urceos sive pocula lignea, torno polita et elaborata*. χαλκίων, *vasorum æneorum*; vasa testacea non commemorantur, quoniam hæc, si polluta crederentur, frangebantur. Cæterum quam diligentes fuerint Pharisæi in vasis purgandis, patet etiam a Matth. xxiii. 25. κλινῶν, vid. ad iv. 21.

(5. 6.) ἔπειτα] *tum igitur*. οὐ περιπατοῦσι κ. τ. λ.] *non sequuntur majorum placita*. Hebraismus satis notus. Pro ἀνίπτοις χερσὶ, ut verissime judicavit *Griesbachius*, cum præstantissimis diversarum familiarum codd. reponendum est κοιναῖς χερσὶ, voluit enim Marcus h. l. ipsissima Pharisæorum verba referre, hinc etiam v. 2. usus erat formula, in scholis Pharisæorum usitata, eamque in usum lectorum suorum accuratius explicuerat.—(6.) καλῶς προεφήτευσεν] *præclare, recte cecinit*, in vos simulatores pessimos egregie conveniunt verba Iesaiæ xxix. 13. Cæterum cf. notata ad Matth. xv. 7 sqq.

(8.) ἀφιέναι] pro quo Matth. xv. 3. usus est verbo παραβαίνειν, h. l. notat: *non curare, negligere*, ut Matth. xxiii. 23. Hebr. עזב 2 Regg. xvii. 16. nam opponitur ei verbum κρατεῖν, *tenere, observare*. Verba βαπτισμοὺς—πολλὰ ποιεῖτε in pluribus optimæ notæ libris non leguntur, in aliis libris ἄλλα, in aliis πολλὰ, in aliis τοιαῦτα omittitur, in aliis variat ordo verborum; videntur ergo hæc verba glossemata esse, petita e v. 4. et 13.

(9.) In explicanda voce καλῶς dissentiunt interpretes. v. *Kœcherus* in Analectis ad h. l. *Heumannus* admonitu vers. Arab. et Æthiop. interrogative capit verba καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, *num jure præcepta divina abrogatis? Wakefieldius* in Sylva Crit. vertit *prorsus abrogatis;* laudat Theocrit. Id. 33. καλὸν πεφιλάμενοι· ubi schol. τὸ καλὸν, ἀντὶ τοῦ λίαν. Plaut. Mil. Glor. ii. 4. 50. *peristi pulchre*. Phædr. i. 10. 10. *pulchre negas*. *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l.

παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε. Μωσῆς γὰρ εἶπε· Τίμα τὸν 10
πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· καί· Ὁ κακολογῶν πατέρα
ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ἐὰν 11
εἴπῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί· Κορβᾶν (ὅ ἐστι, δῶρον),
ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν
ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ἀκυροῦντες 13
τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε· καὶ
παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Καὶ προσκαλεσάμενος 14
πάντα τὸν ὄχλον, ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀκούετέ μου πάντες, καὶ
συνίετε. Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς 15
αὐτὸν, ὃ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα
ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. Εἴ τις 16
ἔχει ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ 17
τοῦ ὄχλου, ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παρα-
βολῆς. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; 18
οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον,
οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; Ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ 19

comparat. Syr. ܛܒ quod significat *bene* et *valde*. *Winerus üb. die Ironieen in den Reden Jesu* in *Zimmermanni Monatsschrift für Predigerwissenschaften* B. 2. Heft 3. p. 263. καλῶς explicat, *solerter admodum* 1 Tim. iii. 13. (*οἱ καλῶς διακονήσαντες qui diaconi munere* recte *functi sunt*) et vertit: magna et plane singularis est vestra in tollendis legibus divinis solertia, calliditas; ut adeo nulla verbis Ironia insit. Alii interpungunt post καλῶς, ut subaudiendum sit ποιεῖτε· sed καλῶς cohæret cum ἀθετεῖτε et dictum est per ἀντίφρασιν, *præclare, egregie negligitis* i. pessime negligitis legem divinam, eum in finem, ut vestra præcepta observare possitis. v. *Glassius* Phil. S. p. 908. *ἀθετεῖν τὴν ἐντολὴν, abrogare, auctoritate sua privare, negligere legem*, חמס Ez. xxii. 26. id. qd. ἀκυροῦν infra v. 13. quod verbum Hesychius interpretatur per καταργεῖν. Pro τηρήσητε in nonnullis libris extat στήσητε, *quo stabiliatis, tueamini, vim et auctoritatem tribuatis*: Rom. iii. 31. hoc idem verbum de lege adhibitum, opponitur τῷ καταργεῖν et Hebr. x. 9. τῷ ἀναιρεῖν· vulgaris lectio, quam diversarum recensionum libri tuentur, proba est, verbum στήσητε adscripserunt grammatici, quo luculentior existeret antithesis.

(11 sqq.) ἄνθρωπος] id. qd. τίς. κορβᾶν] *donum*, ut Joseph. Ant. iv. 4. 4. ad Matth. xv. 5. deest h. l. ἀπόδοσις ad eamque supplendam ex antithesi v. 10. subaudiendum est, *θανάτῳ μὴ τελευτάτω· si quis dixerit patri aut matri: Deo dicatum est quo tu a me juvari possis, nullam culpam luet, non morietur.* v. *Krebsius* ad h. l. et not. ad Luc. xiii. 9. xix. 42. — (12.) καὶ οὐκέτι ἀφίετε κ. τ. λ.] *neque permittitis ei, ut parentibus beneficium præstet.* οὐκέτι positum est pro simplici οὐκ, *non*, sic οὐκέτι legitur pro μὴ in vers. Alex. Exod. v. 7. ix. 28. v. *Glassius* Philol. S. p. 379. ποιεῖν absolute positum, h. l. notat *beneficia tribuere*, ut Matth. xxv. 40. ubi v. not. add. xvii. 12. οὐκ ἀφίετε αὐτὸν] *non permittitis ei*, impeditis hac ipsa præceptione vestra, quominus parentibus, ab ipso res ad vitam tuendam necessarias petentibus, beneficia tribuat. — (13.) ᾗ παρεδώκατε] pro ἣν παρεδώκατε, pronomen enim relativum, more Atticorum, præcedentis nominis casui, non verbo sequenti, respondet, ut Joh. ii. 22. infra xiii. 19. Herodot. v. 40. iii. 134. v. 49. vid. *Glassius* p. 168. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. p. 1. p. 338. et *Heupelius* ad h. l. sed ᾗ s. ἣν παρεδώκατε ex Hebraismo redundat. *καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε, et talia longe plura constituitis, præcipitis.*

(14 ss.) Vid. Matth. xv. 10 sqq.

(17 sqq.) καὶ ὅτε εἰσῆλθεν κ. τ. λ.] *cum deinde e turba populi* (ἀπὸ separationem h. l. indicat, ut sæpius) *domum rediisset, interrogabant eum discipuli de sensu hujus sermonis obscuri*, ita enim h. l. explicare debet vocabulum παραβολὴ, ut Matth. xiii. 18. Sed

εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα
20 ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα. Ἔλεγε δὲ,
ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν
21 ἄνθρωπον. Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς καρδίας τῶν ἀνθρώπων οἱ
διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορεύονται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι,
22 Κλοπαὶ, πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς
23 πονηρὸς, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη. Πάντα ταῦτα
τὰ πονηρὰ ἔσωθεν ἐκπορεύεται, καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.
24 Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ
Σιδῶνος· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδένα ἤθελε γνῶναι·

pro περὶ τῆς παραβολῆς optimæ notæ codd. exhibent τὴν παραβολὴν, quæ lectio, utpote durior et difficilior, vulgari præferenda est. —(19.) ἀφεδρὼν] est *latrina*, vid. ad Matth. xv. 17. non *intestinum rectum*, ut *Michaëlis* ad h. l. repugnante usu loquendi contendit, contra quem scienter disputavit *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. vid. et *Storrius* Diss. in aliquot loca libror. N. T. historicor. P. 1. p. 46 ss. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα] *quod omnis generis cibos purgat ;* καθαρίζον positum est pro ὃ ἐστι καθαρίζον i. e. ὃ καθαρίζει· et hæc ultima versus verba referri debent ad enuntiationes, quæ præcesserunt : *cibi non deferuntur ad animum, sed abeunt in ventriculum, et alvi excrementa in latrinam ejiciuntur*, sequitur jam : *hoc purgat omnis generis cibos*, sic omnis generis cibi liciti sunt, nec nos invisos Deo reddunt, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον Matth. xv. 11. Similis locus Athen. 3. p. 103. πότους ἑωθίνους πίνει διά σε νῦν (ὅ), πρότερον οὐκ (ἦν) εἰθισμένον, *potus matutinos propter te nunc bibit, quod antea facere non solebat.* Constat præterea ab Hebræis et Græcis participia sæpius absolute poni, omisso verbo substantivo, pro temporibus finitis v. *Glassius* Phil. S. p. 348. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 8. ad Plat. Eutyphr. xii. 16. ad Anacr. lii. 2. Lectiones καθαρίζει, καθαρίζειν, καθαρίζων originem suam debent librariis, et grammaticis, quibus neutrum καθαρίζον offensioni esset.

(22.) πλεονεξίαι] *amor habendi*, (Ovid. Fast. i. 195. v. ibi *Burm.*) *inhonesta lucri studia.* πονηρία] *malitia, aliis nocendi cupiditas, böse Ränke, Tücke.* Matth. xxii. 18. Rom. i. 29. ἀσέλγεια] h. l. non est, ut plerique volunt, *lascivia, impudicitia ;* quodsi enim hæc intelligenda esset, haud dubie hanc vocem junctam deprehenderemus vocabulis μοιχεῖαι, πορνεῖαι, ut Rom. xiii. 13. 2 Cor. xii. 21. 1 Petr. iv. 3. sed significatur hac voce *insolentia, injuria quævis insignior,* quæ famæ, fortunæ, corpori aliorum maligno animo infertur, ut 3 Macc. ii. 26. Polyb. v. 28. viii. 9. vid. *Raphelius* Obss. Polyb. et *Münthius* ad h. l. ὀφθαλμὸς πονηρὸς, vid. ad Matth. xx. 15. βλασφημίαι] *calumniæ, obtrectationes*, Matth. xii. 31. Eph. iv. 31. Theophylact. ad Col. iii. 8. hoc vocabulum explicuit λοιδορία, — ὑπερηφανία, *superbia*, Hebr. גאה Prov. viii. 13. Theophr. Char. 24. ἔστι δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις, πλὴν αὑτοῦ τῶν ἄλλων. Vocabulum ἀφροσύνη plerumque reddunt : *amentia, dementia, rationis abusus.* Rectius *Schottus* expressit : *scelera.* Scilicet ἀφροσύνη proprie est *insipientia*, opponitur ei φρόνησις, v. Plato Cratyl. 4. et synonymum ejus est ἄνοια, quocum copulatum legitur ap. Julian. Cæs. p. 19. ed. *Heusing.* al. in versione autem Alexandrina vocabulum ἀφροσύνη respondet Hebr. נְבָלָה, v. Deut. xxii. 21. Judd. xix. 23, 24. qua voce *perdita nequitia, impietas maxima* significatur, v. *Rosenmülleri* Scholia ad Ps. xiv. 1. quo in loco οἱ ο΄. usi sunt nomine ἄφρων ad exprimendum Hebr. נבל, quod indicat hominem profanum et impium, qui Deum esse negat, adeoque vitam agit perditam ; præterea Theodot. 1 Regg. xxv. 17. בליעל reddidit, ἀφροσύνης υἱός· vocabulo autem בליעל, ut *Michaëlis* docuit, Supplem. at Lexx. Hebr. T. iv. p. 119. notatur *homo abjectus ad omnia scelera, abjectissimæ indolis homo.* Itaque arbitror Marcum Alexandrinorum interpretum exemplo, nomen ἀφροσύνη usurpasse h. l. ad significandam improbitatem, impietatemque maximam.

(24.) Vid. Matth. xv. 21 sqq. καὶ Σιδῶνος in aliis libris deest. Sed qui h. l. verba illa omittunt, iidem fere etiam (accedentibus tamen aliis quoque libris) v. 31. legunt : ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος· quæ quidem lectio multa habet quæ eam commendent. Quodsi ergo hæc lectio v. 31. admittitur, verba καὶ Σιδῶνος rectius ex hoc loco tollentur et ejicientur, cum neutiquam probabile sit, Marcum, qui sic v. 31. accurate notasset, Jesum in reditu demum suo, per Sido-

καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. Ἀκούσασα γὰρ γυνὴ περὶ αὐτοῦ, 25
ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον, ἐλθοῦσα
προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. (Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, 26
¹Συροφοίνισσα τῷ γένει,) καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα τὸ δαιμόνιον
‖ἐκβάλλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν 27
αὐτῇ· Ἄφες πρῶτον χορτασθῆναι τὰ τέκνα· οὐ γὰρ καλόν
ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.
Ἡ δὲ ἀπεκρίθη, καὶ λέγει αὐτῷ· Ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ 28
κυνάρια ὑποκάτω τῆς τραπέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν
παιδίων. Καὶ εἶπεν αὐτῇ· Διὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕπαγε· 29
ἐξελήλυθε τὸ δαιμόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου. Καὶ ἀπελ- 30
θοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς, καὶ
τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.

Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε 31
¹πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων

26. ∾ Συροφοινίκισσα. ‖ ∾ ἐκβάλῃ. 31. ∾ εἰς.

niorum regionem iter fecisse, hoc loco scripsisse: Jesum se contulisse in confinia Tyri ac Sidonis; videntur ergo verba καὶ Σιδῶνος h. l. petita fuisse a grammaticis vel e Matth. xv. 21. vel ex eorum ingeniis prolata, cum scirent in libris Evangelistarum perquam frequenter Tyriorum et Sidoniorum civitates conjunctim commemorari, et v. 31. Sidonem quoque memoratam vidissent. Omissis vero verbis καὶ Σιδῶνος legendum etiam est cum codd. præstantissimis εἰς τὰ ὅρια, grammatici qui enotarant in marg. verba καὶ Σιδῶνος iidem etiam pro ὅρια, *fines* notabant μεθόρια h. e. *confinia.* εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν] *in domum quandam devertit.* Articulus τὴν si retinetur (plurimi tamen et antiquissimi codd. eum omittunt), etiam h. l., ut sæpius, partes suscipit pronominis indefiniti, v. Matth. v. 1. xii. 29. al. οὐδένα ἤθελε γνῶναι] *noluit quemquam ipsum agnoscere*; ne de industria profanarum gentium homines ad se allicere videretur, posthabitis Judæis; ut *Grotius* ad h. l. animadvertit. Ignorari vero etiam volebat Jesus præsentiam suam, et commorationis suæ locum, ut effugeret Pharisæorum insidias.

(29. 30.) διὰ τοῦτον τὸν λόγον] propter hæc tua verba modestiæ atque fiduciæ plena i. e. ob hanc insignem tuam fidem atque modestiam. ὕπαγε] abi curis omnibus levata, votique tui compos: v. 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην. —(30.) In multis codd. et verss. legitur: εὗρε τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης, καὶ τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθός· offendit nimirum librarios, ut notavit ad h. l. *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 4. p. 5. ὕστερον πρότερον, quod narrationi inesse putabant. Nam mater non *invenit* τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς, sed τὴν θυγατέρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης, sedatam ac tranquillam, vid. v. 15. atque *hinc intellexit*, dæmonium jam ex ea exiisse.

(31.) ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου ἦλθε διὰ Σιδῶνος εἰς τὴν θάλασσαν] hanc lectionem tuentur codd. præstantissimi, Alexandrinæ et Occidentalis recensionis, et e verss. antiquis Copt. Æth. It. Syr. hieros. Vulg. nec facile demonstrari poterit, si statuas vulgarem scripturam, Τύρου καὶ Σιδῶνος, genuinam esse, quomodo a grammaticis aut librariis illa altera lectio διὰ Σιδῶνος proficisci potuerit. Sed lectio καὶ Σιδῶνος e loco parallelo Matth. xv. 21. vel ex grammaticorum ingenio, irrepere potuit, ut in v. 24. ita et inde in hunc versum. Offendere vero etiam potuit grammaticos ipsum iter Christi per terras Sidoniorum, gentilium, inprimis ob ea quæ leguntur v. 27. coll. Matth. xv. 24. omninoque absonum videri iis potuit, de finibus Tyri versus lacum Genesaret profecturum, iter fecisse per Sidonem. Sed absonum id neutiquam fuisset. Ex universo enim narrationis nexu apparet (utor verbis *Griesbachii* l. c.), Jesum insidias Pharisæorum, qui ab Hierosolymis advenerant v. 1., evitaturum, e Judæorum regionibus in vicinorum ethnicorum (v. 26.) ditionem consulto secessisse, ac commorationis suæ locum celari voluisse v. 24. Cum vero ne in Tyriorum quidem terris latere se posse intellexisset v. 24. ulterius Sidonem versus progressus est. Itaque ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου, ἦλθε διὰ Σιδῶνος elapso aliquo

32 Δεκαπόλεως. Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον· καὶ
33 παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα. Καὶ ἀπο-
λαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν, ἔβαλε τοὺς
δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ· καὶ πτύσας ἥψατο τῆς

tempore, εἰς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, neque tamen Capernaumum, aut in aliam urbem, ubi cunctis notus esset, concessit, sed ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως aliquamdiu degit.— Pro πρὸς τὴν θάλασσαν auctoritate plurium et optimorum librorum *Griesbachius* in textum recepit εἰς; particulæ πρὸς et παρὰ, quæ in aliis libris leguntur, sunt interpretamenta a grammaticis profecta. Cæterum narratio, quæ jam sequitur, neque in Matthæi neque in Lucæ commentariis legitur, sed Marco propria est. ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων pro simplici ἀνὰ vel διὰ τὰ ὅρια, nam μέσον etiam h. l. ut centies redundat. Δεκαπόλεως vid. ad Matth. iv. 24.

(32.) καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸν μογιλάλον] *adduxerunt ei hominem surdum difficulter loquentem.* μογιλάλος significat proprie hominem impeditæ linguæ et difficulter loquentem, qui ab Hebræis כְּבַד פֶּה et כְּבַד לָשׁוֹן dicitur. v. Exod. iv. 10. ubi LXX. verterunt δύσκωφος. Antiquis medicis, auctore Stephano in L. G. Thes. μογιλάλος et ἀγκυλόγλωσσος sunt vocabula idem valentia, atque significant hominem, cujus lingua impedita est, quia vel ulcus sub lingua cicatricem duriorem obduxit, vel etiam membranulis duriusculis lingua est adstricta. De homine, qui linguæ est præpeditæ, etiam h. l. Syrus interpres, *Beza*, *Grotius*, alii, hoc vocabulum explicuerunt, cum contra alii, sed sine idonea ratione, per μογιλάλον intellexerint *mutum*. Nam sequitur v. 35. ἐλάλει ὀρθῶς· et quamquam v. 37. hic ipse homo annumeratur τοῖς ἀλάλοις, hoc tamen factum est e communi loquendi consuetudine hyperbolica, e qua etiam is, qui linguæ præpeditæ est, cujus vox difficulter intelligitur, *mutus*, ἄλαλος, dicitur, sicut etiam ἀδύνατον eadem ratione non tantum de eo ponitur, quod fieri plane nequit, sed etiam de eo quod arduum est, quod ægre, difficulter effici potest. Præterea hæ ipsæ voces μογιλάλος et ἄλαλος ab interpretibus Alexandrinis inter se permutantur. Vocabulum enim אִלֵּם Ies. xxxv. 6. vertunt μογιλάλον, sed Ps. xxxvii. 14. ἄλαλον. Phavorinus: μογιλάλος· ὁ ἰσχνόφωνος, καὶ μόλις τὸ φθέγμα διορθοῦν δυνάμενος. Cæterum μογιλάλον scriptura sincera et germana est; v. *Griesbachius* l. c. p. 6. μογγιλάλον, quod in nonnullis libris legitur, librariorum oscitatione ortum est. Qui ægrotum adduxerant, παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ τὴν χεῖρα] *rogarunt Jesum, ut ei manum imponeret* i. e. ut eum sanaret, et his verbis utebantur homines illi, quod forte fando audiverant, vel ipsi viderant, hac ratione ægrotos alios Jesum sanasse. vid. ad Matth. ix. 19.

(33.) καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν] *Jesus eum abduxit a populo seorsum.* Formulam ἀπολαβέσθαι τινὰ κατ' ἰδίαν significare, *seorsum aliquem abducere*, ut Xen. Anab. vii. 7. 7. Joseph. B. I. ii. 10. Philostrat. Vit. Apollon. vii. 18. *Elsnerus* et *Kypkius* ad h. l. demonstrarunt. ἔβαλε τοὺς δακτύλους κ. τ. λ.] *immisit auribus ipsius digitos, et sputo suo linguam ejus tetigit.* v. viii. 23. et not. ad Joh. ix. 6. Observant interpretes: in promptu esse, hæc remedia non ita fuisse comparata, ut vi sua naturali effectum gignere valerent mirabilem; sed Jesum se accommodasse imbecillitati hominis, qui de ipsius virtute non quidem dubitaret, attamen crederet, sigmum externum ad sanationem necessario requiri, coll. v. 32. v. 23, 28. not. ad Matth. viii. 3. voluisse ergo Jesum, cum hominem, qui alios loquentes audire non posset, varie contrectaret, ejus animum attentiorem reddere, ei his signis indicare, quid nunc fieri debeat, ejus fidem alere et corroborare, et simul etiam declarare, a se ipso prodiisse hanc salutiferam virtutem. Quod autem Jesus hominem abduxerit a populo seorsum, hujus rei rationem satis probabilem *Reinhardus* in Opuscc. Acadd. T. ii. p. 140. attulit hanc: Jesus surdum subtraxit spectantium oculis, ut impediret, quo minus spectatorum inscitia *vim aliquam occultam quæreret in his rebus, et superstitioni* locus daretur, quam omni tempore ita detestatus est dominus, ut ei quavis ratione, omnique studio occurreret. Aderant etiam plerumque in spectantium turba multi, qui animo essent *in Christum inimico*, et curiose observarent omnia, si forte reperirent, quod reprehendi posset, et ad invidiam trahi. His noluit calumniandi locum dare Jesus, cum facile potuissent *ad circulatoriam quandam jactationem* referre ista omnia, si publice fuissent et in omnium conspectu peracta. ἔβαλε] *immisit*; Hebræi enim, non minus quam Græci atque Latini, multis verbis, quibus proprie vis quædam et impetus significatur, ita utuntur, ut res simpliciter, remota omni violentiæ notione, indicetur; unde et Alexandrini verba Hebraica השים et השליך sqq. particc. ב et ל verbis ἐμβάλλειν et ἐπιβάλλειν expresserunt. v. Gen. xxxi. 34. xlviii. 14, 17. *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 335 sqq.

γλώσσης αὐτοῦ. Καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστέναξε, 34
καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι, διανοίχθητι. Καὶ εὐθέως 35
διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαί· καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς
γλώσσης αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει ὀρθῶς. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς 36
ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν· ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον
περισσότερον ἐκήρυσσον· Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο, 37
λέγοντες· Καλῶς πάντα πεποίηκε· καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ
ἀκούειν, καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.

ΚΕΦ. η'.

ἘΝ ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ
μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος [1] ὁ Ἰησοῦς τοὺς

1. † ὁ Ἰησοῦς.

(34. 35.) ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν] *oculis in cœlum sublatis*, qui erat mos precantium, Matth. xiv. 19. Marc. vi. 41. al. ἐστέναξε] i. precatus est animo, tacite opem Dei imploravit. *Heinsius* atque *Boltenius* ἐστέναξε reddendum esse præcipiunt: *clamavit, in hæc verba erupit, alia voce ad eum dixit;* cum etiam Alexandrini interpretes verba Hebraica זעק Job. xxxi. 38. שוע xxiv. 12. אנק Ez. xxvi. 15. ix. 4. verbo στενάζειν exprimere soleant. Sed ἐστέναξε, ut bene monuit *Willes* Spec. Hermeneut. in Marcum p. 12. non pertinet ad ea quæ sequuntur, verum ad ea quæ præcedunt. vid. et viii. 12. ἐφφαθὰ, ὅ ἐστι διανοίχθητι] *epphata* h. e. *aperitor*, h. e. audi et loquere, sit tibi audiendi et loquendi facultas restituta. ἐφφαθὰ] imperativus conjugationis Ethpael, ܐܶܬ݂ܦܰܬܰܚ, *ethphathah*, ἐθφαθὰ, litera ܬ, cum Græce scribatur, in φ mutata, a verbo ܦܬܰܚ *aperuit.*—(35.) καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ] *et statim audiendi facultatem recepit*. Vocabulum ἀκοὴ h. l. per metonymiam de *auribus* positum legitur, ut Matth. xiii. 14. Act. xxviii. 26. Luc. vii. 1. Ipsa autem formula, *aperire aures alicujus*, more loquendi Hebræorum significat: *audiendi facultatem restituere*. v. Ies. xxxv. 5. 2 Regg. vi. 17. καὶ ἐλύθη κ. τ. λ.] *atque linguæ vinculum solutum est, ita, ut recte et expedite loqui posset;* difficultate loquendi sublata, prompte, recte atque distincte loqui potuit.

(36. 37.) Jesus, qui ut effugeret Pharisæorum insidias, in Tyriorum ac Sidoniorum regionem se contulerat v. 24. et modo inde in regionem Decapolitanam revenerat, ut impediret, quo minus illo ipso tempore nimia populi multitudo concurreret, διεστείλατο αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, *interdixit iis*, homini cujus valetudinem restituerat, iis qui eum adduxerant, et horum comitibus, *ne statim cuiquam dicerent, rem divulgarent*. ὅσον δὲ αὐτὸς — ἐκήρυσσον] *quanto magis autem iis interdicebat, tanto magis prædicabant*. ὅσον positum est pro καθ' ὅσον, v. *Heupelius* ad h. l. Ante μᾶλλον subintell. τοσούτῳ v. *Bosius* de Ellips. sub v. τοσοῦτον. μᾶλλον autem comparativis frequenter a scriptoribus Græcis addi, exemplis pluribus comprobarunt *Gatackerus* de stilo N. T. p. 221. *Raphelius* Obss. Herodott. p. 199. *Palairetus* Obss. p. 122. *Taubmanus* ad Virgil. Culic. v. 78. —(37.) Spectatores (λέγοντες scl. οἱ ἄνθρωποι) sanationem hominis admirantes, læti exclamabant: καλῶς πάντα πεποίηκε, *omnia egregie agit*, non nisi beneficia tribuit, (Ps. xxv. 10. xxxi. 20, 22.) *surdis audiendi, mutis loquendi facultatem reddit.*

CAP. VIII.

(1.) Vid. Matth. xv. 29 sqq. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις] postquam nimirum Jesus e regione Sidoniorum redierat, et se ad mare Galilææ receperat. παμπόλλου ὄχλου ὄντος] *cum admodum magna hominum multitudo adesset*. ὄντος positum est pro παρόντος, et πάμπολυς est idem quod πλεῖστος· sed pro παμπόλλου, quod vocabulum bene Græcum, v. *Heupelius* ad h. l. nonnisi hoc loco in libris N. T. legitur, in multis libris extat πάλιν πολλοῦ· illa ipsa autem vocabuli πάμπολυς raritas effecit, ut grammatici, qui scirent a Marco perquam frequenter vocabula πάλιν et πολὺς jungi, qui in sectione quæ præcessit vii. 33. legissent, cum Jesus sanaret μογιλάλον, adfuisse ὄχλον, quam vocem de magna populi multitudine explicabant, ut, inquam, grammatici in marginibus codd. vel inter versus enotarent πάλιν πολλοῦ· cod. 124. habet πάλιν παμπόλλου· sæpe enim librarii duas unius loci lectiones simul exhibuere, in quibus altera glossema est, quod tamen librarii putarunt esse lectionem. Quæ cum ita sint, non possum adstipulari *Griesbachio*, cui παμπόλλου suspectum est, v. cum l. c. p. 6. recte vero idem

2 μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν
ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ
3 ἔχουσι τί φάγωσι. Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις εἰς
οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰρ αὐτῶν
4 μακρόθεν ἥκουσι. Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ·
Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧδε χορτάσαι ἄρτων ἐπ' ἐρημίας;
5 Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς· Πόσους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον·
6 Ἑπτά. Καὶ παρήγγειλε τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς·
καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ
ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν
7 τῷ ὄχλῳ. Καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας, εἶπε
8 παραθεῖναι καὶ αὐτά. Ἔφαγον δὲ, καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ
9 ἦραν περισσεύματα κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας. Ἦσαν δὲ
οἱ φαγόντες, ὡς τετρακισχίλιοι· καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.
10 Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ,
11 ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά. Καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι,
καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ, ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον
12 ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν. Καὶ ἀναστενάξας τῷ
πνεύματι αὐτοῦ, λέγει· Τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ;

2. ∾ ἡμέραι.

V. D. nomen Ἰησοῦς inducendum tollendumque censet, auctoritate plurium et optimorum codd. Incipiebat hic lectio ecclesiastica, et hanc ipsam ob caussam hoc nomen in ordinem recipiebatur. καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι] *nec haberent quo vescerentur*; sequitur numerus pluralis, quoniam præcesserat nomen collectivum ὄχλος, vid. ad iii. 6.

(2.3.) σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον κ.τ.λ.] *hæc hominum multitudo misericordiam meam movet, nam per triduum apud me commorati sunt*. De verbo σπλαγχνίζομαι vid. ad Matth. ix. 36. Pro ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι cum plurimis et vetustissimis codd. ut Matth. xv. 32. legendum est: ἤδη ἡμέραι τρεῖς, προσμένουσί μοι, κ. τ. λ. vid. *Griesbachius* Comm. Crit. P. 4. p. 7.—(3.) καὶ ἐὰν ἀπολύσω κ.τ.λ.] *et si eos* jejunos domum dimittere vellem, in itinere fame *perirent*, eorum vires prorsus exhaurirentur. ἐκλύεσθαι, vid. ad Matth. ix. 36.

(4—9.) πόθεν] id. qd. πῶς. v. Marc. xii. 35. ὧδε] explicatur addito ἐπ' ἐρημίας. Pro τούτους ap. Matth. xv. 33. legitur ὄχλον τοσοῦτον.—(6.) παρήγγειλε] *præcepit, jussit*, vid. vi. 8. Matth. x. 5. id. qd. ἐκέλευσε Matth. xv. 35.—(7.) καὶ αὐτὰ] nonnulli libri ante εὐλογήσας, alii post εὐλογήσας, alii ante παραθεῖναι, alii post παραθεῖναι ponunt αὐτὰ (scl. ἰχθύδια) s. ταῦτα, s. καὶ αὐτὰ, s. καὶ ταῦτα· hæc inconstantia sat clare docet grammaticis ista additamenta deberi, et Marcum simpliciter scripsisse, εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι, ut verissime judicavit *Griesbachius* l. c. p. 8.—(8.) ἑπτὰ σπυρίδας] *septem corbes*. σπυρὶς est id. qd. κόφινος, quod vocabulum extat Matth. xiv. 20. Joh. vi. 12.

(10.) εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά] vid. ad Matth. xv. 39.

(11.) Vid. Matth. xvi. 1 sqq. Disputabant Pharisæi cum Jesu, ab eoque, tentandi caussa, flagitabant, ut existere juberet portentum in cœlo. συζητεῖν] prop. est *vicissim interrogare*, et quia disputationes per quæstiones atque responsiones fieri solent, hinc notat etiam *disputare*, ut xii. 28. Luc. xxiv. 15. v. *Læsnerus* ad Act. vi. 9. ζητεῖν, *flagitare, postulare*, Hebr. בִּקֵּשׁ Neh. ii. 4. 10. id. qd. ἐπιζητεῖν v. 12.

(12.) ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ, λέγει] *suspirans*, ob insignem eorum malitiam, *dixit*. ἀναστενάξας id. qd. simplex στενάξας, in versione Alex. respondet Hebr. הֶאֱנַח, quod Thren. i. 8. οἱ ό. expresserunt verbo στενάζειν· sed ib. i. 4. ἀναστενάζειν. Additum h. l. τῷ πνεύματι, בְּרוּחוֹ, ex Hebraismo redundat, ut supra ii. 8. in formula ἐπιγνοὺς τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Supra ii. 8. τί pro διατί ut sæpius. Nubem exemplorum collegit

ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον.
Καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἐμβὰς πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς 13
τὸ πέραν.

Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους, καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ 14
εἶχον μεθ' ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ. Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, 15
λέγων· Ὁρᾶτε, βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων,

*Heupelius* ad h.l. εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον] *mihi credite, nunquam his hominibus improbis tale portentum continget.* εἰ δοθήσεται, *si continget*, i. non continget. Notum enim est Hebræos jurejurando aliquid negaturos, adhibuisse vocem אִם, *si*, affirmaturos אִם לֹא (Ies. xiv. 24. Gen. xxiv. 38. Judith. i. 12.) et in his jurandi formulis omissa esse per euphemismum: *non vivam, non ero potens Jova*, et his similia, pro ejus qui loquens inducitur dignitate supplenda. Sic אִם occurrit Ps. lxxxix. 36. cxxxi. 2. Gen. xiv. 23. Potest ergo εἰ, si sensum spectamus, commode exprimi, *non, nunquam*, unde etiam Syrus interpres in versione sua h.l. usus est particula ܠܐ *non*. Lectio autem codicum quorundam, οὐ, pro glossemate habenda est.

(13.) εἰς τὸ πλοῖον] s. ut alii libri legunt, εἰς πλοῖον, Alexandrini omittunt, et cum in codd. Alexandrinæ recensionis πάλιν positum sit ante ἐμβὰς, ut adeo non facile librarii saltum facere potuerint a πάλιν ad πλοῖον, cum præterea verba εἰς πλοῖον facile suppleri potuerint a grammaticis e v. 10. *Griesbachio* (vid. eum l. c. p. 8.) hæc verba haud immerito suspecta visa sunt. τὸ πέραν, vid. ad v. 22.

(14.) Matthæo auctore, c. xvi. 7, 8. Apostoli putabant se propterea a magistro reprehendi, quod non idoneum panum numerum secum tulissent: sed Marco auctore, qui accuratius rem constituit, quod unum tantum panem secum tulissent. Cæt. vid. not. ad Matth. l. c.

(15.) βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου] *cavete vobis a Pharisæorum atque Herodis fermento.* Valde torserunt hæc verba interpretes. In eo fere omnes et recte quidem consentiunt, *Herodem* h. l. nominatum esse pro *Herodianis*, atque adeo præter Herodem Antipam, intelligendos esse Judæos, qui a partibus Herodis Antipæ starent, nominatim aulicos, familiares et ministros ipsius. v. ad Matth. xxii. 16. Marc. iii. 6. Cum vero Matth. loco parall. xvi. 6. non *Herodis et Herodianorum*, sed *Pharisæorum* atque *Sadducæorum* ζύμη commemoretur, ut locum nostrum cum illo concilient, plures statuunt, Jesum tunc temporis meminisse Pharisæorum, Sadducæorum atque Herodianorum, (qui tamen tunc temporis Jesum non adierant, ut eum tentarent), quod omnes adversus eum ejusque discipulos consilia noxia agitarent. Matthæum autem memorasse tantum Pharisæos et Sadducæos, Marcum, Pharisæos et Herodem. Sed a Matthæo ipso xvi. 12. vocabulum ζύμη non de consiliis noxiis, sed de erroribus, doctrina falsa Pharisæorum et Sadducæorum explicatur, neque h.l. de consiliis noxiis cogitandum esse, orationis series docet. vid. v. 14, 17 sqq. Hinc alii arbitrantur, Herodem ejusque amicos h. l. memoratos esse pro Sadducæis, quod æque ac Sadducæi negassent resurrectionem mortuorum, animorum immortalitatem, præmia post mortem exspectanda; et hos ipsos errores per ζύμην Ἡρώδου h. l. esse intelligendos. Sed ut ad Matth. xiv. 2. observavimus, Herodes ejusque familia probabant tantum rationes Sadducæorum politicas, non vero reliqua eorum dogmata et placita. Mihi sic videtur. Marcus cum suos commentarios literis consignaret, non utebatur Matthæi commentariis, v. Prolegg. in Matth. p. 6 sqq. neque adeo nota ei erat, cum quæ h.l. leguntur, scriberet, Matthæi explicatio vocabuli ζύμη, quæ extat Matth. xvi. 12. Matthæus, ut l. c. legitur, per ζύμην intelligebat τὴν διδαχὴν τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων h. e. errores, doctrinam falsam et perniciosam Pharisæorum et Sadducæorum. Mens igitur atque sententia Christi Matth. xvi. 6. est: cavete vobis a falsa doctrina et erroribus Pharisæorum et Sadducæorum, qui mea opera hactenus edita susque deque habent, nec me legatum divinum et Messiam agnoscunt, cavete ne vos in errorem inducant, et a me meaque disciplina avocent. vid. ad Matth. xvi. 6. Marcus per ζύμην intelligebat, *malitiam, pravam ac perversam animi indolem.* Hoc sensu Christus ipse alio tempore, aliave occasione *fermenti* mentionem fecit. v. Luc. xii. 1. Hoc sensu etiam (non autem de doctrina) vocabula שְׂאוֹר *fermentum*, et שִׂיאוּר *fermentatio*, frequenter in scriptis Rabbinorum usurpantur. v. *Lightfootus* Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. xvi. 6. *Buxtorfius* Lex. Talm. p. 1414. Hoc autem sensu Marcum vocabulum ζύμη cepisse, addita verba ἀπὸ τῆς ζύμης Ἡρώδου docent, cum ea non possint de doctrina Herodis ejusque

16 καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου. Καὶ διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους,
17 λέγοντες· Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν. Καὶ γνοὺς ὁ Ἰησοῦς,
λέγει αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχετε;
οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν
18 ὑμῶν; Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε; καὶ ὦτα ἔχοντες
19 οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε; Ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους
ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους, πόσους κοφίνους πλήρεις
20 κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν αὐτῷ· Δώδεκα. Ὅτε δὲ τοὺς
ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα
21 κλασμάτων ἤρατε; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς·
Πῶς οὐ συνίετε;
22 Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδάν· καὶ φέρουσιν αὐτῷ τυφλόν,

familiæ explicari. Vana enim sunt, quæ nonnulli disputarunt de Herodianis, peculiari inter Judæos secta. v. interpp. ad Matth. xxii. 16. Sententia igitur, quam Marcus exprimere voluit, hæc est: nolite vos, qui fuistis hactenus spectatores facinorum meorum, imitari et sequi pravam animi indolem, et pertinacem contumaciam Pharisæorum et Herodianorum, qui opera, quæ hactenus edidi, non curant nec considerant, et me pro quovis alio potius, quam pro Messia atque legato divino habent. Jam in archetypo sententia Christi hunc fere in modum expressa legebatur: cavete vobis a fermento adversariorum meorum. Matthæus igitur, qui ipse colloquio Pharisæorum et Sadducæorum cum Christo instituto, auditor interfuerat, de his hæc verba explicabat. Marcus autem ea intelligebat de Pharisæis et Herodianis. Etenim cum in archetypi exemplo, quo utebatur, v. 11. notatos tantum reperisset Pharisæos, Christo maxime infensos, cum recordaretur conjurationis iii. 6. memoratæ, a Pharisæis et Herodianis contra Christum factæ: conjungendos putabat cum Pharisæis Herodianos, ut significaret adversarios Christi, illo tempore ac loco, acerrimos. Sadducæos non nominabat, quoniam ignorabat, eos una cum Pharisæis Christum adiisse, ab eoque postulasse, ut portentum in cœlo existere juberet; et quoniam Sadducæos, hactenus nondum, tanquam eos, qui Christum tentassent, et insidias ei struxissent, in archetypo, quo utebatur, notatos repererat. Quæcunque demum interpretatio admittatur, hoc certissimum est, Jesum, Matthæo et Marco auctoribus, tunc temporis cohortatum esse discipulos suos, ne paterentur a Judæorum primoribus se eo adduci, ut ipsum pro quovis alio potius, quam pro legato divino atque Messia haberent.

(17. 18.) Vid. Matth. xvi. 8 ss. ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν;] *etiamnunc callo obductum habetis animum?* etiamnunc mens vestra hebes ac stupida est? vid. vi. 52. —(18.) ὀφθαλμοὺς ἔχοντες κ. τ. λ.] ut factorum meorum magnitudinem, dictorum meorum vim, quamvis sint clara atque perspicua, non assequamini, nec quidquam memoria teneatis? v. ad Matth. xiii. 15. Verba καὶ οὐ μνημονεύετε (quæ eo respiciunt, quod a Jesu tam insignis hominum multitudo saturata fuerit, coll. v. 19, 20.) nonnulli interpretes conjungenda esse præcipiunt cum verbis sequentibus, sicuti ea etiam in codd. quibusdam et verss. sequentibus juncta reperiuntur; vertunt igitur: *nonne memoria tenetis, cum quinque panes fregissem—quot corbes—sustuleritis?* Sed sic languere videtur oratio, neque hanc verbi μνημονεύειν cum sequentibus conjunctionem commendat locus Matth. xvi. 9. ad quem interpretes illi provocant, diversa enim est illius loci ratio.

(19 sqq.) ἄρτους ἔκλασα] *panes fractos distribui*, inhæret enim verbo κλᾷν notio distribuendi, ut 1 Cor. xi. 24. ita quoque Hebræi usi sunt formula פרס לחם vid. Ies. lviii. 7. coll. Ezech. xviii. 7. *Vorstius* de Hebraism. N. T. pag. 692 sq.—(21.) πῶς οὐ συνίετε;] *qui fit ut mentem meam non intelligatis?* non perspiciatis me neutiquam de panibus esse locutum? v. ad Matth. xvi. 11.

(22.) Βηθσαϊδὰ] vid. ad vi. 45. ubi notavimus duo hujus nominis oppida fuisse; hinc etiam interpretes dissentiunt, de quonam oppido h. l. cogitandum sit. Alii intelligunt oppidum propter occidentale litus lacus Genesaret situm; alii contra notari putant Bethsaïdan, oppidum ad orientale litus lacus Genesaret positum, postea Julias dictum; his interpretibus accessit nuper *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 4. p. 8. cujus præclaram observationem

καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἵνα αὐτοῦ ἅψηται. Καὶ ἐπιλα- 23
βόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ, ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς
κώμης· καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας
αὐτῷ, ἐπηρώτα αὐτὸν, εἴ τι βλέπει. Καὶ ἀναβλέψας, 24
ἔλεγε· Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας.

apponere liceat. "Solus Cantabrigiensis cum nonnullis Italæ codd. et Gotho Βηθανίαν exhibent pro Βηθσαϊδὰ, quæ lectio minime quidem, ut nonnullis visa fuerat, absurda est, id quod *Paulus* in suo Commentar. ad h. l. acute demonstravit; verum parum tamen probabilis nobis videtur. Nam primo, cum nomina duarum urbium, præsertim majusculis literis scripta, facillime a librariis permutari queant, ea lectio multo est altera potior, in quam plures codicum familiæ et, quæ maximi in hoc discrepantiarum genere momenti sunt, versiones pæne omnes consentiunt. Deinde Bethsaïda, seu Julias, in orientali litore lacus Genesaret versus septentrionem sita, media fere interjacet inter Dalmanutham seu Magdalam Marc. viii. 10. coll. Matth. xv. 39. et Cæsaream Philippi Marc. viii. 27. Matth. xvi. 13. ex quo consequitur, ipsam narrationis seriem favere lectioni Βηθσαϊδά. Tandem, cum Dalmanuthæ non minus quam alibi (Marc. vii. 1.) Pharisæos insidias sibi struere animadverteret Jesus, nulla aut exigua interposita mora, nave eadem qua advenerat, Marc. viii. 10, 13, 22. reversus esse videtur eo, unde venerat, hoc est in desertum, Marc. viii. 14. quod, nisi nos omnia fallunt, erat desertum Bethsaïdæ, Luc. ix. 10. ubi bis panes distribuerat populo, Marc. vi. 35. et c. viii. 1. coll. c. vii. 31. Ergo, nisi a vero abhorret conjectura nostra, τὸ πέραν commate nostro 13. erit litus septentrionale lacus, vicinum deserto Bethsaïdæ, et oppositum meridionali litori, cui adjacet Dalmanutha. Itaque nave profecturus Dalmanutha Bethsaïdan, totum quam late patet lacum trajicere debet." Pro ἔρχεται cum plurimis et optimis codd. legendum est ἔρχονται. Lectio ἔρχεται inde orta videtur, quoniam præcessit ἔλεγε. ἵνα αὐτοῦ ἅψηται] *ut ei manus imponeret*, coll. v. 23, 25. ita quoque Alexandrini interpretes usi sunt verbo ἅπτομαι ad exprimendam Hebraicam formulam שלח יד Job. i. 12. Cæterum Marcus historiam, quæ h. l. legitur, solus attulit, et digna visa est ei hæc cœci sanatio, quam reciperet, ob singulares περιστάσεις cum illa conjunctas, similes illis quæ in historia vii. 31, sqq. exposita, notatæ reperiuntur.

(23.) ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης] *extra oppidum eum duxit*, nempe ut impediret, quo minus turba conflueret, cum nulla interposita mora, forte quoniam Pharisæos sibi insidias struere animadverterat, inde discedere vellet. vid. v. 27. cf. et not. ad vii. 33. κώμη, *vicus*; Luc. ix. 10. vocatur πόλις. vid. ad i. 38. καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ] vid. ad vii. 33. Similia de Vespasiano narrat Sueton. V. Vesp. c. 7. *E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudini, demonstratam a Serapide per quietem: restituturum oculos, si inspuisset; confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Quum vix fides esset, rem ullo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet: extremo hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentavit, nec eventus defuit.* add. Tacit. Hist. iv. 81. Monuerunt autem viri docti, rem omnem illam fictam, fucumque inspectantibus factum esse, cum fraude Vespasiani ipsius, tum sacerdotum, amicorumque intercedente; Vespasianum antequam talia susciperet, non potuisse auctoritatem apud suos nancisci, nec deinceps eum tale quicquam tentasse amplius. vid. quos laudavit *Wolfius* in Curis ad h. l. εἰ, *num*, Hebr. אִם. v. *Noldius* in Concordd. Particc. sub h. v. *Heupelius* ad h. l. et *Schleusneri* Lex. h. v.

(24.) Verbum ἀναβλέπειν, quod aliis in locis notat *visum recipere*, vid. ad Matth. xi. 5. h. l. propriam significationem obtinet, atque adeo ἀναβλέψας reddi debet: *oculos attollens*, experturus nimirum, an oculorum aciem recepisset. βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας] *video homines, eosque ambulantes, at veluti arbores*, i. e. non satis distincte, video motum hominum, ipsam autem formam accurate distinguere nequeo. *Hammondus*: "video homines, sed eos distinguere non possum ab arboribus, nisi quia incedunt." Patet ex his verbis, hominem istum non a nativitate cœcum fuisse. In multis codd. familiæ Alexandrinæ et Byzantinæ legitur: βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας. Recte tamen, mea sententia, præferendam censet *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 5. p. 1. lectionem vulgarem eandemque breviorem, quam recensionis occidentalis testes antiquiores et potiores, atque versiones fere omnes tuentur. Durior et obscurior grammaticis videbatur lectio vulgata, v. *Wolfius* in Curis ad h. l. hinc ut clariorem sententiam

25 Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ,
καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι· καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ
26 ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς
†τὸν οἶκον αὐτοῦ, λέγων· Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ
εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ.
27 Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς
κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα
τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγων αὐτοῖς· Τίνα με λέγουσιν οἱ
28 ἄνθρωποι εἶναι; Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν· Ἰωάννην τὸν Βαπ-
τιστήν· καὶ ἄλλοι, Ἠλίαν· ἄλλοι δὲ, ἕνα τῶν προφητῶν.
29 Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι;
Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ Χριστός.

26. † τὸν.

redderent, addebant ὅτι et ὁρῶ, ut existeret sententia hæc: video homines; nam video formas proceras arboribus quidem similes, at loco sese moventes, unde humanas eas esse figuras colligo. Cæterum observant interpretes, Jesum non statim plenissime cœco visum restituisse, sed initio ostendisse tantum, se ei visum restituere posse, ut cœci fidem, quæ non admodum magna fuerit, confirmaret, tum vero haud dubie hominem illum, cujus fides jam mirum in modum confirmata esset, instantius Jesum rogasse, ut plenissime visum restitueret, atque Jesum votis ac precibus ipsius satisfecisse.

(25.) καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι] *eumque iterum oculos attollere jussit*; ut nimirum exploraret, an clare et perspicue jam videret; ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debet particula πάλιν, et ἐποίησε ἀναβλέψαι est nota circumlocutio conjugationis Hiphil, verbum autem ποιεῖν exprimendum *jubere, auctorem esse.* Lectiones variæ, quæ h. l. in codd. reperiuntur, grammaticis atque librariis originem suam debere videntur. Scilicet grammatici nonnulli cum verbum ἀναβλέψαι caperent significatione ipsis notissima, *visum restituere*, verba καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι in marginibus codicum explicabant verbo διέβλεψεν l. ἐνέβλεψεν, unde in nonnullos codd. pro καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι, venit καὶ ἐνέβλεψεν; in alios καὶ διέβλεψεν, in aliis autem a librariis duæ lectiones simul exhibitæ sunt καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ διέβλεψεν. Grammaticorum alii, qui quoque ἀναβλέψαι sibi explicarent *visum restituere*, cum sequi viderent καὶ ἀπεκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας s. ἅπαντα, *visus ei restitutus est, ita ut clare omnia s. omnes cerneret*, quibus adeo verba illa καὶ ἐποίησε αὐτὸν ἀναβλέψαι tautologiam continere viderentur, in marg. conjiciebant καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, quam conjecturam librarii nonnulli in ordinem receperunt. Tautologiæ evitandæ caussa etiam in Syr. et Persica versione polygl. verba καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι καὶ ἀποκατεστάθη omissa sunt. Lectio denique βλέψαι, quæ in quibusdam codd. extat, auctores habet librarios, quos perquam frequenter verba composita in simplicia mutasse, inter omnes constat. Sic mihi de hac lectionis varietate videtur. *Griesbachius* l. c. verba illa καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι delenda esse judicat, ac genuina scriptura ei esse videtur: ἐπέθηκε ἐπὶ τ. ὀφθ. αὐτοῦ· καὶ ἀποκατεστάθη κ. τ. λ. καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας] τηλαυγῶς, *clare, perspicue, distincte.* Hesychius explicat λαμπρῶς· vid. *Münthius* ad h. l. ἐνέβλεψε positum est pro simplici ἔβλεψε, ut Act. xxii. 11. Pro ἅπαντας in codd. præstantioribus et verss. fere omnibus scriptum extat ἅπαντα, *omnia clare videbat*, sed vulgatum recte præfert *Griesbachius*, tanquam obscurius et ad remotius ἀνθρώπους referendum, homines quos antea non τηλαυγῶς viderat.

(26.) εἰς οἶκον αὐτοῦ] domus hominis, ut orationis series docet, extra oppidum sita erat. μηδὲ εἰς τὴν κώμην — ἐν τῇ κώμῃ] *ne oppidum intres, neque cuiquam oppidanorum*, in via forte tibi obviam factorum, *rem nunties.* εἴπῃς scl. τί σοι ἐποίησα· et τινὶ ἐν τῇ κώμῃ elliptice positum est pro τινὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ οἰκούντων. Per se autem intelligitur, Jesum non omnino homini interdixisse reditum in oppidum, sed jussisse tantum, ut domum abiret suam, nec intraret oppidum et rem nuntiaret prius, quam ipse Jesus in itinere suo processisset longius.

(27—30.) Vid. Matth. xvi. 13 sqq. εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου] *in vicos circa Cæsaream Philippi.* Matth. l. c. εἰς τὰ μέρη.—(29.) λέγει αὐτοῖς] in aliis libris extat

Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ. 30
Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου 31
πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων,
καὶ ˡἀρχιερέων, καὶ ˡˡΓραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι· καὶ
μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι· Καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον 32
ἐλάλει. Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν
αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, 33
ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ, λέγων· Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ·
ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ 34
προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, εἶπεν
αὐτοῖς· Ὅστις θέλει ὀπίσω μου ˡἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν,
καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς 35
γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς
δ' ἂν ἀπολέσῃ ˡτὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγ-

31. ˡ↑ τῶν. ˡˡ↑ τῶν. 34. ∼ ἀκολουθεῖν. 35. ∼ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

ἐπηρώτα αὐτοὺς, quod interpretamentum verbi λέγει e v. 27. desumptum est.—(30.) περὶ αὐτοῦ] nempe ipsum esse Messiam, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ut in nonnullis codd. e glossemate legitur.

(31.) Vid. Matth. xvi. 21. ἀποδοκιμάζειν respondet Hebr. מאס, *contemnere, repudiare*, Ps. cxviii. 22. Jer. vi. 30. Hos. iv. 6. Marc. xii. 10. v. et Matth. xxi. 42. sed primores populi jam tunc temporis repudiabant Jesum; rectius igitur ἀποδοκιμάζειν h. l. explicatur: *omnis generis contumeliis, injuria afficere.* Hesychius: ἀποδοκίμαζειν· ἀτίμως ὑβρίζειν· etiam verbum ἐξουδενεῖν, quod æque ac ἀποδοκιμάζειν in vers. Alexandrina respondet Hebr. מאס 1 Sam. viii. 7. adhiberi solet de omnis generis contemptu, omnis generis contumeliis. v. *Rhoer* in Feriis Daventriens. p. 63. ἀπὸ positum est pro ὑπὸ, ut Matth. xi. 19. ubi v. not. μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι] *tertio die in vitam redire:* Luc. ix. 22. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι· add. Luc. xxiv. 46. Ita μετὰ positum etiam legitur 1 Macc. i. 29. ubi rex Syriæ Apollonium Hierosolymam misisse dicitur μετὰ δύο ἔτη h. e. *anno sequente;* ita enim historia jubente hæc verba reddenda sunt. Hebræi hoc in genere uti solent particulis ב et מ Deut. xiv. 28. *decimæ proventuum solvendæ sunt* מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים, *in fine trium annorum*, ubi οἱ ό. habent: μετὰ τρία ἔτη· sed Deut. xxvi. 12. ubi de eadem re sermo est, in Hebraico textu extat בַּשָּׁנָה הַשְּׁלִישִׁית et Alexandrini vertunt: ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ· cf. etiam *Heupelius, Krebsius, Læsnerus* ad h. l. et quæ notavimus ad Matth. xvi. 21. p. 473.

(32. 33.) παῤῥησίᾳ] *aperte, perspicue,* non figurate, nullis verborum involucris adhibitis. v. Matth. xvi. 21 ss.—(33.) ἰδὼν τοὺς μαθητὰς] *conversus et discipulos,* quos ab eadem cum Petro opinione avocare volebat, *intuitus, his eum verbis reprehendebat, objurgabat;* ita h. l. ἐπιτιμᾷν capiendum; v. 32. est *admonere.* vid. ad Matth. l. c.

(34.) καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον κ. τ. λ.] *et allocutus est* (v. ad Matth. xv. 10.) *multitudinem,* quæ interea accesserat, *atque discipulos hunc in modum* etc. vid. Matth. xvi. 24 sqq. Pro ὅστις in aliis libris extat εἴ τις, quæ lectio, ut vulgare ὀπίσω μου ἐλθεῖν, pro quo plurimi codd. legunt ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν e Matth. l. c. et Luc. ix. 23. in hunc locum venisse videtur, cum formula ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινος offenderet nonnullos.

(35 sq.) Post ἀπολέσῃ plerique codd. habent τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν et hanc lectionem *Griesbachius* atque *Matthæius* in ordinem receperunt, recte, solet enim Marcus substantivum quod præcessit repetere, ita ut partes agat pronominis v. i. 34. ii. 16. iii. 24 sq. v. 40, 41. vulgaris lectio e Matth. aut Luca in hunc locum migravit. In cod. D. ex emendatione legitur αὐτὴν, nempe, ut videtur, e cod. in quo librarius, postquam scripserat ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ, oculos conjecerat in verba, quæ præcesserunt ἀπολέσει αὐτὴν, adeoque pro τὴν ψυχὴν αὐτοῦ scripserat αὐτήν. *Griesbachius* in Comment. Crit. p. 4. suspicatur, genuinam lectionem superesse apud solum Origenem, qui simpliciter posuit: ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ· ellipsin igitur alios aliter explevisse. οὗτος, quod sequitur, quodque plures codd. et verss. omittunt, e Luca petitum videtur, unde et *Griesbachius*

36 γελίου, ||οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον,
ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ;
37 Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;
38 Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ
γενεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ
πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

## ΚΕΦ. θ'.

ΚΑΙ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε
ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι
τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει.
2 Καὶ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον,
καὶ τὸν Ἰάκωβον, καὶ τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς
ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν
3 αὐτῶν. Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα, λευκὰ
λίαν ὡς χιὼν, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.
4 Καὶ ὤφθη αὐτοῖς Ἡλίας σὺν Μωσεῖ· καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες
5 τῷ Ἰησοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει τῷ Ἰησοῦ·
Ῥαββὶ, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς
6 τρεῖς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσεῖ μίαν, καὶ Ἡλίᾳ μίαν. Οὐ
7 γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. Καὶ ἐγένετο
νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς· καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης,
|λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ
8 ἀκούετε. Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον,

35. || † οὗτος. 7. † λέγουσα.

ex ordine ejecit. — (36.) Pro ἄνθρωπον in aliis libris extat ἄνθρωπος· male ἄνθρωπος e Matth. xvi. 26. et Luc. ix. 25. in hunc locum translatum est.

(38.) Aliis verbis h. l. et Luc. ix. 26. eadem sententia expressa legitur, quæ Matth. xvi. 27. his verbis notata extat: τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· ubi v. not. Nempe Jesus in colloquiis cum discipulis de reditu suo sæpius institutis, variis formulis ac verbis usus erat; qui ergo hos sermones literis consignabant, usurpabant verba, et formulas, quæ iis in memoriam incurrerent. v. *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 882. ὃς γὰρ — λόγους] *qui me, meamque doctrinam repudiaverit.* Verbum ἐπαισχύνομαι, *erubesco*, h. l. majus quid involvit, notat, *pudore suffusus aliquid aversor et respuo*, uno verbo, repudio. ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ κ. τ. λ.] *in hac gente perfida atque scelesta.* vid. ad Matth. xii. 39. καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν] *hunc ego vicissim repudiabo;* ἀρνήσομαι αὐτὸν Matth. x. 33. pœna afficietur. ἕως ἂν ἴδωσι κ. τ. λ.] donec spectaverint gloriosam regni Messiani manifestationem. Conf. omnino not. ad Matth. xvi. 27, 28. xxiv. 13.

### CAP. IX.

(2. 3.) Vid. Matth. xvii. 1 sqq. ὡς χιὼν] *nivis instar*, comparatio profanis quoque scriptoribus usitata. v. *Schotti* Adagia N. T. p. 66. γναφεὺς] sive, ut scripserunt Attici veteres, κναφεὺς, v. Thom. Mag. v. ἄκναπτον et πλυνεύς· atque *Pierson* ad Mœr. p. 329. est *fullo*, Hebr. כֹּבֵס 2 Regg. xviii. 17. Ies. vii. 3. vid. *Fischerus* ad Aristoph. Plut. 166.

(8.) ἐξάπινα] *confestim*, פִּתְאֹם, Num. vi. 9. Jos. xi. 7. id. qd. ἐξαπίνης et ἐξαίφνης. v. de hac voce *Kypkius* ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de vit. Lexx. p. 674. ἀλλὰ] cum præ-

ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ' ἑαυτῶν. Καταβαινόντων δὲ 9
αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ διηγή-
σωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν
ἀναστῇ. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς, συζη- 10
τοῦντες τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Καὶ ἐπηρώτων 11
αὐτὸν, λέγοντες· Ὅτι λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν
δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας 12
μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα· καὶ πῶς γέγραπται
ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ, καὶ ἐξουδενωθῇ.

cesserit negatio, est id. qd. εἰ μὴ, *neminem viderunt præter Jesum solum.* v. ad Matth. xx. 23.

(10.) καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν, πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες] verba πρὸς ἑαυτοὺς conjungenda sunt cum participio συζητοῦντες, *mutuo inter se quærebant.* Sic συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς occurrebat supra i. 27. et legitur quoque Luc. xxii. 23. formulam autem τὸν λόγον ἐκράτησαν vario modo explicuerunt interpretes. Cum scilicet verbum κρατεῖν inter alia quoque notet *abscondere, occultare,* (Dan. v. 13. ἀναγγέλλων κρατούμενα, *annuntians abscondita.* Æschyl. Choëph. 78. πικρὸν φρενῶν στύγος κρατεῦ, ubi schol. explicat καλύπτειν) nonnulli verba nostra interpretantur: *itaque hanc rem reticuerunt, rem non divulgarunt.* Alii, ut *Schottus,* vertunt: *quod monitum illi mente recondebant.* Alii, *his monitis obsequium præstabant.* 2 Thess. ii. 15. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, *obsequium præstate præceptis.* Rectius vim horum verborum ceperunt *Boltenius* et *Stolzius,* quorum prior verba hæc expressit: *dieser Ausdruck erregte ihre Aufmerksamkeit;* posterior: *Dies Wort fassten sie auf.* Sic enim accuratius cohærent hæc verba cum verbis sequentibus πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες. Verbum κρατεῖν respondet Hebr. דָּבַק *adhærere,* et חָזַק, quod notat *apprehendere, tenere,* etiam *persistere in aliqua re.* v. *Buxtorfii* Lex. Talm. h. v. Itaque τὸν λόγον ἐκράτησαν est: *hanc vocem excipiebant.* Disputabant Apostoli, quid sibi vellet illud: e mortuis in vitam redire? erat iis hæc prædictio obscura, æque ac illa, de morte Christi, quoniam non credebant Messiam moriturum et in vitam rediturum esse, Joh. xii. 34. nec has prædictiones conciliare poterant cum somniis de regno Christi terreno, quibus animum suum oblectabant. vid. not. ad Matth. xvi. 21. xvii. 22.

(11.) *Tum eum interrogabant: cur legis doctores affirmant, Eliam prius venturum esse?* vid. ad Matth. xvii. 10. xi. 14. ὅτι id. qd. τί, διατί, *cur, quare;* ita quoque Alexandrini interpretes utuntur particula ὅτι ad exprimendam Hebræorum particulam כִּי 2 Regg. xviii. 34. 1 Sam. xxix. 8. sed iidem interpretes etiam מַדּוּעַ reddiderunt ὅτι Gen. xii. 18. Græcos quoque scriptores ὅτι eodem sensu usurpare solere, pluribus exemplis docuerunt *Kypkius* ad v. 28. *Raphelius, Palairetus* et *Krebsius* ad h. l.

(12. 13.) Vid. Matth. xvii. 10 sqq. Laudavit Jesus per ironiam, ut notavimus ad Matth. l. c. verba ipsa doctorum Judaicorum: Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα] *sane Elias prius,* ante Messiam, *apparere debet, ut restituat omnia.* Hoc ἀποκαθιστᾷ πάντα Judaici doctores et discipuli Christi intelligebant de Elia Messiæ, in regno terreno instituendo, in republica ipsorum in pristinum, imo splendidiorem statum restituenda, opem laturo. Quam opinionem perversam Jesus, (qui probe animadverterat, offendisse discipulos ea quæ de reditu suo ab inferis dixerat,) cum per hanc occasionem corrigere vellet, atque simul ostendere, prædictionem illam de Elia Messiæ præcursore, neutiquam repugnare iis, quæ discipulis jam aliquoties dixisset de calamitatibus et morte, quam ipse subire deberet; ita pergebat: *at,* si Elias venturus est, ut restituat omnia, ut, sicuti vos putatis, mihi in regno terreno fundando opem ferat, *quomodo tandem de me, Messia, scriptum extat,* canere potuerunt prophetæ, *me multa esse perpessurum, pessimeque tractatum iri? Verum enimvero mihi credite, Elias venit,* non est talis apparitio Eliæ exspectanda, qualem exspectant Judæi, jam venit Elias, Johannes baptista, Eliæ similis, qui popularium suorum animos emendare, veramque pietatem et religionem restituere volebat, *sed eum tractarunt pro arbitrio,* omnis generis injuria eum affecerunt, *ut pariter de eo scriptum extat;* neque ergo mihi meliora sunt speranda, et vera sunt, quæ cecinere prophetæ. Alias aliorum hujus loci interpretationes v. ap. *Wolfium* in Curis et *Kœcherum* in Analectis ad h. l. πῶς γέγραπται intelliguntur loci V. T. quos Judæorum plures de calamitatibus a Messia subeundis interpretabantur, ad quos Jesus ipse, alio tempore hoc idem argumentum pertractans,

13 Ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, ὅτι καὶ Ἠλίας ἐλήλυθε, καὶ ἐποίησαν
αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτόν.
14 Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶδεν ὄχλον πολὺν περὶ
15 αὐτοὺς, καὶ Γραμματεῖς συζητοῦντας αὐτοῖς. Καὶ εὐθέως
πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες
16 ἠσπάζοντο αὐτόν. Καὶ ἐπηρώτησε 'τοὺς Γραμματεῖς· Τί
17 συζητεῖτε πρὸς αὐτούς; Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐκ τοῦ ὄχλου,
εἶπε· Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρός σε, ἔχοντα
18 πνεῦμα ἄλαλον· Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ, ῥήσσει
αὐτόν· καὶ ἀφρίζει, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, καὶ
ξηραίνεται· καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου ἵνα αὐτὸ ἐκβάλωσι,
19 καὶ οὐκ ἴσχυσαν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς 'αὐτῷ, λέγει· Ὦ

16. ∾ αὐτούς. 19. ∾ αὐτοῖς.

provocarat. vid. not. ad Matth. xx. 28. xxvi. 54. ἐπὶ] Hebr. עַל, *de*, ut 1 Tim. i. 18. Hebr. vii. 13. ἐξουθενεῖν] v. notata ad viii. 31.—(13.) καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν] *sicut de eo scriptum extat;* referenda sunt hæc verba, ut omnis orationis series docet, ad Johannem baptistam, et intelliguntur loci V. T. in quibus prophetis annuntiatur, ipsos a popularibus suis contemptum iri, v. c. Jer. i. 19. Ez. iii. 7. al. in quibus piis ac probis hominibus persecutiones et calamitates annuntiantur, qui loci et ipsi adeo Johanni, viro sanctitatis laude conspicuo et prophetæ, prædixerant, quid ipsi exspectandum esset. Alii verba nostra explicant: sicuti scriptum extat de Johanne in historia Eliæ, quem etiam persequebantur ipsius populares, et cui Johannes similis erat. Dura et contorta interpretatio. Durior quoque est *Heinsii* et *Clerici* ratio, qui verba καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, parentheseos nota a reliquis separanda præcipiunt, et καθὼς γέγραπται ἐπ' αὐτὸν referunt ad Ἠλίας ἐλήλυθε hoc sensu: Elias omnino venit, sicut de eo scriptum extat, et eum tractarunt pro arbitrio.

(14—17.) συζητοῦντας αὐτοῖς] *cum iis disputantes*, iisque insultantes, quod hominem morbo comitiali laborantem sanare non possent. vid. ad Matth. xvii. 16.—(15.) πᾶς ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη] *eo viso omnis multitudo obstupuit;* subitaneus et inopinatus, sed peropportunus Christi adventus, erat caussa stuporis, cum reverentia et admiratione conjuncti. Cæterum in aliis libris legitur πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες αὐτὸν ἐξεθαμβήθησαν· sed vulgata lectio bene se habet; mutationi locum dedit pluralis προστρέχοντες.—(16.) Auctoritate plurium optimorum codd. et verss. antiquarum legendum est ἐπηρώτησεν αὐτοὺς nempe τοὺς μαθητὰς et Γραμματεῖς· et facile intelligitur, quomodo anceps ac vagum αὐτοὺς mutari potuerit in Γραμματεῖς. vid. *Griesbachius* l. c. pag. 5.—(17.) ἤνεγκα] *adducere volebam.* πνεῦμα ἄλαλον] infra v. 25. ἄλαλον καὶ κωφόν· vid. ad Matth. xvii. 15.

(18.) ῥήσσει αὐτὸν] Vulg. *allidit eum;* recte, significat enim ῥήσσειν, *solo allidere, in terram dejicere;* Alexandrini Judæi hoc verbo expresserunt Hebr. נָטַשׁ Jer. xxiii. 33, 39. Ies. xxxiii. 23. sed Ez. xxix. 5. xxxi. 22. hoc idem verbum iidem interpretes reddiderunt καταβάλλειν et Amos. v. 6. σφάλλειν ἐπὶ γῆς· Hesychius: ῥῆξαι· καταβαλεῖν. Idem: ῥῆξε· κατέβαλε· ubi v. *Albertius*. Artemidor. i. 62. ῥῆξαι τὸν ἀντίπαλον de luctatore adversarium humi prosternente. Id. v. 78. de lagena: ῥῆξαι τι καὶ κατεάξαι τὸ κεράμιον, *in terram dejicere et confringere lagenam.* Exempla alia ad hanc verbi significationem comprobandam, protulerunt *Albertius* Peric. Crit. c. 16. p. 64. *Hammondus* et *Læsnerus* ad h. l. *Segaarius* Obss. ad Luc. ix. 42. καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει] *ita ut spumet et dentibus stridat.* ἀφρὸς præcipue de spuma maris ponebatur, hinc Venus mari orta Græce ἀφροδίτη dicebatur. A spuma maris ad alia quævis hoc vocabulum translatum est. De equis spumas ejicientibus legitur ἄφρεον ap. Homer. Il. λ'. 282. Hesych. reddit ἤφριζον—καὶ ξηραίνεται, *et tabescit, sensim contabescit corpus ejus*, quæ est solennis ac propria verborum יָבֵשׁ et ξηραίνεσθαι significatio; *Boltenius* sine idonea ratione vertit: *er erstarret, obrigescit*, provocat ad 1 Regg. xii. 4. ubi οἱ ό. habent ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ· ad Marc. iii. 1. coll. Matth. xii. 9. quibus tamen ipsis in locis nostro non plane similibus, interpretes ambigunt de significatione verbi.

(19.) ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτῷ λέγει· pro αὐτῷ pluses codd. ac verss. antiquiores habent αὐτοῖς, quam lectionem, utpote difficiliorem et obscuriorem vulgatæ præferendam censet

γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως πότε
ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με. Καὶ ἤνεγκαν αὐτὸν 20
πρὸς αὐτόν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν
αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκυλίετο ἀφρίζων. Καὶ 21
ἐπηρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ· Πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς τοῦτο
γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε· Παιδιόθεν. Καὶ πολλάκις 22
αὐτὸν καὶ εἰς πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐτόν·
ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς.
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα 23
δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Καὶ εὐθέως κράξας ὁ πατὴρ τοῦ 24

22. ↑ τό.

*Griesbachius* in Comment. Crit. P. 5. p. 5. et αὐτοῖς refert ad αὐτοὺς v. 16. Iis quos interrogaverat τί συζητεῖτε; nunc, postquam pater dæmoniaci totam rem exposuisset, respondet, eosdemque graviter reprehendit. Mihi vero præferenda videtur lectio brevior, quam præstantissimus cod. C. et alii libri habent: ἀποκριθεὶς λέγει. Scilicet grammaticorum alii, cum legerent γενεὰ ἄπιστος— πρὸς ὑμᾶς, adscripserunt αὐτοῖς· alii contra, qui parentem dæmoniaci hactenus locutum esse viderent, adscripserunt αὐτῷ. Cæterum vid. not. ad Matth. xvii. 17, 18.

(20.) " Cum miser ille homo vultum intueretur Jesu (indignabundi ac velut minitantis), perterritus tanti viri adspectu, statim gravem morbi accessionem sensit, spasmisque tam vehementibus conquassatus fuit, ut præceps humi procumberet." Quæ est præclara *Griesbachii* ad h. l. observatio. ἰδὼν] positum est pro ἰδόντα, sequitur ἐσπάραξεν αὐτὸν, quod pronomen αὐτὸν, ex Hebraismo subjunctum, est constructionis index. Sic Jer. vi. 19. *Lex mea et spreverunt eam* pro: legem meam spreverunt. Apoc. iii. 12. ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον pro τὸν νικῶντα ποιήσω στύλον. vid. *Glassius* Phil. S. p. 68 sq. *Storrius* Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 296 sq. Itaque verba καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτὸν reddi debent: *ægrum, ut conspicatus est Jesum, statim dæmon jactavit.* ἐσπάραξεν vid. Marc. i. 26. καὶ πεσὼν—ἀφρίζων] *ita ut* (καὶ Hebr. ו, v. *Storrius* l. c. p. 302.) *humi lapsus ore spumans sese volutaret.*

(21. 22.) παιδιόθεν] *a puero,* מנעריו Gen. viii. 21. id. qd. ἐκ παιδὸς ap. Aristænet. i. 19. quæ formula etiam h. l. in nonnullis libris e glossemate legitur.—(22.) ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν] *si quid potes, quæso, fer opem:* ἀλλὰ precationibus solet præfigi, ita, ut fere notet, *quæso, obsecro.* v. *Raphelius* in Polybb. *Elsnerus* et *Krebsius* ad h. l. εἴ τι δύνασαι est dubitantis, an Jesus adeo inveterato malo mederi possit, cum nec potuerint discipuli. Inepte nonnulli interpretes, vt *Hombergius*, *Palairetus*, vid. *Wolfium* et *Kœcherum* ad h. l. contenderunt, verba εἴ τι δύνασαι, non esse verba animi fluctuantis, sed de potentia Christi persuasissimi, cum hæc formula a Græcis frequenter adhibita sit in precibus directis ad eos, quos potentissimos esse, et sibi optime cupere scirent; cumque particula εἰ non ubique rem incertam vel conditionem inferat. Huic explicationi prorsus repugnant verba Christi, quæ v. seq. leguntur, quibus patrem ægroti ad plenam fiduciam excitat; et verba patris, v. 24. qui ipse animum suum fluctuantem ac titubantem accusat.

(23.) In explicandis hujus versus verbis, in diversas partes interpretes abeunt. Nonnulli libri omittunt τὸ probante *Clerico*, alii πιστεῦσαι. In aliis libris olim loco τὸ extitisse videtur τι, unde versiones quædam habent: *quid est, si quid potes?* aut: *quid est quod dicis: si quod potes?* et hanc lectionem præferendam esse judicavit *Heinsius.* Sed hæc omnis lectionis varietas originem suam debere videtur grammaticorum studiis locum paulo obscuriorem illustrandi et explicandi. *Camerarius*, *Knatchbullus*, alii, legendum conjecerunt πίστευσαι (i. e. πίστευσον), atque articulum τὸ inservire monuerunt repetitioni et castigationi ineptæ loquelæ patris, atque adeo verba Christi vertunt: *quod vocem tuam attinet*, si potes, *tu modo crede*; vel, *quid dicis:* si potes? *crede;* vel, *imo tu, si potes, mihi confide.* At enimvero πιστεύσασθαι, ut *Griesbachius* ad h. l. monuit, in forma media nusquam in N. T. occurrit; nec temere, nullis libris addicentibus, mutanda est lectio, præterea si τὸ inserviret repetitioni, nec omittendum fuisset pronomen τι in verbis εἴ τι δύνασαι. Alii τὸ positum putant pro τοῦτο, et εἰ explicant: *utinam*, hoc sensu: *utinam possis credere hoc, omnia possibilia esse in gratiam credentis.* Rectius *Krebsius* atque *Lœsnerus* observarunt: τὸ articuli præpositivi, in genere neutro adhibiti, apud

παιδίου, μετὰ δακρύων ἔλεγε· Πιστεύω ˈΚύριε, βοήθει μου
25 τῇ ἀπιστίᾳ. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος,
ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, λέγων αὐτῷ· Τὸ
πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω· Ἔξελθε ἐξ
26 αὐτοῦ, καὶ μηκέτι εἰσέλθῃς εἰς αὐτόν. Καὶ ˈκράξαν, καὶ
πολλὰ ‖σπαράξαν ‖|αὐτὸν, ἐξῆλθε· καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς,
27 ὥστε πολλοὺς λέγειν ὅτι ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας
28 αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη. Καὶ εἰσελ-
θόντα αὐτὸν εἰς οἶκον, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ'
29 ἰδίαν· Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Καὶ εἶπεν

24. † Κύριε. 26. ∾ κράξας. ‖ ∾ σπαράξας. ‖| † αὐτόν.

scriptores sacros æque ac profanos, unicuique sententiæ præponi solere, atque adeo sequentem sententiam indicare, ut Polyæn. iii. 9. 11. *θαυμασάντων τῶν παρόντων καὶ ἐρωμένων, τί καταλαμβάνεις;* Ἰφικράτης *ὑπολαβὼν ἔφη· τὸ, τίς ἂν ἤλπισε τοῦτο ἔσεσθαι, mirantibus, qui aderant et interrogantibus: ecquid occupas? respondens Iphicrates inquit, quis hoc futurum sperasset?* Philo de Migr. Abr. p. 395. D. *προειπὼν δὲ τὸ, ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε, ἐπιφέρει, cum enim dixisset, similitudinem non vidistis, addit.* vid. et Aristoph. Pac. 695. Arrian. Epictet. i. 15. Luc. i. 62. *ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖν αὐτόν·* ubi *τὸ* indicat, quid nutu significare voluerint patri, nempe id, quo nomine vocandus esset puer. add. Luc. ix. 46. xxii. 2, 4, 23. Jam vero sententia verborum Christi hæc est: *si credere potes, omnia effici posse in gratiam credentis* (*τῷ πιστεύοντι* dativus commodi), *tibi opitulabor, βοηθήσω σοι* l. *εἰ ἔχεις·* hoc enim subintelligendum est in hac enuntiatione hypothetica, de qua loquendi ratione Græcis et Hebraicis scriptoribus usitata vid. quæ notavimus ad Luc. xix. 42. Hac interpretatione admissa, bene cohærent quæ hoc in versu leguntur cum responsione patris, quæ v. 24. sequitur. Verba ultima *πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι* nonnulli ad Christum referre voluerunt; *omnia mihi credenti possibilia sunt.* Durius et sine omni idonea ratione. Nam ut etiam aliunde constat, patrationem miraculi a petentis fide suspendere solebat Jesus, vid. Marc. v. 34. Matth. xv. 28. al. et aliis in locis tanquam caussa, interdum non patratorum a Jesu miraculorum, affertur, quod homines fiducia gravis et plena defecerit. vid. Matth. xiii. 58. Sunt ergo omnino quæ Jesus generatim dixit, *πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι,* speciatim referenda ad patrem ejus auxilium implorantem, coll. v. 24.

(24.) *Alta voce inter lacrimas dicebat pater: confido, opitulare mihi cui fiducia deerat.* Verba *βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ* alii explicant: *libera me ab incredulitate mea,* alii, *quod fiduciæ meæ deest, bonitate tua supple.* Quis vero credat, hominem illum augmentum fiduciæ, et quidem tam subito, a Jesu sperasse et petiisse, præsertim cum ipse dixerit *πιστεύω*; Imo substantivum per Hebraismum h. l. obtinet vim adjectivi, ut Luc. i. 48. *ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ* positum est pro *δούλῃ ταπεινῇ.* et homo ille se nominabat *ἄπιστον,* quatenus hactenus fiducia eum defecerat, de quo usu loquendi vitæ communis vid. ad Matth. xxvi. 6.

(25.) Cum Jesus magis magisque plebem confluere, et eventum exspectare videret, sine mora infregit potestatem (*ἐπετίμησε* Matth. viii. 26.) genii mali his verbis etc. v. Matth. xvii. 18. *ἐπισυντρέχει*] id. qd. *συντρέχει·* constat enim verba decomposita sæpius habere vim verborum compositorum. v. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller.* Vol. iii. P. 2. p. 66, 95 sqq. *τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν*] bene *Schottus* vertit: *dæmon male, loquelæ defectus et surditatis auctor.* Nominativus positus est pro vocativo ut v. 41. *ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ—αὐτὸν*] h. e. imagine omissa, sis sanus, nec unquam in hunc morbum recidas. vid. not. ad Matth. xii. 43. extr.

(27. 28.) Verba *κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, ἤγειρεν αὐτόν· καὶ ἀνέστη* plerumque vertunt: *manu prehensum erigebat, ut surgeret.* Nobis tamen arridet *Boltenii* sententia, qui contulit locum Ies. xxxviii. 9. ubi verba: וַיְחִי מֵחָלְיוֹ Alexandrini reddiderunt *ἀνέστη ἐκ τῆς μαλακίας·* atque adeo verba nostra vertit: *da er sich denn wieder erholte; ad se redibat, convalescebat.*—(28.) *εἰσελθόντα αὐτὸν —ἐπηρώτων αὐτὸν*] pleonasmus pronominis in scriptis Hebræorum et auctorum N. T. satis frequens. v. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 545. *ὅτι*] *cur,* vid. supra ad v. 11. Matth. xvii. 19. pro *ὅτι* legitur *διατί* quod ex illo loco in nonnullos codd. nostro commate irrepsit.

αὐτοῖς· Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν
προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.
Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας· 30
καὶ οὐκ ἤθελεν ἵνα τὶς γνῷ. Ἐδίδασκε γὰρ τοὺς μαθητὰς 31
αὐτοῦ, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδί-
δοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ
ἀποκτανθεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Οἱ δὲ ἠγνόουν 32
τὸ ῥῆμα, καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.
Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, 33
ἐπηρώτα αὐτούς· Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;
Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν ἐν τῇ ὁδῷ, 34
τίς μείζων. Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα, καὶ λέγει 35
αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος,
καὶ πάντων διάκονος. Καὶ λαβὼν παιδίον, ἔστησεν αὐτὸ ἐν 36
μέσῳ αὐτῶν· καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, εἶπεν αὐτοῖς· Ὃς 37
ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου,
ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται,
ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ [I] ὁ Ἰωάννης, 38
λέγων· Διδάσκαλε, εἴδομέν τινα [II] ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλ-
λοντα δαιμόνια, [III] ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύσαμεν

38. † ὁ. II † ἐν. III † ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.

(30—33.) παρεπορεύοντο] vid. ad ii. 23. —(31.) παραδίδοται] præsens pro futuro, ut Joh. xiii. 27. —(32.) οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα] vid. ad Matth. xvi. 21. p. 475. et ad Matth. xvii. 23.—(33.) τί πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε;] *quanam de re inter vos disceptastis?* vid. Matth. xvi. 7. Quod reliqua attinet, cf. Matth. xviii. 1 sqq.

(35.) εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι κ. τ. λ.] vox a Jesu sæpius usurpata. v. Matth. xx. 26. xxiii. 11. Marc. x. 43. πρῶτος, Hebr. ראשׁ, ראשׁון, רב, *princeps, maximus.* ἔσται pro ἔστω futurum pro imperativo, ut x. 43.

(36.) καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ] *et puerum amplexatus*, non, ut alii vertunt: *in ulnas recipiens.* Etenim ut Matth. l. c. et Luc. ix. 47. referunt, Christus puero in medio stante locutus est, etiam h. l. legitur Jesum in medio discipulorum constituisse puerum, et puer ille omnino adultior fuisse videtur, cum et Matth. xviii. 2. tradat Jesum advocasse puerum. vid. *Kypkius* ad h. l. Supra v. 39, 40. filia duodecim annorum dicebatur παιδίον, et Joh. xxi. 5. 1 Joh. ii. 8. adulti tropice appellantur παιδία. Præterea verbum ἐναγκαλίζεσθαι respondet Hebr. חבק Prov. vi. 10. ubi significat *amplecti*, add. Eccles. iii. 5. ubi LXX. illud expresserunt περιλαμβάνειν, ut 2 Regg. vi. 14. ubi חבק notat *cingere, circumdare.*

(37.) Vid. Matth. xviii. 5. x. 40. οὐκ ἐμὲ] scl. μόνον quod etiam h. l. in codd. nonnullis ex interpretamento adjectum legitur. Conf. de hac ellipsi notata ad Matth. v. 46. *Glassius* Phil. S. p. 421. *Dath. Heupelius* ad h. l. et *Gatackerus* ad Antonin. ii. 1.

(38.) Vid. ad Matth. xviii. 6. Pro ἐν τῷ ὀνόματί σου in aliis libris legitur ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, quæ lectio e. v. 37, 39. vel e Luca in hunc locum translata est; in aliis simpliciter scriptum extat τῷ ὀνόματί σου quam scripturam rectissime præferendam judicarunt *Griesbachius* et *Matthæius.* Nulla enim aderat caussa, cur ἐν aut ἐπὶ, si Marcus alterutrum scripsisset, a grammaticis aut librariis deleretur. Porro verba ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν omittunt Alexandrini, consentiente Syro; in occidentalibus autem omissa sunt verba ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν *Griesbachio* in Comment. Crit. in Marc. Part. 5. p. 7. probabile videtur, neutram harum ῥήσεων a Marco esse profectam, sed Lucæ locum parallelum ix. 49. pro earum fonte esse habendum. Alios nimirum librarios verba Lucæ, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ᾽ ἡμῶν, mutato ὅτι in ὃς,

39 αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· Μὴ
κωλύετε αὐτόν· οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὃς ποιήσει δύναμιν ἐπὶ
40 τῷ ὀνόματί μου, καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με. Ὃς
41 γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ¹ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν· Ὃς γὰρ ἂν
ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν ¹τῷ ὀνόματί ‖μου, ὅτι
Χριστοῦ ἐστε, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν
42 αὐτοῦ. Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευ-

40. ∾ ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν. 41. † τῷ. ‖ † μου.

collocasse ante verba καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, alios post hæc verba; plerosque autem postea pro μεθ' ἡμῶν scripsisse usitatius ἡμῖν. Cum tamen Marcus, ut ipse vir doctissimus animadvertit, in narrationibus suis soleat copioso sermone uti, et quæ narrare decrevit, plenissime describere; non plane improbat eorum sententiam, qui omissis verbis ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν in textu servare malint verba ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, cum textus sic constitutus optime ad Lucam consonet, cujus vestigiis Marcum in hac narrationis parte inhæsisse V. D. censet. (Vid. quæ a nobis notata sunt in Prolegg. in Matth. p. 3.) Mihi vero cum *Erasmo*, *Paulo*, aliis, recepta lectio non sollicitanda videtur, sed consulto a librariis, ut tautologia vitaretur, alterutram ῥῆσιν omissam fuisse, puto. Habet enim Marcus, ut ipse *Griesbachius* rectissime monuit, nonnunquam additamenta superflua, et copioso interdum scribendi genere utitur. Hujus generis locus, ut alios omittam similes, est c. ii. 15. ubi legitur: καὶ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ— ἦσαν γὰρ πολλοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ· et vel hic locus, ut opinor, vulgarem lectionem, utpote Marci scribendi indoli cum maxime consentaneam, retinendam esse suadet. add. iii. 7. vi. 55, 56. Nam in constituenda loci cujusque lectione, non tantum auctoritas et fides plurium codicum sequenda est, sed etiam audienda est vox orationis, qua scriptor quisque in libro quoque usus sit.

(39. 40.) μὴ κωλύετε αὐτὸν κ. τ. λ.] ne hoc in posterum faciatis, nolite eum cohibere, hoc negotio prohibere. Qui enim nomine meo, nomen meum nuncupans, meoque auxilio fretus miracula (δυνάμεις Matth. vii. 22.) edit, non facile potest (ταχὺ idem quod ῥᾳδίως) male de me loqui, me impostorem ac fraudatorem more Pharisæorum nominare, stat potius ipso facto a partibus meis et vestris, me legatum divinum agnoscit, rem meam, doctrinam meam promovet, pertinet ad cœtum nostrum, est εἷς τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, Matth. xviii. 6. neque adeo homo ille a vobis contemnendus et cohibendus, imo excitandus erat, ut se mihi totum dederet et consecraret.—(40.) ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστι] *qui vobis non adversatur, is vobiscum facit;* qui vobis sese non opponit, vos non oppugnat, is caussam vestram promovet. Simile proverbium extat Matth. xii. 30. Pro vulgari καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν cum pluribus diversarum familiarum codd. præstantissimis, et antiquis versionibus fere omnibus legendum est καθ' ὑμῶν et ὑπὲρ ὑμῶν, quam lectionem etiam *Griesbachius* et *Matthæius* in ordinem receperunt. Ejusmodi proverbia prima persona sæpius quam secunda enuntiari solent. cf. Matth. xii. 30. Jesus de se antea locutus erat, atque bis primæ personæ pronomen adhibuerat, offensioni ergo erat grammaticis atque librariis subitaneus ad secundam personam transitus. Inde derivanda lectionis varietas. vid. *Griesbachius* in Comm. Crit. ad h. l.

(41.) Quæ h. l. leguntur, alio tempore, aliave occasione a Christo dicta sunt, v. Matth. x. 42. ubi accuratior est verborum nexus. Scilicet verbis v. 42. ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, respexit Jesus, ut ad Matth. xviii. 6. ostendimus, hominem illum, qui nomine Jesu dæmonia expulerat. v. supra v. 38. Sed hæc ipsa verba Christi, nescio quis, qui ea notata repererat in Marci archetypo, intellexerat omnino de Christi discipulis, et recordatus eorum quæ alio tempore Christus discipulis suis et eorum respectu dixerat: ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, Matth. x. 12. (קְטַנִּים, v. ad Matth. l. c. et Matth. xviii. 6.) κ. τ. λ. hanc ipsam sententiam, contrariam alii quæ h. l. v. 42. extat, in margine archetypi apposuerat, Marcus autem hanc sententiam, in margine archetypi sui repertam, in ordinem recepit. Sensus hoc loco est: qui vos vestramque caussam ullo modo adjuverit, qui vos vel vilissimo beneficio ornaverit, is pietatis ac liberalitatis suæ præmia et fructus feret. vid. Matth. x. 41. Pro ἐν τῷ ὀνόματί μου ὅτι Χριστοῦ ἐστε recte *Griesbachius* rescripsit: ἐν τῷ ὀνόματι ὅτι X. ἐ. est enim lectio difficilior, quam librarii mutarunt in notissimum illud et in libris Evangelistarum frequenter obvium ἐν τῷ ὀνόματί μου· respondet autem hæc locutio ἐν ὀνόματι ὅτι, Syro-

ὄντων εἰς ἐμὲ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον εἰ περίκειται λίθος
μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ βέβληται εἰς τὴν
θάλασσαν. Καὶ ἐὰν σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον 43
αὐτήν· καλόν σοι ἐστὶ κυλλὸν εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ τὰς
δύο χεῖρας ἔχοντα, ἀπελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ
ἄσβεστον· Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ 44
οὐ σβέννυται. Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον 45
αὐτόν· καλόν ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ τοὺς
δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ
ἄσβεστον· Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ 46
οὐ σβέννυται. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, 47
ἔκβαλε αὐτόν· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς
τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι
εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός· Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ 48

rum ܒܫܡܐ sequente ܕ *eo nomine quod, propterea quod* estis Messiæ sectatores. ὅτι Χριστοῦ ἐστε] scilicet μαθηταί. Matth. l. c. habet: εἰς ὄνομα μαθητοῦ.

(42.) Vid. ad Matth. xviii. 6. λίθος ὀνικὸς libri nonnulli h. l. legunt pro μυλικὸς, sed illa lectio traducta est e Matth. l. c. et retinenda vulgaris, quam plurimi codd. tuentur.

(43.) Quæ inde ab hoc versu usque ad v. 48. memorantur, a Christo alio tempore dicta esse, docet locus Matth. v. 29, 30. ubi cf. not. add. ad Matth. xviii. 8 seq. scilicet translata erant in Marci archetypo in hunc locum ea, quæ de vitandis scandalis alio tempore Jesus dixerat, quoniam h. l. (v. 42.) legebantur verba: καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ.

(44—46.) Verba versus 43. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον] in memoriam revocabant locum Ies. lxvi. 24. ut adeo verba illa, quæ v. 43. a paucis tantum codd. absunt, interpolationis nomine vix suspecta esse posse videantur. Sed hæc eadem verba εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβ. v. 45. non leguntur in BCL. 1. aliis, in Syr. Pers. p. Copt. veron. etiam commata 44 et 46. omittunt BCL. 1. al. sed facilius hæc omnia deleri et omitti potuerunt, quam addi; deleri a grammaticis, ne eorundem verborum repetitione molestia crearetur lectoribus, omitti a librariis, qui in membris orationis, sæpe unum plurave incisa neglexerunt. Iesaiæ autem loco laudato felicia tempora annuntiantur Judæis, et inter alia leguntur hæc: *exituri* (Judæi) *videbunt cadavera illorum, qui a me defecerunt* (v. 17, 18.), *prostrata. Vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguetur*, h. e. tanta cadaverum multitudo erit, ut quam diutissime largissima suppetat vermibus materia, quam arrodant, qui ideo non facile cessaturi sunt. Similiter rogi, quibus cæsorum cadavera cremanda imponuntur, non facile ob multitudinem hominum comburendorum exstinguentur. Jam sive per improbos illos intelligas Judæos improbitatis studiosos, idololatriæ deditos, quos Judæi probi ac pii extra urbem exeuntes, visuri essent percussos et prostratos, sive cum *Henslero*, aliis, intelligas, et rectius quidem, ut opinor, gentes exteras, idolorum cultores, Jovam regem Judæorum supremum, et populum ipsius infestantes, ut adeo יצא sit, *in prælium proficisci, expeditionem suscipere:* omnis imago a vate adhibita, miseriam maximam, pœnas gravissimas depingit. Nostro loco, ut orationis series sat luculenter docet, sermo est de pœnis improborum post hanc vitam futuris. Igne autem et vermibus Judæi describere solebant etiam pœnarum. post mortem gravitatem, cruciatuumque atrocitatem. Sir. vii. 17. ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ. Judith. xvi. 17. οὐαὶ ἔθνεσιν ἐπανισταμένοις τῷ γένει μου· κύριος παντοκράτωρ ἐκδικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς σάρκας αὐτῶν, καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος. add. Joseph. Ant. xviii. 2. B. I. ii. 12. αὐτῶν Ies. l. c. subaudiendum ἐκείνων βληθέντων, h. l. τῶν τὰ σκάνδαλα οὐκ ἀποκοψάντων, qui vitiis suis indulgent.

(47.) τοῦ πυρὸς BDL. 1. al. Arr. Copt. Arm. al. omittunt, fortassis e Matth. v. 29. in hunc locum venit.

(49.) Locus perobscurus, qui multorum eruditorum ingenia exercuit. Copulata nimirum sunt in ultima hujus capitis sectione, quod plerosque interpretes fugit, a Jesu va-

49 τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθή-

riis temporibus dicta. vid. ad v. 41, 43. *sal* v. 49. memoratus alio ibi sensu occurrit quam v. 50. nec facile patet, quomodo v. 49. cum proxime præcedentibus cohæreat, sed v. 50. bene cohæret cum iis, quæ v. 34—40. memorata leguntur, id quod et ipsa ultima verba docent. Itaque non mirandum, tot diversas hujus loci interpretationes a viris doctis esse prolatas. a) *Grotius*, *Hammondus*, alii, sensum verborum hunc esse putant: quivis illorum hominum, qui pravis affectibus indulgent, holocaustorum instar, igne totus consumetur (i. pœnam divinam experietur gravissimam Ies. xxxiv. 6. Jer. xii. 3. Ezech. xxi. 9, 10, etc. ubi homines impii, pœnis divinis destinati, victimis comparantur); quivis autem pius (quicunque de eo cogitat, ut animum suum seu sacrificium spirituale Deo offerat v. Rom. xii. 1.) studio diligentissimo, quicquid est in ipsius animo malorum affectuum, sensim sensimque removebit, carni similis numini divino oblatæ, quæ sale conspergitur, putredinem exedente, ita, ut consumptis pravis affectibus homo totus ad vitam æternam beatam conservetur. Tribuunt verbo ἁλίζεσθαι significationem: *deleri*, *consumi* Hebr. נִמְלַח. Verum ille verbi ἁλίζειν usus, quo notionem *consumendi* exprimere dicitur, ut demonstravit *Schottus* in Opuscc. exegett. critt. dogmatt. Vol. ii. p. 15. rationibus, quæ sufficiant, philologicis, omnino destitutus est. " Neque enim vel profani Græciæ scriptores (utor verbis V. D.) vel auctores versionis Alexandrinæ atque librorum N. T. ita locuti sunt, neque effata Ies. li. 6. et Jer. xxxviii. 11, 12. demonstrant, quod *Grotius* his laudandis probari voluit, *eidem* verbo Hebraico מלח, cui Græcum ἁλίζειν respondeat, illam potestatem competere, cui ipse veluti fundamento sententiam suam recte superstrui putaverit. Illa quippe forma Niphal נִמְלָחוּ, quæ Ies. li. 6. deprehenditur *(cœli fumi instar evanescent)* pariter atque vox מְלָחִים, quæ Jer. xxxviii. 11, 12. de fragmentis vestium *tritis* atque *scissis* dicitur, ad alias omnino stirpes Arabicas referenda est, ab ea diversas, cui nostrum מָלַח *sale adspersit*, suam debet originem (conf. *Gesenius Hebräisch-deutsch. Handwörterbuch*, p. 598, 99.) Neque in auxilium vocandus locus Esr. iv. 14. cum plures interpp. recte viderint, voci Chald. מְלַח l. l. notionem *salem comedendi* potius quam aliquid *diruendi* s. *consumendi* esse vindicandam, ita, ut *salem palatii comedere* significet: *ministris principis adscriptum esse, qui ejus beneficio alantur.*" b) *Rosenmüllerus* et *Storrius* (Opuscc. Vol. ii. p. 210. not. 77.) locum nostrum interpretati sunt hunc in modum: quivis enim (illorum damnatorum) igni æterno, seu sale conspergetur (cruciabitur), sed quævis victima sale condietur, i. e. quivis homo Deo consecratus sale veræ sapientiæ felicitati æternæ præparari debet. His vero interpretibus recte opposuit *Schottus* l. l. p. 13. hæc: 1) non satis apparet, quare Jesus notionem hominis igni æterno cruciandi i. pœnam æternam post mortem subituri, formula tropica, eademque obscura usus πυρὶ ἁλισθήσεται, neque verbis propriis atque perspicuis enuntiaverit. 2) interpretationi prolatæ oppositionis leges adversantur. Pœnis enim olim futuris non tam *studium* hominis Deo consecrati, ope doctrinæ divinæ se immunem servandi a peccatis, atque salute futura dignum reddendi, quam *felicitatem ipsam* Christianis veris olim exspectandam opponi oportuit. — c) *Paulus* hunc verbis substituit sensum: qui cupiditatibus pravis indulget, sese veluti sale adspergit, ut comburatur (πυρὶ, אֵשׁ), dignum se reddit pœnis post mortem futuris; qui vero se Deo consecrat, dolores quidem sibi procreat, (horum imaginem ait esse illud ipsum, quod carnes victimarum sale perfricabantur) attamen sit victima Deo grata, non igne comburitur perenni, non subit pœnas gravissimas. Contra vero acute monuit *Schottus* l. l. p. 17.: cum verba v. 48. conditionem eorum depingant, qui *jam traditi fuerint* supplicio futuro, atque verba v. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται (si modo concessum fuerit, de nexu utriusque commatis cogitandum esse) haud dubie præcedentibus ita sint jungenda, ut ad voculam πᾶς e v. 48. subintelligatur αὐτῶν, præstat quæ v. 49. legimus, pariter ad illam futuram referre hominum supplicio traditorum conditionem, quam de iis interpretari, quæ in hac vita terrestri faciant. Desiderantur item loca, quæ vim probandi habeant, salis imaginem satis perspicue et apte ad molestias transferri potuisse, quas pietatis veræ studium homini paret, vitiorum illecebris fortiter repugnanti.— d) *Schottus* statuit: Jesum v. 49. (jam de imagine salis cogitantem, qua discipulis v. 50. veram sapientiam divinam, studium concordiæ mutuæ complectentem, commendaturus esset) de hominibus Gehennæ traditis hoc enuntiasse: *fore ut illi, qui salis* (veræ sapientiæ christianæ) *usum nullum in hac terrestri vita fecissent* (nec resistere voluissent illecebris vitiorum), *in vita altera, pœnis edocti,* (πυρὶ coll. v. 47, 48.) *necessitatem sentirent ac præstantiam sapientiæ*

σεται· καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. Καλὸν τὸ ἅλας· 50

*veræ, atque resipiscendum esse intelligerent.* Verbo ἁλίζεσθαι notionem *resipiscendi* tribuit, ad quam potestatem tropicam substantivum ἅλας sensu tropico, de sapientia adhibitum, facile ducat. Sententiam igitur totius loci arbitratur esse hanc: *quivis illorum hominum (qui supplicio Gehennæ sunt obnoxii) nunc demum per hunc ignem Gehennæ sale (quod ipsis in vita terrestri versantibus defuit) imbuetur* i. e. nunc demum pœnis vitæ futuræ discet resipiscere. *Alio sensu illi salientur, quam victimæ Deo sacræ, de quibus loco illo scriptum legitur: victima quævis sale est conspergenda.* His enim similes sunt homines in hac vita terrestri animis suis sapientiæ divinæ sale imbuendis prospicientes, qui Deo student probari. Cæterum ne quis objiciat, huic interpretationi obstare verba v. 48. quippe quæ *æternitatem* pœnæ infernalis declarent: animadvertit *Schottus* p. 45. verba v. 48. e formulis Judaicis iisdemque tropicis esse deprompta, neque unquam Christum ejusque discipulos diserte docuisse, fore, ut homines damnati in perpetuum *iisdem pœnis* manerent obnoxii (nunquam mitigandis), etsi animum immutavissent. — e) *Kaiserus* in *Bertholdti kritisch. Journal der neuest. theolog. Literat. Jahrg.* 1817. B. 6. St. 3. p. 225 sqq. particulam γὰρ respicere statuit, non verba v. 48. sed orationem Christi superiorem, versibus 43—48. interruptam, qua discipulos (v. 35—42) cohortatus erat, ut omnem fastum, inimicitiam reprimerent, ne forte ipsi, hujus generis vitiis indulgentes, impedimento essent aliis, quo minus Christi doctrinam susciperent; verbo ἁλίζειν tribuit potestatem, hominem quendam ad negotium, munus idoneum reddendi coll. Matth. v. 12. Col. iv. 6. per Θυσίαν intelligit devotionem vitæ pro caussa christiana Phil. ii. 17. 2 Tim. iv. 6. et sensum ita eloquitur: quilibet vestrum per calamitates ad munus legati mei idoneus reddetur; sicuti quælibet victima, priusquam igne comburatur, sale conspergi debet Levit. ii. 13. ita vos, qui pro mea caussa vitam devovebitis, sanguinem profundetis, priusquam moriamini, calamitatibus perferendis, eam animi indolem lucrari oportet, qua negotio vestro pares evadatis. Huic V. D. sententiæ Ven. *Schottus* in Supplemento Commentationis olim de loco vexato Marci ix. 49. editæ. Jenæ 1819. 4. opposuit hæc: 1) vocabulum πῦρ v. 43—48. de *igne* s. supplicio Gehennæ usurpatum est, quodsi vero in membro priori v. 49. πῦρ de calamitatibus accipitur; Jesus v. 49. subito transiit ad aliam hujus vocabuli significationem tropicam, et cum v. 49. versibus antegressis nectatur per particulam γὰρ, neque in omni loco inde a v. 34. de futuris Apostolorum calamitatibus sermo sit: notio calamitatum hujus vitæ, quæ animis lustrandis inserviant, *haud satis perspicue*, commemorando igne, alia voce nulla addita, declarari poterat. 2) convertit quidem Jesus v. 39—41. sermonem suum ad discipulos, quæ vero deinceps sequuntur v. 42—48. universe pronuntiata sunt [vid. nos ad v. 41.], ut ergo Apostoli intelligerent sermonem magistri iterum ipsos et futuros religionis doctores spectare, dicere debuisset: πᾶς γὰρ ὑμῶν πυρὶ ἁλισθήσεται. — f) *Köhlerus* in Diss. inscripta: nova ratio interpretandi locum difficillimum Marc. ix. 49, 50. Götting. 1819. 8. vocabulo πῦρ v. 49. doctrinam Christi indicari statuit, quæ vim habeat hominum animos a sordibus cupiditatum pravarum purgandi, et verbis Christi, quæ cum antecedentibus cohærere existimat, hanc sententiam subjicit: quivis vestrum (ad πᾶς subintelligit ὑμῶν) doctrina mea tanquam igne imbuetur, quæ ipsum a putredine morali, a perversitate tueri possit; etiam omnis caro (θυσία) sale imbui in eundem usum solet i. e. eadem est πυρὸς illius ἐν τῷ παντὶ ratio, quæ salis est in carne. Verum enimvero nusquam in libris N. T. doctrina Christi cum igne comparatur. Laudavit quidem *Köhlerus* locum Matth. iii. 11. ubi sub πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ doctrinam Christi intelligit, quæ dicatur πνεῦμα, quatenus sit revelatio, doctrina divinitus data, πῦρ autem, quatenus animos eorum hominum, in quibus vis ejus efficax sit, a vitiis et pravarum cupiditatum sordibus purget. Sed πῦρ, *ignis*, ut ad Matth. l. l. ostendimus, est symbolum *pœnæ gravissimæ*. Per θυσίαν interpres ille simpliciter carnem intelligit, et hoc vocabulum κατ' ἐξοχὴν positum esse putat, quoniam in sacrificiis inprimis sal adhibebatur. At salis usus, ut probe animadvertit *Schottus*, omnino fieri solet ad quamvis carnem conservandam et victui humano præparandam, neque adeo perspicitur, cur θυσία potissimum pro σαρκὶ positum sit, desumpta sunt verba ex Levit. ii. 13. atque adeo θυσία sacrificium indicat. Conf. omnino *Schottus* in Supplemento etc. qui pluribus docte et accurate *Köhleri* sententiam refutavit. g) *Gersdorfius* in *Beyträgen zur Sprach-Charakteristik d. Schriftstell. des N. T.* (Lips. 1816.) p. 376 sq. verbis v. 49. prioribus: πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται pœnæ post mortem futuræ æternitatem (de qua v. 48. sermo fuerat) confirmari, et caussam proferri contendit, quare corpora hominum damnatorum igni æterno tradita consumi nequeant, adeoque sensum ita definit: *quivis* (illorum quibus in Gehenna

ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

pœnæ peccatorum sustinendæ sunt) *igni æterno salietur* h. e. ejusmodi igne tangetur, quo minime consumatur, sed incorruptus conservetur, sicuti sal cibos a putredine defendit. Ad hanc verba explanandi rationem comprobandam laudat locum Philonis de victim. p. 647. E. (edit. Genev. 1613.) οἱ ἅλες διαμονῆς (σύμβολα) τῆς τῶν συμπάντων· οἷς γὰρ ἂν περιπασθῶσι διατηροῦσι, et de victim. offerend. p. 659. B. φυλακτήριον γὰρ οἱ ἅλες σωμάτων. Illa ipsa autem v. 49. verba, *Marcum* adjecisse existimat, quod voluerit iis explicare effatum Christi v. 48. καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. (Huic sententiæ, notante *Schotto* in Supplem. etc. p. 16. hoc obstat, quod Marcus alibi non solet ejusmodi glossam, non historicam, sed dogmaticam inserere sermonibus Christi, nec hac ratione admissa, intelligi potest, quomodo Christus a verbis v. 48. καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται subito ad effatum v. 50. καλὸν τὸ ἅλας devenerit, nisi dixeris, hæc postrema absque omni orationis serie adnexa esse, forsan ex alio sermone desumpta). Verba hujus commatis ultima: καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, Marco abjudicanda esse *Gersdorfius* statuit, atque hanc suam sententiam argumentis defendit his: 1) usus ejusmodi vocis πᾶς, quo substantivo sine articulo jungitur, et conjunctio verbi atque substantivi, ab eadem stirpe descendentis, tertio casu positi (ἁλὶ ἁλισθήσεται) ab usu dicendi Marco familiari abhorret. Legitur quidem Marc. xiii. 20. οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ, sed illa verba ex Matth. loco parallelo xxiv. 22. deprompta sunt. At enimvero verba illa οὐκ ἂν ἐσώθη π. σ. Marc. l. l. tuetur auctoritas librorum omnium, et quæ h. l. v. extr. leguntur desumpta sunt ex Levit. ii. 13. ubi sine articulo legitur: καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται, præcessit ibi v. 11. πᾶσαν θυσίαν, ἣν ἂν προσφέρητε, nihil ergo etiam nos morari potest formula h. l. obvia ἁλὶ ἁλισθήσεται. 2) verba καὶ πᾶσα — ἁλισθήσεται desunt in L. 1. 61. 73. 118. 205. 206. 209. 229. Mt. x. Copt. ἁλὶ 47. 59. 61. 225. ap. Birch. 235. Vulg. MS. Colb. verc. marb. gat. germ. 2. tol. Harl. sunt hæc verba a lectoribus et librariis, quibus effatum Christi πᾶς γὰρ — ἁλισθ. locum Levit. ii. 13. secundum versionem Alexandrinam in mentem revocasset, primum in marg. codd. notata, deinde in textum recepta. . Sed, ut rectissime observavit *Schottus* in Supplemento etc. p. 19. leguntur hæc verba in plurimis optimæ notæ codd. et cum utrumque membrum eadem voce finiatur ἁλισθήσεται, oculi librariorum, postquam verba πᾶς γ. π. ἁλισθήσεται scripta fuerant, facile ab illo priori ἁλισθήσεται, confestim ad verba v. 50. καλὸν τὸ ἅλας aberrare potuerunt, membro posteriori καὶ πᾶσα etc. neglecto. Propter eandem utriusque ῥήσεως similitudinem etiam priora versiculi verba πᾶς γὰρ etc. in nonnullis libris omissa sunt. Præterea aliorum sententias partim valde contortas, partim etiam plane absonas, qui nosse cupit adeat *Wolfium*, *Kœcherum* ad h. l. et *Schottum* l. l. Equidem arbitror Jesum apostolis, qui inter se disputarant, quis major futurus esset (coll. v. 34.), modestiam commendantem, usum esse proverbio illo trito et usitato (v. Matth. v. 13. Luc. xiv. 34.), καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας κ. τ. λ. v. 50. sed v. 49. cum iis quæ præcesserunt, non cohærere, imo continere puto effatum, a Jesu alio tempore prolatum, quod in archetypo Marci in hunc locum translatum erat, quoniam h. l. mentio facta erat *ignis* v. 48. et *salis* v. 50. Sensus autem hujus sententione dicti πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται κ. τ. λ. in se spectati, commode videtur mihi posse constitui hunc in modum: *quilibet vestrum* (alloquitur Jesus discipulos) *calamitatibus, vexationibus veluti saliri, emendari, præparari debet* (quo consequatur salutem), *sicuti omnes oblationes sale condiri, præparari debent, quo sint oblationes Deo acceptæ*. Scilicet πῦρ in literis sacris non tantum est imago *pœnarum et suppliciorum*, sed etiam generatim *calamitatum, afflictionum, miseriarumque quarumvis*, quæ instar ignis, aurum argentumve purgantis, hominum probitatem ac pietatem probant, eosque emendant et corrigunt. vid. Ies. xlviii. 10. Zach. xiii. 9. Ps. lxvi. 12. Sir. li. 6. 1 Cor. iii. 14. Salis usus Græcis, Romanis et Hebræis in sacrificiis erat solennis v. Eustath. ad Hom. Il. α'. 449. Dionys. Halic. 7. p. 1495. Vol. iii. *Reisk*. Plin. H. N. xxxi. 7. Levit. ii. 13. Ezech. xliii. 24. Et cum sal efficiat, ut cibi eo respersi ad comedendum reddantur aptiores, suaviores, firmiores, etiam quæ diis offerebantur, eadem ratione, qua cibi humani adornari solebant, instruenda et sale condienda putabant, quo gratiora diis redderentur. ἁλίζεσθαι, *sale condiri*, notio huic cognata est, *præparari*, quæ quidem significatio etiam huic verbo conveniens est in formula ἁλὶ ἁλισθήσεται· nam sale sacrificium præparabatur et perficiebatur. Usus est Jesus formula πυρὶ ἁλίζεσθαι, non verbo δοκιμάζεσθαι (quod proprie de metallorum exploratione per ignem usurpatur Prov. viii. 10. xvii. 3. 1 Petr. i. 7.), aut simili, quoniam laudare volebat verba Lev. ii. 13. πᾶσα

## ΚΕΦ. ι'.

ΚΑΚΕΙΘΕΝ ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ συμπορεύονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτόν· καὶ, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδίδασκεν αὐτούς.
2 Καὶ προσελθόντες ᶦοἱ Φαρισαῖοι, ἐπηρώτησαν αὐτὸν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι· πειράζοντες αὐτόν.
3 Ὁ δὲ ἀπο-

2. † οἱ.

θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται· denique particula καὶ h. l. reddi debet *sicuti, quemadmodum* Hebr. ו Job. v. 7. 1 Cor. vi. 13. v. *Noldii* Concordd. Particc. p. 304. *Gesenii Lehrgeb.* p. 845. Jam si vinculo quodam hæc sententia, iis quæ præcesserunt, annectenda est; cum tentationes et corruptelarum illecebræ, quæ ad religionem deserendam adducunt, annumerari soleant in libris sacris, afflictionibus a Christi sectatoribus perferendis, v. Jac. i. 12 sqq. ibique interpp.: sententiarum nexus h. l. exhiberi potest hic: reprimite cupiditates pravas, quamvis hoc maxime arduum vobis videatur, et cum molestia atque doloribus conjunctum sit, etenim calamitates dum constanter perferuntur, virtutem vestram Deo probant, vos dignos et idoneos reddunt, qui potiamini felicitate perenni. Sed repeto, quæ supra monui, videtur Christus hanc sententiam protulisse alio tempore, cum verba faceret de calamitatibus et afflictionibus, a suis cultoribus constanter sustinendis. Assensorem nactus sum *Gablerum* V. D. in *Journal für auserlesene theolog. Literatur*, B. 5. p. 351. qui suspicatur, quæ v. 49. leguntur desumpta esse ex oratione Jesu, quam nobis Lucas c. 14. reservavit, atque Jesum hæc verba protulisse, cum dixisset, quæ ibi v. 33. leguntur.

(50.) Vid. Matth. v. 13. Luc. xiv. 34. Sal erat imago sapientiæ atque virtutis, v. ad Matth. l. c. *Buxtorfii* Lex. Talm. p. 1208. etiam symbolum constantiæ et amicitiæ certæ, atque in fœderibus pangendis adhibebatur, hinc בְּרִית מֶלַח, *fœdus perpetuum*, 2 Chron. xiii. 5. add. Num. xviii. 19. hinc et Philo dixit sal *σύμβολον γνησίου φιλίας*. Eustath. ad Il. ί. p. 648. 5. *ἅλας μέντοι κοινότερον θεῖον τὸν ἅλα φησὶν—διότι συναγωγός ἐστιν εἰς φιλίαν, καὶ εὐνοίας σύμβολον τοῖς ξένοις ἐν τῇ τραπέζῃ παρετίθετο—καὶ* Πλούταρχος *δὲ εἰς τοῦτο γράφει*. Idem ad Il. *ά*. p. 100. 22. *ὡς γὰρ ἅλς ἐξ ὑδάτων πολλῶν ῥυτῶν παγεὶς ἕν τι στερεὸν γέγονε σῶμα, οὕτω καὶ οἱ συνελθόντες εἰς φιλίαν ἐκ διεστώτων, εἰς ἕν τῷ τε τόπῳ καὶ τῇ φιλικῇ διαθέσει συνήχθησαν*. vid. *Wetstenius, Michaëlis* et *Boltenius* ad h. l. *Worbsius über die Bundes- u. Freundschaftssymbole der Morgenländer zur Erläuterung mehrerer bibl. Stellen*. 1792. Itaque perquam apposite Christus discipulis suis de variis honoribus contendentibus v. 34. commendans *εἰρήνην*, pacis concordiæque studium, commemoravit salem, et usus est proverbio tunc temporis usitato: *καλὸν τὸ ἅλας*, res *præstantissima est sal*, *ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται*, *si vero sal salsedinem amiserit*; *ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε*; *quomodo ei salsedinem restituetis?* *ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας*, *retinete in animis vestris* sapientiæ quasi *salem* (*ἔχετε* id. qd. *κατέχετε*) *καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις*, *ita ut pacem invicem colatis*. Sensus, imagine omissa, h. l. est: Si vos Apostoli, futuri sapientiæ, doctrinæ meæ, doctores, vanos honores affectatis, nec modestiæ, sed ambitionis studiosi estis, atque altercationes facitis, neque adeo aliis sapientiæ, imo insipientiæ, exempla egregia estis, quis vos corriget? sitis igitur sapientiæ studiosi, doctrinam meam vita factisque exprimite, atque adeo etiam pacem colite.

### CAP. X.

(1.) Vid. Matth. xix. 1. *ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου*] *in fines Judææ, per regionem trans Jordanem sitam, venit*. Jesus e Galilæa contulerat sese Hierosolymam, ad celebranda *ἐγκαίνια*, cum ibi insidias ei struerent Judæi, v. Joh. x. 22, 40. concessit in eam Judææ partem, quæ dicebatur Peræa. v. Matth. l. c. *Paulus Kommentar*, Th. ii. *Abschn.* 88. p. 778 sq. edit. 2. Libri nonnulli omittunt verba *διὰ τοῦ*, alii in horum verborum locum substituunt particulam *καί*. *Griesbachius* Comment. Crit. in Marc. Partic. 6. p. 4. et *Paulus* vulgarem lectionem retinendam censet. Recte. Omissioni locum haud dubie dedit locus Matth. xix. 1. ubi legitur: *ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου*· sed mutatio *διὰ τοῦ* in *καὶ* consulto facta est ab iis, qui ex Johannis narratione x. 22, 40. scirent, Jesum non *per* Peræam venisse in Judæam, sed potius primo versatum esse in Judæa, atque inde deinceps sese contulisse in Peræam. Marcus vero, qui itinerum istorum seriem non accuratius nosset, verba archetypi minus recte ita expressit, ut hoc loco expressa leguntur. *κἀκεῖθεν*] *inde*, e Galilæa, vid. Matth. xix. 1. *ἀναστὰς*] *discedens*, nam verbum *ἀνίστημι*, ut Hebr. קוּם, etiam

4 κριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί ὑμῖν ἐνετείλατο Μωσῆς; Οἱ δὲ
εἶπον· Μωσῆς ἐπέτρεψε βιβλίον ἀποστασίου γράψαι, καὶ
5 ἀπολῦσαι. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Πρὸς
τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην.
6 Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς
7 ὁ Θεός. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα
αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν
8 γυναῖκα αὐτοῦ. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὥστε
9 οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν,
10 ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μαθηταὶ
11 αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν. Καὶ λέγει αὐτοῖς.
Ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην,
12 μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν. Καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα
αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

eo sensu occurrit, ut sit *abeo, discedo*, ut Marc. vii. 24. neque scriptoribus Græcis hunc verbi usum insolentem esse, exemplis pluribus ad h. l. docuit *Kypkius*.

(4—6.) ἐπέτρεψε] *permisit* divortium, dato libello repudii, aut quod eodem recidit, repudiare volenti *præcepit* (Matth. xix. 7. ἐνετείλατο) libellum repudii dare.—(5.) ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην] jussit ut uxoribus repudiandis daretur libellus repudii.—(6.) κτίσις per metonymiam positum est pro κόσμος, ut infra xiii. 19.

(11.) γυναῖκα αὐτοῦ] Matth. xix. 9. additur: εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ· et ibid. v. 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας, ubi v. not. μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν] *cum ea*, quam uxore dimissa duxit, *adulterium committit*. Quæ autem Matthæus, (qui magistri sermones plenius et accuratius reddidit xix. 9. coll. v. 32.) Jesum Pharisæis publice inculcasse refert, ea Marcus a Jesu privatim discipulis dicta esse h. l. tradit. Nempe repetiit Jesus, cum discipulis privatim de divortiis agens, v. Matth. xix. 10. sententiam antea publice propositam, ut declararet illius gravitatem et veritatem. Similis locus infra v. 24.

(12.) Mira in codicibus deprehenditur h. l. lectionis diversitas. Scilicet in nonnullis libris legitur: ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ· quæ lectio originem suam debet grammaticis, quibus maritus ἀπολύων γυναῖκα, *repudiare uxorem*, uxor vero vix putaretur recte dici posse ἀπολύειν τὸν ἄνδρα, *repudiare maritum*. Alii libri habent: ἐὰν αὐτὴ (sic scripserunt librarii, quibus pronomen αὐτὴν, quod præcessit, in recenti adhuc memoria esset) vel γυνὴ, ἀπολύσασα τὸν ἄνδρα αὐτῆς, γαμήσῃ ἄλλον· *Paulus* genuinam loci scripturam esse putat: καὶ ἐὰν γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται· quodsi vero lectiones reliquæ omnes pro interpretamentis grammaticorum essent habendæ, non facile perspicitur, qui factum sit, ut cogitaverint grammatici de uxore maritum deserente et repudiante, cum in proxime præcedentibus, non de muliere maritum deserente, sed de uxore a marito deserta, sermo fuerit; qui factum sit, ut nemini in mentem venerit, ellipsin e commate proximo ita explere: ἐὰν ἡ ἀπολελυμένη γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται· vid. *Griesbachius* l. c. qui vulgarem lectionem tuetur, cujus sententiam assensu meo comprobare non dubito, sed pro ἀπολύσῃ—καὶ γαμηθῇ probabilior lectio videtur ἀπολύσασα τὸν ἀ. αὐτῆς γαμηθῇ· etenim haud improbabile est grammaticos et librarios, cum præcesserit v. 11. ὃς ἐὰν ἀπολύσῃ—καὶ γαμήσῃ ἄλλην, ut rotunda fieret oratio, et ejusdem membra sibi accuratius responderent, pro καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσασα—γαμηθῇ scripsisse: καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ—καὶ γαμηθῇ· ex eodem saltem fonte derivanda est haud dubie lectio καὶ γαμήσῃ ἄλλον· quæ codices nonnullos occupavit. Jam vero quod verba ipsa attinet: *et si mulier, repudiato marito, alii nupserit, adulterium committit*, verbum μοιχᾶται potest referri ad uxorem, *uxor illa committit adulterium* vel etiam ad illum ipsum, cui, repudiato marito priore, nupsit, cum verbum μοιχᾶσθαι adhiberi soleat de viro, qui adulterium committit. v. ad Matth. v. 32. Thomas Mag. μοιχᾶται ὁ ἀνὴρ, μοιχεύεται δὲ ἡ γυνή· neque hæc ratio a scribendi indole Marci aliena est. Hac vero ratione admissa, verba nostra quodammodo respondent iis, quæ leguntur Matth. xix. 9. καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας, μοιχᾶται· et Luc. xvi. 18. καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς γαμῶν,

Καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν· οἱ δὲ 13
μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προσφέρουσιν. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς 14
ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι
πρός με, †καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ
βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται 15

14. † καί.

μοιχεύει· et Christus, etiam auctore Marco, non de uxore adulterium committente dixit, sed ostendere voluit, quomodo quispiam in crimen adulterii incurrere possit. v. ad Matth. v. 32. Docuit nimirum in adulterii crimen incurrere eum, qui repudiata uxore sua, aliam in matrimonium ducat, et eum qui a marito repudiatam, vel quæ ipsa maritum repudiaverit, sibi connubio jungat. Quæcunque autem harum explicationum admittatur, hoc certissimum est, esse h. l. sermonem *de uxore maritum repudiante*, neque necesse est, ut verba ἐὰν ἀπολύσῃ cum pluribus interpretibus vertamus: *si deseruerit*, propterea quod e Judæorum institutis uxor maritum *repudiare* (ἀπολύειν, vid. ad Matth. i. 19.) non potuerit. Nam lubenter quidem concedimus, neutiquam illa ætate moris fuisse *Judæorum*, ut *uxores* etiam *repudiare* possent maritos; neque in censum venire posse exempla Herodis magni sororis, et Herodiadis, et Michaëlis 1 Sam. xxv. 44. " Quod enim Herodis magni soror et Herodias ausæ fuerant, id non continuo, ut scite observavit *Storrius* (cujus verbis utor), Diss. Exeget. in libror. N. T. historicor. aliquot locos P. 3. p. 14. Opuscc. Acadd. Vol. iii. p. 206 sq. alii cuique uxori permissum fuit, neque magis pristinum morem immutasse existimandum est, quam superiori tempore ex Sauli licentia 1 Sam. l. c. maritorum repudiandorum consuetudo introducta fuerat. Josephus certe non *Herodiadem* modo, quæ dupliciter a jure abierat, tum *divortio faciendo* (Matth. xiv. 4.) tum *mariti fratri nubendo*, jus patrium violasse scribit Ant. xviii. 5. 4. sed hoc quoque nominatim prodit, Salomen, quæ marito repudium scriptum miserit, conjugium soluisse contra leges Judaicas. *Marito* enim, *id integrum esse apud Judæos*, *uxori* vero *nec* tum, si sponte sua discesserit, *licere nubere*, *nisi prior maritus eam* repudio *dimisisset*. At Salomen, *non patriæ* legis, sed *arbitrii sui normam sequendo*, marito, cujus erat repudium scribere, *consuetudinem ante*, quam ab ipso dimitteretur, *renuntiasse*." Joseph. Ant. l. c. ἐπεὶ συνέβη τὴν Σαλώμην στασιάσαι πρὸς Κοστόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ Γραμμάτιον ἀπολυομένη τὸν γάμον, οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους. Ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' ἑαυτὴν γαμηθῆναι, μὴ τοῦ πρότερον ἀνδρὸς ἀφιέντος. Οὐ μὴν ἡ Σαλώμη τὸν ἐν γένει νόμον, ἀλλὰ τὸν ἐπ' ἐξουσίᾳ ἑλομένη τὴν συμβίωσιν ἀπηγόρευσε. At enimvero inter gentiles haud raro renter uxores a maritis secedere, iisque mittere solebant τῆς ἀπολείψεως γράμματα, ut novarum ipsis nuptiarum potestas esset. vid. 1 Cor. vii. 11, 13. ubi Paulus hunc ipsum locum nostrum respexisse videtur: add. *Wetstenius* et *Wolfius* in Curis ad h. l. *Danzii* Diss. Uxor maritum repudians ad Marc. x. 12. *Meuschenii* N. T. ex Talm. et Antiqq. Hebr. illustrato p. 678 sqq. et *Seldenus* de I. N. et G. v. 7. p. 790. de Uxor. Hebr. 3. c. 18. p. 309 sqq. Quamquam ergo nulla caussa aderat, *publice* reprehendi vitium, a moribus *popularium* abhorrens, tamen tunc temporis cum seorsum Jesus cum Apostolis ageret, omnino iis, futuris *gentilium* doctoribus, dicere poterat imo et debebat, de uxore, pro gentilium consuetudine, maritum repudiante; ut scirent, quænam iis de ea, sententia esset dicenda; neque negaverim Jesum quoque tunc temporis respicere potuisse, imo et respexisse exemplum Herodiadis, cum et alio tempore Herodis ejusque familiæ mores castigaverit atque perstrinxerit. vid. Marc. viii. 15. Luc. xiii. 32. Marcus igitur illud Christi effatum v. 12. quod a Petro forte acceperat, cum scriberet *christianis e gentilibus*, h. l. inseruit. Matthæus vero, qui Evangelium suum *Palæstinæ incolis* destinarat, illud afferre omisit, et commode omittere potuit. — E *Gableri* sententia in *Journal für auserles. theol. Literatur* B. 5. p. 352. usus est Jesus verbo שלח cui in versione Alexandrina respondet verbum ἀφίημι, quod non modo notat, *dimittere*, *repudiare* id. qd. ἀπολύειν, ἀποπέμπειν 1 Cor. vii. 12. sed etiam *deserere*, *missum facere* (coll. Job. xxxix. 5.) 1 Cor. vii. 13. Marcum ergo, contendit V. D. duplici sensu verbum ἀπολύειν usurpasse, pro quo rectius adhibuisset verbum ἀφίημι, quod exacte τῷ שלח respondeat, forte vero etiam eum rationem habuisse gentilium consuetudinis, et cogitasse de uxore maritum *repudiante*, Jesum autem nonnisi Judæorum mores respexisse.

(13.) Vid. Matth. xix. 13 sqq. ἵνα ἅψηται αὐτῶν] *ut iis manus imponeret*, coll. v. 16. add. viii. 22. ibique notata.

(15.) ὡς παιδίον] *ut infans*, i. e. iis virtutibus præditus, quibus infantes præditi sunt. v. Matth. xviii. 3. xix. 14. δέχεσθαι τὴν βα-

τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν.
16 Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὰ, τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ,
ηὐλόγει αὐτά.
17 Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, προσδραμὼν εἷς καὶ
γονυπετήσας αὐτὸν, ἐπηρώτα αὐτόν· Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί
18 ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν
αὐτῷ· Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ
19 Θεός. Τὰς ἐντολὰς οἶδας· Μὴ μοιχεύσῃς· Μὴ φονεύσῃς·
Μὴ κλέψῃς· Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· Μὴ ἀποστερήσῃς· Τίμα
20 τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν
αὐτῷ· Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός
21 μου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ, ἠγάπησεν αὐτὸν, καὶ
εἶπεν αὐτῷ· Ἕν σοι ὑστερεῖ· ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον,

σιλείαν est, doctrinam Christi amplecti, animo modesto ac docili Christi disciplinæ sese tradere. Sed εἰσέρχεσθαι εἰς τὴν βασιλείαν est, civem fieri regni Messiani, et participem bonorum commodorumque, quibus Christi cultores hoc nomine digni ornantur. vid. Matth. xviii. 4. Joh. iii. 3, 5. *Nœsselti* Opuscc. T. i. p. 24 sqq.—(17.) εἷς] pro τὶς Ovid. Heroidd. xv. 162. *Constitit ante oculos Naias una meos*, ubi v. *Burmannus* add. not. ad Matth. viii. 18.

(19.) Vid. Matth. xix. 16 sqq. Præceptum decalogi sextum, μὴ μοιχεύσῃς, h. l. præpositum legitur præcepto decalogi quinto μὴ φονεύσῃς, ut Luc. xviii. 20. Rom. xiii. 9. et apud Philonem sæpius. Alium ordinem Matthæus secutus est l. c. Ingeniose *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 890. suspicatur, tunc temporis Judæorum magistris, qui de discrimine præceptorum legis multa disputare atque præcipere solebant, vid. ad Matth. v. 19. usitatum fuisse eo ordine præcepta decalogi laudare, quo h. l. Luc. et Rom. l. c. laudata leguntur, quod præceptum sextum gravius putarent quinto, atque hanc eorum consuetudinem secutos esse Marcum, Lucam, Paulum et Philonem. μὴ ἀποστερήσῃς] Vulg. expressit: *ne fraudem feceris.* Sed hoc verbum latius patet. Etenim ἀποστερεῖν, quod de iis adhibetur, *qui res alienas suas reddunt fraude et rapiunt*, qui τὰ μὴ προσήκοντα λαμβάνουσι, Xen. Ages. iv. 1. ut Sir. xxix. 8. al. nominatim de iis, *qui deposita* (Laërt. iv. 38.) *et mutuo accepta, commoda, etiam debita non reddunt, seque ea accepisse appellati negant*, vid. *Fischeri* Ind. Theophrast. sub h. v. generatim notat: *nocere alicui, injuria afficere aliquem*, quocunque tandem modo id fiat, sive vi, sive fraude, sive calumnia, sive aliis viis et rationibus, ut Xen. Mem. vii. 6. 9. Sir. iv. 1. ubi vid. *Bretschneiderus*, add. ib. xxxiv. 28, 24. In versione Alexandrina ἀποστερεῖν respondet Hebr. גָּרַע, *detraxit, diminuit*, Exod. xxi. 10. et verbo עָשַׁק, *injuria affecit, oppressit*, Deut. xxiv. 14. Mal. iii. 5. sed hoc ipsum verbum עשק iidem interpretes Levit. xix. 13. qui locus h. l. respicitur, expresserunt verbo ἀδικεῖν· ut adeo planissimum sit, verba ἀποστερεῖν et ἀδικεῖν iis fuisse verba idem valentia, sicut et 1 Cor. vi. 8. ἀδικεῖτε et ἀποστερεῖτε tanquam synonyma conjunguntur. Dedit ergo h. l. Marcus etiam, exemplo interpretum Alexandrinorum invitatus, verbo ἀποστερεῖν partes verbi ἀδικεῖν, atque adeo μὴ ἀποστερήσῃς reddi debet: *noli quempiam injuria ulla afficere*, et hac una voce expressa sunt h. l. præceptum decalogi nonum et decimum. Deut. v. 21. et quæ Levit. xix. 13 ss. leguntur: οὐ συκοφαντήσει ἕκαστος τὸν πλησίον· οὐκ ἀδικήσεις τὸν πλησίον, καὶ οὐχ ἁρπάσεις, οὐ πορεύσει δόλῳ ἐν τῷ ἔθνει σου. Solebant autem Judæi præcepta decalogi recitantes, non magnopere solliciti esse de verbis, quibus concepta in libris Mosis legerentur, sed aliis verbis haud raro ea recitabant. Ita vero etiam planissimum est, non novum præceptum a Jesu traditum h. l. commemoratum esse, quod etiam exinde patet, quod adolescens ille præcepta a Jesu allata, tanquam olim injuncta, et a se exacte observata agnovit, coll. v. 20.

(21.) ἠγάπησεν αὐτὸν] *blandis eum compellavit verbis, eum laudavit*; sic ἀγαπᾷν legitur in versione septuaginta-virali 2 Chron. xviii. 2. Ps. lxxviii. 36. Cant. i. 4. et φιλεῖν, ap. Alciphr. ep. iii. 26. ἐφίλει τὴν φιλεργίαν, *probabat sedulitatem.* v. *Fesselii* Adverss. Sacra x. 1. *Kœcherus* in Analectis, et *Losnerus* ad h. l. ἕν σοι ὑστερεῖ] Matth. xix. 20. servavit interrogationem adolescentis τί ἔτι·

καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς· καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ
δεῦρο, ἀκολούθει μοι, ἄρας τὸν σταυρόν. Ὁ δὲ στυγνάσας 22
ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα 23
πολλά. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς, λέγει τοῖς μαθηταῖς
αὐτοῦ· Πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασι-
λείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται; Οἱ δὲ μαθηταὶ ἐθαμβοῦντο 24
ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν ἀποκριθεὶς, λέγει
αὐτοῖς· Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς
χρήμασιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν; Εὐκο- 25
πώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος διελ-
θεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. Οἱ 26
δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο, λέγοντες πρὸς ἑαυτούς· Καὶ τίς
δύναται σωθῆναι; Ἐμβλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγει· 27
Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ Θεῷ· πάντα
γὰρ δυνατά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ.

†Καὶ ἤρξατο ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡμεῖς ἀφή- 28
καμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. Ἀποκριθεὶς †δὲ ὁ 29
Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν
οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ
γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ ‖τοῦ εὐαγγε-

28. † καί. 29. † δέ. ‖ † ἕνεκεν.

ὑστερῶ; Marcus responsionem Christi; atque sic etiam hi loci, ut innumeri alii docent, Matthæum et Marcum in conscribendis commentariis suis, diversis archetypi recensionibus usos esse. vid. *Eichhornius* in *Allg. Bibl.* B. 5. p. 513. ἄρας τὸν σταυρὸν] in aliis libris deest, in nonnullis locum mutat. Puto hæc verba adscripta esse a grammaticis ex aliis similis argumenti locis. vid. viii. 34. Matth. xvi. 24.

(22.) ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ] *hac voce ille commotus.* στυγνάζειν proprie de tristitia adhibetur, inprimis ea, quæ vultu se prodit, et frontem nubilam reddit, de qua verbi potestate vid. not. ad Matth. xvi. 3. et *Kypkius* ad h. l. qui verba nostra reddit: *ille vero vultum ad hæc verba contrahens, tristis abibat.* Sed in versione Alexandrina στυγνάζειν respondet Hebr. שׁמם h. e. *stupere*, Ezech. xxvii. 35. xxviii. 19. xxxii. 10. quod construitur cum particula על, hinc rectius, arbitror, στυγνάσας h. l. exprimitur *stupens, commotus*; hoc sensu שׁמם legitur quoque Jer. xix. 8. ubi οἱ ό. habent σκυθρωπάζειν.

(24.) Verbis τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν] *qui opibus confidunt*, accuratius explanantur illa v. 23. generalius dicta οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες. Suppleri potest ex h. l. Matthæus xix. 23. qui hanc verborum Christi repetitionem et explicationem præteriit.

(25.) Vid. Matth. xix. 24 sqq. διελθεῖν tuentur unanimi fere consensu Alexandrini et Occidentales, sed Constantinopolitani plerique, et nonnulli alii habent εἰσελθεῖν, quod *Matthæius* in textum recepit. Recte vero mea sententia præferendum judicavit *Griesbachius* l. c. p. 5. διελθεῖν, partim ob testium auctoritatem, partim etiam cum recepta lectione διελθεῖν facile appareat, quomodo Matth. et Lucæ locis parallelis in codd. irrepere potuerit vox διελθεῖν, partim etiam, quoniam perquam probabile est, Marcum orationem voluisse variare, cum v. 23, 24. usurparit εἰσελθεῖν, et id ipsum verbum repetiturus esset in fine versus. Cæterum vid. not. ad Matth. l. c.

(26.) καὶ τίς δύναται σωθῆναι;] *ecquis tandem felicitate ornabitur?* καὶ, ut Lat. *et*, v. Virgil. Ecl. i. 27. x. 28. ubi cf. *Burmannus*, interrogationibus, quæ cum admiratione quadam moventur, præponi solere, exemplis pluribus docuerunt *Wetstenius*, *Elsnerus*, *Bosius*, *Raphelius*, *Læsnerus* ad h. l. et *Segaarius* Obss. Philol. ad Luc. i. 43.

30 λίου, Ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ
τούτῳ, οἰκίας, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ μητέρας,
καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ
31 ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι, ἔσχατοι·
καὶ οἱ ἔσχατοι, πρῶτοι.

32 Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ
ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο, καὶ ἀκολου-
θοῦντες ἐφοβοῦντο. Καὶ παραλαβὼν πάλιν τοὺς δώδεκα,
33 ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν· Ὅτι
ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ
κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς
34 ἔθνεσι· Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτὸν,
καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν· καὶ τῇ
τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.

35 Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, οἱ υἱοὶ
Ζεβεδαίου, λέγοντες· Διδάσκαλε, θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτή-
36 σωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετε
37 ποιῆσαί με ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δὸς ἡμῖν ἵνα εἷς ἐκ
δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου.
38 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε· δύνασθε
πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ

31. † οἱ.

(30.) Pro μητέρας in aliis libris extat μητέρα· sed vulgaris lectio proba est. μητέρα scripserunt librarii, quoniam v. 29. singularis numerus præcesserat. μετὰ διωγμῶν] *post persecutiones s. calamitates, superatis calamitatibus.* *Heinsius* legi malebat μετὰ διωγμόν· male: v. *Raphelius* Polyb. et *Wolfius* ad h. l. *Boltenius*, alii, μετὰ explicant *per*. Sed μετὰ etiam secundo casu junctum, interdum notat *post*, ut Pind. Olymp. i. 97. μετὰ τριῶν, *post tres.* vid. et *Læsnerus* ad h. l. *Fischerus* Animadvv. ad *Weller*. Vol. iii. P. 2. p. 200. et ad Anacr. xxxix. 27.

(32.) Vid. Matth. xx. 17 sqq. ibique notata. ἐθαμβοῦντο καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο] cum iis animus mali nonnihil præsagiret, cum timerent, ne Christus Hierosolymis male exciperetur, *attoniti et timidi eum sequebantur.* Valde tamen arridet *Heumanni* ratio, qui alteram versus nostri partem Latine hunc in modum reddendam præcipit: *attoniti et timidi eum sequebantur, nam* (καὶ) *seduxerat* (v. Matth. l. c.) *Jesus duodecim Apostolos, eosque edocuerat de fatis ipsi imminentibus.* Inviti ergo, attoniti et timidi magistrum præeuntem sequebantur. Sic omnis oratio apte cohæret.

(35. 36.) Matth. xx. 20. προσπορεύονται αὐτῷ] *adibant Jesum*, id. qd. προσῆλθον Matth. l. c. respondet Hebr. קרב, *accessit*. Exod. xxxvi. 2. et הלך sequente אל Jos. viii. 34. θέλομεν] *cupimus, optamus*, Hebr. חפץ, Mal. iii. 1. al. Cic. Fam. xv. 8. *eum honorem tibi deos fortunare* volo.—(36.) Pro τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν· in aliis libris extat: τί θέλετε, ἵνα ποιήσω ὑμῖν· in aliis, τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν et hanc posteriorem lectionem ob omissum ἵνα duriorem, genuinam esse censent *Griesbachius* et *Paulus*. Sed infra v. 51. legitur τί θέλεις ποιήσω (al. ἵνα ποιήσω) σοι· atque inde h. l. in codd. lectionem τί θέλετε (ἵνα) ποιήσω ὑμῖν irrepsisse putaverim.

(37.) δὸς ἡμῖν] *concede nobis*, vid. de hoc verbi usu not. ad Matth. xiii. 11. *Raphelius* Obss. Xen. et *Læsnerus* ad h. l. Sic etiam Latinorum *dare* legitur Senec. Med. v. 32. Val. Fl. Argon. v. 516. ἐν τῇ δόξῃ σου] *in regno tuo.* Matth. xx. 21. ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· et δόξα h. l. id. est qd. βασιλεία, ut Luc.

βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δυνάμεθα. 39
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Τὸ μὲν ποτήριον ὃ ἐγὼ πίνω,
πίεσθε· καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθή-
σεσθε· Τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων †μου, 40
οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. Καὶ ἀκού- 41
σαντες οἱ δέκα, ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ
Ἰωάννου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς, λέγει 42
αὐτοῖς· Οἴδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, κατακυ-
ριεύουσιν αὐτῶν· καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν
αὐτῶν. Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ 43
γενέσθαι μέγας ἐν ὑμῖν, ἔσται ~διάκονος ὑμῶν· Καὶ ὃς ~ἂν 44
θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος. Καὶ 45
γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ δια-
κονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.

Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ 46
Ἱεριχὼ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ, ↑υἱὸς
Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν
προσαιτῶν. Καὶ ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖός ἐστιν, 47

40. † μου. 43. ~ ὑμῶν διάκονος. 44. ~ ἐάν. 46. ↑ ὁ.

xxiv. 26. nam Hebræi כָּבוֹד ponere solent pro מַלְכוּת. v. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. p. 379. et *Bretschneiderus* ad Sir. iii. 2. et xiv. 27.

(39.) Pro καὶ τὸ βάπτισμα haud dubie cum optimæ notæ diversarum recensionum codd. legendum est ἢ τὸ β. De significatione verbi βαπτίζεσθαι, *calamitatibus premi*, et formulæ πίνειν τὸ ποτήριον vid. ad Matth. xx. 22. add. *Wesselingius* ad Diod. Sic. T. i. p. 85. *Dorvillius* ad Charit. p. 176. *Rhærius* Fer. Daventr. ii. 15.

(42.) οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν] positum est pro οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, ut legitur Matth. xx. 25. cf. in hanc rem notata ad Matth. iii. 9. add. *Sturzii* Lex. Xenoph. s. v. δοκεῖν n. 5.

(46.47.) Occidentales et Origenes, assentiente h. l. etiam Gotho, ἐκεῖθεν posuerunt pro ἀπὸ Ἱεριχώ· quæ lectio non contemnenda est. Nam Evangelistaria a verbo ἐκπορευομένου novum incipiunt anagnosma; si ergo ἐκεῖθεν genuina lectio erat, in Evangelistariis necessario mutari debebat in ἀπὸ Ἱεριχώ· et potuit saltem e lectionariis prognatum esse vulgare illud ἀπὸ Ἱεριχώ. Sed cum reliqui codd. abdicant, lectio vulgaris retinenda est; et ἐκεῖθεν ortum videtur e præpostero studio vitandæ cacophoniæ in verbis ἔρχονται εἰς Ἱεριχὼ et ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ Ἱεριχώ. vid. *Griesbachius* l. c. p. 6. ὁ υἱὸς—ὁ τυφλὸς] plerique codd. articulum ante υἱὸς addunt, et omittunt ante τυφλὸς, alii ante τυφλὸς ponunt, et ante υἱὸς omittunt; recte *Griesbachius* eum utroque loco auctoritate codd. recepit, cum si statuatur, Marcum bis posuisse articulum, facile sit ad intelligendum, quare alii priore, alii posteriore loco eum omiserint. υἱὸς Τιμαίου] est explicatio nominis Aramæi בַּר טִמְאַי, Βαρτίμαιος· sic Matth. x. 3. Βαρθολομαῖος est Aram. בַּר תָּלְמַי, *filius Ptolomæi*. Lucas xvii. 35. cœci nomen silentio præteriit, ut et Matth. xx. 29. qui duo cœcos Jesu auxilium implorasse memorat, ubi v. notata. Scilicet is qui archetypum, quo Marcus utebatur, variis additamentis locupletarat, apposuerat etiam cœci nomen, quoniam hic ei notus erat, eum etiam præsentem adfuisse, cum cœco Jesus visum restitueret, exinde colligi posse observavit *Eichhornius Allgem. Biblioth.* B. 5. p. 894 s., quod scierit, cœcum *abjecto pallio* surrexisse v. 50. προσαιτῶν] *mendicans*. προσαιτεῖν sæpius, ut simplex αἰτεῖν, omnino notat, *aliquid petere*, inprimis autem ponitur *de iis qui stipem rogant, mendicant*, ut h. l. v. Pollux iii. 111. et vi. 196. subintelligi debet βίον, quod additum extat Eurip. Hel. 519. ut βιοτεύειν Xen. Œcon. xx. 15. κλέπτων, ἢ ἁρπάζων, ἢ προσαιτῶν βιοτεύειν.— (47.) ἐστιν] scl. ὁ παράγων, *Jesum Nazarenum præterire*.

ἤρξατο κράζειν, καὶ λέγειν· Ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ, ἐλέησόν με.
Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ· ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον 48
ἔκραζεν· Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς, 49
εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι· καὶ φωνοῦσι τὸν τυφλὸν, λέγοντες
αὐτῷ· Θάρσει, ἔγειραι· φωνεῖ σε. Ὁ δὲ ἀποβαλὼν τὸ 50
ἱμάτιον αὐτοῦ, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Καὶ ἀπο- 51
κριθεὶς, λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί θέλεις ποιήσω σοι; Ὁ
δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ· Ῥαββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω. Ὁ δὲ 52
Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ὕπαγε· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ
εὐθέως ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ.

## ΚΕΦ. ια΄.

ΚΑΙ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ
Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ἀποστέλλει δύο τῶν μα-
θητῶν αὐτοῦ, Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην 2
τὴν κατέναντι ὑμῶν· καὶ εὐθέως εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτὴν,
εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον, ἐφ᾽ ὃν οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε·
λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε. Καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποι- 3
εῖτε τοῦτο; εἴπατε· Ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ
εὐθέως αὐτὸν ἀποστελεῖ ὧδε. Ἀπῆλθον δὲ, καὶ εὗρον τὸν 4
πῶλον δεδεμένον πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου· καὶ
λύουσιν αὐτόν. Καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων ἔλεγον αὐτοῖς· 5
Τί ποιεῖτε λύοντες τὸν πῶλον; Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς καθὼς 6

51. ~ ῥαββουνί. 52. ~ αὐτῷ. 3. ~ ἀποστέλλει. 4. ~ τόν.

(50.) ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον] lætitiæ plenus, quo celerius ad Jesum perveniret, abjecit vestem superiorem, pallium, quo sedens se velarat. ἱμάτιον, vid. ad Matth. ix. 20. Pro ἀναστὰς in codd. recensionis Alexandrinæ et Occidentalis, ac versionibus nonnullis legitur ἀναπηδήσας, *exsiliens*, quæ lectio, alacritatem hominis vivide depingens, et apprime conveniens verbis præcedentibus ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, verior videtur. Cum loci paralleli nihil de alacritate hominis commemorent, facile a sciolo ἀναπηδήσας mutari potuit in ἀναστάς.

(51.) Ῥαββονὶ] sive, ut Galilæi pronuntiabant, Ῥαββουνὶ, quam posteriorem scripturam optimi et plurimi codd. tuentur, est vocabulum Syro-Chaldaicum, compositum ex רַבּוֹן *magister, doctor*, διδάσκαλος. Joh. xx. 16. et affixo primæ personæ י. E Rabbinorum sententia רַבּוֹן erat nomen honorificentius quam רַבִּי (ῥαββὶ) et hoc honorificentius quam רַב. v. *Drusius* ad h. l. *Lightfootus* Horr. Hebr. et Talm. ad Matth. xxiii. 6. *Buxtorfius* de Abbreviat. Hebrr. p. 148 sq.

(52.) ὕπαγε] scl. εἰς εἰρήνην, vid. v. 34. vii. 29.

### CAP. XI.

1—4. Vid. Matth. xxi. 1 sqq. Cod. Cantabrig. Itala et Orig. exhibent h. l. εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ εἰς Βηθανίαν, merito improbante *Griesbachio* Commentar. Crit. in Marc. Part. 6. p. 8. cui hæc lectio orta videtur e saltu a ΒΗΘφαγὴ ad ΒΗΘανίαν facto, et hoc errore commisso, ab aliis postea, ut sensus facilior redderetur, καὶ inculcatum esse ante εἰς Βηθανίαν.—2. Vera et genuina scriptura est λύσατε αὐτὸν καὶ φέρετε, quam BCL. Copt. Vulg. It. Orig. servarunt. Vulgaris lectio e locis parallelis in hunc locum venit. Ex eodem fonte derivanda est lectio ἀποστελεῖ v. 3. legendum est cum *Griesbachio* et *Matthæio* præeuntibus plurimis et præstantissimis codd. ἀποστέλλει.—(4) ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου] *extra domum in platea.* Hesychius: ἄμφοδα· ῥύμαι. Jer. xvii. 27. καὶ καταφάγεται ἄμφοδα (plateas) Ἱερουσαλήμ. vid. ad Matth. vi. 2.

ἐνετείλατο ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἀφῆκαν αὐτούς. Καὶ ἤγαγον τὸν 7
πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ˈἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια
αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ. Πολλοὶ δὲ τὰ ἱμάτια 8
αὐτῶν ἔστρωσαν εἰς τὴν ὁδόν· ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον
ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. Καὶ οἱ προ- 9
άγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, λέγοντες· Ὡσαννὰ,
εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Εὐλογημένη 10
ἡ ἐρχομένη βασιλεία ˈἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ πατρὸς ἡμῶν
Δαβίδ. Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς Ἱερο- 11
σόλυμα ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἰς τὸ ἱερόν· καὶ περιβλεψάμενος
πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν
μετὰ τῶν δώδεκα.

Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας, ἐπείνασε. 12
Καὶ ἰδὼν συκῆν ˈμακρόθεν, ἔχουσαν φύλλα, ἦλθεν εἰ ἄρα 13
εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ· καὶ ἐλθὼν ἐπ' αὐτὴν, οὐδὲν εὗρεν εἰ μὴ

7. ∼ ἐπιβάλλουσιν. 10. † ἐν ὀνόματι Κυρίου. 13. ↑ ἀπό.

(7. 8.) *καὶ ἤγαγον*] BL. Orig. habent *καὶ φέρουσι·* quam lectionem præferrem, si plures testes haberet, sed videtur e v.2. ubi BCL. legunt *φέρετε*, in hunc locum translata esse. Retinendum puto *ἤγαγον*, quod grammatici et librarii mutarunt in *ἄγουσι*, ut C. 1. 13. 28. 69. 91. 124. legunt, quo conveniret magis sequenti *ἐπιβάλλουσι*, ita enim cum BCDL. 1. 28. al. legendum est, non *ἐπέβαλον*.—(8.) *στοιβάδας*] *frondes*: *στοιβὰς* s. *στιβὰς* (quæ vocabuli scriptura frequentius occurrit) prop. notat, *stratum e frondibus teneris, straminibus, graminibus, foliis, calamis*, ut ap. Aristoph. Plut. 541. Xen. Cyr. v. 2. 15, aliisque in locis pluribus. v. *Wetstenius* ad h. l. Hesychius: *στιβὰς, ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσις καὶ φύλλων· ἢ χαμαικοίτη·* add. schol. Theocrit. Id. vii. 67. xiii. 34. schol. ad Aristoph. Pac. 347. Pollux vi. 9. deinde vero ut *στοιβὴ ipsas teneras frondes, ramos, herbas* notat, et omnia quibus veteres in componendis stramentis utebantur. Sic h. l. est id. qd. *κλάδους* Matth. xxi. 8. *ἐκ τῶν ἀγρῶν*, ut in nonnullis codd. legitur pro *τῶν δένδρων*, est scioli additamentum, qui de graminibus cogitabat, ex quibus quoque stramenta solent componi.

(10.) Messiam, regem Davidi similem, regnum Davidis in pristinum, imo splendidiorem statum restituturum, et summa felicitate terrena populum suum beaturum esse, vulgus Judæorum sperabat et exspectabat. vid. ad Matth. iii. 2. inde explicandæ acclamationes populi, quæ v. 10, 11. leguntur, qui Jesum tunc temporis Messiam habebat. Verba v. 10. vulgo ita construunt; *εὐλογημένη* (scl. *ἔστω*) *ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ, ἡ ἐρχομένη ἐν ὀνόματι κυρίου*, et explicant: *faustum sit*, s. *celebretur, regnum patris nostri Davidis, quod venit jussu domini.* Satis contorte. At verba *ἐν ὀνόματι κυρίου*, quæ in plurimis et optimis codd. ac versionibus antiquis non inveniuntur, et librariorum incuria e v. 9. repetiit, inducenda sunt atque tollenda.

(13.) *ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ*] *accessit visurus*, (subintelligendum enim est *σκοπεῖν*, quod verbum frequenter ante particulas *εἰ ἄρα* omitti solet. v. *Bosii* Ellipses Græcæ p. 652. ed. *Schæferi*, et *Glassii* Phil. S. p. 617. ed. *Dathii*) *an ficum in ea esset inventurus.* *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων*] qui varias et inter se dissidentes interpretum opiniones de horum verborum sensu cognoscere cupit, adeat *Wolsii* Curas, *Kæcheri* Analecta ad h.l. et *Deylingii* Obss. S. P. 3. p. 215. neque enim crambem bis terve recoctam, recoquere libet. Commemoro tantum *Abreschii* et *Toupii* conjecturas, in illis libris non memoratas. Scilicet *Toupius* in Emendatt. in Suidam, contra auctoritatem librorum omnium, nec ulla urgente necessitate, verba *οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων* delenda statuit. Disputavit contra eum *Krebsius* in vindiciis quorundam locorum N. T. a *Toupio* temere sollicitatorum, Lips. 1778. 4.—*Abreschius* Lectt. Aristænet. p. 16. add. *Trillerus* ad Thom. Mag. p. 490. verba nostra interpretantur: *neque enim tractus, locusve ficuum ferax erat.* Apposite vero contra monuit *Krebsius* l. c. hunc *τοῦ καιροῦ* significatum, usu loquendi Græcorum confirmari non posse: vocabulum *καιρὸς* inter-

14 φύλλα· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων. Καὶ ἀποκριθεὶς ¹ὁ Ἰησοῦς,
εἶπεν αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ‖οὐδεὶς καρπὸν
15 φάγοι. καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ ἔρχονται εἰς
Ἱεροσόλυμα· καὶ εἰσελθὼν ¹ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρξατο
ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ.
καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν, καὶ τὰς καθέδρας τῶν
16 πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε. Καὶ οὐκ ἤφιεν ἵνα
17 τὶς διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ. Καὶ ἐδίδασκε, λέγων
αὐτοῖς· Οὐ γέγραπται· Ὅτι ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς
κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν; ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν
18 σπήλαιον λῃστῶν. Καὶ ἤκουσαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ
ἀρχιερεῖς, καὶ ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσι· ἐφοβοῦντο
γὰρ αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὄχλος ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ
19 αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ὀψὲ ἐγένετο, ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως.
20 Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ
21 ῥιζῶν. Καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος, λέγει αὐτῷ· Ῥαββὶ, ἴδε,
22 ἡ συκῆ ἣν κατηράσω, ἐξήρανται. Καὶ ἀποκριθεὶς ¹Ἰησοῦς,

14. † ὁ Ἰησοῦς. ‖ ∼ μηδεὶς. 15. † ὁ Ἰησοῦς. 22. ↑ ὁ.

dum quidem significare *opportunitatem*, *commoditatem*, sed luculentis exemplis ab his viris doctis demonstrandum fuisse, τὸν καιρὸν σύκων etiam notare *locum*, *tractumve ficuum feracem*, id vero omnibus exemplis ab iis allatis præstitum non esse. Nos quidem ad Matth. xxi. 19. ostendimus pluribus, verba οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων explicanda esse, *nondum* (οὐ id. qd. οὔπω ut Joh. vii. 8. coll. 10. Hebr. לֹא Gen. ii. 5. Deut. xx. 5 ss. v. *Noldius* Concordd. Particc. p. 423.) *erat tempus ficus præcoces decerpendi et colligendi*. Sic Matth. xxi. 34. καιρὸς τῶν καρπῶν est: tempus fructuum maturorum carpendorum. Luc. xx. 10. καιρὸς τοῦ καρποῦ τῆς ἀμπελῶνος, tempus uvarum colligendarum; cf. etiam *Albertius* ad h. l. Referri autem debent hæc verba non ad proxime præcedentia, *quod nonnisi folia Jesus esuriens invenerit*, sed per synchysin, ad remotiora, quod ideo Jesus accesserit ad ficum eminus conspectam, foliisque superbientem, ut recte observarunt *Kraftius* Obss. S. Fasc. 4. p. 250. *Moschius* in *Bibelfreund* Th. iii. p. 251. alii. Nempe quoniam nondum erat illa anni tempestas, qua messis *ficuum præcocium* institui solebat, sperare poterat Jesus, se forte *ficum* unam alteramve *serotinam* in arbore esse inventurum, sed ne reperiebat quidem *ficus præcoces*. vid. ad Matth. l. c. Neque aliena est talis verborum trajectio a scribendi indole Marci, cum plerumque negligentius orationem contexere soleat. Similes trajectiones reperiuntur xvi. 3, 4. ubi verba v. 4. ultima: *erat enim lapis ingens*, referenda sunt ad verba v. 3., et xii. 12. ubi ἔγνωσαν γὰρ ὅτι κ. τ. λ. referri debet ad verba ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι.

(14—16.) ἀποκριθεὶς εἶπε] v. Matth. xi. 25. καὶ ἤκουον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ] *hæc audientibus ipsius discipulis.*—(15.) vid. Matth. xxi. 12. ἤρξατο ἐκβάλλειν] pro ἐξέβαλε, ut legitur Matth. l. c.—(16.) οὐκ ἤφιεν] *neque permisit* i. prohibuit; λῃστῆς· vid. et ad i. 34. not. σκεῦος intelligendum de vasis ad quæstum faciundum pertinentibus.

(17—20.) Interrogative Marcus affert (et sic gravior existit reprehensio), quæ Matthæus l. c. et Lucas xix. 46. sine interrogatione enuntiarunt; plenius etiam adduxit Marcus Iesaiæ oraculum lvi. 7. adjecto πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.—(18.) *Quod cum audissent synedrii magni assessores*, (οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, vid. ad Matth. ii. 4.) *cogitabant de eo interficiendo.* ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν κ. τ. λ.] nam timebant, ne per Jesum veritatem ac pietatem voce et factis intrepide promoventem, ipsorum auctoritas prorsus minueretur, cum omnis multitudo doctrinam ipsius unice admiraretur. ἐξεπλήσσετο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ] vid. ad Matth. vii. 28.—(19.) vid. not. ad Matth. xxi. 18.—(20.) παραπορευόμενοι] *prætereuntes ficum*, conf. ii. 23. ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν] Job. xviii. 16. מִתַּחַת שָׁרָשָׁיו יִבָשׁוּ, ubi οἱ ό. habent: ὑποκάτωθεν αἱ ῥίζαι αὐτοῦ ξηρανθήσονται.

λέγει αὐτοῖς· Ἔχετε πίστιν Θεοῦ· Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, 23
ὅτι ὃς ἂν εἴπῃ τῷ ὄρει τούτῳ· Ἄρθητι, καὶ βλήθητι εἰς τὴν
θάλασσαν· καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ
πιστεύσῃ, ὅτι ἃ λέγει γίνεται· ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ.
Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, 24
πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε· καὶ ἔσται ὑμῖν. Καὶ ὅταν στήκητε 25
προσευχόμενοι, ἀφίετε εἴ τι ἔχετε κατά τινος· ἵνα καὶ ὁ
πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα 26
ὑμῶν. Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς
οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

Καὶ ἔρχονται πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ἐν τῷ ἱερῷ περι- 27
πατοῦντος αὐτοῦ, ἔρχονται πρὸς αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ
Γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἐν 28
ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην
ἔδωκεν, ἵνα ταῦτα ποιῇς; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν 29
αὐτοῖς· Ἐπερωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον· καὶ ἀποκρίθητέ
μοι, καὶ ἐρῶ ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ· Τὸ βάπτισμα 30
Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων; ἀποκρίθητέ μοι.

(22.) ἔχετε πίστιν Θεοῦ] *Deo confidite.* Θεοῦ est genitivus objecti, atque adeo πίστις Θεοῦ est id. qd. πίστις πρὸς s. ἐπὶ s. εἰς τὸν Θεὸν, ut Rom. iii. 22. πίστις Ἰησοῦ Χριστοῦ· pro εἰς τὸν I.X. coll. v. 26. explicatur v. 25. πίστις ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. add. Gal. ii. 20. ubi v. *Borgerus*: cf. Gal. iii. 22. *Raphelius* Obss. Polybb. p. 143. *Winer Grammatik des Neutestamentl. Sprachidioms* p. 57. non ergo opus est, ut cum *Möllero* in *Augustii theolog. Monatsschrift J.* 1801. *Heft.* 1. et *Neue Ansichten schwieriger Stellen a. d. vier Evangg.* p. 111. cui præivit *Martianæus* v. *Wolfii* Curas ad h. l. πίστις Θεοῦ explicemus, *firma, summa fides,* ut sit id. quod πᾶσα πίστις 1 Cor. xiii. 2. (de quo usu vocabuli Θεὸς v. *Schleusnerus* Lex. sub h. v. n. 5.) cf. etiam not. ad Matth. xvii. 20.

(23.) Verba ultima ὃ ἐὰν εἴπῃ, *continget quod fieri jusserit,* desunt in BCDL. i. 28. Copt. Vulg. adjecta videntur a grammaticis, quo rotundior atque concinnior existeret oratio, et quoniam præcessit paulo ante ἃ λέγει et initio versus ὃς ἂν εἴπῃ. διακριθῇ] *dubitaverit,* ut Act. x. 20. Rom. xiv. 23. Act. x. 20. de variis hujus verbi significationibus v. *Heupelius* ad h. l.

(24.) Pro ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε plures e præstantissimis diversarum recensionum codicibus habent: προσεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε, quæ germana atque sincera scriptura videtur; προσευχόμενοι e v. 25. a grammaticis adscriptum fuisse opinor, quorum aures offenderet lectio προσεύχεσθε—αἰτεῖσθε—πιστεύετε—λαμβάνετε s. ut alii legunt ἐλάβετε, quique significare vellent, verba προσεύχεσθε καὶ αἰτεῖσθε idem notare quod loco parallelo Matth. xxi. 22. ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ, *quæcunque precibus a Deo expetieritis.* Lectio ἐλάβετε, quam tuentur BCL. et Copt. utpote difficilior præferenda est, ex eaque ortæ sunt lectiones aliorum librorum λήψεσθε (v. Matth. xxi. 22.) et λαμβάνετε. Sed πιστεύετε ὅτι ἐλάβετε, *credite vos jam accepisse,* idem valet quod, certissima fiducia exspectate. καὶ ἔσται ὑμῖν] *nam vobis contingent, impetrabitis,* formula, etiam Græcis scriptoribus solennis et usitata. vid. *Elsnerus, Raphelius* Polybb. et *Palairetus* ad h. l. Æschyl. Prom. 731. ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας; ubi schol. ἔσται· γενήσεται.

(25.) ὅταν στήκητε προσευχόμενοι] *quando precaturi statis;* solebant enim Judæi stantes orare, vid. Luc. xviii. 11. 2 Par. vi. 12. unde Hebr. עמד *stare,* haud raro ponitur pro *preces facere.* v. Matth. vi. 5. εἴ τι ἔχετε κ.τ.λ.] *si quid habetis de quo alterum accusetis,* v. ad Matth. v. 23. *ut etiam vobis delicta vestra pater vester cœlestis remittat.* vid. Matth. vi. 12 sqq. xviii. 35. Cæterum *Storrius* Diss. in locos libror. historicor. N.T. P. 2. p. 28. monuit: cum actio illa symbolica v. 14. Ju-

31 Καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες· Ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ
οὐρανοῦ, ἐρεῖ· Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Ἀλλ'
32 ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο τὸν λαόν· ἅπαντες
33 γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. Καὶ ἀπο-
κριθέντες, λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· Οὐκ οἴδαμεν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς
ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτοῖς· Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ
ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.

ΚΕΦ. ιβ'.

Καὶ ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν· Ἀμπελῶνα
ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμὸν, καὶ ὤρυξεν
ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωρ-
2 γοῖς· καὶ ἀπεδήμησε. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς
τῷ καιρῷ δοῦλον, ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ
3 καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος. Οἱ δὲ λαβόντες αὐτὸν, ἔδειραν, καὶ
4 ἀπέστειλαν κενόν. Καὶ πάλιν ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς ἄλλον

daicæ reipublicæ *exitium* præsignificasset, subjecto hoc monito cavisse Jesum, ne discipuli existimarent, tum quoque ad preces eventum esse responsurum, cum *infenso animo* precarentur; neque etiam Jesum v. 14. miraculum expetiisse ad perdendos Judæos, sed ad firmandam prædictionem mali, quod quia hostibus impendere prospiceret, maximum ipsi dolorem commotum esse, Luc. xix. 41. Matth. xxiii. 37.

(26.) Hic versus a multis codd. abest, etiam in singulis verbis codices, qui eum exhibent, variant, in aliis libris post hunc versum addita leguntur, quæ Matth. vii. 7 sq. extant: quæ quidem omnia aperte produnt manus interpolatrices, et a grammaticis translata esse hujus versus verba e Matth. vi. 15. in hunc locum. Quod reliquos versus attinet, cf. Matth. xxi. 23 ss.

(31.) καὶ ἐλογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς] bene *Reichardus: probe secum reputantes*, et *Scottus: tum illi ita inter se ratiocinati sunt.* διελογίζοντο ut in nonnullis libris legitur e Matth. xxi. 25. add. Marc. ix. 33. in hunc locum migravit.

(32.) Sunt qui post verba ἐξ ἀνθρώπων integrum membrum deesse putent, ita supplendum; τί γενήσεται ὑμῖν, vel κακῶς ἕξει, vel simile, cum Luc. xx. 6. additum legatur: πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς. vid. *Bosius* de Ellips. p. 806. ed. *Schæfer*, *Glassius* Phil. S. p. 622. Sed ἐφοβοῦντο τὸν λαὸν positum est pro, φοβούμεθα τὸν λαὸν, *populus est metuendus*, ut legitur Matth. xxi. 20. Nempe Marcus, rem potius quam verba curans, transiit ab oratione recta ad obliquam, et ita mentem Judæorum expressit. Cujus loquendi rationis exempla apud optimos quosvis scriptores occurrunt. vid. *Kypkius* ad h. l. et ad Luc. v. 14. *Elsnerus* ad Luc. l. c. *Raphelius* Obss. Xenoph. ad Act. i. 14. Hæc cum non reputarent grammatici atque librarii, nonnulli eorum pro φοβοῦντο, rescripserunt φοβούμεθα, alii vero particulam ἐὰν initio versus positam, inducendam putarunt.

CAP. XII.

(1.) ἤρξατο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λέγειν] *proposuit iis parabolas.* At enimvero una tantum parabola h. l. recensetur. Haud male *Beza* verbis ἐν παραβολαῖς significari statuit, ipsum orationis genus, quo Jesus usus est, ut Matth. xiii. 13. ut adeo ἐν παραβολαῖς sit idem quod παραβλήδην, *sub involucris.* Nempe Jesus omnino plures tunc temporis parabolas proposuerat. vid. Matth. xxi. 28 ss. xxii. 1 sqq. Marcus autem in archetypo suo, non nisi hanc notatam reperiebat, quæ e pluribus delecta, et speciminis loco apposita erat. Itaque verba explicanda sunt hunc in modum: Tum proposuit iis Jesus varii generis parabolas, et inter alias hanc etc. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* B. 5. p. 900. suspicatur: in archetypo extitisse vocabulum ܡܬܠܐ Matthæum xxi. 33. et Lucam xx. 9. hoc legisse in singulari ܡܬܠܐ παραβολὴν, quod in sequentibus unam tantum parabolam allatam reperissent, Marcum vero, qui sequentia non respexisset, legisse illud vocabulum in plurali ܡܬ̈ܠܐ, adeoque minus recte scripsisse ἐν παραβολαῖς.

(2.) καιρῷ] *tempore suo, tempore legitimo,* Hebr. בעתו, Eccles. x. 17. ὅτι ἤγγισεν ὁ και-

δοῦλον· κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέ-
στειλαν ἠτιμωμένον. Καὶ †πάλιν ἄλλον ἀπέστειλε· κἀκεῖνον 5
ἀπέκτειναν· καὶ πολλοὺς ἄλλους, τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς
δὲ ἀποκτείνοντες. Ἔτι οὖν ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ, 6
ἀπέστειλε καὶ αὐτὸν πρὸς αὐτοὺς ἔσχατον, λέγων· Ὅτι
ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. Ἐκεῖνοι δὲ οἱ γεωργοὶ εἶπον 7
πρὸς ἑαυτούς· Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· δεῦτε, ἀπο-
κτείνωμεν αὐτὸν, καὶ ἡμῶν ἔσται ἡ κληρονομία. Καὶ 8
λαβόντες αὐτὸν, ἀπέκτειναν, καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπε-
λῶνος. Τί οὖν ποιήσει ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται 9
καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς, καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις.
Οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν 10

6. † πάλιν.

ρὸς καρπῶν, *tempore vindemiæ*, ut scripsit Matth. xxi. 34. vid. et ad Matth. viii. 29.

(4.) *κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον*] *et hunc capite saxis vulnerato, contumelia affectum dimiserunt.* Verbum *κεφαλαιοῦν* (a *κεφάλαιον, caput, capitulum*) diverse explicuerunt interpretes, vid. *Wolfium*, *Kæcherum* et *Albertium* ad h. l. *Heinsius* quoniam v. 5. legitur, *κἀκεῖνον ἀπέκτειναν*, quæ verba vertit *etiam hunc trucidarunt*, (sed *καὶ* in *κἀκεῖνος* est copula *et*) verbum *κεφαλαιοῦν* significare contendit: *capite multare et ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον* satis inepte vertit: *sublatum remiserunt*. *Albertius* verba nostra reddit: *et eum lapidarunt, et fustibus* vel *clavis* aut *grandibus baculis percusserunt*, quam tamen verbi *κεφαλαιοῦν* significationem neutiquam idoneis argumentis comprobavit, vid. et *Heumannus* ad h. l. *Wakefieldius* in Silva Crit. cum *κεφαλαιοῦν* in scriptis Græcorum notet, *in capita* s. *in summam redigere*: verba *κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν* exprimenda esse statuit hunc in modum: *cum illo etiam conjectis longe lapidibus, summatim rem transegerunt, sie machten mit ihm kurzen Process*, et plures locos Thucydidis, Platonis, aliorumque scriptorum Græcorum ad hanc verbi significationem comprobandam attulit. Sed Lucæ loco parallelo xx. 12. verbo *κεφαλαιοῦν* respondet verbum *τραυματίζειν, vulnerare*, et versiones antiquæ, ut Syr. Arab. Vulg. *ἐκεφαλαίωσαν* interpretantur: *in capite vulnerarunt*. Itaque sicuti *γναθόω*, a *γνάθος*, est, auctore Hesychio, *εἰς γνάθους τύπτω, cædo in malas*, et *γαστρίζω* est, *γαστέρα τύπτω*, cf. schol. ad Aristoph. Equitt. v. 173. add. Aristoph. Vespp. 1519. Diog. Laërt. vii. 172. et *Casaubonus* ad h. l.; ita quoque *κεφαλαιοῦν*, cum verba desinentia in *οω* et *ιω* eandem fere vim et rationem obtineant (ut *κατακοντοῦν* et *κατακοντίζειν*) omnino per analogiam significare potest *cædere, vulnerare caput*, et hanc verbi significationem in lingua Hellenistarum, Marci ætate, usitatam fuisse hic locus docet, et Luc. l. c. confirmat. *ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον* est simpliciter, *ignominiose dimiserunt*, ut ap. Sophocl. Œd. Col. 1268. *ἀτιμάσας πέμψεις, ignominiose dimittes.* v. *Albertius* p. 178. Cæterum pro *ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον* in nonnullis libris legitur *ἠτίμασαν*, ex interpretamento; alii libri ut et verss. Copt. Arm. Vulg. omittunt participium *λιθοβολήσαντες*, id vero expunctum fuisse videtur ab iis, qui hoc verbum sibi explicarent, *lapidibus obruere, ut mors sequatur*, quo sensu extat Act. vii. 59. quibus adeo *λιθοβολήσαντες* huic loco non convenire videretur. Sed *λιθοβολεῖν*, ut ostendimus ad Matth. xxi. 34. notat etiam, *lapidibus petere, ita, ut mors non sequatur*, vid. et *Albertius* ad h. l. p. 179.

(5.) *καὶ πολλοὺς ἄλλους κ. τ. λ.*] *et alios plures, quos miserat, partim verberarunt, partim interfecerunt.* Oratio concisa atque elliptica; *Camerarius* eam ita supplendam judicavit: *πολλοὺς ἄλλους οὕτω διέθηκαν, τοὺς μὲν κ. τ. λ.* *Erasmus Schmidius*: *πολλοὺς ἄλλους ἀπέστειλεν, οὓς ἐξεδέξαντο, τοὺς μὲν δέροντες κ. τ. λ.* rectius haud dubie *Heupelius*: *καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀπέστειλεν, ὧν τοὺς μὲν δέροντες, τοὺς δὲ ἀποκτείνοντες ἦσαν* i. e. *ἔδειραν, ἀπέκτειναν* perquam enim usitata est ellipsis verbi ex præcedentibus repetendi, vid. *Glassii* Phil. S. p. 632. *Heupelius* ad h. l. et *Dorvillius* ad Charit. p. 355 sq. de pronomine relativo haud raro renter omisso vid. *Glassius* p. 172. et de verbo substantivo ad participia frequenter intelligendo vid. not. ad vii. 19.

(6. 8.) Vid. ad Matth. xxi. 38 sqq. *αὐτοῦ*] ex Hebraismo additum, redundat. — (8.) *ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον*] *Heumannus* per

11 οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· Παρὰ
Κυρίου ἐγένετο αὕτη· καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν.
12 Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι· καὶ ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον·
ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε· καὶ
ἀφέντες αὐτὸν, ἀπῆλθον.
13 Καὶ ἀποστέλλουσι πρὸς αὐτόν τινας τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν
14 Ἡρωδιανῶν, ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ. Οἱ δὲ ἐλθόντες
λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ
μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώ-
πων, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις· Ἔξεστι
15 κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; Ὁ δὲ,
εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, εἶπεν αὐτοῖς· Τί με πειράζετε;
16 φέρετέ μοι δηνάριον, ἵνα ἴδω· Οἱ δὲ ἤνεγκαν. Καὶ λέγει
αὐτοῖς· Τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; Οἱ δὲ εἶπον
17 αὐτῷ· Καίσαρος. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς·
Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ.
18 Καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ. Καὶ ἔρχονται Σαδδουκαῖοι πρὸς
αὐτὸν, οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι· καὶ ἐπηρώτησαν
19 αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε· Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, ὅτι
ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ
τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα
20 αὐτοῦ, καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἑπτὰ
†οὖν ἀδελφοὶ ἦσαν· καὶ ὁ πρῶτος ἔλαβε γυναῖκα, καὶ
21 ἀποθνήσκων οὐκ ἀφῆκε σπέρμα. Καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν
αὐτὴν, καὶ ἀπέθανε, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα· καὶ ὁ
22 τρίτος ὡσαύτως. Καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἑπτὰ, καὶ οὐκ
23 ἀφῆκαν σπέρμα· ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν

25. † οὖν.

hysterologiam dicta esse putat pro, ejectum e vinea trucidarunt. Citra necessitatem. Sensus est: trucidatum projecerunt extra vineam.

(13.) Vid. Matth. xxii. 15 ss. ἀγρεύειν, Hebr. צוד Prov. vi. 26. proprie notat, *captare feras, pisces*, Xen. Mem. v. 3. 9. ἀγρευόμενα θηρία· Callim. h. Dian. 85. θηρίον ἀγρεύων· Herodot. ii. 95. τῆς ἡμέρης ἰχθῦς ἀγρεύει· Lucian. Ver. Hist. T. ii. p. 76. ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν (ἰχθύων) τινάς· p. 98. καὶ ζῶντας ἰχθῦς ἀγρεύομεν· deinde per metaphoram ponitur ita, ut sit, *insidias struere alicui*, sive verbis, sive alio modo, et sic h. l. est, *captiosam quæstionem proponere*, ut παγιδεύειν, apud Matth. l. c. De insidiis amantium ἀγρεύειν legitur in epigr. Rhiani 7. Anal. Brunckii T. i. p. 481.

(14.) ἐπ' ἀληθείας] *vere et ingenue*, ut Matth. xv. 16. ἐν ἀληθείᾳ. Theocrit. Idyll. vii. 44. ἐπ' ἀληθείᾳ pro ἀληθῶς. v. *Kypkius* ad h. l. δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν; bene *Wolfius*: insidiatores illi quæstionem hanc duplici modo formasse videntur, ut eam acuerent, et affectum suum demonstrarent.

(19.) Matth. xxii. 23 sqq. ἔγραψεν ἡμῖν] *nobis præcepit, legem tulit*: γράφειν frequens Græcis, de legislatoribus. v. *Elsnerus*, *Wetstenius* et *Kypkius* ad h. l.

(22.) Pro ἐσχάτη multi libri habent ἔσχατον, fortassis vere. Sed ἐσχάτη potuit etiam mutari in ἔσχατον, quoniam locis parallelis extat ὕστερον πάντων· et Hesychius quoque ἔσχατον explicat ὕστερον, et ὕστερον per ἔσχατον.

τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή;
οἱ γὰρ ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ 24
Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες
τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ; Ὅταν γὰρ ἐκ 25
νεκρῶν ἀναστῶσιν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ'
εἰσὶν ὡς ἄγγελοι 'οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Περὶ δὲ τῶν νεκρῶν, 26
ὅτι ἐγείρονται, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως, ἐπὶ 'τῆς
βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, λέγων· Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ,
καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς 27
νεκρῶν, ἀλλὰ 'Θεὸς ζώντων· ὑμεῖς οὖν πολὺ πλανᾶσθε.
Καὶ προσελθὼν εἷς τῶν Γραμματέων, ἀκούσας αὐτῶν συζη- 28
τούντων, εἰδὼς ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτόν·
Ποία ἐστὶ πρώτη 'πασῶν ἐντολή; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίθη 29
αὐτῷ· Ὅτι 'πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν· Ἄκουε Ἰσραὴλ,
Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι. Καὶ ἀγαπήσεις 30

25. † οἱ. 26. ∾ τοῦ. 27. † Θεὸς. 28. ∾ πάντων. 29. † πρώτη πάντων ἐντολή;

(23. 24.) Verba ὅταν ἀναστῶσι omittunt codd. BCDL. alii, et versiones nonnullæ, sed deleta videntur ab iis, qui hæc verba, cum præcesserit ἐν τῇ ἀναστάσει, superflua putarent. Quodsi vero etiam superflua essent, tamen ea retinenda judicarem, cum ejusmodi additamenta haud raro in Marci commentariis occurrant. vid. Prolegg. Sed non superflua, imo apposite addita sunt, cum faciant ad mentem Sadducæorum accuratius exprimendam; loquentes inducuntur Sadducæi ex hypothesi, hoc sensu: si quidem futurum est, ut mortui resurgant. vid. et not. ad Matth. xxii. 28. — (24.) οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε;] *nonne propterea erratis?* οὐ pro οὐχὶ, vid. Matth. vi. 27. vii. 22. interrogatio more Hebræorum fortius affirmat. Matth. l. c. simpliciter legitur πλανᾶσθε.

(26.) ἐπὶ τῆς βάτου ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς] *Beza, Heumannus*, alii, hæc verba ita construenda monent: ὡς εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς βάτου, *Deum ex rubo cum ipso colloquentem* (v. Exod. iii. 6. ibique interpp.) *dixisse*. Durius et citra necessitatem. Præclare enim observavit *Jablonskius* in Præfat. ad edit. bibl. Hebr. § 37. usurpatam esse h. l. allegationis formulam priscis Judæorum doctoribus solennem; hos nimirum solitos fuisse a potiori atque maxime notabili argumento allegare Scripturæ oracula, ut adeo sensus h. l. sit: nonne legistis in libro Mosis, eo in loco, qui historiam rubi ardentis continet, Deum dixisse etc. Similis locus Rom. xi. 2.

(28. 29.) Vid. Matth. xxii. 35 sqq. Plenius et accuratius Marcus colloquium Christi cum legisperito retulit, quam Matthæus. Pro πρώτη πασῶν ἐντολὴ plurimi et præstantissimi codd. leguut πάντων· quam lectionem recte *Griesbachius* et *Matthæius* in ordinem receperunt, quorum posterior ad h. l. hæc notavit: " πάντων, ut arbitror, aut ἀπολύτως dicitur, ut ad res omnes, quæ præcipi possint, referatur, nisi malis intelligere τῶν ἐνταλμάτων· aut ad ἀνθρώπων refertur. Si dixisset πᾶσι, nemo dubitaret, quin ἀνθρώποις sit intelligendum. Sæpius vero et ab aliis genitivi incommode ponuntur. Πρώτη πάντων ἐντολὴ esset ergo, ἣν πάντες πρώτως ἀκούειν καὶ τηρεῖν ὀφείλουσι. Tot scribæ Græci in πάντων errare non potuerunt, præsertim cum non dubium sit, cujus generis sit ἐντολή." vid. et *Millius* Prolegg. 1344. — (29.) ὅτι πρώτη πασῶν τῶν ἐντολῶν] codd. EFGHS. alii habent πάντων· in aliis legitur: πάντων πρώτη· in aliis πρώτη πάντων ἐντολή· in aliis denique scriptum extat, πρώτη πάντων ἐντολή ἐστιν αὕτη· sed BL. Copt. exhibent ὅτι πρώτη ἐστίν· lectio vera et genuina est brevior ὅτι πρώτη· lectiones reliquæ a grammaticis profectæ sunt, et prava sedulitate librariorum in textum irrepserunt. ἄκουε Ἰσραὴλ κ. τ. λ.] Deut. vi. 4. *audi Israel, Jova Deus noster, est unus Jova;* nullum habemus Deum præter unum Jovam, coll. infra v. 32. Hunc autem ipsum locum Deut. vi. 4 sqq. e quo verba, quæ h. l. occurrunt, desumpta sunt, Judæi quotidie bis, mane et vespera, recitare solebant. Dicebatur hæc pericope κατ' ἐξοχὴν קריאה et a prima voce קריאת שמע *lectio Schema*. cf. *Vitringa* de synag. vet. P. 2. L. 3. c. 15. et *Buxtorfius* de synag. c. 9.

Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης
τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου, καὶ ἐξ ὅλης
31 τῆς ἰσχύος σου· αὕτη πρώτη ἐντολή. Καὶ δευτέρα ὁμοία,
αὕτη· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. μείζων τούτων
32 ἄλλη ἐντολὴ οὐκ ἔστι. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Γραμματεύς·
Καλῶς, διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας, ὅτι εἷς ἐστι †Θεὸς,
33 καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ· Καὶ τὸ ἀγαπᾷν αὐτὸν ἐξ
ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, καὶ ἐξ ὅλης
τῆς ψυχῆς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸ ἀγαπᾷν τὸν
πλησίον ὡς ἑαυτὸν, πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων
34 καὶ †τῶν θυσιῶν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς, ἰδὼν αὐτὸν ὅτι νουνεχῶς
ἀπεκρίθη, εἶπεν αὐτῷ· Οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας
τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι.
35 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἔλεγε, διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ· Πῶς
λέγουσιν οἱ Γραμματεῖς, ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ;
36 Αὐτὸς γὰρ Δαβὶδ εἶπεν ἐν †τῷ Πνεύματι ‖τῷ ἁγίῳ· ‖‖Εἶπεν
ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ
37 τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Αὐτὸς οὖν Δα-
βὶδ λέγει αὐτὸν Κύριον· καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ
38 ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν
τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· Βλέπετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων, τῶν
θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς
39 ἀγοραῖς, Καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ πρωτο-

32. † Θεός. 33. † τῶν. 36. † τῷ. ‖ † τῷ. ‖‖ ∼ λέγει.

(30.) Matth. xxii. 37. Verbis ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου verborum, quæ præcesserunt, sensus accuratius constituitur, nempe hic: Deum esse vere, studiosissime, ardentissime amandum et colendum.

(31. 32.) Altera illi par, illi æquiparanda, hæc est: ἀγαπήσεις κ. τ. λ. desumpta sunt hæc verba ex Levit. xix. 18. Vocem Θεὸς v. 32. plurimi optimæ notæ codd. diversarum recensionum omittunt, hinc recte *Griesbachius* et *Matthæius* hoc grammaticorum additamentum ex ordine ejecerunt.

(34.) *Tum Jesus, cum vidisset, eum accurate respondisse, non procul, inquit, abes a regno Dei,* tu qui cultum Dei internum externo præfers, recte sentis, ita, ut meus sectator facile fieri possis. νουνεχῶς] quæ vox frequenter apud Polybium, aliosque scriptores Græcos recurrit, vid. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l. notat, *prudenter, sapienter.* Phavorinus: νουνεχῶς· πεφροντισμένως.

(37.) Matth. xxii. 41 sqq. πόθεν] *quomodo? qua ratione?* id. qd. πῶς Matth. l. c. Luc. xx. 42. v. *Palairetus* Obss. ad h. l. et *Schleusneri* Lex. sub h. v.

(38.) Vid. ad Matth. 23. ἐν τῇ διδαχῇ] id. qd. ἐν τῷ διδάσκειν, *inter docendum*, cum doceret publice in templo, inter alia dicebat hæc etc. vid. *Glassius* Phil. S. p. 293. θελόντων περιπατεῖν] *qui amant incedere, qui libenter incedunt.* Matth. l. c. v. 6. legitur φιλοῦσι· norunt autem omnes, verbum θέλειν in vers. Alex. et libris N. T. ut Hebr. חפץ, sæpius notare, *delectari aliqua re, amare, cupere.* v. Matth. ix. 13. ἐν στολαῖς] *stola induti:* στολὴ, *vestis virilis superior, ad talos demissa,* qua in Oriente utebantur reges 1 Paral. xv. 27. (מעיל) Jon. iii. 6. (אדרת) sacerdotes 3 Esr. i. 1. v. 81. principes et honoratiores. vid. Xen .Cyr. i. 4. 26. ii. 4. 1. Luc. xv. 22. vid. *Münthius, Raphelius, Wetstenius* ad h. l. et *Ferrarius* de re vestiaria iii. 24. Ejusmodi stolis utebantur quoque legisperiti e secta Pharisæorum, gravitatis affectandæ caussa, et ut plebis venerationem sibi con-

κλισίας ἐν τοῖς δείπνοις. Οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν 40
χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· οὗτοι λήψονται
περισσότερον κρίμα.
Καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου, 41
ἐθεώρει πῶς ὁ ὄχλος βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον·
καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά. Καὶ ἐλθοῦσα μία 42
χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Καὶ προσ- 43
καλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Ἀμὴν
λέγω ὑμῖν, ὅτι ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχὴ πλεῖον πάντων βέβληκε
τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ 44
περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως
αὐτῆς πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς.

ΚΕΦ. ιγʹ.

ΚΑΙ ἐκπορευομένου αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγει αὐτῷ εἷς τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ· Διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι, καὶ ποταπαὶ
οἰκοδομαί. Καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῷ· Βλέπεις 2

43. ∾ εἶπεν.

ciliarent. ἐν στολαῖς vid. ad i. 23. Lactant. de Mort. Persecut. c. 39. *adhuc in atris vestibus erat mulier.* Diog. Laërt. ii. 8. 4. p. 213. ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι.

(40.) Vid. Matth. xxiii. 14. οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν] *qui devorant viduarum bona*, cum præcesserit τῶν θελόντων, proprie sequi debebat τῶν κατεσθιόντων· neque tamen scriptoribus optimæ notæ exteris hanc structuram insolentem esse, pluribus exemplis docuerunt *Raphelius* Obss. Xen. et *Heupelius* ad h. l. Per τὰς οἰκίας synecdochice significantur, *bona*, *opes*, ut Hom. Odyss. Υ. 318. al. v. *Heupelius* ad h. l.

(41.) καθίσας κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου] *considens e regione ærarii sacri.* γαζοφυλάκιον est *ærarium, thesauri* (γάζα· πλοῦτος Hesych. θησαυρὸς Suidas; vocabulum Persicum. vid. *Brissonius* de regno Pers. 1. §. 181.) *conditorium*, Hesych. θησαυροφυλάκιον· speciatim, *ærarium sacrum; thesauri sacri conditorium*, ut Neh. x. 37. xiii. 4. 7. Sic h. l. isto vocabulo notantur cistæ, numero tredecim, quæ erant in atrio mulierum, quas Rabbini vocant שׁופרות, *tubas*, ob figuram tubis non dissimilem, in quas condebantur nummi, et sponte oblati, et quotannis a Judæis ad templi conservationem pendendi. v. ad Matth. xvii. 25. *Lightfootus* in Chorogr. Marco præmissa c. 3. §. 4. *Relandus* Antiqq. Hebr. P. 1. c. 8. §. 14. χαλκὸν] *nummos*, vid. not. ad viii. 6.

(42. 43.) λεπτὰ δύο] *duo nummulos.* λεπτὸν minutum nummi ærei genus, dimidia pars quadrantis, sed κοδράντης, *quadrans*, nummus Judaicus, chalcum atticum dimidium æquiparabat. vid. ad Matth. x. 26.— (43.) πλεῖον πάντων βέβληκε] *plus cæteris omnibus intulit.* Joseph. Ant. vi. 7. 4. πενίας ἥδιον τὴν τιμὴν, ἢ παρὰ τῶν πλουσιωτάτων (ὁ Θεὸς) δέξεται· sententias similes, Judæorum et gentilium, de pauperum oblationibus Deo acceptissimis, collegerunt *Raphelius* Obss. Xenn. *Heupelius*, *Elsnerus*, et *Schættgenius* ad h. l.

(44.) τὸ περισσεῦον id. qd. τὸ περίσσευμα, *abundantia, copia*, unde etiam in codd. nonnullis e glossemate legitur ἐκ τοῦ περισσεύματος, oppositum vocabulum est ὑστέρησις, *penuria.* 2 Cor. viii. 14. Phil. iv. 12. ὅλον τὸν βίον] *omnes suas opes, quæcunque possidebat*, ὅσα εἶχεν· βίος de *opibus, facultatibus*, frequens, vid. Aristoph. Plut. 741. Ran. 1248. Nub. 835. Palæph. iii. Luc. viii. 43. Prov. xxxi. 3. ubi οἱ ό. habent βίος, Aqu. Symmach. et Theodot. χρήματα· v. schol. ad Eurip. Hec. xiv. *Fischeri* Ind. Palæph. sub h. v.

CAP. XIII.

(1—3.) Vid. Matth. xxiv. 1 sqq. ποταποὶ λίθοι] *quanti lapides*, templum exstructum erat e lapidibus albis et molis maximæ. vid. Joseph. B. I. v. 5. 6. Ant. xv. 11. 3. *Lightfootus* et *Wetstenius* ad Matth. xxiv. 1.— (2.) Post ἀφεθῇ in BDGL aliis additum legitur ὧδε, quæ tamen vocula e Matth. xxiv. 2. in

ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς; οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ
3 λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. Καὶ καθημένου αὐτοῦ εἰς τὸ ὄρος
τῶν ἐλαιῶν κατέναντι τοῦ ἱεροῦ, ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν
4 Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας· Εἰπὲ
ἡμῖν πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ πάντα
5 ταῦτα συντελεῖσθαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς αὐτοῖς, ἤρξατο
6 λέγειν· Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύ-
σονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ὅτι ἐγώ εἰμι· καὶ
7 πολλοὺς πλανήσουσιν. Ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ
ἀκοὰς πολέμων, μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ γενέσθαι· ἀλλ' οὔπω
8 τὸ τέλος. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία
ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους, καὶ ἔσονται
9 λιμοὶ καὶ ταραχαί. Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα. Βλέπετε δὲ
ὑμεῖς ἑαυτούς· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ εἰς
συναγωγάς· δαρήσεσθε, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων
10 σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. Καὶ εἰς πάντα
11 τὰ ἔθνη δεῖ πρῶτον κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον. Ὅταν δὲ
[1]ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες, μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλή-

11. ~ ἄγωσιν.

hunc locum migravit.—(3.) *εἰς τὸ ὄρος*] pro *ἐν τῷ ὄρει*, *in monte*, ut i. 9. ubi v. not. et *Heupelius* ad h. l. *κατ' ἰδίαν*] *seorsum, soli*, non præsente populi multitudine, ut Matth. xxiv. 3.

(4.) Accuratius reservavit Matthæus l. c. interrogationes discipulorum, omninoque plenius et diligentius sermones Christi de utraque *παρουσίᾳ* retulit, quam Marcus et Lucas c. 21. vid. Commentar. nostr. in Matth. p. 648. Marcus et Lucas eam tantum interrogationis discipulorum partem, quæ ad templi destructionem et reipublicæ Judæorum interitum pertinebat, commemorarunt, sed vel sic discipulorum mentem expresserunt, conjunctam enim fore putabant vastationem templi cum regni Messiani terreni initio et renovatione mundi. v. ad Matth. p. 645. *καὶ τί τὸ σημεῖον κ. τ. λ.*] *et e quo signo, de horum omnium* ædificiorum *devastatione futura constabit?* calamitates publicas præcedere solere signa quædam, communis erat Judæorum opinio. Sapient. xix. 13. *αἱ τιμωρίαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐπῆλθον, οὐκ ἄνευ τῶν γεγονότων τεκμηρίων*, additur ibi *τῇ βίᾳ τῶν κεραυνῶν*. vid. et ad Matth. xxiv. 29. *συντελεῖσθαι* respondet Hebr. כלה *vastavit, destruxit*, Jer. xvi. 3. Ezech. vii. 15. Hesychius: *συνετέλεσα· ἀπώλεσα*.

(8.) *ταραχαὶ* sunt *tumultus, rerum omnium perturbationes*, quam vocis significationem e Diod. Sic. ad h. l. comprobavit *Münthius*; et ipsum verbum *ταράσσειν* in versione Alexandrina respondet Hebr. המה, *tumultuatus est*. Ps. xxxviii. 9. xlv. 6. In BDL. vocabulum *ταραχὴ* non extat; nempe omissum est vel librariorum incuria, quoniam *ταραχαὶ* sequebatur nomen quoad literas simile *ἀρχαὶ*, vel etiam propterea, quoniam hoc vocabulum neque in Matthæi, neque in Lucæ commentariis h. l. legitur.

(9. 10.) Vid. notata ad Matth. x. 17 sqq. Sententia, quam h. l. v. 10. continet, Matth. xxiv. 14. rectius collocata legitur; videtur ea in margine archetypi, quo Marcus utebatur, posita, et a Marco ipso orationis contexto inserta fuisse. *βλέπετε ὑμεῖς ἑαυτοὺς*] id. qd. alias *προσέχετε ἑαυτοῖς*. Pro *ἀρχαὶ* multi codd. habent *ἀρχὴ*, quæ tamen lectio e Matth. xxiv. 8. in hunc locem venit. *εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε*] *in synagogis flagellis cædemini*, e vulgari interpunctione, post *συναγωγὰς* plene distinguitur, sed rectius, admonitu codd. plurium et versionum antiquarum, hæc verba junguntur. Marcus enim eundem Christi sermonem h. l. tradidit, quem Matth. x. 17. exhibuit, ibi autem legitur: *καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς μαστιγώσουσιν ὑμᾶς·* ubi v. not. *εἰς* h. l. positum est pro *ἐν* ut ii. 1. *εἰς οἶκον* pro *ἐν οἴκῳ*. v. 34. *εἰς εἰρήνην*. xiii. 16. *εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν*. unde et h. l. in nonnull. libris ex interpretamento legitur: *ἐν ταῖς συναγωγαῖς δαρήσεσθε*.

(11.) *μὴ προμεριμνᾶτε*] vid. ad Matth. iv.

στητε, μηδὲ μελετᾶτε· ἀλλ᾽ ὃ ἐὰν δοθῇ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ
ὥρᾳ, τοῦτο λαλεῖτε· οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ
τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς 12
θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ
γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι 13
ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος,
οὗτος σωθήσεται. Ὅταν δὲ ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώ- 14
σεως, †τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ·
(ὁ ἀναγινώσκων νοείτω·) τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν
εἰς τὰ ὄρη· Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν 15
οἰκίαν, μηδὲ εἰσελθέτω ἆραί τι ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ. Καὶ 16
ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὢν, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, ἆραι τὸ
ἱμάτιον αὐτοῦ. Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς 17
θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Προσεύχεσθε δὲ, ἵνα 18
μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος. Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι 19
ἐκεῖναι θλίψις, οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως ἧς
ἔκτισεν ὁ Θεὸς, ἕως τοῦ νῦν, καὶ οὐ μὴ γένηται. Καὶ εἰ μὴ 20
Κύριος ἐκολόβωσε τὰς ἡμέρας, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ·
ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς οὓς ἐξελέξατο, ἐκολόβωσε τὰς

14. † τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου.

25. not. *μηδὲ μελετᾶτε*] *nec meditamini.* *μελετᾷν* est Lat. *meditari*, nec tantum notat, *secum reputare, cogitare*, ut Sir. vi. 37. Ps. i. 2. ubi id textu Hebraico extat הגה, sed etiam *curare, exercere se, operam dare*; sic de iis legitur, qui equitando se exercent, Theophr. Char. xxvii. 2. de histrionibus vocem exercentibus, Aristotel. Problem. xi. 22. de athletis, v. Mercurial. Art. Gymn. iii. 7. p. 206. Hesychius: *μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται· μελέτη γὰρ ἄσκησις.* Inprimis tamen a Græcis scriptoribus adhibetur, *de oratoribus, qui commentantur*, Isocrat. T. i. p. 362. ed. Batt. *καὶ γὰρ αὐτοὶ πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾷν, ipsi effecistis, ut rhetores commententur s. meditentur.* add. Xen. Cyr. v. 5. 14. hinc *μελέται* dicuntur orationes cum studio et arte elaboratæ. vid. *Spanhemius* ad Julian. Orat. p. 14. Gloss. vett. *declamatio μελέτη ῥήτορος· declamat μελετᾷ ῥήτωρ.* Sic h. l. *μελετᾷν* legitur de iis, qui præparati ad dicendum prodeunt, *nolite commentari, meditari.* vid. omnino *Raphelius* Obss. Xenophh. ad 1 Tim. iv. 15. *Ernesti* Lexicon technologiæ Græcorum rhetoricæ (Lips. 1795.) sub v. *μελετᾷν*, et *Wetstenius* ad h. l. Cæterum *μηδὲ μελετᾶτε* a nonnullis libris abest; quoniam nimirum ap. Matth. x. 18. hoc verbum non legitur, et h. l. præcessit *μὴ προμεριμνᾶτε*; grammaticis *μὴ μελετᾶτε* superfluum neque genuinum videbatur; sed nihil mutandum, utitur enim Marcus haud raro, copioso dicendi genere, et verba idem declarantia copulare solet v. xiv. 68. viii. 15. i. 42. vi. 25. *ὃ ἐὰν*] positum est pro *ὃ ἄν.* v. Matth. v. 32. viii. 19. Marc. vi. 10. LXX. Judd. xvii. 9. *οὗ ἐὰν* pro *οὗ ἄν.*

(14. 16.) Verba *τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου* codices Alexandrinæ et Occidentalis recensionis omittunt; irrepserunt ea e Matth. xxiv. 15. in hunc locum, adeoque recte ex ordine ejecta sunt a *Griesbachio.* *ἑστὼς ὅπου οὐ δεῖ*] *ubi non debet stare*, np. *ἐν τόπῳ ἁγίῳ.* vid. Matth. l. c.—(16.) *εἰς τὸν ἀγρὸν* pro *ἐν τῷ ἀγρῷ.* vid. ad i. 9. *μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω*] scl. *μέρη τοῦ τόπου*, i. *εἰς τὴν οἰκίαν, ne revertatur domum.*

(19.) *ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλίψις*] toto illo tempore calamitas calamitatem excipiet, una et continua erit calamitas, erit tempus calamitosissimum. Tempori adscribitur res, quæ in tempore fit, ut 2 Tim. iii. 1. et abstractum *θλίψις* positum est pro concreto *τεθλιμμέναι·* sic Rom. xiii. 3. *οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος* pro *φοβεροί.* *οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη*] trajectio, pro *τοιαύτη οἵα οὐ γέγονε, tanta, quanta nunquam fuit.* *κτίσεως*]

21 ἡμέρας. Καὶ τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Ἰδοὺ, ὧδε ὁ Χρισ-
22 τός· Ἰδοὺ ἐκεῖ· μὴ ⸀πιστεύσητε. Ἐγερθήσονται γὰρ ψευδό-
χριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα,
23 πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ὑμεῖς
24 δὲ βλέπετε· Ἰδοὺ, προείρηκα ὑμῖν πάντα. Ἀλλ' ἐν ἐκείναις
ταῖς ἡμέραις, μετὰ τὴν θλίψιν ἐκείνην, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται,
25 καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς· Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ
οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρα-
26 νοῖς σαλευθήσονται. Καὶ τότε ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου
ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ δόξης.
27 Καὶ τότε ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει
τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρου
28 γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν
παραβολήν· ὅταν αὐτῆς ἤδη ὁ κλάδος ἁπαλὸς γένηται, καὶ
29 ἐκφύῃ τὰ φύλλα, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος ἐστίν. Οὕτω
καὶ ὑμεῖς, ὅταν ταῦτα ἴδητε γινόμενα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς
30 ἐστιν ἐπὶ θύραις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ
31 γενεὰ αὕτη, μέχρις οὗ πάντα ταῦτα γένηται. Ὁ οὐρανὸς
καὶ ἡ γῆ ⸀παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι.
32 Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ⸀καὶ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ

21. ~ πιστεύετε. 31. ~ παρελεύσεται. 32. ~ ἤ.

id. qd. *κόσμου*, vid. Matth. xxiv. 21. *ἧς*] pro *ἥν*, vid. ad vii.13. *γένηται*] pro *γενήσεται*.

(27. 28.) Vid. Matth. xxiv. 31 sq. *ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ*] *a finibus terræ ad fines cœli usque*, i. ab altero cœli extremo ad alterum, toto terrarum orbe. *ἄκρον οὐρανῶν*, קצה השמים, vocabant Hebræi extremas orbis terrarum regiones. vid. *Vorstius* de Hebraism. N. T. p. 455 sqq. Itaque verba Marci *ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ* plane respondent verbis Matthæi xxiv. 31. *ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν*.

(32.) Pro *καὶ τῆς ὥρας* plurimi et optimi codd. legunt *ἢ τῆς ὥρας*, quod præferendum est, particulam *καὶ* adscripserunt grammatici e Matth. xxiv. 36. *οὐδεὶς οἶδεν — οὐδὲ ὁ υἱὸς*] *neque Messias hoc scit.* Cum Jesus discipulorum curiositati satisfacere omnino nollet, ut reprimeret quæstiones ex curiositate ortas, vid. ad Matth. xxiv. 36. fatebatur, neminem plane scire horam et diem, qua ea, quæ hactenus prædixisset, eventura essent, et quo fortius hoc affirmaret, fatebatur, hoc scire, neque angelos, neque Messiam, solum patrem suum. Valde autem sollicitos habuit omni tempore interpretes hæc ipsa Christi professio. v. quos laudarunt *Wolfius*, *Kœcherus*, *Paulus* et *Thiessius* ad h. l. Ambrosius de fide v. 8. ab Arianis hunc locum adulteratum censebat, et affirmabat, veteres Græcos codd. non habere verba: *nec filius scit.* Sed præterquam quod verba ista exhibuerint, etiam Ambrosio fatente, libri Latini, leguntur ea in omnibus codd. hactenus collatis, etiam versionibus antiquis, et commemorantur a patribus ecclesiasticis, qui hunc locum laudarunt. Quodsi, ut *Millius* monuit, in Prolegg. §. 826. inserta fuissent ab istis hæreticis, ne quidem fieri potuit, quin hoc notassent Patres post-Nicæni, quibus continuæ essent cum Arianis concertationes. Sunt ergo omnino hæc verba genuina, et valde suspecta est Ambrosii fides. In duas autem potissimum partes in explicandis hisce verbis interpretes abeunt. Alii nimirum observant, Jesum ut legatum a patre missum, professum esse, se ignorare ipsum excidii tempus, quod non habuerit in mandatis illud aliis revelare, eum tantum discipulorum caussa affirmasse, se illud ignorare. Augustin. de Genesi contra Manich. 22. "Quid potest esse, quod ipse nesciat? Sed quia hoc utiliter occultabat discipulis, nescientem se esse, dixit, quia illos nescientes occultando faciebat." *Wetstenius* hanc in

οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ. Βλέ- 33
πετε, ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε· οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ
καιρός ἐστιν. Ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος ἀφεὶς τὴν οἰκίαν 34
αὐτοῦ, καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἑκάστῳ
τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐνετείλατο ἵνα γρηγορῇ.
Γρηγορεῖτε οὖν· (οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας 35
ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ·)
Μὴ ἐλθὼν ἐξαίφνης, εὕρῃ ὑμᾶς καθεύδοντας. Ἃ δὲ ὑμῖν 36
λέγω, πᾶσι λέγω· Γρηγορεῖτε.

ΚΕΦ. ιδ′.

Ἦν δὲ τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ δύο ἡμέρας. καὶ
ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς, πῶς αὐτὸν ἐν δόλῳ
κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν. Ἔλεγον δέ· Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, 2
μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.

rem, tanquam simulatæ ignorantiæ exempla confert Plaut. Mil. Glor. ii. 6. 88. *linguam comprimas posthac: Etiam illud, quod scies, nesciveris.* Terent. Heaut. iv. 4. 26. *Tu nescis id, quod scis, Dromo, si sapis.* add. 1 Cor. ii. 2. Alii contra monent, Jesum hæc ratione naturæ suæ humanæ dixisse, locutum esse de se tanquam υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, (vid. ad Matth. viii. 20.) qui omnino multa ignoraverit. Naturam divinam cum homine Jesu conjunctam, menti humanæ Christi affectus suos, et notitias etiam necessarias, impressisse pro temporum ratione, vid. *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l.

(33. 34.) Vid. Matth. xxiv. 42 sqq. Similitudines et picturæ, quas Matthæus l. c. et xxv. 14 ss. plenius, atque exornatius proposuit, in Marci archetypo primis veluti lineis designatæ erant, et Marcus ut eas reperit cum lectoribus suis communicavit. vid. Comment. nostr. ad Matth. p. 619. et 653 sq. —(34.) ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος κ. τ. λ.] deest apodosis, ita supplenda: ego abiturus, idem facio, quod fecit herus, peregre abiturus, commendo vobis vigilantiam, constantem, in virtute ac probitate exercenda, diligentiam. Vigilate omnino omnes, nec turpi securitati et segnitiei vos tradite, imo virtutis studiosi estote, et vestra religionis scientia, vestra facultate, recte utimini (v. Matth. xxv. 14.), ut quandocunque reventurus sim, vos non imparatos reperiam. ἀπόδημος ἀφεὶς — τὸ ἔργον αὐτοῦ] *sicuti homo peregre profecturus, relicta domo sua, et servis rerum domesticarum cura commissa, ac cuique penso suo assignato,* tandem *janitori quoque præcepit, ut vigilaret.* ἐξουσία] quod vocabulum in versione Alexandrina respondet Hebr. מֶמְשָׁלָה, *imperium,* 2 Regg. xx. 13. Ps. cxiii. 2. Dan. xi. 5. h. l. *rerum domesticarum curam, administrationem,* indicat. τῷ θυρωρῷ] *custodi* (Ovid. Met. xi. 608.), *janitori.* Satis notum est fuisse veteribus janitores servos, (etiam ancillas, vid. Eurip. Troadd. 190 sq. 490. Plaut. Curcul. i. 1. Joh. xviii. 16, 17. Act. xii. 13.) qui animum diligenter advertere debebant ad introëuntes et exeuntes, omninoque servare et custodire domum. vid. *Pignorius* de Servis p. 443. *Bynæus* de morte J. C. 2. p. 243. *Sagittarius* Hist. Pass. P. 2. p. 439 sq.

(35.) ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ] *vespere, an media nocte, an gallicinio, an primo diluculo.* Dividebant nimirum Judæi, illa ætate, noctem in quatuor vigilias. vid. not. ad Matth. xiv. 25. "ὀψὲ est *prima vigilia,* ita dicta ab ὀψία, quoniam partem diei extremam sequitur, atque adeo initia capit a crepusculo: μεσονύκτιον vocatur *vigilia secunda,* quia hora noctis sexta, hoc est, nocte media terminatur; *tertia vigilia* dicitur ἀλεκτοροφωνία, quoniam galli cantus eam finit: et quia *quartam vigiliam* diluculum excipit, idcirco Evangelista eam vocabulo πρωΐ significavit." Quæ sunt verba *Fischeri* Proluss. de vit. Lexx. N. T. p. 451. μεσονυκτίου non esse vocem mere poëticam, ut docuerunt Phrynichus Eclogg. p. 16. Pau. et Tho. Mag. h. v. p. 609. sed usurpari quoque a scriptoribus orationis solutæ, exemplis pluribus probarunt *Kypkius* et *Münthius* ad h. l. atque *Albertius* ad Luc. xi. 5.

## CAP. XIV.

(1.) Vid. Matth. xxvi. 2. 4 sqq. τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα] unum idemque significant, nempe festum Paschatos. vid. Comment. in Matth. p. 709, 724. Luc. xxii. 1. habet: ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα.

3 Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ, ἐν τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ
λεπροῦ, κατακειμένου αὐτοῦ, ἦλθε γυνὴ ἔχουσα ἀλάβαστρον
μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς· καὶ συντρίψασα τὸ
4 ἀλάβαστρον, κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. Ἦσαν δέ
τινες ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες· Εἰς τί ἡ
5 ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν; Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο
[1]πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι τοῖς πτω-
6 χοῖς. Καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἄφετε
αὐτήν· τί αὐτῇ κόπους παρέχετε; καλὸν ἔργον εἰργάσατο
7 [1]εἰς ἐμέ. Πάντοτε γὰρ τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, καὶ
ὅταν θέλητε, δύνασθε αὐτοὺς εὖ ποιῆσαι· ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε
8 ἔχετε. [d]Ὃ [1]εἶχεν αὕτη, ἐποίησε· προέλαβε μυρίσαι μου τὸ

5. ⸆ τὸ μύρον. 6. ∾ ἐν ἐμοί. 8. ∾ ἔσχεν.

(3.) νάρδου πιστικῆς] *nardi veræ, puræ, sinceræ*, ut Joh. xii. 3. πιστικὸς id. qd. πιστὸς, a πίστις, *fides*, (vid. *Beza*, *Dan. Heinsius*, *Erasm. Schmidius*, atque *Kypkius* ad h. l. Artemidor. ii. 33. p. 121. γυναῖκα πιστικὴν, οἰκουρὸν, καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί· ubi πιστικὴ est *fida*): ἡ ἄδολος καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσα, ut Theophylactus ad h. l. interpretatur. Videtur autem hoc vocabulum insolentius πιστικὸς, *verus, sincerus, genuinus*, ponendum esse in numero eorum vocabulorum, quæ Macedonum, Alexandrinorumque ingenia finxerunt, de cujus generis vocabulis v. *Fischerus* de vit. Lexx. N. T. Prolus. 31. etiam vers. Syr. Philox. et Æthiop. hoc ipso sensu πιστικὸς h. l. ceperunt. Alii aliter hoc nomen explicuerunt. vid. *Bynæi* Christ. crucif. iii. 14. *Wolfius* et *Kæcherus* ad h. l. *Rusius* Harm. Evang. T. iii. p. 22 sqq. et *Schleusnerus* in Lex. sub h. v. καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον] *et confracto vasculo. Wakefieldius* in Silva Crit. vertit: *concutiebat alabastrum*, laudat hanc in rem verba Platonis in Phædo. διατρίψας τὸ φάρμακον. *Kypkius* ad συντρίψασα subintelligit αὐτὸν, *fricans eum*, et ita interpungit καὶ συντρίψασα, τὸ ἀλάβαστρον κατέχεεν κ. τ. λ. ut adeo sensus sit: mulierem caput Jesu et crines unguento fricasse, sicque unguentum sensim sensimque in caput effudisse. Assensores nactus et *Michaëlem* ad h. l. et *Schulzium* in *Anmerkk.* p. 186. Non possum eo adduci ut assentiar, cum commode retineri possit vulgaris significatio verbi συντρίβειν, *frangere*, (vid. de hoc verbo notata ad Luc. ix. 39.) ut adeo his ambagibus non opus sit. Est autem lagenulæ illius confractio, ut intelligenter observavit *Ernestius* in Instit. interp. N. T. iii. 10. 89. de refracta superiore parte colli intelligenda, orificio obsignato, quod signum erat genuini unguenti foris advecti, auctore Plinio. Pro τὸ ἀλάβαστρον plures et præstantissimi codd. legunt τὸν ἀλάβ. recte, ut videtur, cum τὸ legatur ap. Matth. l. c. Ad κατέχεεν subaudiendum αὐτὸ (s. αὐτὸν) ita, ut hoc pronomen referatur ad ἀλάβαστρον, atque per metonymiam unguentum ipsum, quod alabastro inerat, significetur. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς] *in caput ejus effudit*: de constructione verbi καταχέω cum genitivo, vel interveniente præpositione κατὰ, vel ea omissa, v. *Raphelius* Polybb. et *Heupelius* ad h. l.

(5.) πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων] *trecentis amplius denariis vendi*. De olei nardini pretio v. Plin. H. N. xii. 1. δηνάριον, vid. ad Matth. xviii. 28. trecenti denarii erant, si nostræ monetæ rationem habemus, triginta septem thaleri et dimidius. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ] vulgo explicant: *eique indignabantur*. Nempe ἐμβριμᾶσθαι notat *irasci, indignari*, Hesych. ἐνεβριμήσατο· ὠργίσθη· quam verbi significationem confirmat etiam usus loquendi interpretum Græcorum V. T. Etenim Ezech. xxii. 31. זַעְמִי *iram, indignationem meam*, Symmach. expressit ἐμβρίμησίν μου· Theod. ἐμβρίμημά μου· Alex. ὀργήν μου· et Incert. Ps. vii. 12. verbum זעם, *irasci*, reddidit ἐμβριμάομαι. Cum vero h. l. præcesserit ἀγανακτοῦντες πρὸς ἑαυτοὺς, *secum indignati*, mallem ἐνεβριμῶντο αὐτῇ interpretari: *vehementius eam increpabant, vituperabant*. Nam ἐμβριμᾶσθαι non tantum est, *indignari animo*, sed et *indignationem verbis vel gestibus prodere*. vid. *Kypkius* ad h. l. adeoque etiam *minari, increpare, vituperare*. Suidas: ἐμβριμᾶσθαι, μετ' αὐστηρότητος ἐπιτιμᾷν· schol. ad Aristoph. Equitt. 851. βριμᾶσθαι· ὀργίζεσθαι καὶ ἀπειλεῖν· vid. ad Matth. ix. 30.

(6. 8.) Legendum ἐν ἐμοὶ cum optimis di-

σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἂν 9
κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ ὃ ἐποί-
ησεν αὕτη, λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς.
Καὶ ὁ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης, εἷς τῶν δώδεκα, ἀπῆλθε πρὸς 10
τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτὸν αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἀκούσαντες 11
ἐχάρησαν· καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι· καὶ
ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ.
Καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον, 12
λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Ποῦ θέλεις ἀπελθόντες
ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα; Καὶ ἀποστέλλει δύο 13
τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑπάγετε εἰς τὴν
πόλιν· καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βασ-
τάζων· ἀκολουθήσατε αὐτῷ. Καὶ ὅπου ἐὰν εἰσέλθῃ, εἴπατε 14

versarum recensionum codicibus: εἰς ἐμὲ e Matth. l. c. transcriptum est.—(8.) ὃ εἶχεν αὕτη] ἐποίησε, *quod potuit hæc* facere, *fecit*, fecit honoris, reverentiæ et grati animi caussa, quod facere potuit. Ad verba ὃ εἶχεν, sive potius ὃ ἔσχεν (quam lectionem plurimi optimæ notæ codd. tuentur), supplendum est, ποιεῖν, verbum autem ἔχειν, ut Lat. *habere*, perquam frequenter ponitur pro δύνασθαι, *posse*. v. not. ad Matth. xviii. 25. add. *Raphelius* Xenophh. ad Hebr. vi. 13. *Schachtius* Obss. in Marc. in Bibl. Brem. Nova Cl. 2. p. 509 sqq. et *Heupelius* ad h. l. Cic. ad Div. i. 5. *de Alexandrina re, caussaque regia, tantum* habeo *polliceri—satisfacturum.* Gellius xvii. 20. habesne *nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte, tamque modulate compositam orationem?* προέλαβε μυρίσαι κ. τ. λ.] *occupando unxit corpus meum, ut sepulturæ præpararet*. vid. Matth. xxvi. 12. προλαμβάνειν est *præripere, anticipare, occupare*, de qua verbi vi ac potestate v. *Wetstenius*, *Krebsius*, et *Kypkius* ad h. l. Xen. Cyr. ii. 1. 3. οἱ νόμοι προλαμβάνοντες ἐπιμελοῦσι, *leges occupant curare*, prius, quam civium animos ceperit amor et studium vitiorum, curant. Durior et ab h. l. alienior est *Læsneri* verborum nostrorum expositio: *intellexit, præsensit me sepulturæ caussa ungendum esse*, nec loca e Philone adducta faciunt ad hanc verbi significationem comprobandam. μυρίζειν, *ungere, delibuere*, Aristoph. Plut. v. 529. Anthol. Gr. T. iv. p. 131. ed. *Jacobs*.

(11. 12.) ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι] *promiserunt ei pecuniæ summam.* vid. not. ad Matth. xxvi. 15. ἀργύριον· vid. ad vi. 8. —(12.) καὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων, ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον] Ex interpretibus iis qui statuunt Jesum uno die Pascha Judæorum ordinarium anticipasse, nonnulli πρώτη h. l. positum accipiunt pro προτέρα (vid. not. ad Luc. ii. 1.) et ὅτε referunt ad τῶν ἀζύμων, verbum autem ἦλθε Luc. xxii. 7. interpretantur: *appropinquarat* v. *Röhr Kritisch. Biblioth.* B. 1. p. 706. et *Theologische Quartalschrift von Drey, Herbst, Hirscher u. Feilmoser*, Tübing. J. 1821. p. 91 sq. Alii, verba ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον explicant: *primo azymorum die, quo agnus Paschalis mactabatur*, sc. a Sadducæis s. Karæis, v. not. ad Matth. xxvi. 17. p. 696. ed. tert. hanc Sadducæorum rationem, aiunt, etiam Lucam probasse atque hoc sensu l. l. scripsisse: ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα, *quo agnus paschalis mactandus erat.* Hæc posterior verba interpretandi ratio, præferenda videtur.

(13.) ἄνθρωπος] est h. l. *servus*, nam v. 14. opponitur ei ὁ οἰκοδεσπότης, v. et Luc. xxii. 11. xii. 36. ibique notata. κεράμιον ὕδατος βαστάζων] *gestans urceum aqua plenum.* Ministerium aquam portandi erat e vilissimis, v. Deut. xxix. 10. Jos. ix. 21. etiam apud Romanos *aquarii* inferiores servi erant. vid. *Pignorius* de servis, et *Wetstenius* ad h. l. κεράμιον scl. σκεῦος s. ἀγγεῖον, *vas fictile*, ut ap. Diog. Laërt. vi. 2. p. 586. ὁ δὲ κεράμιον ὅλον ἔπεμψεν αὐτῷ, *ille autem fictile* (vas) *integrum misit.* Etiam Latini *fictilia* dixerunt pro *fictilia vasa*, Juvenal. x. 25. *Multa aconita bibuntur fictilibus*, scl. vasis. LXX. κεράμιον οἴνου, Jer. xlviii. 52. ubi in textu Hebr. est גָּבִיעַ, *scyphus*. Ies. v. 10. xxx. 13. ubi respondet Hebr. נֶבֶל, *lagena*, h. l. significatur *urceus aquarius*, cum additum legatur ὕδατος· v. *Bynæus* de morte J. C. p. 478 sq. *Westhovii* Diatribe in hist. Passionis J. C. p. 20. et *Schleusneri* Lex. h. v.

(14.) ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα; *ubinam est*

τῷ οἰκοδεσπότῃ· Ὅτι ὁ διδάσκαλος λέγει· Ποῦ ἐστι τὸ
κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω;
15 Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον, ἕτοιμον·
16 ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν. Καὶ ἐξῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ
ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς· καὶ ἡτοί-
17 μασαν τὸ πάσχα. Καὶ ὀψίας γενομένης ἔρχεται μετὰ τῶν
18 δώδεκα. Καὶ ἀνακειμένων αὐτῶν, καὶ ἐσθιόντων, εἶπεν ὁ Ἰησοῦς·
Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, ὁ ἐσθίων
19 μετ᾽ ἐμοῦ. Οἱ δὲ ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς
20 καθ᾽ εἷς· Μήτι ἐγώ; καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ; Ὁ δὲ ἀπο-
κριθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς· Εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ ἐμβαπτόμενος
21 μετ᾽ ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον. Ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει,

15. ∾ ἀνάγαιον.

*cœnaculum?* κατάλυμα proprie est *diversorium*, ut Luc. ii. 7. Hebr. מָלוֹן Exod. iv. 24. ut καταλύειν, *devertere*, Luc. ix. 12. xix. 7. Apollod. iii. 7. 6. al. Auctor Etymol. M. κατάλυμα· καταγώγιον, ξενοδοχεῖον. Mœris: καταγώγιον καὶ κατάγεσθαι, ἀττικῶς· κατάλυμα καὶ καταλύειν, ἑλληνικῶς. add. Thom. Mag.: Eustathius in Hom. Odyss. γ. 146. 33. Rom. καταλύειν ἀντὶ τοῦ ξενοδοχεῖσθαι, καὶ ὁ τῆς ξενίας δὲ τόπος ἐντεῦθεν λέγεται κατάλυμα, ἐν ᾧ δηλαδὴ τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ φορτία λύονται· h. l., cum ipse herus a discipulis interrogandus esset, ubinam κατάλυμα esset; cum κατάλυμα v. seq. commutetur cum ἀνώγεον, non domum, sed partem illius, nempe *cubiculum, cœnaculum* indicat, atque hoc sensu in versione Alexandrina respondet Hebr. לִשְׁכָּה 1 Sam. ix. 22. add. Neh. iii. 5. Ez. xl. 44. Cæterum in BCDL. legitur κατάλυμά μου i. *mihi paratum*, nec alienum est hoc additamentum a scribendi indole Marci, fieri tamen etiam potuit, ut librariorum oculi in μου quod sequitur, inciderint, ut adeo eorum incuriæ hæc lectio suam originem debeat.

(15.) ἀνώγεον varie scribunt: ἀνώγαιον, ἀνώγεων, ἀνάγαιον, quam posteriorem scripturam *Griesbachius* h. l. et Luc. xxii. 12. in ordinem recepit. Suidas recte interpretatus est hoc vocabulum τὸ ὑπερῷον οἴκημα. Significatur h. l. *cœnaculum*, in superiore parte ædium, in quod Judæi, cœnandi, orandi, confabulandi, et otii caussa secedere solebant, Matth. vi. 6. dicitur ταμιεῖον, et Act. i. 13. xx. 8. ὑπερῷον, Hebraice עֲלִיָּה. vid. ad Marc. ii. 3. et *Jahn Archæologie* Th. i. B. 1. p. 237 sq. Jam ἀνώγεον ἐστρωμένον, ἕτοιμον, est *triclinium, conclave in quo discumbitur, lectis instructum, paratum*. Etenim στρῶσαι, ut Latinorum *sternere* (Cic. p. Mur. 36. *Tubero Stoicus stravit pelliculis hædinis lectulos.* Macrob. Sat. ii. 9. *triclinia lectis eburneis strata fuerunt*) est verbum proprium de iis, qui triclinia lectis instruunt, ita ut ipsi lecti culcitis, pulvinis strati sunt Xen. Cyr. viii. 2. 6. ᾧ μὲν γὰρ ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ. vid. et *Wetstenius* ad h. l. Itaque ἐστρωμένον est plane idem quod ἕτοιμον, quod ipsum tamen vocabulum ἕτοιμον, cum ei non adjuncta reperiatur in codd. particula καὶ, (quæ vim explicandi haberet), quam Syrus interpres ex ingenio adjecit, cumque multi codd. illud omittant, merito suspectum visum est *Bezæ, Erasmo, Grotio, Millio* Proleg. n. 1078. aliis, v. *Griesbachii* N. T. ad h. l. et *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. N. T. pag. 15 sq. videntur grammatici, cum sequatur ἑτοιμάσατε, hoc ipso vocabulo ἕτοιμον, explicare voluisse participium ἐστρωμένον, sive ut *Bengelius* ad h. l. monuit: promptus librarius verbum ἑτοιμάσατε ante ἐκεῖ scribere cœpit, et cum delere nollet, vocabulo præcedenti accommodavit. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν] *ibi nobis parate cœnam paschalem*, subintelligi enim debet τὸ πάσχα, coll. Luc. xxii. 8. Sic quoque Hebr. הָכִין absolute poni solet de eo, qui aliquem convivium parare jubet. v. Gen. xliii. 16. 1 Par. xii. 39.

(19.) Vid. Matth. xxvi. 21 sq. εἷς καθ᾽ εἷς, Hebr. אֶחָד בְּאֶחָד positum est pro εἷς καθ᾽ ἕνα, ut Joh. viii. 9. coll. Apoc. iv. 8. i. e. *singuli, singulatim, unus et alter*, constat enim præpositionem κατὰ sæpius esse similitudinis indicem. vid. *Fischerus* Proluss. de vitiis Lexx. Nov. Test. p. 414 ss. καὶ ἄλλος in permultis codd. et verss. antiquis desunt, vera scriptura esse videtur εἷς καθ᾽ εἷς· μήτι ἐγώ; μήτι ἐγώ] quibus verbis inepte interseruerunt grammatici καὶ ἄλλος.

καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι'
οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ
ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ 22
Ἰησοῦς ἄρτον, εὐλογήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ
εἶπε· Λάβετε, †φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Καὶ λαβὼν 23
τὸ ποτήριον, εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἔπιον ἐξ αὐτοῦ
πάντες. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς 24
καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον. Ἀμὴν λέγω 25
ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου,
ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ
τοῦ Θεοῦ.

26 Καὶ ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Καὶ 27
λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν
ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· ὅτι γέγραπται· Πατάξω τὸν ποιμένα,
καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα. Ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐγερ- 28
θῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Ὁ δὲ Πέτρος 29
ἔφη αὐτῷ· Καὶ εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται, ἀλλ' οὐκ ἐγώ.
Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι σήμερον ἐν 30
τῇ νυκτὶ ταύτῃ, πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ
με. Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον· Ἐάν με δέῃ συναπο- 31
θανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες
ἔλεγον.

22. † φάγετε.

(22—27.) φάγετε non reperitur in plurimis et præstantissimis codd. haud dubie e Matth. xxvi. 26. nostro loco illatum est. (24.) καινῆς ante διαθήκης omittunt BCDL. Copt. cant. merito suspectum visum est *Griesbachio* in Commentar. Crit. ad h. l. facilius enim potuit addi (v. locos parallel.) quam omitti. Abest quidem etiam ap. Matth. a codd. B. et L. hoc vocabulum, sed ut recte animadvertit *Griesbachius* l. l. hi librarii Matthæum conformarunt *suo* textui, quemadmodum alii Marcum Matthæi ad instar refinxerunt. (25.) Pro πίω cod. D. cant. verc. brix. habent προσθῶ πιεῖν, quæ lectio durior est et Hebraismum sapit, eaque *Griesbachio* judice, vulgaris suspecta redditur. Quisnam enim, inquit, in suo exemplari inveniens οὐκέτι οὐ μὴ πίω, loco hujus, sive consulto, sive oscitanter scripsisset: οὐκέτι οὐ μὴ προσθῶ πιεῖν; Sed ut apposite monuit *Tolius* de instituto ab J. C. epulo sacro (Lugd. Bat. 1819.) p. 46. in cod. D. οὐκέτι deest, et cum in unico duntaxat cod. Gr. D. et in perpaucis italæ versionis libris lectio προσθῶ πιεῖν reperiatur: adstipulor *Tolio*, qui vulgarem lectionem retinendam esse censet, et suspicatur, librarium omisso primum, sive consulto sive oscitanter οὐκέτι, sensum hac ratione restituere voluisse textui, Matthæi similem. (27.) Verba ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, quæ a multis libris absunt, pro additamento e Matth. xxvi. 31. desumpto haberi debent.

(30.) Plurimi et diversarum familiarum codd. ante σήμερον inserunt σύ quod recte in textum recepit *Griesbachius*, facile enim illud ob sequens σήμερον a librariis potuit omitti. ἢ δὶς codd. nonnulli omittunt, male; nempe hæc verba grammatici repugnare putabant locis parallelis, Matth. xxvi. 34. Luc. xxii. 34. sed vide quæ ibi notavimus. Designavit nimirum etiam Marcus galli cantum sub lucis ortum (δὶς id. qd. ἐκ δευτέρου coll. v. 72.), et quidem modo scriptoribus exteris quoque usitato Aristoph. Eccles. 390. δευτέρου, οὐδ' εἰ μὰ Δί' τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. Ammian. Marcell. xxii. 14. *Casium montem adscendit, unde secundis galliciniis videtur solis exortus.*

(31.) ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον] *fortius,*

32 Καὶ ἔρχονται εἰς χωρίον οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ· καὶ
λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Καθίσατε ὧδε ἕως προσεύξωμαι.
33 Καὶ παραλαμβάνει τὸν Πέτρον καὶ [1]τὸν Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην
34 μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν· Καὶ
λέγει αὐτοῖς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·
35 μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε. Καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν
ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ προσηύχετο ἵνα, εἰ δυνατόν ἐστι, παρέλθῃ
36 ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. Καὶ ἔλεγεν· Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, πάντα
δυνατά σοι· παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο· ἀλλ' οὐ
37 τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ. Καὶ ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει
αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ· Σίμων, καθεύδεις;
38 οὐκ ἴσχυσας μίαν ὥραν γρηγορῆσαι; Γρηγορεῖτε καὶ προσ-
εύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα
39 πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. Καὶ πάλιν ἀπελθὼν προσ-
40 ηύξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς
πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν βεβαρημένοι,
41 καὶ οὐκ ᾔδεισαν τί αὐτῷ ἀποκριθῶσι. Καὶ ἔρχεται τὸ
τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύ-
εσθε. Ἀπέχει· ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ

33. † τόν.

*vehementius affirmabat:* variant codd. in nonnullis enim legitur περισσῶς, in aliis ἐκπερισσῶς, in aliis deest μᾶλλον, ut et in vers. Copt. Vulg. It. in aliis ponitur μᾶλλον ante. ἐκ περισσοῦ. Vera lectio ἐκ περισσοῦ· περισσῶς inter versus a grammaticis notatum erat ex x. 26. hinc librarii male seduli scripserunt ἐκπερισσῶς, sed μᾶλλον pro glossemate esse habendum, ipsa codd. in eo collocando inconstantia satis aperte docet.

(33.) ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν] *terrore et animi dolore summo afficiebatur.* v. Matth. xxvi. 36. ἐκθαμβεῖσθαι h. l. *animo perturbari, horrore corripi*, ut infra xvi. 5, 6.

(35.) ἡ ὥρα] h. l. intelligi debet de calamitatibus et morte. v. not. ad Matth. xxiv. 22. xxvi. 39.

(36 sq.) Ἀββᾶ ὁ πατὴρ] posterius nomen explicationis caussa additum est nomini Ἀββᾶ· Euthymius Zigabenus Caten. ad Matth. xxvi. 39. apud *Matthæium* Lecct. Mosquenss. pag. 33. Vol. I. τὸ μὲν οὖν Ἀββᾶ Ἑβραϊκὴ λέξις ἐστὶ, σημαῖνον τὸ, ὁ πατήρ· Διὸ καὶ ἡ ἑρμηνεία τούτου προσετέθη. v. *Fischerus* Proluss. de vit. p. 248. παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο] *aufer a me hoc poculum*, i. has calamitates. v. Matth. xxvi. 39. ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ] *at non quod mihi, sed quod tibi placet*, scl. eveniat, γινέσθω quod additum legitur Luc. xxii. 42. Est autem τί h. l. positum pro ὅ, exemplo Hebræorum, qui etiam מָה ponere solent pro אֲשֶׁר v. Judd. ix. 48. *Fischerus* ad *Leusdenium* de Hebraism. N. T. p. 73. et Animadvv. ad *Weller*. P. 2. p. 230.— (37.) λέγει τῷ Πέτρῳ] Petrum alloquebatur, quoniam hic paulo ante omni asseveratione et fortissime affirmarat, se omnes calamitates, quin et ipsam necem cum Jesu prompte lubenterque subire velle.

(40.) Pro βεβαρημένοι plures et præstantissimi codd. legunt καταβεβαρημένοι, quæ verior lectio videtur, βεβαρημένοι e Matth. xxvi. 43. facile irrepere potuit.

(41.) ἀπέχει] de hujus verbi vi ac potestate magno studio, magnaque contentione viri docti inter se pugnarunt. E pluribus sententiis, quas recensuerunt, *Wolfius* in Curis, *Kæcherus* in Analectis, *Heumannus* et *Thiessius* ad h. l. duas tantum commemoro. Scilicet ἀπέχει, Hesychius, qui tamen hunc locum respexit, interpretatur ἀπέχρη, ἐξαρκεῖ, *sufficit;* et hoc significatu ἀπέχει ap. Anacr. xxviii. 33. plures interpp. positum accipiunt, alii tamen aliter explicant, nonnulli etiam ibi legi malunt ἀπέχω vel ἄπεχε· præter hunc Anacreontis locum

ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν. Ἐγείρεσθε, ἄγω- 42
μεν· ἰδοὺ, ὁ παραδιδούς με ἤγγικε.
Καὶ εὐθέως, ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, παραγίνεται Ἰούδας, 43
εἷς ὢν τῶν δώδεκα, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μα-
χαιρῶν καὶ ξύλων, παρὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν Γραμμα-
τέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν 44
σύσσημον αὐτοῖς, λέγων· Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρα-
τήσατε αὐτὸν, καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς. Καὶ ἐλθὼν, 45
εὐθέως προσελθὼν αὐτῷ, λέγει· Ῥαββὶ, ῥαββί· καὶ κατεφί-
λησεν αὐτόν. Οἱ δὲ ἐπέβαλον ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν· 46
καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. Εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων σπασά- 47
μενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, καὶ
ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν 48
αὐτοῖς· Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων

nullus alius reperitur locus, ubi ἀπέχει hoc significatu accipi possit, neque adeo hæc verbi notio sat idoneis exemplis muniri ac confirmari potest. Quodsi tamen hæc significatio, cum *Henr. Stephano* et *Barnesio* ad Anacr. l. c. *Gatackero* ad Antonin. iv. 49. *Heupelio*, *Raphelio*, aliis, h. l. admittitur: commodissime hoc verbum cum *Schwarzio* de solœcismis N. T. c. 9. §. 2. p. 45. et *Moldenhauero Erläuterung der schweren Stellen des N. T.* p. 161. explicatur: *satis somnorum est, tempus dormiendi præteriit*, s. *non est jam ad dormiendum tempus opportunum*, ita, ut statuatur, Jesum qui dixisset καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, post temporis intervallum, cum conspiceret horto appropinquantem Judam cum turba, excitasse discipulos verbis his: ἀπέχει, ἦλθεν κ. τ. λ. Sed verbum ἀπέχω, ut recte monuerunt ad h. l. *Heumannus* et *Thiessius*, quorum sententia omnes veritatis notas et numeros habet, inter alia quoque notat, *distare*, *abesse*, *remotum esse*; hac significatione apud scriptores exteros frequenter recurrit, et legitur quoque sic Matth. xv. 8. Luc. xv. 20. xxiv. 13. et hæc ipsa significatio loco nostro convenientissima est. Dixit nimirum Jesus discipulis somnolentis: καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, ἀπέχει, *dormite porro et quiescite*, non opus est amplius vestris vigiliis, *abest*, *recessit*, *præteriit*, anxietas mea, angor ille animi mei, qui me hactenus gravissime pressit et afflictavit. His dictis, post temporis intervallum excitabat Jesus discipulos verbis ἦλθεν ἡ ὥρα κ. τ. λ. vid. ad Matth. xxvi. 45.

(44.) σύσσημον] quod vocabulum in libris Atticorum non occurrit, sed in libris scriptorum ætatis sequioris, v. Phrynich. Ecclogg. p. 184. *Pau.*, *Elsnerus*, *Münthius* ad h. l. et *Sturzius* de dialecto Macedon. et Alexandr. p. 196. h. l. est id. qd. σημεῖον, quo vocabulo illud interpretatur Hesychius, Suidas et Phavorinus, qua voce etiam usus est Matth. loco parallelo xxvi. 48. sicut et verbum συσσημαίνεσθαι notat, *signare*, *obsignare*. vid. *Salmasius* de Modo Usurr. p. 449. In versione Alexandrina nomen σύσσημον, de quo omnino cf. *Wolfius* in Curis ad h.l. et *Fischerus* Proluss. de vit. p. 24 sq. respondet Hebr. נֵס *signum, vexillum quod erigitur*, ut Judd. xx. 38. 40. Ies. v. 26. al. ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς] *bene custoditum abducite, abducite caute et sollicite*, ne forte elabatur: ἀσφαλῶς de cura et diligentia adhiberi pluribus docuit ad h. l. *Kypkius*. Sic Act. xvi. 23. custos carceris jubetur ἀσφαλῶς τηρεῖν, *diligenter custodire* captivos, et ib. y. 24. ἀσφαλίζεσθαι legitur de captivis probe continendis. Cæterum Judam hæc ludibrii caussa dixisse, atque prospicere sibi voluisse, ne præmio excideret, jam observavimus ad Matth. xxvi. 16. p. 694.

(45.) αὐτῷ a pluribus codd. abest, atque omnino potuit facilius addi, quam omitti. Permulti quoque codd. et verss. alterum ῥαββὶ omittunt, neque tamen delendum videtur, expunxerunt illud grammatici, cum nominis repetitio iis supervacanea videretur, neque illud bis positum reperirent loco parall. Matth. xxvi. 49. In verbo καταφιλεῖν nulla emphasis cum *Raphelio* Obss. Xenn. ad h. l. quærenda. vid. ad Matth. l. c. v. 46. ἐπ' αὐΤΟΝ deest in nonnullis libris librariorum incuria, præcessit enim ἐπέβαΛΟΝ.

49 συλλαβεῖν με; Καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ
διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με· ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ
50 γραφαί. Καὶ ἀφέντες αὐτὸν πάντες ἔφυγον. Καὶ εἷς τις 51
νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμ-
52 νοῦ· καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. Ὁ δὲ καταλιπὼν
τὴν σινδόνα, γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν.
53 Καὶ ἀπήγαγον τὸν Ἰησοῦν πρὸς τὸν ἀρχιερέα· καὶ συν-
έρχονται αὐτῷ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ

(51.) καὶ εἷς τις νεανίσκος] *juvenis quidam:* τὶς id. qd. εἷς Matth. viii. 19. redundat h. l. ut v. 47. v. *Schleusneri* Lex. s. v. εἷς. Quinam fuerit juvenis ille, quæsiverunt interpretes. Eum non fuisse e numero Apostolorum, exinde apparere videtur, quoniam ab his in fugam versis discernitur; nec Marcus usus est formula, εἷς δέ τις ἐκ τῶν δώδεκα, vel simili. Si conjecturæ locus concedendus est, maxime probabilis est *Grotii*, qui suspicatur, juvenem illum ex villa aliqua, horto vicina, strepitu militum excitatum, subito accurrisse, ut conspiceret quid ageretur, et ut videret, quo tandem res abiret, eum voluisse Jesum sequi, sed cum et ipsum apparitores comprehenderent, aufugisse. Marcum hanc historiam in commentarios suos recepisse, ut ostenderet, apparitores etiam Apostolos, quibus annumerassent hunc hominem, e mandato synedrii capere voluisse, observarunt ad h. l. *Grotius*, *Michaëlis* et *Stolzius* in *Erläuterungen zum N. T.* ad h. l. Pro ἠκολούθει in aliis libris extat ἠκολούθησαν, alii exhibent συνηκολούθει, et hanc posteriorem lectionem reliquis præferendam duco. Constat enim, a librariis centies verba composita mutata esse in simplicia. v. xiv. 40. 51. Luc. i. 29. vi. 49. xxiii. 33. περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ] *sindone amictus:* σινδὼν est linteum tenue, majus, quadratum, v. ad Matth. xxvii. 59. quod adeo facile juvenis ille in manibus militum relinquere poterat. Hujusmodi vestimentis Orientales, maxime æstate et noctis tempore, uti solebant, iisque prorsus similia sunt pallia ampla et fluxa, quæ hodie Mauri et Arabes gestare solent, atque ab iis *Hyk*, *Heik* vocantur. Kimchi in libro Radicum, סדין הוא כסות הלילה מסמוך לבשר עשוי מפשתים, *Sidon est vestis nocturna, quam induunt super carnem, facta ex lino.* vid. et *Shaw Reisen* p. 197. vers. Germ. *Rosenmüllerus* et *Hezelius* ad Exod. xii. 34. *Pococke Beschreibung des Morgenl.* T. i. p. 190. *Niebuhr Beschreib. von Arabien* p. 62. *Jahn bibl. Archæologie* Th. i. B. 2. p. 96. ἐπὶ γυμνοῦ scl. σώματος, *corpori nudo imposito.* γυμνὸς, Hebr. עָרוֹם proprie est *nudus, omnibus vestibus carens,* ἄνευ ἱματίων Etym. M. Sed adhibetur hoc vocabulum, ut Hebr. עָרוֹם et Lat. *nudus*, etiam *de eo, qui veste exteriore caret*, v. 1 Sam. xix. 24. Ies. xx. 3. Joh. xxi. 7. Hesiod. Ἔργ. 391. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν Γυμνὸν δ' ἀμάειν. Virg. Georg. i. 299. *nudus ara, sere nudus.* Cic. p. Deiot. 9. *Rex saltavit nudus.* Plin. epp. iii. 1. *Spurinna in sole ambulabat nudus.* v. *Cuperus* Obss. i. 7. *Perizonius* ad Æl. H. V. vi. 11. *Grævius* Lecct. Hesiodd. p. 42. *Burmannus* ad Virg. l. c. *Schættgen.* Hor. Hebr. ad h. l. et nos ad Matth. xxv. 36. et hoc ipso significatu etiam h. l. plures vocabulum γυμνὸς capiendum putarunt. Sed vel formula ἐπὶ γυμνοῦ scilicet σώματος primam ac propriam vocabuli significationem commendat. κρατοῦσι αὐτὸν] *Heumannus*, *Boltenius* vertunt: *eum prehendere volebant.* Jam satis quidem constat, ab Hebræis, Græcis et Latinis, verba sæpius simpliciter ita poni, ut conatum, voluntatem indicent. v. ad Matth. xxvi. 56. add. *Glassius* Phil. S. p. 202 sq. sed h. l. simpliciter vertendum est: *eum prehendebant*, nam nisi prehendissent juvenem illum, non potuisset in manibus eorum relinquere pallium, coll. v. 52. οἱ νεανίσκοι] *armati*, *apparitores* ita dicti, ex usu loquendi Hebræorum. Sic Gen. xiv. 24. Abrahami servi armati vocantur נְעָרִים, add. Jos. ii. 1. 2 Sam. ii. 14, s. Ies. xiii. 18. etiam apud Polybium vocabulum νεανίσκοι de militibus aliquoties occurrit, ut Hist. iv. 16. iii. 62. al. Satis inepte nonnulli, quos laudavit *Wolfius* ad h. l. quibus adde *Heumannum*, per τοὺς νεανίσκους intellexerunt adolescentulos lascivos, qui militum cohortem ex urbe secuti fuissent; cui sententiæ, ut scienter *Casaubonus* monuit, vel hoc obstat, quod non indefinite scripserit Marcus νεανίσκοι, sed definite οἱ νεανίσκοι. Sed hoc ipsum vocabulum οἱ νεανίσκοι valde suspectum est. Etenim non exhibent illud diversarum recensionum codd. optimi, in aliis codd. legitur ante κρατοῦσι, omittitur quoque a verss. antiquis plurimis. Puto grammaticum inter versus, super αὐτὸν posuisse νεανίσκον: et sic ortam esse lectionem οἱ νεανίσκοι.

οἱ Γραμματεῖς. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἠκολούθησεν 54
αὐτῷ ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως· καὶ ἦν συγκα-
θήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς.
Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν κατὰ τοῦ 55
Ἰησοῦ μαρτυρίαν, εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν· καὶ οὐχ εὕρισκον.
Πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ· καὶ ἴσαι αἱ μαρ- 56
τυρίαι οὐκ ἦσαν. Καί τινες ἀναστάντες, ἐψευδομαρτύρουν 57
κατ' αὐτοῦ, λέγοντες· Ὅτι ἡμεῖς ἠκούσαμεν αὐτοῦ λέγον- 58
τος· Ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον,
καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω. Καὶ 59
οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχ- 60
ιερεὺς εἰς [1]τὸ μέσον, ἐπηρώτησε τὸν Ἰησοῦν, λέγων· Οὐκ ἀπο-
κρίνῃ οὐδέν; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Ὁ δὲ ἐσιώπα, 61
καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Πάλιν ὁ ἀρχιερεὺς ἐπηρώτα αὐτὸν,
καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἐγώ εἰμι. καὶ ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ 62
ἀνθρώπου [1]καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον
μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς, διαῤῥήξας 63
τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, λέγει· Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων;
Ἠκούσατε τῆς βλασφημίας· τί ὑμῖν φαίνεται; Οἱ δὲ 64
πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου. Καὶ ἤρξαντό 65
τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ,
καὶ κολαφίζειν αὐτὸν, καὶ λέγειν αὐτῷ· Προφήτευσον· καὶ
οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον.

Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, ἔρχεται μία τῶν 66
παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως· Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινό- 67

60. † τό. 62. ∼ ἐκ δεξιῶν καθήμενον.

(54.) *θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς*] *ad ignem sese calefaciens.* Per φῶς h. l. *ignem* intelligendum esse, sat evidenter docet locus Lucæ xxii. 55, 56. ubi permutatur cum πῦρ. Scilicet secutus est Marcus usum loquendi Hebræorum, qui אור usurpare solebant pro אֵשׁ, v. Ies. xxxi. 9. ubi Symmach. habet πῦρ· sed Aqu. et Theodot. φῶς. . Hoc vero etiam modo adhibitum deprehenditur vocabulum φῶς in scriptorum Græcorum optimæ notæ libris, ut ap. Xen. Cyr. vii. 5. 26. ubi v. *Leoclav.* Hist. Gr. iii. 1. 9. Hom. Odyss. σ'. 319. v. *Raphelius* et *Keuchenius* ad h. l.

(55.) Vid. Matth. xxvi. 59 sqq.

(61.) *τοῦ εὐλογητοῦ*] *Dei summi,* laudibus celebrandi. Deus dicebatur Judæis הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא. v. *Schoettgenius* in Hor. Hebr. et interpp. ad Rom. ix. 5.

(65.) *ἤρξαντο—περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*] *obvelabant faciem ipsius,* contumeliæ et ludibrii caussa, ut divinaret, quis ipsum cecidisset. Quæ interpretes nonnulli observarunt, de consuetudine veterum, ultimo supplicio afficiendis caput obnubendi, v. Esth. vii. 8. *Kæcherus* ad h. l. ea sunt prorsus ab hoc loco aliena. *προφήτευσον*] Matth. xxvi. 68. additur: *τίς ἐστιν ὁ παίσας σε·* formula autem *ῥαπίσμασι βάλλειν,* pro qua Joh. xviii. 22. xix. 3. legitur *ῥαπίσματα διδόναι,* idem valet quod verbum simplex *ῥαπίζειν* Matth. xxvi. 67. v. 39. ubi vid. notata.

(66.) *ἐν τῇ αὐλῇ κάτω*] *in aula inferius,* ex aula per gradus ascendebatur in ipsas ædes Caiaphæ, in quas jam sese receperant

μενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ, λέγει· Καὶ σὺ μετὰ τοῦ Ναζα-
68 ρηνοῦ Ἰησοῦ ἦσθα. Ὁ δὲ ἠρνήσατο, λέγων· Οὐκ οἶδα, οὐδὲ
ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον·
69 καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε· Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν,
ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστηκόσιν· Ὅτι οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν.
70 Ὁ δὲ πάλιν ἠρνεῖτο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν οἱ παρεστῶτες
ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ Γαλιλαῖος
71 εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν
καὶ ¹ὀμνύειν· Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὃν λέγετε.
72 Καὶ ¹ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε· καὶ ἀνεμνήσθη ὁ Πέτρος
τοῦ ῥήματος οὗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι πρὶν ἀλέκτορα
φωνῆσαι δὶς, ἀπαρνήσῃ με τρίς. Καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε.

71. ∼ ὀμνύναι. 72. ↑ εὐθέως.

synedri; v. ad Matth. xxvi. 66. 69. hinc additur h. l. κάτω, quod tamen redundat, ut Act. ii. 19. in verbis ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.

(68.) καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον] *et cum in vestibulum exire vellet.* v. ad Matth. xxvi. 71. 76. Quæ enim in sequentibus commemorantur, in atrio evenerunt, ut ex omni orationis serie, et locis parallelis planissime perspici potest. vide Luc. xxii. 61. et ad Matth. l. c.

(70.) καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει] *et dialectus tua est Galilæorum dialecto similis.* Omittunt hæc verba BCDL. al. Copt. Vulg. nempe grammatici ea delenda esse judicarunt, quoniam in locis parallelis non extant, et quoniam superflua videbantur, unde etiam in aliis codd. verba quæ præcesserunt, καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, omissa sunt.

(72.) Ante ἐκ δευτέρου in BDGL. aliis insertum extat εὐθέως, quam vocem rectissime *Griesbachius* in ordinem recepit, cum ea Marcus inprimis delectatus sit. vid. Prolegg. Pro ἀνεμνήσθη τοῦ ῥήματος permulti codd. exhibent τὸ ῥῆμα ὃ (habent autem verba memoriæ et oblivionis apud Atticos etiam accusativum sibi junctum), alii τὸ ῥῆμα ὡς. Præfero lectionem τὸ ῥῆμα ὅ· etenim τοῦ ῥήματος οὗ e Matth. xxii. 75. et τὸ ῥῆμα ὡς e Luc. xxii. 61. grammatici transscripsisse videntur. καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε] Variant interpretes in constituendo horum verborum sensu. Plures præeunte Theophylacto, qui ἐπιβαλὼν explicuit ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν, vertunt: *et capite operto flebat*, subintelligunt vocabulum ἱμάτιον, quod verbo ἐπιβάλλειν junctum legitur Levit. xix. 29. καὶ ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον κίβδηλον οὐκ ἐπιβαλεῖς σεαυτῷ notant præterea, consuevisse veteres in luctu acerbo (Matth. l. c. legitur: ἔκλαυσε πικρῶς) capita obvelare, quam in rem laudant Joseph. Ant. vii. 10. 5. ubi de Davide Absalomi mortem deplorante legitur: κατακαλυψαμένου δὲ τοῦ βασιλέως καὶ στένοντος, *cumque rex, velato vultu, filii casum lugeret.* add. 2 Sam. xv. 30. xix. 4. Esth. vii. 8. Jer. xiv. 3, 4. Hanc interpretandi rationem sequuntur *Salmasius*, *Elsnerus*, *Heumannus*, *Krebsius*, *Schulzius*, *Moschius*, alii. Hac vero interpretatione admissa, statuenda est, ut intelligenter animadvertit *Kypkius*, ellipsis plane inaudita ἐπιβαλὼν τὸ ἱμάτιον τῇ κεφαλῇ s. τῷ προσώπῳ, nec antequam exemplis idoneis confirmetur, ullo pacto probabilis; nihil ad rem facit, si, vel vocem κεφαλὴ, s. πρόσωπον, vel ἱμάτιον, interdum omitti ostendatur, sed proferendus est locus veterum, in quo verbum ἐπιβάλλειν, simpliciter positum, sit: *vultum, s. caput, injecta veste velare.* Æque improbanda est *Palaireti* durior interpretatio, qui ἐπιβαλὼν elliptice positum censet, pro ἐπιβαλὼν αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς, vel τὰς ὄψεις, vel τὰ ὄμματα, *injectis in Jesum oculis flevit.* *Grotius*, *Clericus*, *Heupelius*, *Münthius*, ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε exprimendum putant: *addens flevit* i. e. *perrexit flere, s. repetitis vicibus flevit*, ut Theophr. Char. 8. καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, *et pergit interrogare, repetitis vicibus interrogat.* Diod. Sic. p. 345. B. ἐπιβαλών φησι, *præterea dixit.* Ita vero satis languida et frigida procedit sententia. Probabilior est *Bezæ*, *Raphelii*, aliorumque sententia, qui ἐπιβάλλειν accipere malunt de impetu, ut sit idem quod ὁρμᾷν, et intelligatur h. l. de subito motu ex atrio foras, atque adeo formulæ ἐπιβαλὼν ἔκλαυσε, et Matth. xxvi. 75. Luc. xxii. 62. ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσε sibi æquipolleant *proripiens se, flevit.* Neque negari potest, ab interpretibus Alexandrinis, auctoribus librorum apocryphorum, et scriptoribus exteris, verbo ἐπιβάλλειν sæpius dari partes verbi ὁρμᾷν, ita ut sit, *ruere, cum impetu et citato cursu ferri,*

## ΚΕΦ. ιε'.

ΚΑΙ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ συμβούλιον ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς
μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ Γραμματέων, καὶ ὅλον τὸ συν-
έδριον, δήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήνεγκαν, καὶ παρέδωκαν τῷ
2 Πιλάτῳ. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ Πιλάτος· Σὺ εἶ ὁ βασι-
λεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῷ· Σὺ λέγεις.
3 Καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ἀρχιερεῖς πολλά. Ὁ δὲ Πιλάτος
4 πάλιν ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων· Οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδέν; ἴδε
5 πόσα σου καταμαρτυροῦσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς οὐκέτι οὐδὲν
6 ἀπεκρίθη, ὥστε θαυμάζειν τὸν Πιλάτον. Κατὰ δὲ ἑορτὴν
7 ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ ἠτοῦντο. Ἦν δὲ ὁ λεγό-
μενος Βαραββᾶς μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος, οἵτινες
8 ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν. Καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος,

ut Deut. xxiv. 5. ubi respondet verbo עבר. 1 Macc. iv. 2. ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων. 2 Macc. xii. 9. καὶ τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλών. ibid. xiii. 15. ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλήν. Philo de Opis. p. 36. E. ὁπότε πολυτελῆ τράπεζαν θεάσαιτο ἐπιβαλὼν αὐτὸν ὅλον, ἐπὶ τὰ εὐτρεπισθέντα ἐκχεῖται πάντων ἀθρόον σπουδάζων ἐμφορεῖσθαι, *qui ubi sumptuosam mensam viderit, toto corpore in apposita irruit, datque operam, ut expleatur omnibus.* Exempla alia v. ap. *Raphelium* in Obss. Polybb. ad h. l. Sed ut scienter et apposite monuit *Læsnerus*, ex omnibus hactenus allatis locis non apparet, sine mentione loci, in quem se quis proripiat, ista notione ἐπιβάλλειν dici. *Wetstenius* denique et *Kypkius* vocem ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν reddunt: *et animadvertens flevit*, subintelligunt ad ἐπιβαλὼν, τὸν νοῦν l. τὴν διάνοιαν, et hunc verbis substituunt sensum: cum hæc attente perpenderet Petrus, non solum hanc suam Christi abnegationem ab illo prædictam, sed et ipso tempore gallicinii a Christo præfinito factam esse, lacrimas ipsi eliciebat facti pœnitentia. Quam quæsita et hæc sit explicatio, non est quod copiose doceamus. Simplicissima haud dubie, et legibus linguæ cummaxime consentanea est interpretatio ea, quam protulerunt *Heinsius*, *Læsnerus*, alii, qui secuti usum loquendi Græcorum et auctoritatem versionis Syriacæ, Pers. Arm. Vulg. verba nostra exprimenda statuerunt: *cœpit flere.* Quam explicationem nec Theophylactus improbavit, nam præter illam verborum expositionem, quam supra memoravimus, adjecit etiam hanc: ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος, et in cod. D. comparet glossema ἤρξατο κλαίειν. Sic ἐπιβάλλειν, *incipere, aggredi*, legitur ap. Diog. Laërt. vi. 2. 4. ἐπίβαλε τερετίζειν, *cantillare cœpit*, Diod. Sicul. p. 452. B. Rhod. ἐπίβαλον οἱ ῥαψῳδοὶ προφέρεσθαι τοῦ Διονυσίου τὰ ποιήματα, *cœperunt rhapsodi Dionysii poëmata proferre.* Suidas ἐπίβαλεν, explicuit ἤρξατο, ἐπεχείρησεν, et schol. Thucyd. 3. p. 196. ed. Duck. vocabulum ἐπιβολὴ *conatus, incœptum*, interpretatus est nomine ἐγχείρησις. Itaque sicuti Act. xi. 4. ἀρξάμενος ἐξετίθετο positum est pro ἤρξατο ἐκτιθέναι, sic h. l. ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν scriptum est pro ἐπίβαλε κλαίειν, id est simpliciter ἔκλαιεν.

### CAP. XV.

(1.) Vid. Matth. xxvii. 1 sqq. συμβούλιον ποιήσαντες, *postquam consilium ceperant*, id. qd. λαβόντες Matth. l. c. συμβούλιον ἐποίουν Marc. iii. 6.

(6. 7.) ἀπέλυεν positum est pro εἰώθει ἀπολύειν, quod legitur Matth. xxvii. 15. Verba enim, quæ actionem l. effectum notant, sæpius de agendi consuetudine intelligenda, et Latine per soleo, sequente infinitivo exprimenda sunt, ut ap. Diod. Sic. p. 182. D. λακτίσματι ἄφνω τύπτων περιεκύλιε κατὰ τῶν κρημνῶν εἰς θάλασσαν, *calcibus impulsos per rupes in mare deturbare solebat.* v. *Glassius* Phil. S. p. 203 sq. *Heupelius* et *Münthius* ad h. l. et *Grævius* Lectt. Hesiodd. Ἔργ. v. 185.—(7.) ἦν μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος] *una cum seditionis sociis in vincula erat conjectus*; de quanam seditione sermo sit, definiri nequit, nihil de ea memoravit Josephus. φόνον πεποιήκεισαν] *cædem commiserunt*, formula φόνον ποιεῖν Alexandrini Judæi expresserunt vocem Hebraicam דָּמִים חֲשִׂים Deut. xxii. 8. etiam Polybium illa formula Græca usum esse, docuit *Raphelius* in Obss. Polybb. ad h. l.

(8.) καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος κ. τ. λ.] *itaque populus magno clamore a Pilato petebat, ut*

9 ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. Ὁ δὲ Πιλάτος
ἀπεκρίθη αὐτοῖς, λέγων· Θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν τὸν βασιλέα
10 τῶν Ἰουδαίων; (Ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παραδεδώ-
11 κεισαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς.) Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν
12 ὄχλον, ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς. Ὁ δὲ
Πιλάτος ἀποκριθεὶς, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς· Τί οὖν θέλετε
13 ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Οἱ δὲ πάλιν
14 ἔκραξαν· Σταύρωσον αὐτόν. Ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐτοῖς·
Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ ¹περισσοτέρως ἔκραξαν·
15 Σταύρωσον αὐτόν. Ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ
τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, καὶ παρ-
16 έδωκε τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, ἵνα σταυρωθῇ. Οἱ δὲ στρα-

14. ∾ περισσῶς.

*pro more faceret.* Hanc περίστασιν, nempe poculum ipsum sponte postulasse, ut captivus, more consueto (Matth. xxvii. 15.) dimitteretur, præterierunt Matthæus xxvii. 17. et Lucas xxiii. 13. notarunt tantum Pilatum συνηγμένων αὐτῶν, sive ut Lucas habet συγκαλεσάμενον τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαὸν, populum, synedros et primores convocatos (v. ad Matth. l. c.) interrogasse: utrum dimitti vellent Barabbam an Jesum? Hinc *Michaëlis* et *Paulus Th.* iii. *Abschn.* 119. p. 693. suspicati sunt, novam populi turbam advenisse, nesciam quid ageretur, eamque, cum videret quæstionem exerceri, magno clamore monuisse procuratorem, ut captivum, festo Paschatos, de more libertati restitueret. Sed de adventu novæ populi turbæ nihil in textu notatum deprehenditur; imo eadem turba, quæ Pilatum de captivo quodam dimittendo monuerat, eadem etiam, auctoribus Evangelistis, Christi necem et Barabbæ dimissionem flagitabat. Fortassis res ita sese habuit. Quum populi multitudo, una cum Jesu, quem Herodes innocentem declararat, et ad procuratorem reduci jusserat, vid. Luc. xxiii. 11. 15. ad Pilatum rediisset; nonnulli Jesu faventes, ejusque caussa omnia cupientes, alia voce clamabant, acclamante populo, dimittendum esse de more quendam captivum. Non audebant quidem Jesum nominare, sed sperabant Pilatum, cujus animum perspexissent, consentiente populo (vid. ad Matth. xvii. 18.), Jesum dimissurum esse. Pilatus, cui de Jesu innocentia persuasissimum erat, cui adeo hi clamores exoptati erant, qui tamen metuebat populum, illico concionem cogebat, et interrogabat: quemnam sibi vellent ab ipso dimitti? Matth. xxiii. 17. eo autem ipso temporis momento ab uxore per internuntium admonebatur procurator, ne capitis damnaret Jesum insontem. Matth. xxvii. 19. Jam vero interea, dum Pilatus cum internuntio agebat, concitabant synedri multitudinem, ut dimitti sibi juberet Barabbam, et plebs non amicorum Christi, sed synedrorum vocibus obsequebatur, multoque clamore Christi mortem flagitabat. Pro ἀναβοήσας BD. Copt. Sahid. Goth. Vulg. habent ἀναβάς· Æth. *ascendit et clamavit*, quæ lectio librariorum oscitatione orta est, vulgarem tuentur etiam ea quæ v. 13. leguntur οἱ δὲ πάλιν ἔκραξαν. Verbum ἀναβοᾷν de tumultuoso et incondito populi clamore frequens, ut ap. Dionys. Halic. ix. p. 567. T. i. Sylb. ubi de militibus ad ducis orationem uno ore prœlium flagitantibus legitur: ἀναβοήσεις τε ἐξ ἁπάντων ἐγίνοντο θαῤῥεῖν τε παρακελευομένων καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀξιούντων· vid. et *Langii* Specimen Obss. ex Luciano ad h. l. Cæterum post αἰτεῖσθαι, ut orationis series docet, subintelligi debet, ποιεῖν αὐτόν. vid. *Bosius* de Ellips. sub v. ποιεῖν.

(11.) ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον] *populum concitabant, instigabant*, ita ἀνασείειν etiam occurrit Luc. xxiii. 5. et in libris scriptorum exterorum. vid. *Wesselingius* ad Diod. Sic. p. 615. T. i. *Albertius* ad Hesych. T. ii. p. 1163. *Elsnerus* ad Luc. l. c. *Münthius* ad h. l. Aquila hoc verbo interpretatus est Hebr. הֵסִית Job. ii. 3. sed Deut. xiii. 6. idem Hebraicum verbum expressit per ἀνασείειν· Hesychius: ἀνασείει· ἀναπείθει. E Matth. xxvii. 20. in nonnullos codd. venit ἔπεισαν, pro quo in aliis librarii vitiose rescripserunt ἀνέπεισαν.

(15. 16.) τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι] *ut satisfaceret desiderio multitudinis:* ἱκανὸν ποιεῖν τινι, satisfacere alicui, morem alicui gerere, ita, ut non habeat de quo queratur. Polyb. Exc. Legat. p. 1325. ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐξουσίαν. v. *Raphelius* Obss. Polybb. et *Kypkius* ad h. l.

τιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον·
καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν. Καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν 17
πορφύραν, καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέ-
φανον. Καὶ ἤρξαντο ἀσπάζεσθαι αὐτόν· Χαῖρε ¹βασιλεῦ 18
τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἔτυπτον αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καλάμῳ, 19
καὶ ἐνέπτυον αὐτῷ, καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ.
Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ 20
ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια.

Καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν, ἵνα σταυρώσωσιν αὐτόν. Καὶ 21
ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον, ἐρχόμε-
νον ἀπ' ἀγροῦ, (τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου καὶ Ῥούφου,) ἵνα
ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Καὶ φέρουσιν αὐτὸν ἐπὶ Γολ- 22
γοθᾶ τόπον· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, κρανίου τόπος. Καὶ 23
ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον· ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε.
Καὶ σταυρώσαντες αὐτὸν, ¹διεμέριζον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλ- 24
λοντες κλῆρον ἐπ' αὐτὰ, τίς τί ἄρῃ. Ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ 25
ἐσταύρωσαν αὐτόν. Καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ 26

18. ∾ ὁ βασιλεύς. 24. ∾ διαμερίζονται.

—(16.) ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι (id. qd. τουτέστι, ut infra v. 42.) πραιτώριον] abduxerunt Jesum in interiorem partem (Joh. xix. 4.) *palatii, hoc est prætorii.* αὐλὴ h. l. *domus, palatium*, ut Matth. xxvi. 3. πραιτώριον. vid. ad Matth. xxvii. 27.

(17.) πορφύρα] id. qd. Matth. xxvii. 28. χλαμὺς κοκκίνη, *chlamys coccinea.* Sic vestem, quam Horat. Sat. ii. 6. 102. vocavit *rubro cocco tinctam*, v. 106. dixit *purpuream.* vid. not. ad Matth. l. c.

(25.) τρίτη] h. e. e nostra ratione, hora nona. Sed auctore Joh. xix. 14. hora duodecima nondum in crucem actus erat Jesus; legitur ibi: ὁ οὖν Πιλάτος — ἤγαγεν ἔξω τὸν Ἰησοῦν — ἦν — ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, *hora fere sexta*, i. e. duodecima. Dissentit ergo Johannes a Marco. Varias vias excogitarunt interpretes, quibus hanc dissensionem componerent. vid. *Wolfius* et *Kœcherus* ad Joh. l. c. *Rusius* in Harmon. T. iii. p. 1162 sqq. Equidem arbitror Marcum, qui non facile soleat accurate in narrationibus suis notare tempus, quo hoc vel illud evenit, nec tum, cum id ab aliis Evangelistis factum est; vid. i. 40. coll. Matth. viii. 1.: Marc. ii. 23. coll. Luc. vi. 1.: Marc. iii. 1. coll. Matth. xii. 4. al. omnino recte et accurate h. l. singulas horas constituisse. Quod Johannem attinet, urgent interpretes adverbium ὡσεὶ quo usus est, unde appareat, eum accurate tempus definire noluisse. Monent præterea Johannem, etsi spectator passionis et mortis Christi fuerit, et cruci adstiterit, tamen ob summam animi commotionem et perturbationem, non diligenter observare potuisse singulas horas, nec serius commentarios suos scribentem earum accurate recordari, vid. *Schulzius* in *Anmerkk.* ad h. l. et *Thiessius* in *Krit. Komment.* Th. ii. p. 74. Alii lectionem mutandam, et Joh. l. c. legendum censuerunt τρίτη, cum facile mutari potuerit a librariis Γ i. e. τρίτη in ϛ· neque destituta est lectio τρίτη auctoritate critica. vid. not. ad Joh. l. c. Ita censuerunt *Bengelius* in Apparatu Crit. ad N. T. p. 270. *Semlerus* in Paraphr. Ev. Joh. *Ernestius* in *Neuest. theolog. Biblioth.* B. iii. p. 311. *Rosenmüllerus* in Scholiis, *Moschius* Leidensgesch, Jesu p. 673. alii. Fortassis tamen verba, quæ Joh. l. c. leguntur, ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη s. τρίτη, parentheseos nota a reliquis separanda, adventitia sunt et insitiva, ut jam *Pfaffius* in notis exegeticis ad Evang. Matth. p. 207. *Schulzius* et *Wassenberghius* in Diss. de Glossis N. T. præmissa *Valckenarii* Scholis in libros quosdam N. T. Vol. i. p. 50. suspicati sunt; etenim neque cum antecedentibus, neque cum iis quæ sequuntur, cohærent. Non autem ignoramus haud raro omnes libros scriptos falsam lectionem et interpolationem continere, ut Jac. ii. 6. ubi verba καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας· et Hebr. xi. 21. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου

27 ἐπιγεγραμμένη· Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. Καὶ σὺν αὐτῷ
σταυροῦσι δύο λῃστάς· ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων
28 αὐτοῦ. Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· Καὶ μετὰ
29 ἀνόμων ἐλογίσθη. Καὶ οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν
αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες. Οὐὰ,
30 ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν· Σῶσον
31 σεαυτὸν, καὶ κατάβα ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως †δὲ καὶ οἱ
ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους μετὰ τῶν Γραμμα-
32 τέων, ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Ὁ
Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ
σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. Καὶ οἱ συνεσταυρω-
33 μένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκό-
34 τος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας ἐννάτης. Καὶ τῇ ὥρᾳ
τῇ ἐννάτῃ ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἐλωΐ,
Ἐλωΐ, λαμμᾶ σαβαχθανί; ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· Ὁ
35 Θεός μου, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες; Καί τινες
τῶν παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον· Ἰδοὺ, Ἠλίαν φωνεῖ.
36 Δραμὼν δὲ εἷς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, περιθείς τε
καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν, λέγων· Ἄφετε· ἴδωμεν εἰ ἔρχεται
Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν.

31. † δὴ.

αὐτοῦ haud dubie ejusmodi glossematis sunt annumeranda. Copiosius de his locis disputavimus in Spicilegio Obss. in Ep. Jacobi. Gissæ 1807. 4. cf. etiam not. ad i. 27. Luc. ii. 2. extr. Cæterum καὶ, Hebr. ו, positum est pro ἐν ᾧ l. ὅταν l. ὅτε, quod posterius e glossemate in nonnullis libris extat.

(28.) μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη] *inter improbos relatus est*. vid. Ies. liii. 12. Sed hic versus noster deest in codd. ABCD. aliis, est ergo locus valde suspectus. Auctore Luca xxii. 37. Jesus ipse, colloquens cum discipulis, hæc prophetæ verba laudarat, et ad se retulerat, hinc facile patet, quomodo ea quæ h. l. leguntur, in codd. irrepere potuerint. ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα loquendi ratio, in libris N. T. frequenter recurrens, vid. Joh. vii. 38. 42. Rom. ix. 17. Gal. iii. 8. sic et Xenophon τὸ λέγειν epistolis tribuit Hist. Gr. i. 15. v. l. 29. vid. *Raphelius* ad h. l.

(29.) Vid. Matth. xxvii. 39 sqq. οὐὰ] Hebr. הֶאָח, *vah*, vox insultantis, interdum etiam admirantis. vid. *Reimarus* ad Dion. Cass. p. 1041. T. ii. *Raphelius* Obss. Polybb. ad h. l.

(36.) Vid. ad Matth. xxvii. 48. ὄξος] *posca*, vinum acidum, neque tamen herbis amaris mixtum, quod Jesus recusabat, vid. Matth. xxvii. 34. quod ibi diserte dicitur ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· et supra v. 23. οἶνον ἐσμυρνισμένον· sed posca, quam Jesus sumpsit, Joh. xix. 30. ὅτε οὖν ἔλαβε, Matth. xxvii. 48. h. l. et Joh. l. c. simpliciter vocatur ὄξος. Solet autem deliquium animi patientibus varie adhiberi acetum, quod etiamfacit ad refocillandos febri vulneri adjuncta laborantes.

(37.) ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε] *edito magno clamore exspiravit*. Formula ἀφιέναι τὴν ψυχὴν non tantum significat, vocem articulatam emittere, *loqui*, sed adhibetur etiam, ut Hebræorum נָתַן אֶת־קֹלוֹ Gen. xlv. 2. de voce inarticulata, *clamore*. vid. *Kypkius* et *Læsnerus* ad h. l. Liban. ep. 355. ὑπὸ πλήθους πληγῶν φωνὴν ἀφήσειν, *sub crebris plagis, clamaturum esse*. Sic Lat. *emittere vocem* Liv. i. 58. h. l. ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην permutatur cum κράξας v. 39. ἐξέπνευσε, *exspiravit*, scl. βίον vel ψυχὴν, *animam*, ut Eurip. El. 1220. Horat. Epod. v. 91. Plenius legitur Eurip. Orest. 496. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον· ib. 1163. ἐκπνέων ψυχὴν ἐμήν· Virg. Æn. xi. 882. *exspirant animas*.—(38.) ἐσχίσθη εἰς δύο scil. μέρη, ut plene legitur ap. Polyb. ii. 16. σχίζεται εἰς δύο μέρη vid. *Elsnerus* ad h. l. *Bosius* de Ellips. sub μέρη p. 169. *Schæfer*.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε. Καὶ τὸ 37,38
καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως
κάτω. Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, 39
ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν· Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος
οὗτος υἱὸς ἦν Θεοῦ. Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν 40
θεωροῦσαι· ἐν αἷς ἦν καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία
ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη·
Αἳ καὶ, ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκό- 41
νουν αὐτῷ· καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱε-
ροσόλυμα.

Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, (ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι 42
προσάββατον,) Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, εὐ- 43
σχήμων βουλευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βα-
σιλείαν τοῦ Θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ

(39.) *ὁ κεντυρίων*] *centurio* supplicio præpositus, qui cum suis adesse debebat de more, donec vitam finissent capitali supplicio addicti. Est autem *κεντυρίων* vox origine Latina, qua etiam usus est Polybius. vid. *Raphelius* ad h. l. Matthæus et Lucas pro *κεντυρίων*, usi sunt vocabulo *ἑκατόνταρχος*, quo etiam illud explicuit Phavorinus. *ἐξ ἐναντίας* scl. *χώρας*, *ex adverso, e regione*. vid. *Heupelius* ad h. l. *ἰδὼν — ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν*] *cum vidisset eum hoc clamore edito exspirasse*. Ex plurium interpp. sententia, mirabatur centurio, quod Jesus moriens tantum clamorem edere potuisset. Cum vero ii, quibus cor ex nimia sanguinis congestione, anxietate, ac palpitatione pressum, quibus suffocatio in propinquo est, præ dolore summo, haud raro magna voce clamitare soleant, vid. ad Matth. xxvii. 50. hinc alii verba nostra explicant: cum vidisset eum clamore edito, tali modo, nempe ut v. 33, 34. legitur, inter tenebras et terræ motum, exspirasse. Durius. Scilicet non mirabatur centurio, quod Jesus in extremo vitæ momento tantum clamorem tollere potuerit, sed quod, postquam clamarat, mox a clamore exspirarit. Mirabatur ergo acceleratam mortem, quam Jesu deorum favore contigisse arbitrabatur, cum sciret lenta morte in crucem actos perire, vid. *Lipsius* de cruce, et not. ad Matth. xxvii. 32. 50. etiam ipsius Pilati opinione citius Jesus mortuus erat, coll. v. 44. *ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν Θεοῦ*] *profecto homo ille erat dei filius.* vid. ad Matth. xxvii. 54.

(40.) Vid. Matth. xxvii. 55. *Ἰακώβου τοῦ μικροῦ*] conf. not. ad Matth. x. 2.

(42.) Affertur caussa, quare Josephus maturarit sepulturam Christi: *ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ*, *nam erat parasceue*, h. e. *dies qui sabbatum antegreditur*. Vocabulum *παρασκευὴ* vid. ad Matth. xxvii. 62. xxvi. 17. quoniam christianis e gentilibus, quibus scribebat Marcus, non satis cognitum erat, explicationis caussa adjecit *ὅ ἐστι προσάββατον*.

(43.) *ἦλθεν — τολμήσας εἰσῆλθε*] *ἀσυνδέτως* posita sunt. Per *τολμήσας* Marcus significat, quantis periculis se subjecerit Josephus, cum a Pilato Jesu corpus peteret, et per asyndeton *ἦλθε — τολμήσας εἰσῆλθε* pro *καὶ τολμ. εἰσῆλθε*, innuit, Josephum, simulac eo usque metum ac tarditatem superasset, ut veniret, intrepide etiam mox ingressum esse ad Pilatum. Lectiones *ἐλθὼν — τολμήσας εἰσῆλθε*, et *ἦλθε — καὶ τολμ. εἰσῆλθε* profectæ videntur a grammaticis, quibus asyndeton offensioni esset. *ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας*] scl. *ὤν*, vid. *Kypkius* ad h. l. *Josephus Arimathæensis*, vid. ad Matth. xxvii. 57. *εὐσχήμων βουλευτὴς*] *synedrii assessor honestus, ein angesehenes Mitglied des Synedrium.* Εὐσχήμων proprie dicitur is, *qui cavet vitium in gestu et motu corporis.* Hesychius: *εὐσχήμονες — εὖ σχήματα ἐν ὀρχήσει ποιοῦντες·* Xen. Cyr. i. 3, 7. Hinc per metaphoram adhibetur de eo, *qui modestus est, qui modestiam s. modum servat.* Sic ap. Plutarch. de Aud. Poëtis c. i. p. 11. Krebs. *ἐν ταῖς περὶ ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναῖς διαφυλάττειν εὐσχήμονας αὐτοὺς* de iis, qui modum servant in voluptate ex cibo potuque capienda. Deinde ita nominatur *is qui honestatem sequitur*, omninoque *virtutis est studiosus*, ut ap. Xen. Mem. iii. 12. 4. *ἐκ τῶν πολεμικῶν ἀγώνων σώζονται εὐσχημόνως*, *honeste, sine infamia.* Theophr. Char. prooem. 3. *οἷς παραδείγμασι χρώμενοι, αἱρήσονται τοῖς εὐσχημονεστάτοις συνεῖναί τε καὶ ὁμιλεῖν*, *quibus, tanquam exemplis,*

44 ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν
εἰ ἤδη τέθνηκε· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα, ἐπη-
45 ρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε. Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεν-
46 τυρίωνος, ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ. Καὶ ἀγοράσας
σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν, ἐνείλησε τῇ σινδόνι· καὶ κατ-
έθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας· καὶ
47 προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. Ἡ δὲ Μαρία
ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν ποῦ τίθεται.

*utentes, velint optimo quoque familiariter uti.* Etym. M. *εὐσχήμων· ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις.* Denique *εὐσχήμων* est quoque *honoratus, in honore ac dignitate constitutus,* et cum vulgus inprimis divites honorare soleat, etiam *dives.* vid. *Kypkius* ad h. l. Phrynichus: *εὐσχήμων· τοῦτο μὲν οἱ ἀμαθεῖς ἐπὶ τοῦ πλουσίου καὶ ἐν ἀξιώματι ὄντος τάττουσιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμμέτρου.* A Matth. xxvii. 57. Josephus appellatur *ἄνθρωπος πλούσιος*, a Luca xxiii. 50. *ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος.* Itaque puto a Marco h. l. nomine *εὐσχήμων* conjunctim, vitæ morumque honestatem, divitias ac nobilitatem indigitari, illudque Latine exprimendum esse *honestus.* *βουλευτὴς*] quod nonnulli sine omni idonea ratione explicant *vir prudens*, ut sit id. qd. *βουλευτικὸς* (LXX. Prov. xxiv. 6.) significat h. l. *synedrii assessorem*, vid. ad Matth. xxvii. 57. coll. Luc. xxiii. 51. *ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*] *qui regnum Messiæ et ipse exspectaverat*, i. qui Christi discipulus fuerat. vid. ad Luc. xxiii. 51. *τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον κ. τ. λ.* *fidenti animo, confidenter*, non curans Judæorum ludibria, collegarum odia, pericula, *Pilatum adiit, et ut sibi corpus Jesu sepeliendum traderet, petiit.* vid. ad Matth. xxvii. 58. *εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον*] positum est pro *εἰς τὸν οἶκον τοῦ Πιλάτου.* vid. ad Matth. xxvi. 57. Diog. Laërt. vi. 6. *μαθὼν δὲ ὁ Κράτης εἰσῆλθε πρὸς αὐτόν.* Ni Josephus corpus Jesu a Pilato petiisset, haud dubie Jesus una cum duobus latronibus illatus fuisset sepulcro publico inhonesto, facinorosis, qui e sententia judicii perierant, destinato, cum latronum crura, flagitantibus id synedris, vid. Joh. xix. 31. frangerentur, ut ante occasum solis, cum sacra paschalia instarent, eorum corpora humarentur. Sanhedrin c. vi. §. 5. *Humatio interfecti a Synedrio non fuit in sepulcris patrum ejus, sed duo sepulcreta erant parata a Synedrio, unum occisis gladio et strangulatis, alterum lapidatis (qui etiam suspendebantur) et combustis.* vid. *Lightfootus* Horr. Hebr. et Talm. ad h. l.

(44.) *ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε*] *Beza*, alii, hæc verba interpretanda esse putarunt: *dubitabat, an jam mortuus esset*, neque negari potest *θαυμάζειν* interdum hoc sensu legi, vid. *Kypkius* ad h. l. Sed ut jam apposite monuerunt *Raphelius* Obss. Xenn. et *Kypkius* ad h. l. non facile suspicari potuit Pilatus, Josephum falsa sibi narrare; et si dubia atque suspecta Pilato fuisset Josephi fides, non quæsivisset centurionem arcessitum, coll. v. 45. *εἰ πάλαι τεθνήκει, an jam dudum mortuus esset?* quomodo certe nemo quærit, qui res ipsa verane sit an falsa dubitat, sed qui rei certæ solum tempus accuratius cognoscere cupit. Præterea particula *εἰ* maxime post verba admirationem, omninoque animi commotionem quandam indicantia, non dubiam tantum, sed certissimam quoque admirationis caussam denotat, ut Joseph. Ant. ix. 9. 2. *θαυμάζειν ἔλεγεν, εἰ τούτους ἡγεῖται θεοὺς, se mirari dicebat, cum existimare hos esse deos.* Exempla alia plura hanc in rem congesserunt *Raphelius, Kypkius, Krebsius, Lœsnerus* ad h. l. et *Zeunius* ad Vigerum viii. 6. 3. p. 504. ed. Herm. et sic quoque adhiberi solet partic. Hebr. אִם, ut Gen. xxxi. 52. al. vid. *Noldius* Concordd. p. 68.

(46.) Vid. Matth. xxvii. 59 sqq. *καθελὼν αὐτὸν κ. τ. λ.*] *corpus de cruce detractum; linteo involutum, in sepulcro reponendum curavit.* *Καθαιρεῖν*, ut Lat. *detrahere*, Cic. ad. Q. Fr. i. 2. 2. Petron. Satyr. c. 3. et 112. et *refigere* Justin. ix. 7. est verbum, de cruciariis, qui de ligno tolluntur, proprium. vid. *Raphelius, Elsnerus, Kypkius* et *Lœsnerus* ad h. l. *ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας*] *quod e rupe excisum erat.* *Salmasius* ad Solin. p. 851., cui *Wolfius* et *Krebsius* adstipulantur, hæc verba reddenda censent: *monumentum ex lapide cæso et polito constructum*, neque intelligendum esse, contendunt, monumentum, rupi incisum. Male ac perperam. Matth. xxvii. 60. legitur: *ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ·* ubi vid. not. et ad Matth. viii. 28. *Michaëlis Erklär. der Begräbniss-und Auferstehungsgesch.* p. 47 sqq. *Μαρία Ἰωσῆ* scil. *μήτηρ* v. 40. cujus vocabuli ellipsis frequens est Græcis. vid. *Heupelius* ad h. l.

## ΚΕΦ. ιϛʹ. 16.

Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ
καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Σαλώμη ἠγόρασαν ἀρώ-
ματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς 2
μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ
ἡλίου. Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς· Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν 3

### CAP. XVI.

(1.) Vid. Matth. xxviii. 1 sqq. *καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου κ.τ.λ.*] *exacto sabbato, Maria Magdalena, et Maria Jacobi mater et Salome, emerunt unguenta, quibus mortui corpus perungerent.* *διαγενομένου τοῦ σαββάτου* non est, *cum intercessisset sabbatum*, nec *ἠγόρασαν* exprimendum est *emerant*, ut judicarunt *Grotius*, *Wolfius*, alii, quo scilicet conciliarent hunc locum cum loco Lucæ xxiii. 56. xxiv. 1. ubi vid. not. sed cum de tempore sermo sit, *διαγενομένου τοῦ σαββάτου* est: *exacto, elapso sabbato* s. ut Vulg. vertit: *cum transiisset sabbatum* h. e. post horam sextam. Neque enim die sabbati (intelligitur sabbatum illud quod intercessit inter diem, quo Jesus in crucem actus est, et diem, quo in vitam rediit) mulieres e legibus Judaicis unguenta emere poterant, sed *finito sabbato*, post solis occasum ea emerunt, et emere licebat, vid. *Michaëlis* l.c. p. 102 sqq. *Plessingius Auferstehungsgesch.* p. 171 sqq. *Dœderlinius Antifragmente* Th. i. p. 243 ss. *Moschius Bibelfreund* Th. iv. p. 120. Ita vero *διαγίνεσθαι* sæpius legitur, ut ap. Demosth. p. 833. 14. edit. *Reisk.* *δέκα ἐτῶν διαγενομένων*, *decem annis præterlapsis.* Ælian. H. V. iii. 19. *διαγενομένων τριῶν μηνῶν*, *exactis tribus mensibus.* Act. xxv. 13. *ἡμερῶν διαγενομένων τινῶν*, *cum dies aliquot essent præterlapsi.* vid. *Elsnerus*, *Raphelius*, *Heupelius*, *Wetstenius* ad h. l. et *Irmischius* ad Herodi. i. 10. 1. Hesychius: *διαγεγονότος· παρελθόντος.* Vocabulo *ἀρώματα* h. l. et Luc. xxiv. 1. Joh. xix. 40. significantur omnino *omnis generis odoramenta*, quibus more Judæorum corpus exanimatum condiebatur, myrrha et aloë, Joh. xix. 39. etiam unguenta, coll. Luc. xxiii. 56. Secuti sunt Evangelistæ etiam hac in re usum loquendi versionis Alexandrinæ. In hac enim vocabulum *ἄρωμα* respondet Heb. בֹּשֶׂם 2 Regg. xx. 13. Cant. iv. 10, 16. sed hoc idem nomen Hebraicum exprimitur per *μύρον* Cant. iv. 14, 16. v. 1. Cæterum condiverant quidam jam Christi corpus Josephus atque Nicodemus, vid. Joh. xix. 40. sed hoc fœminis cognitum fuisse, e scriptis Evangelistarum demonstrari nequit; et si cognitum fuit, corpus, instante sabbato, leviter et festinanter conditum, diligentius et accuratius ungere volebant h. e. corpus odoramentis suffumigare, unguentis illinere, et fasciis cum odoribus involvere. vid. Luc. et Joh. ll. cc. 2 Chron. xvi. 14. *Σαλώμη*] suspicatur *Paulus*, ex hujus fœminæ narratione innotuisse Marco *περιστάσεις* ab eo solo commemoratas, et a reliquis Evangelistis prætermissas, coll. v. 3, 5, 7. Contra *Griesbachius* in Diss. de fontibus, unde Evangelistæ suas de resurrectione domini narrationes hauserint, p. 12. Marcum a reliquis prætermissa (inter quæ eminet, quod de Maria Magdalena v. 9. legitur) facillime in domo matris suæ, ubi discipuli domini, conventus habere solerent, Act. xii. 12. ab hominibus fide dignissimis resciscere potuisse.

(2.) *λίαν πρωῒ, ἀνατείλαντος ἡλίου*] *primo mane, orituro sole*, ita recte *Casaubonus* Exercitt. Anti-Baron. p. 672 ss. *Krebsius* ad Matth. xxviii. 1. *Rosenmüllerus*, aliique, hæc verba expresserunt: cum sol oriri inciperet, ut adeo aoristus nostro loco, ut sæpius, habeat vim futuri. Sic non repugnant hæc verba Johannis verbis xx. 1. *σκοτίας ἔτι οὔσης*, designatur enim tempus, quo primum auroræ jubar, multis adhuc tenebris mixtum, apparere incipit, cf. etiam *Lud. de Dieu* ad h. l. *τῆς μιᾶς σαββάτων* h. e. primo hebdomadis die, die Solis. vid. Matth. l. c. Theophylactus: *πρώτη τῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος.*

(3. 4.) Sepulcrum militibus esse obseptum, ignorabant mulieres. vid. ad Matth. xxviii. 1. p. 757 sqq. *τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν κ. τ. λ.*] *quis nobis lapidem de sepulcri ostio devolvet?* Solebant Orientales lapidibus magnis sepulcra munire. vid. ad Matth. xxvii. 60. Verba ultima v. 4. *ἦν γὰρ μέγας σφόδρα*, *erat enim lapis permagnus*, non pertinent ad enuntiationem præcedentem, sed ad v. 3. cujus generis trajectiones Marco negligentius scribenti usitatæ sunt v. xi. 13. xii. 12. Itaque non necesse est, ut *γὰρ* positum putemus pro *δὲ*, et cum *Wolfio* Evangelistam hæc propterea addidisse statuamus, ut indicaret, mulieres istum lapidem jam e longinquo vidisse, cum admodum magnus esset; aut cum *Grotio* et *Rosenmüllero* subintelligamus: *τοῦτο δὲ αὐταῖς εὐκαίρως συμβέβηκεν*, *quod commode ipsis evenit*, quia magnum erat saxum, aut cum *Wassenberghio* in Diss. de trajectionibus in N.T. præmissa Selectis e Scholis *Valckenarii* in libros quosdam N.T. Vol. ii. p. 35. verba, mutato ordine, legamus: *τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύ-*

4 λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; Καὶ ἀναβλέψασαι θεω-
ροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος· ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.
5 Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν
τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκήν· καὶ ἐξεθαμβή-
6 θησαν. Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς· Μὴ ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζη-
τεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε·
7 ἴδε, ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν· Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε
τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς
8 τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν. Καὶ
ἐξελθοῦσαι †ταχὺ, ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· εἶχε δὲ αὐτὰς
τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.

8. † ταχὺ.

ρας τοῦ μνημείου; ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. E *Griesbachii* sententia in Comment. Crit. ad h. l. qui etiam nihil mutandum esse statuit, Marcus verbis: ἦν γὰρ μέγας σφόδρα significare voluit, qui fieri potuerit, ut mulieres antequam ad sepulcrum pervenissent, e longinquo prospicientes cognoscerent, lapidem suo motum esse loco. Codicis Cantabrig. librarius seu recensor, qui verba illa fini commatis tertii junxit, et ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν, mutavit in ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσι suam paraphrasin et conjecturas suas pro textu nobis obtrusit, ut verissime judicavit *Griesbachius*.

(5.) *Postquam mulieres sepulcrum ingressæ erant, viderunt juvenem sedentem ad dextram, stola candida indutum.* Pro νεανίσκος Matth. xxviii. 5. scripsit ἄγγελος. A Luca xxiv. 4. δύο ἄνδρες commemorantur, δύο ἄγγελοι a Joh. xx. 12. *Eichhornius* in *Allgem. Biblioth. d. bibl. Literat.* Bd. 5. p. 920. observavit [illegible] si id extiterit in archetypo, legi potuisse [illegible] et [illegible] sed vid. not. ad Matth. xxviii. 5 sqq. ἐν τοῖς δεξιοῖς scl. μέρεσι τοῦ μνημείου.

(6. 7.) εἰπεῖν] id. qd. ἀναγγέλλειν, et τόπος] est *sepulcrum*, ut Sir. xlvi. 12. τοῖς μαθηταῖς] non tantum significantur duodecim apostoli, sed reliqui quoque Christi sectatores. vid. Matth. xxviii. 7. καὶ] *inprimis, vel maxime.* v. ad Marc. i. 6. et *Palairetus* ad h. l. Petrus præ reliquis apostolis, de Christi resurrectione certior faciendus erat: hujus rei præcipua caussa in eo quærenda videtur, quod adhuc maxima tristitia, ob dissimulationem perfidam, vid. Matth. xxvi. 75. affectus erat. εἶπε] coll. Matth. xxvi. 32. Marc. xiv. 21. sed εἶπε est id. qd. προεῖπε, ut Matth. xxviii. 6. iii. 3.

(8.) *Tum e sepulcro egressæ aufugerunt, pavor enim et trepidatio earum animos occuparat, nec ulli quicquam præ metu dicebant.* ταχὺ] quod a plurimis et præstantissimis diversarum recensionum codd. etiam verss. antiquis abest, orationis contexto illatum est e Matth. xxviii. 8. unde rectissime *Griesbachius* atque *Matthæius* hoc adverbium ex ordine ejecerunt. ἔχειν, *corripere, occupare*, eleganter ponitur ad significandum affectum animi vehementiorem, ut ap. Joseph. Ant. ii. 4. δέος γὰρ αὐτοὺς εἶχε. Hesiod. Theog. 588. θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεοὺς, θνητούς τ' ἀνθρώπους. add. Hom. Il. ζ. 136. Etym. M. ἔχω, κρατῶ. In versione Alexandrina respondet Hebr. אחז, ut Job. xviii. 21. vid. *Kypkius* et *Keuchenius* ad h. l. δὲ h. l. idem valet quod γὰρ, ut Xen. Cyr. i. 2. 8. διδάσκουσι τοὺς παῖδας σωφροσύνην· μέγα δὲ συμβάλλεται κ. τ. λ. Hesiod. Scut. Herc. v. 251. scholiast. ad Aristoph. Avv. 585. δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ· vid. *Raphelius* Obss. Xenophh. p. 273. *Kühnius* ad Ælian. H. V. xii. 8. *Heupelius* ad h. l. et Vigerus viii. 8. 24. p. 543. καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον] per se intelligitur, non esse de silentio perpetuo sermonem, unde enim rescivisset Marcus, quæ iis evenerant, si perpetuum servassent silentium? sed sunt hæc verba ita explicanda: neque cuiquam obvio, in via iis occurrenti, properantes ad Christi discipulos, quicquam dicebant, præ metu, ἐφοβοῦντο γὰρ, sed postquam ad apostolos atque discipulos pervenerant, et metum abjecerant, rem iis omnem enarrabant. vid. Luc. xxiv. 22.

(9.) Authentiam ultimæ sectionis Evangelii Marci, inde a v. 9., multi impugnarunt, saltem in dubium vocarunt (cf. *Michaëlis Erklärung der Begräbniss-u. Auferstehungsgesch, Christi* p. 179. *Telleri neues Magazin für Prediger*, B. 3. St. 1. *Boltenius* ad h. l. *Thiess Krit. Kommentar*, Vol. ii. p. 222. *Griesbachii* commentar. crit. in textum Gr. N. T. Partic. 2. p. 197 ss. *Gratzil neuer Versuch, die Entstehung der drey*

9 Ἀναστὰς δὲ πρωῒ πρώτῃ σαββάτου, ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ

*ersten Evangelien zu erklären*, Tübing. 1812. p. 52 ss. *Bertholdti Einleit. in das A. u. N. T.* Th. iii. p. 1284 ss. *Schultessius über d. Æchtheit der Stelle des Evangel. nach Marcus* xvi. 9—20. in *Keil* u. *Tzschirner Analekten für d. Studium d. exeget. u. systemat. Theologie*, B. iii. St. 3. p. 109 ss.) multi vero etiam eam defenderunt. vid. *Wolfius* in Curis et *Rosenmüllerus* in Scholiis ad h. l. *Storrius* Opuscc. T. iii. p. 52. *Paulus philolog. krit. u. histor. Kommentar*, Th. iii. p. 915. *Eichhornii Einleit. in d. N. T.* Th. i. p. 621 sq. ed. 2. *Hugii Einleit.* Th. ii. p. 247. ed. 2. *Schotti* Opuscc. Vol. ii. p. 132 sqq. Argumenta præcipua in utramque partem prolata, breviter strictimque exponamus. 1) Quæ sequuntur inde a v. 9. usque ad Evangelii finem, desunt in cod. Vaticano (v. Quatuor Evangelia Græce a *Birchio* edita p. 316. et Prol. p. XXI.) Asterisco notata reperiuntur in 137, 138. Scholia codd. plurium, qui hanc periocham exhibent, testantur, eam a multis exemplis abfuisse. v. *Griesb.* ad h. l. Sed addunt etiam, in multis eam inventam esse. De Eusebio refert schol. codd. 1. 206. 209. eum tantum usque ad verba ἐφοβοῦντο γὰρ, apposuisse canones. Gregor. Nyssenus, v. *Millii* Prolegg. §. 812. Victor, Severus, v. *Wetsten.* ad h. l. in plurimis (ita Victor), in accuratioribus (ita Nyssenus et Severus) exemplis hanc ultimam Marci particulam non legi, affirmant; et Hieronymus Quæst. 3. Opp. T. iii. p. 96. notat, omnes Græciæ libros pæne hoc capitulum in fine non habere. Cod. L. et Syr. p. in m. post ἐφοβοῦντο γὰρ addunt: φέρεταί που καὶ ταῦτα· πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας. Tum pergit L. ἔστιν δὲ καὶ ταῦτα φερόμενα μετὰ τὸ ἐφοβοῦντο γάρ· ἀναστὰς δὲ κ.τ.λ. a) At enimvero habent hanc pericopen codd. Græci omnes, excepto uno Vaticano, evangelistaria etiam antiquiora cum synaxariis, versiones, etiam Syra hieros. Agnoscunt eam Clemens Rom. et Alex. Justin. Dionys. Alex. Hippol. Iren. Tatian. in harmoniis, aliique plures. α) Caussa cur hæc sectio a multis olim libris abfuerit, ex plurium virorum doctorum sententia, fuit hæc quod interpretes veteres (τινὲς τῶν ἐξηγητῶν, ut ait Euthymius Zigabenus ap. *Matthæum* p. 268.) putarint, Marcum in his repugnare Evangelistis reliquis, inprimisque verba v. 9. contraria esse iis quæ Matth. xxviii. 1. leguntur. Etenim auctore Matthæo xxviii. 1. Maria Magdalena et altera Maria *primo diluculo* τῇ ἐπιφωσκούσῃ, et ut Joh. xx. 1. habet, σκοτίας ἔτι οὔσης (v. supra ad v. 2. not.) ad sepulcrum venerunt, et nuntium de Christo in vitam revocato acceperunt. add. Luc. xxiv. 1. Christus igitur in vitam rediit, *antequam* primus hebdomadis dies illucesceret. His consentiunt ea quæ Marc. xvi. 2 sqq. leguntur. Sed v. 9. Christus e sepulcro exiisse perhibetur πρωῒ πρώτῃ σαββάτου *mane* primo hebdomadis die. Itaque illius sententiæ patroni ac defensores statuunt, interpretes vett. qui hanc difficultatem sibi explicare non potuerint, eo processisse, ut posteriorem hujus capitis partem spuriam et adulterinam atque e codicibus delendam censerent; provocant ad Nyssenum, Victorem, Severum, Hieronymum, qui hæc verba ab exemplaribus abfuisse tradunt, et hujus quoque discrepantiæ inter Marcum et Matthæum mentionem faciunt. Notatu digna inprimis sunt verba Hieronymi l. l. *quæ caussa sit, ut de resurrectione Domini et apparitione Evangelistæ diversa narraverint, in quibus primum quæris, cur Matthæus dixerit* (xxviii. 1.) vespere autem sabbati etc. *et Marcus* (xvi. 9.) cum autem resurrexisset; *hujus quæstionis duplex solutio est. Aut enim non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur Evangeliis,* omnibus Græciæ libris pæne hoc capitulum in fine non habentibus, præsertim cum diversa atque contraria Evangelistis cæteris narrare videatur; *aut hoc respondendum, quod uterque verum dixerit; Matthæus, quod Dominus surrexit vespera sabbati, Marcus autem, quando eum viderit Maria Magdalena* i. e. *mane primo sabbati.* Hic autem notandum est, verba Hieronymi: *omnibus pæne Græciæ libris*, non esse nimis urgenda, cum Hieronymus ipse vid. Lib. 2. adv. Pelag. T. ii. p. 193. in quibusdam exemplaribus, et *maxime in Græcis codicibus*, non modo *finem Evangelii* Marci, sed auctarium quoque versiculi 14. cui tamen metuit, ne contradicant Pelagiani, repererit. vid. *Storrius* l. c.—β) Quam modo attulimus caussam, cur olim a multis libris hæc ultima Marci particula abfuerit, non fuisse unicam, nedum præcipuam, contendit *Schottus* in Opuscc. exeget. crit. dogmat. T. ii. p. 144 ss. Et hanc sententiam rationibus firmavit his. 1) Parum probabile est, solas difficultates, quas v. 9. continet, interpretes vett. in hanc opinionem adduxisse, totam pericopen Marco abjudicandam esse; reperiuntur enim alii quoque loci haud pauci in Evangeliis, qui etsi historiæ locis parallelis repugnare videantur, neutiquam tamen hac de caussa in codd. antiquis omissi et deleti sunt. 2) Non incognita erat antiquis ecclesiæ scriptoribus interpunctio alia et explicatio verborum v. 9. cu-

τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια.

jus ope verba illa cum cæteris effatis Evangeliorum facile conciliari possunt v. Hieronymus l. l. et cum ea cuivis interpreti facile in promptu sit; nec credibile est, eam ita latuisse plures christianorum veterum, ut omnem sectionem repudiare mallent, quam difficultatem interpretando tollere. 3) Non demonstrari potest ullo scriptorum veterum testimonio, hanc ultimam sectionem propterea esse deletam, ut difficultas illa (v. 9.) removeretur, ipse Hieronymus qui hanc sectionem in *νοθείας* suspicionem vocavit, non in sola difficultate ad v. 9. pertinente acquievit, sed ante omnia monuit, eam desiderari in multis codd. Græcis. Itaque ex Ven. *Schotti* sententia (quam non pœnitebit servatis ipsius auctoris verbis huc transcribere) vel tota sectio in uno quodam eorum hujus Evangelii exemplarium, quæ omnium prima et antiquissima fuerunt, negligentia librarii omissa esse, aut casu quodam periisse existimanda est, atque hoc vitium mature in alios irrepsit codices ex illo descriptos; vel conjectura admittenda, clausulam v. 9. et sqq. comprehensam, aliquo temporis spatio elapso, postquam Marcus totum Evangelium usque ad c. xvi. 8. conscripsisset, ab ipso additam esse. Facile enim fieri potuit, ut Marcus, cum usque ad v. 8. pervenisset, casu quodam impeditus, quo minus confestim pergeret, quæ adhuc restarent enarranda, ad aliud tempus differret. Jam vero etsi probabilitate summa largiamur, Marcum ipsum non prius palam edi voluisse suum commentarium, quam totus esset absolutus atque consummatus, accidere tamen potuit, ut Evangelium mancum, clausula destitutum (forsan per amicum aut sodalem Marci, cui ipse libellum scriptum privatim communicasset) citius innotesceret ac describeretur, ipso auctore nescio. Prodii inde exemplar Evangelii Marci antiquissimum, clausula carens. Postea, cum Marcus, ad laborem pristinum reversus, commentarium jam edendum absolvisset (addenda pericope, quæ inde a v. 9. usque ad finem legitur) exemplaria descripta sunt, quæ Evangelium continebant integrum atque perfectum. Ab illo quidem exemplari antiquissimo, clausula carente, satis mature latius divulgato, eos codices stirpem ducere existimo, qui vel post c. xvi. 8. nihil amplius exhibeant, vel loco pericopæ nostræ vulgaris v. 9 sqq. aliam suppeditent breviorem Evangelii clausulam, profectam a librariis de lacuna supplenda cogitantibus. Neque difficile intellectu dixerim, quomodo fieri potuerit, ut quamquam Marcus postea clausulam Evangelio adjecisset, illa tamen lacuna, quæ in exemplari antiquissimo apparuisset, in alios plures (forsan multos) transiret codices serius scriptos? Jam enim difficultates et *ἐναντιοφανῶν* in hac pericopa obviæ lectores ac librarios qui cognoverant, hanc sectionem non apparere in omnibus Marci exemplaribus, ad authentiam ejus omnino negandam facilius impellere potuerunt. γ) Priorem Ven. *Schotti* conjecturam approbavit Anonymus in *Ammonii* et *Bertholdti krit. Journal der theolog. Literat.* B. 4. p. 199 sq. eamque ita exornavit: librarius qui usque ad v. 9. scripserat, casu quodam impediebatur, quo minus opus perficere posset, aut extrema pagina completa erat, nec ea, quæ inde a v. 9. leguntur adjici poterant, et liber mancus prodibat, aut librarius codici adjunxerat scidulam, in qua reliqua scripta erant, quæ tamen ipsa periit. Ab hoc codice perantiquo reliqui omnes stirpem ducunt, in quibus ultima Evangelii Marci sectio deest. Jam sive priorem a *Schotto* propositam conjecturam (ab Anonymo accuratius exornatam, quæ mihi quoque verisimilior et probabilior videtur) sive posteriorem ab eo prolatam admittas, tamen verissima est, quantum judico, V. D. sententia, plures librarios et interpretes veteres, hanc pericopen, cum eam in multis codd. desiderassent, eo facilius tanquam spuriam rejecisse, cum in ea repperissent etiam, quæ ab historia in cæteris Evangeliis proposita, discrepare viderentur. Cæterum quod clausulam illam attinet, quam cod. L. exhibet, supra allatam, eam, utpote alienam a Marci scribendi indole, adventitiam esse, excogitatam a nonnemine, ad utcunque explendam lacunam, quam sub exitum hujus Evangelii, seculo jam quarto in pluribus exemplis fuisse vidimus, non est ut copiosius demonstremus. v. *Hugii Einleit. in das N. T.* B. 2. p. 254. ed. 2. Ita vero sat evidenter apparere putamus, argumentis externis neutiquam demonstrari posse, Marcum non esse auctorem ultimæ Evangelii sectionis habendum.

Progredimur ad argumenta alia: 2) Sectio ultima in verbis ac formulis Marci scripturæ dissimilis est. Hoc evincere inprimis studuit *Schultessius* in *Analekten von Keil* u. *Tzschirner*, B. 3. St. 3. p. 109 ss. 1) Offendunt eum verba quæ v. 9. leguntur *πρώτῃ σαββάτου*, quod ab usu loquendi N. T. abhorreant. Dies enim, ait, Christi in vitam reditus, in libris N. T. vocatur *ἡ μία τῶν σαββάτων*, ut Marc. xvi. 2. quæ formula non indicat primum hebdomadis (cujusque) diem, diem solis, sed diem primum (septem) hebdomadum, quæ inde a festo Paschatos usque ad festum Pentecostes numerabantur coll. Act. xx. 7. 16. b) Hic vero locus, ut probe notavit Censor commentationis *Schultessi* in Ephh. litt. Jenens. (*Jenaische Allgem. Literat. Zeit.*) St. 117. Jahrg. 1821. huc non

Ἐκείνη πορευθεῖσα ἀπήγγειλε τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις, 10
πενθοῦσι καὶ κλαίουσι. Κἀκεῖνοι, ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ 11

pertinet; nam cum Paulus ejusque comites post sacros dies Paschatos Philippis navigarint v. 6. Act. l. l. ἡ μία τῶν σαββάτων v. 7. memorata, non potest esse primus dies septem hebdomadum, quo Philippis versarentur et festum Paschatos celebrarent, sed ἡ μία τῶν σαββάτων est omnino *primus hebdomadis* (cujusque) *dies*, ut 1 Cor. xvi. 2. et præpropere judicavit *Schultessius* (censoris verba pono) e formula Marc. xvi. 9. adhibita πρώτη σαββάτου, satis luculenter apparere, ultimum Evangelii segmentum, non esse a Marco profectum, sed conscriptum a nonnemine, cum in vicem diei sabbati a christianis dies solis celebraretur. 2) Notat V. D. p. 123. vocabulum σημεῖον in tribus prioribus Evangeliis non usurpari de Jesu Apostolorumque miraculis. c) Recte vero contra monuit Censor l. l. hoc nomen Marc. xiii. 22. legi de miraculis falsorum prophetarum. 3) Provocat *Schultessius* ad plura verba alia, quæ tantum in hac sectione ultima, non in reliquo Evangelio Marci occurrant, ut v. 9. ἐφάνη quod nullus Evangelistarum de Jesu in vitam revocato usurparit [Luc. ix. 8. de Elia legitur], ibid. ἐκβάλλειν ἐκ, sed Marc. vii. 26, 29. ἐκβάλλειν ἀπό. v. 10. πορευθεῖσα nonnisi in hac appendice, et quidem ter occurrit. ib. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις (Act. xx. 18). v. 12. μετὰ ταῦτα. ibid. ἐφανερώθη (Joh. xxi. 1, 14. 1 Petr. v. 4, al.) ibid. μορφή. v. 14. ὕστερον. v. 17. παρακολουθεῖν (legitur tantum Luc. i. 3). v. 18. βλάπτειν (Luc. iv. 35.) Κύριος pro Ἰησοῦς (Joh. iv. 1. xi. 2). v. 20. ἐπακολουθεῖν. d) Sed et in reliqua Evangelii parte multa reperiuntur vocabula, quibus semel tantum Marcus usus est, multa quæ ei priva ac propria sunt; exempla si quis requirat, ei satisfaciet *Schulzius über den schriftstellerischen Charakter d. Marcus* in *Keilii* et *Tzschirneri Analekten*, B. 3. St. 1. p. 122 ss. neque omnino hanc ultimam Evangelii partem, locutionum delectu, et orationis structura, a Marci dictione discrepare, sed ingenium ejus referre, facile pluribus demonstrari potest. Verbo κηρύσσειν, quod v. 15, 20, positum extat, inprimis delectatur Marcus v. i. 4, 7, 14, 38, 39, 45. iii. 14. v. 20. vi. 12. Verbis actionem declarantibus præmittere solet verba πορεύεσθαι, ἔρχεσθαι, et composita, i. 45. ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν. vi. 28. ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν αὐτόν. vi. 37. ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν. xvi. 1. ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. v. 10. πορευθεῖσα ἀπήγγειλε. v. 13. ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν. v. 20. ἐξελθόντες ἐκήρυξαν. Personas quas commemorat, accuratius describere solet v. 9. Μαρία Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια. xv. 21. Σίμωνα — τὸν πατέρα Ἀλεξάνδρου τοῦ Ῥούφου. xv. 40. Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ. Adjicere solet verba, quibus ea quæ præcesserunt explicantur et definiuntur v. 15. ubi v. not. xii. 44. πάντα ὅσα εἶχεν, addit, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς. xvi. 12. περιπατοῦσιν — πορευομένοις εἰς ἀγρόν. v. 14. verba τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ σκληροκαρδίαν explanat: ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν. iii. 5. verba περιβλεψάμενος μετ' ὀργῆς accuratius definiuntur additis verbis, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. — Verbis xvi. 10. περισσολογίαν inesse, ejusmodi vero περισσολογίας a Marci dictionis colore alienas esse notavit *Schultessius* p. 122. Sed Marcus haud raro sermonis copia aliqua utitur et verbosior est. Sic v. 8. additum legitur ἐφοβοῦντο γάρ. iv. 7. καὶ καρποὺς οὐκ ἔδωκε. v. 23. ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται præterea etiam Marcus libenter animi affectus eorumque signa externa commemorat atque depingit v. *Schulzius* l. l. B. 2. St. 3. p. 117 sq. Quæ cum ita sint, a me impetrare non possum, ut in *Schultessii* sententiam concedam. — 3) Marcus xiv. 28. et xvi. 7. mentionem fecit promissi a Christo discipulis dati, se resuscitatum cum ipsis in Galilæa congressurum esse. Si Marcus ultimæ sectionis auctor habendus esset, ille narrare non omisisset, Jesum cum discipulis in Galilææ monte convenisse, ut diserte tradidit Matth. xxviii. 16, 17. e) Nil aliud exinde colligi potest, quam hoc, Marcum commentarios suos conscribentem, non adhibuisse Matthæi Evangelium. Interpolator, quo fidem narrationi suæ conciliaret, ut omnino evitasset discrepantias inter Marcum et Evangelistas reliquos, in hac ultima historiæ resurrectionis Christi parte, ita quoque memorasset haud dubie illam Christi cum discipulis in Galilæa congressionem. Etiam Lucas et Johannes ut *Storrius* in Opuscc. Vol. iii. p. 62. et *Schottus* Opuscc. T. ii. p. 155. docuerunt interdum eventa silentio præterierunt, per occasionem aliquam paucis indicata. Variæ autem afferri possunt rationes, cur Marcus congressionem illam præterierit. Marci scribendi ratio, ut in Prolegg. notavimus, est omnino negligentior et incultior, quam Matthæi et Lucæ, vid. tamen Luc. iv. 23. Omisit Marcus brevitatis studio ductus, ut in reliquis Evangelii sui partibus, ita etiam in ultima illius parte, ad finem properans, momenta plura, quæ ei optime nota esse poterant, v. c. Petrum sepulcrum vidisse vacuum, Joh. xx. 2. Luc. xxiv. 12. Jesum Petro apparuisse, et quidem prius quam apostolis reliquis, Luc. xxiv. 34. omittere ergo etiam facile potuit hanc περίστασιν. Marcus sciebat quidem, Christum in Gali-

12 ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα δυσὶν ἐξ
αὐτῶν περιπατοῦσιν ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ, πορευομένοις

læa monte cum discipulis convenisse, iisque ibi varii generis præcepta, consilia et promissa dedisse; sed cum in archetypo inde a v. 14. vario tempore a Christo post reditum in vitam discipulis dicta, notata reperiret, ignoraret tamen, quonam loco ac tempore singula dicta essent, et num inter ea legerentur quoque, quæ Christus in monte Galilææ dixisset: satius esse ducebat, reddere tantum sermones illos varios, sine ulteriore loci ac temporis notatione in archetypo literis consignatos, et ita reddere, prouti eos in archetypo relatos reperiebat, ac præterea nonnulla alia reditus Christi in vitam documenta, in Evangelio primario illo narratione delibata, cum lectoribus suis communicare. 4) *Michaëlis Erklär. der Auferstehungsgesch. Christi* p. 183 ss. et *Zusätze der vierten Ausg. d. Einl. in das N.T.* p. 225 sq. conjecit, Marcum verbis v. 8. ἐφοβοῦντο γάρ, adjicere nonnulla voluisse, de Maria Magdalena, Petro etc. sed ea adjicere non potuisse, quod Romæ Evangelium scribenti non amplius licuisset, Petrum captivum adire, et ex ore ejus percipere reliquam historiæ resurrectionis Christi partem. Hæc conjectura nititur conjectura alia, firmis tamen ac certis argumentationibus et testimoniis prorsus destituta, Marcum commentarios suos conscribentem omnia ex ore atque sermonibus Petri hausisse. vid. Prolegg. Et quis credat, Marcum, si res ita sese habuisset, ut *Michaëlis* conjecit, non alio modo finire potuisse et finiturum fuisse commentarios suos, quam verbis ἐφοβοῦντο γάρ; Bene *Storrius* l. c. p. 53. quis sibi persuadeat, Marcum, etiamsi Romæ scripsisset, Petrique vel mors vel captivitas, mirabili prorsus infortunio ipsi verborum laudatorum exarationi supervenisset, *ante illud temporis punctum* ex Petro, de resurrectione domini ita nihil audivisse, ut quia meram *Petri* narrationem exhibere voluerit, nunc vero apostolum consulere non amplius potuerit, et e superioris temporis institutione nihil, quod huc pertineret, habuerit, continuo sermonem abrumpere, et Evangelii absurdissimum finem facere cogeretur? 5) *Griesbachius* in Commentatt. theoll. a *Velthuseno, Rupertio* et me ipso editis Vol. I. p. 417. autumat, genuinam Evangelii clausulam, in qua procul dubio itineris in Galilæam mentio facta esset, casu periisse, et seculo primo finiente, aut secundo ineunte, ab ignoto homine utcunque suppletam esse. Sed vid. quæ supra sub lit. e. de interpolatione h. l. parum probabili annotavimus. Itaque ex hactenus disputatis, nisi nos omnia fallunt, consequitur hoc: posse quidem nonnulla argumenta proferri, quæ suspectam quodammodo hanc Evangelii clausulam reddant, neque tamen illa esse satis firma ac certa, potius longe plura posse contra moneri, e quibus pateat, etiam ultimam Evangelii partem Marcum auctorem habere. ἀναστὰς δὲ, πρωῒ πρώτῃ σαββάτου ἐφάνη κ. τ. λ.] *cum autem in vitam rediisset, mane primo hebdomadis die apparuit Mariæ Magdalenæ.* Interpungendum est post ἀναστὰς δὲ cum Nysseno, Hieronymo, Theophylacto, *Grotio, Schotto* Opuscc. T. ii. p. 143, aliis, præsertim cum non legatur λίαν πρωῒ, ut supra v. 2. neque cum V. D. in *Ammon und Bertholdt krit. Journal* B. 4. St. 2. p. 197. statui possit, vocabulum πρωῒ non esse urgendum, sed de tempore intelligendum, quod primum diluculum proxime præcesserit. Obstat enim, ut recte animadvertit *Schottus* l. l. quod Marcus, cum tempus, quo mulieres illæ ad sepulcrum profectæ fuerint, verbis v. 2. λίαν πρωῒ satis accurate definiisset, minime v. 9. minus diligenter scripsisse existimandus est, et satis aperte docuit, Christum eo tempore, quo densæ essent tenebræ in vitam rediisse. πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, vid. ad Matth. xxviii, 1. 5. xxvii. 56. ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια] *e qua septem genios malos expulerat* (vid. Luc. viii. 2.) h. e. quam melancholia, vel epilepsia, vel alio morbo graviter laborantem sanaverat. vid. Matth. ix. 32. xii. 22. Luc. xi. 26. Matth. xvii. 15. coll. Marc. ix. 17. Luc. ix. 39. ἑπτὰ, *septem*, numerus certus pro incerto, vid. ad Matth. xii. 45. vel, cujus animo fixa inhæserat opinio, septem genios malos corpus ipsius occupasse. vid. v. 9. Matth. viii. 28.

(10.) τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις] *qui cum Jesu fuerant*, ipsius familiaribus, apostolis atque discipulis. v. i. 36. iii. 14. Joh. xx. 18.

(12.) δυσὶν ἐξ αὐτῶν] *duobus illorum*, scl. τῶν μετ' αὐτοῦ γενομένων, coll. v. 10. Luc. xxiv. 13. ubi hæc Christi apparitio copiosius exponitur. ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ] *alia forma indutus*, hæc verba plures interpretantur: mutato habitu, non iis vestimentis indutus, quibus antea usus fuerat; v. xv. 24. Joh. xx. 15. cum μεταμορφοῦσθαι etiam ad habitum atque vestitum referatur, ut supra ix. 2, 3. Alii exponunt: mutato vultu, lineamentis aliis, ut Theophylactus ad Luc. 24. *Michaëlis Auferstehungsgesch.* p. 217. Rectius, opinor, *Paulus* ad h. l. hæc verba intellexit de vestitu alio et de oris quadam mutatione, inde orta, quod Jesus tot cruciatus, et ipsam mortem subierat. πορευομένοις εἰς ἀγρὸν] *proficiscentibus in pagum*, Emauntem nomine, Luc. xxiv. 13.

εἰς ἀγρόν. Κἀκεῖνοι ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τοῖς λοιποῖς· 13
οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν. Ὕστερον, ἀνακειμένοις αὐτοῖς 14
τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη, καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν,
καὶ σκληροκαρδίαν· ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερ-

(13.) ἀπελθόντες] reversi. τοῖς λοιποῖς] *cæteris* h. e. apostolis et discipulis aliis, qui cum iis congregati erant. vid. Luc. xxiv. 33. οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν] *ne his quidem fidem habuerunt.* Videntur hæc verba repugnare iis, quæ Luc. xxiv. 34. leguntur. Ibi apostoli et cum iis congregati, his duobus discipulis Emaunticis (quibus tamen h. l. fidem denegasse dicuntur), annuntiant: Jesum in vitam rediisse et apparuisse Simoni. Hinc nonnulli temere opinati sunt, non esse hoc Marci loco sermonem de discipulis illis Emaunticis, de quibus Lucas agit. Alii æque male putarunt a Luca xxiv. 34. loquentes induci, non apostolos, sed illos ipsos discipulos Emaunticos. Aliorum rationes æque contortas collegerunt *Moldenhauerus* in *Erläuterung schwerer Stellen* p.165. *Thiessius krit. Kommentar* B. 2. p. 246. vid. et not. ad Luc. l. c. Scilicet Luc. l. c. est quidem sermo de apostolis et discipulis, attamen λέγοντες ibi non sunt omnes discipuli et apostoli congregati, sed tantum nonnulli eorum. Et hujus generis loci, in quibus, quod de omnibus dictum videtur, de nonnullis tantum intelligendum sit, permulti in libris N. T. occurrunt. vid. not. ad Matth. xvii. 1. p. 486. c. Nulla ergo inter Marcum et Lucam deprehenditur discrepantia. Nonnulli e congregatis, auctore Luca, credebant Jesum in vitam rediisse, reliqui omnes narrationibus de Jesu in vitam reverso fidem denegabant; hinc etiam cum iis Jesus appareret, credebant se videre φάντασμα, vid. Luc. xxiv. 37. qui et v. 41. addit: ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν. Cæterum verba οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν non sine emphasi posita sunt, coll. v. 11. ostendere voluit Marcus, neutiquam nimis credulos fuisse discipulos.

(14.) Brevis et succincta narratio, quam v. 14 sqq. continent, complectitur spatium XL dierum; uti ex narrationibus reliquorum Evangelistarum patet. Quæ v. 14. leguntur, ea evenerunt primo hebdomadis die, quo Jesus in vitam redierat, ut Luc. xxiv. 38 ss. Joh. xx. 19 ss. neque tamen primo statim resurrectionis die Jesus in cœlum abiit, ut ex hoc nostro loco colligi posset, sed XL diebus demum post, hoc factum est. Lucas etiam xxiv. 50. refert, Jesum discipulos Bethaniam versus duxisse, (quod Marcus plane omisit) et ibi in cœlum rediisse. Itaque plures interpretes statuunt, verbis v. 14. respici illam apparitionem, quæ memoratur Luc. xxiv. 36 sqq. ea vero, quæ h. l. inde a v. 15. enarrantur, a Jesu dicta esse, vel in monte illo in Galilæa, ubi ostenderat Jesus se discipulos esse conventurum, vid. Matth. xxviii. 16. vel paulo ante adscensum ipsius in cœlum, atque adeo particulam καὶ v. 15. vertunt *porro, postea* i. e. alio tempore, cum particula καὶ, ut Hebr. ו, haud raro sermonem inchoare soleat, et ut τότε, non semper ea quæ sequuntur, iis quæ præcesserunt, copulet. vid. ad Marc. iii. 20. Rectius vero alii, ut *Hezelius* ad h. l. *Storrius* Diss. in libror. N. T. historicor. aliquot loca P. 2. p. 30. omnia, quæ inde a v. 14—19. commemorantur, primo resurrectionis die facta et dicta esse censent; cum nulla adsit idonea caussa, quæ v. 15 ss. leguntur, ab iis quæ v. 14. præcesserunt, longius divellendi, et in alium plane diem rejiciendi; cum inter hunc et Lucæ locum xxiv. 36 ss. magna similitudo, etsi non quoad singula verba, tamen quoad rem expositam intercedat; verba autem v. 19. μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς vertunt: *postquam Jesus post suam resurrectionem omnia discipulis dicenda dixerat;* et monent hæc verba non esse capienda de iis tantum sermonibus Christi, quos Marcus versibus præcedentibus exposuit, sed de omnibus colloquiis, quæ Christus in vitam reversus, cum discipulis instituit. Minime autem arridet *Augustini, Gerhardi,* aliorumque opinio, ἀνακειμένοις αὐτοῖς, intelligendum esse de consessu discipulorum in monte olivarum, unde Jesus in cœlum rediit, Act. i. 13. Non enim commemoratur h. l. ὄρος, nec, ut *Rusius* monuit, credibile est, aut probari poterit, discipulos per integros quadraginta dies illos, quibus cum iis conversatus est Jesus, (vid. Act. i. 3. x. 40, 41.) mansisse incredulos; verbum præterea ἀνακεῖσθαι adhiberi solet de accumbentibus ad mensam, vid. ad Matth. ix. 10. omitto plura, quæ huic opinioni adversantur. ὕστερον] reddi potest *postea, deinde,* ut Matth. iv. 2. xxi. 32. Joh. xiii. 36. nempe postquam fœminis illis et discipulis (Luc. xxiv. 13.) apparuerat Jesus; æque vero recte cum aliis exprimi potest, *denique, postremo.* Sensus idem manet. Remittit Marcus lectores per hoc ὕστερον ad τὸ πρῶτον v. 9. et ad τὸ, μετὰ ταῦτα v. 12. atque adeo sermo est de ultima apparitione Christi, quæ die resurrectionis apostolis contigit, quæ omnino intelligi debet, sive ὕστερον vertas *postea,* sive *denique.* ἀνακειμένοις] *recumbentibus, ad mensam accumbentibus,* postquam jam cœnarant,

15 μένον οὐκ ἐπίστευσαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες εἰς
τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ
16 κτίσει. Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ
17 ἀπιστήσας, κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι

id vero exinde colligi potest, quod Jesus, ut Lucas refert xxiv. 41. eos interrogavit: habetisne hic esculenti aliquid? τοῖς ἕνδεκα] Luc. xxiv. 33. etiam alios Christi discipulos (ut videtur e numero septuaginta discipulorum) præter apostolos adfuisse tradit. Neque tunc temporis aderat Thomas, vid. Joh. xx. 24. et tamen legitur h. l. οἱ ἕνδεκα, scilicet quoniam collegium apostolorum, post Judæ proditoris obitum, undecim adhuc membris constabat, sed Joh. l. c. Thomas dicitur εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, quoniam collegium apostolorum ante Judæ obitum duodecim membris constiterat. Solet enim numerus membrorum collegii usitatus retineri, etsi non numerus plenus sit. Vid. *Glassius* Phil. S. p. 381. ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν] *castigavit eorum incredulitatem, animique pertinaciam.* Quanam in parte posita fuerit ipsorum ἀπιστία et σκληροκαρδία, docetur verbis: ὅτι τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον οὐκ ἐπίστευσαν, quod neglexerant idonea et certa testimonia eorum, qui Jesum post resurrectionem oculis suis viderant. cf. v. 10—13. Luc. xxiv. 38. 44. ὀνειδίζειν, *exprobrare, vituperare,* ut Sir. xx. 14 s. δόσις ἄφρονος οὐ λυσιτελήσει σοι—ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει, *non magnopere te juvabit hominis stulti beneficium—parce dabit et beneficia exprobrabit.*

(15.) κόσμος] h. l. indicat *terrarum orbem,* coll. Matth. xxviii. 18, 19. ubi legitur πάντα τὰ ἔθνη· add. Act. i. 8. ubi extat vocabulum γῆ et opponitur πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ. πάσῃ τῇ κτίσει] *omnis generis hominibus,* sive sint Judæi, sive gentiles, nam Act. i. 8. legitur, ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Sic κτίσις legitur Col. i. 15. 23. Alii hanc vocem h. l. de gentilibus interpretantur, et urgent verba πάντα τὰ ἔθνη Matth. xxviii. 18. monent, a Judæis non tantum *homines omnes,* sed præcipue *gentiles* nominatos esse בְּרִיּוֹת, *creaturas.* vid. *Lightfootus* Hor. Hebrr. et Talmudd. atque *Wetstenius* ad h. l.

(16.) *Quicunque credit, et per baptismum in cœtum christianorum recipitur, is felix erit, quicunque vero non credit, is infelix erit.* ὁ πιστεύσας] scl. τῷ εὐαγγελίῳ, quod ipsum vocabulum præcessit v. 15. qui doctrinam meam ipsi annuntiatam suscipit, assensu suo probat, et vita factisque exprimit, quo sensu verbum πιστεύειν sæpius in N. T. libris recurrit, is σωθήσεται, felix erit, pervenit ad cognitionem veritatis, ad veram virtutem et felicitatem summam, perpetuo duraturam. Itaque hoc ipsum verbum σωθήσεται explicandum est de omnibus commodis et ornamentis, quæ religio christiana suis cultoribus præbet. Ergo etiam oppositum verbum κατακριθήσεται, latissimo sensu accipiendum est; caret beneficiis et ornamentis, quæ christianis contingunt; et quidem ἀπιστήσας, dum non suscipit nec sequitur doctrinam Christi, ipsi annuntiatam, eamque pertinaciter et præfracte repudiat. De ejusmodi ἀπιστίᾳ in hac orationis cohærentia sermo est, coll. v. 11, 14. Joh. xv. 22 sqq.

(17.) Per τοὺς πιστεύοντας non omnes Christi sectatores intelligendi sunt, nam non omnes christiani ejusmodi miracula patrabant, qualia hoc loco describuntur, sed agit Christus h. l. ut locis parallelis Luc. xxiv. 48. Joh. xx. 19. cum legatis suis, atque adeo significantur inprimis Apostoli, et præter eos alii tunc temporis præsentes, qui haud dubie e numero septuaginta discipulorum erant, vid. Luc. xxiv. 33. coll. Luc. x. 1, 9, 17. etiam infra v. 20. diserte commemorantur ἐκεῖνοι, illi Christi discipuli, quibus ea dixit, quæ h. l. leguntur, et ad hos σημεῖα referuntur. Monuit præterea *Storrius* l. c. p. 30. articulum (τοῖς) sæpe *certos, quosdam,* non omnes universos significare. vid. Luc. xviii. 15. coll. Marc. x. 13. Matth. xxi. 34. s. coll. 36. add. xxvii. 62. xxviii. 12. Insignivit autem, ut opinor, Christus discipulos suos, futuros religionis suæ doctores, tunc temporis præsentes, voce τοῖς πιστεύσασι, quoniam paulo ante eorum incredulitatem vituperarat. σημεῖα ταῦτα παρακολουθήσει] *credentes miracula hæc,* quæ nimirum paulo post nominatim afferuntur, *sequentur,* prædicationem doctrinæ meæ sequentur, legati mei hæc patrabunt miracula, de qua verbi παρακολουθήσει potestate vid. *Kypkius* ad h. l. verbo autem singulari παρακολουθήσει, Atticorum more, neutrum plurale junctum est. vid. ad iii. 11. Alii durius verba σημεῖα τοῖς πιστ. παρακολουθήσει explicant: miracula inter credentes patrabuntur, et ἐκβαλοῦσι, λαλήσουσι impersonaliter dicta accipiunt, pro ἐκβαλεῖται etc. ut hæc posteriora verba referantur ad Apostolos, vid. *Heumannus,* et qui contra eum disputavit, *Kypkius* ad h. l. ἐν τῷ ὀνόματί μου] *mei caussa,* ut Joh. xvi. 23. propagandæ religionis meæ caussa, sive ut alii vertunt: *auctoritate mea,* Joh. x. 25. Matth. vii. 22. tanquam mei legati.

ταῦτα παρακολουθήσει· Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβα-

δαιμόνια ἐκβαλοῦσι] *genios malos ejicient*, vid. Matth. vii. 22. x. 8. morbos atrocissimos sanabunt, vid. ad v. 9. Luc. x. 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς] *linguis peregrinis loquentur*. Vim et potestatem formularum γλώσσῃ, γλώσσαις ἑτέραις, καιναῖς, λαλεῖν, quæ h. l. Act. c. 2. 10. 46. et in ep. ad Corinthios prima occurrunt, nostra inprimis ætate vario modo constituerunt interpretes, neque tamen hac in re certi quicquam constitui poterit, cum ipsi scriptores sacri non accuratius nobis rem exposuerint. Qui varias interpretum conjecturas accuratius cognoscere cupit, adeat *Storrii* Diss. notitiæ historicæ epistolar. Pauli ad Corinth. interpretationi servientes, Tubing. 1788. pag. 43 ss. in Opuscc. Vol. ii. pag. 290. Ejusd. Diss. exeget. in libror. N. T. historicor. aliquot loca, Tubing. 1791. p. 71 ss. *Eichhornii Allgem. Biblioth. der bibl. Literatur*, Th. i. pag. 91 ss. Th. ii. pag. 757 ss. Th. iii. pag. 225 ss. *Herderi* libell. *von der Gabe der Sprachen am ersten christl. Pfingstfest*. *Pauli Repertorium der bibl. und morgenländ. Literat.* Th. i. pag. 266 ss. Th. ii. p. 273 ss. Th. iii. p. 281. *Beyträge zur Beförderung des vernünftigen Denkens in der Religion*, Heft 16. p. 62 ss. Heft 17. p. 68 ss. *Meyeri* Diss. de charismate τῶν γλωσσῶν, Hann. 1797. *Pauli Memorabilien*, St. 7. p. 29 ss. et nos ad Act. l. l. Plerique interpretes h. l. respici putant ea, quæ festo Pentecostes Hierosolymis evenerunt, et relata leguntur Act. cap. 2. Sed in explicanda formula γλώσσαις καιναῖς λαλεῖν variant. Alii nimirum ei hunc substituunt sensum: concedetur iis divinitus facultas linguis peregrinis, quas non antea didicerunt, animi cogitata et sensa exprimendi. Contra alii h. l. et Act. l. c. cogitant de linguis peregrinis, quarum cognitionem Apostoli et alii Christiani (Act. i. 15. coll. ii. 1.) sibi comparassent usu cum Judæis exteris, Hierosolymis et in aliis Palæstinæ locis versantibus; qua facultate unam alteramve linguam peregrinam (Latinam, Græcam, Arabicam etc.) loquendi, die Pentecostes, furore divino abrepti, primum uti ausi fuissent ita, ut laudes Dei celebrarent, et de rebus divinis prompte dissererent. vid. *Næsselti* Exercitatt. ad sacrar. scripturar. interpretationem p. 58 ss. Probabilior est aliorum sententia, qui verba nostra non referenda putant ad ea quæ Act. 2. leguntur (præsertim cum h. l. adhibitum reperiatur vocabulum καιναῖς), sed cum h. l. comparant illam promissionem Christi, quæ extat Matth. x. 19, 20. Luc. xxi. 12 ss. μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε κ. τ. λ. atque adeo γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς interpretantur: novis dicendi rationibus utentur; eloquentia insolita, nec iis antea propria, divino spiritu acti, profitebuntur et prædicabunt meam doctrinam. Notant, *linguam* a Judæis etiam adhibitam esse ad significandam *eloquentiam*, *facundiam*, quam in rem laudant 1 Cor. xiii. 1. vid. *Paulus* ad h. l. Omnino autem Jesus iis, quæ v. 17. et 18. leguntur, sententiam exprimere voluit hanc: confirmabitur doctrina mea magnis varii generis miraculis, vos, mihi fidem habentes, res cummaxime arduas, religionis meæ promovendæ caussa (ἐν τῷ ὀνόματί μου) susceptas, perficietis (vid. Matth. xvii. 20. xxi. 21.) et summa ac præsentissima vitæ pericula feliciter evadetis; vos, meam doctrinam docentes, docendoque propagantes, mirifice opitulabor, auxilium meum nunquam vobis deerit, felicissimo successu meam doctrinam propagabitis. Hæc notio universalis exemplis specialioribus ad vivum adumbrata est, neque adeo singula nimis premenda sunt, ita, ut demonstretur quando? et quomodo? singula a Jesu h. l. prædicta eventum habuerint. — Ab hac nostra effati Jesu interpretatione recessit nuper *Meyerus* in *Ammonii* et *Bertholdti kritisch. Journal der neuesten theolog. Literatur*, B. iii. St. 1. p. 1 sqq. (*Sulzbach* 1815.) v. 17. et 18. pro additamento incerti auctoris habet, et vaticinium, quod hi versus continent, formatum esse statuit, partim ex dictis Christi aliis fata futura Apostolorum spectantibus Matth. x. 17. xvii. 20. Joh. xvi. 13, 23. partim ex narrationibus de fatis Apostolorum, eorumque factis insignibus, quæ etiam Lucas in Actis literis consignavit, partim ex fabulis satis mature ortis. (Adstipulatores nactus est *Gratzium* in libro: *neuer Versuch, die Entstehung der drey Evangelien zu erklären* p. 58. et *Schultessium über die Æchtheit der Stelle des Evangelium nach Marcus* xvi. 9—20. in *Keilii* et *Tzschirneri Analekten*, B. iii. St. 3. p. 137.) Argumenta, quibus ad hanc conjecturam tuendam et confirmandam utitur, hæc sunt: Nonnisi Marcus, qui tamen non ex Apostolorum numero erat, hanc Christi prædictionem memorat (sed vid. not. infra ad v. 19. sub lit. a. eam Marco per Petrum innotuisse suspicatur *Schottus* Opuscc. T. ii. p. 156.); adeo specialis descriptio periculorum ab Apostolis subeundorum et insignium factorum ab iis patrandorum nusquam in libris reliquorum Evangelistarum recurrit (sed vid. Matth. x. 8, 17 sqq. et verbis Christi h. l. obviis simillima leguntur Luc. x. 19.); omnia fere, quæ Jesus h. l. discipulis prædixisse legitur, exemplis ex Actis Apostolorum petitis illustrari possunt: δαιμόνια ἐκβαλοῦσι, vid. Act. xix. 12. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς vid. Act. ii. 4. ὄφεις ἀροῦσι vid. xxviii. 3. κἂν θανάσιμόν τι

18 λοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς· Ὄφεις ἀροῦσι· κἂν
θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς ¹βλάψει· ἐπὶ ἀῤῥώστους
19 χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν. Ὁ μὲν οὖν Κύριος,
μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ

18. ∾ βλάψῃ.

*πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει*, conferri quidem nequit cum loco ex Actis desumpto (Quid inde sequitur? non omnia quæ Jesu discipulis evenerunt, in Actis Apostolorum enarrata leguntur, et Jesus cum conditione locutus est: *κἂν θανάσιμον κ. τ. λ.*), sed in Historia Apostolica (Abdiæ adscripta), vid. *Fabricii* cod. apocryphus N. T. (Hamb. 1703.) T. ii. p. 575 ss. narratur fabula, Johannem Ephesi, jussu Aristodemi pontificis, venenum bibisse, et nullum inde detrimentum cepisse. (Similis narratio de Justo Barsaba legitur ap. Euseb. H. E. L. 3. extr. Hæ vero fabulæ ex hoc ipso Marci loco, tanquam fonte, emanasse videntur); *ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσιν*, vid. Act. iii. 7. ix. 34. xix. 11. (qui tamen loci non plane similes sunt). Bene *Schottus* Opuscc. T. ii. p. 156.: valde arbitraria est eorum interpretum ratio, qui scriptorem pericopæ Marci ultimæ, ex iis Actorum locis, ubi Apostoli documentis illis auxilii divini plane singularis, quæ v. 17, 18. nuntiata sunt vere gavisi esse dicuntur (excepto usu potus venenati, cujus exemplum nullum in illo volumine memoriæ est proditum) hunc sermonem Christi propheticum composuisse conjiciunt. Quo tandem argumento probaturi sunt, neque Christum potuisse vere hæc prædicere, neque hanc ejus *προφητείαν* Marco (sive per Petrum, sive alia ratione) innotescere?

(18.) *ὄφεις ἀροῦσι*] diversa ratione explicant. *Lutherus, Heumannus*: *serpentes ejicient, abolebunt, Schlangen verbannen*, *αἴρειν* Joh. ii. 16. ita et Theophylactus hoc verbum intellexit, explicuit enim per *ἀφανίζειν*, addidit tamen: *δύναται δὲ καὶ οὕτω νοηθῆναι, ὄφεις ἀροῦσιν, ὥσπερ ὁ Παῦλος τὴν ἔχιδναν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἦρε, μηδὲν ὑπ' αὐτῆς βλαβείς.* *Keuchenius* in Annott. ad h. l. *serpentes interiment*. *Deylingius* Obss. P. 3. p. 261. *sublatos portabunt*, ut *αἴρειν* legitur Marc. xiii. 15, 16. Luc. v. 24. *Paulus* in *Kommentar* ad h. l. opinatur, nonnullos christianos, primis ecclesiæ temporibus, calluisse artem, in Oriente haud incognitam, quam vulgus maxime admiraretur, adimendi serpentibus vim nocendi, eosque impune inter incantationes tractandi, vid. *Wetstenius* ad h. l. *Heynius* ad Virgil. Ecl. viii. 71. et id ipsum h. l. respici. Sed locus, quem hanc in rem laudavit, ést plane *ἀπροσδιόνυσος*, nempe *Hieros. Abada Zara* f. xxvii. 2. *Accidit R. Eleazaro f. Dama, f. sororis R. Ismaëlis*, quem momorderat serpens. *Venit Jacobus, vir Cephar Sama*, in nomine Jesu fil. Pandira, ut illum sanaret, *dixitque: placetne tibi, in nomine Jesu f. Pand. Sed non permisit R. Ismael* etc. nec singulare h. l. factum respicitur, ut adeo nec opus sit provocare cum aliis ad Pauli exemplum Act. xxviii. 3 sqq. viperam de manu excutientis sine damno hinc metuendo. Sed sermo est h. l. omnino de vitæ periculis, id quod satis perspicue docent addita verba: *κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει*, quæ non illustrari possunt exemplo e libris N. T. desumpto. Sensus est: res maxime arduas, cum periculo conjunctas, felici successu suscipietis; *κἂν θανάσιμον κ. τ. λ.* omninoque summa et præsentissima vitæ pericula, in quæ venistis, feliciter evadetis. Sermo est de eo, quod discipuli propter religionis christianæ propagationem perpessuri, et quod ejusdem promovendæ caussa facturi essent, sive, de vitæ periculis, quæ sponte, et inviti, subituri, feliciter tamen superaturi essent. Itaque non opus est, ut a prima ac propria verbi *αἴρειν* significatione recedamus, sed formula *ὄφεις ἀροῦσι* commode exprimi potest: *serpentes manibus tollent*, ex sequentibus autem subintelligi debent verba: *καὶ οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψουσι.* *θανάσιμον*] scil. *φάρμακον*· quod vocabulum sæpius quoque diserte additur, ut ap. Eurip. in Ione 616. *ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων γυναῖκες εὗρον, quot neces jam venenorum lethalium mulieres invenerunt?* vid. *Kypkius, Palairetus* et *Münthius* ad h. l. Phavorinus: *θανάσιμον φάρμακον· θάνατον ἐμποιοῦν.*

(19. 20.) Si statuitur, Jesum, quæ præcesserunt v. 15—18. dixisse discipulis, paulo ante suum ascensum in cœlum Act. i. 3 sqq. verba: *μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς*] reddi debent: *postquam hæc cum iis locutus erat*, postquam hæc iis promissa et præcepta dederat. Neque tamen additum legitur *ταῦτα*. Si contra ponitur, Jesum ea, quæ v. 15—19. leguntur, in monte in Galilæa, (vid. Matth. xxviii. extr.) sive ut alii, rectius, volunt, primo resurrectionis die, Hierosolymis, vid. Luc. xxiv. 46 ss. Joh. xx. 21. congregatis discipulis dixisse: verba *μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς* referri debent ad omnia colloquia, quæ Christus in vitam reversus cum discipulis habuit. vid. not. ad v. 14. *ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν*] *in cœlum sublatus est*, rediit in cœlum, ad pa-

ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Ἐκεῖνοι δὲ ἐξελθόντες ἐκή- 20

trem. Hanc formulam, ut notavit *Wolfius* in Curis ad h. l. Marc. Antonin. iv. 14. de *reditu* et *resumptione* animæ a Deo factae post mortem, adhibuit, ad quem locum vid. *Gatackerus*. Si cum hoc loco nostro componimus Act. i. 11, 12. et in verbis ipsis subsistimus, nonnisi de solenni receptione Christi in cœlum ea explicari possunt. Hoc tamen profitendum est, ex Marci et Petri 1 ep. iii. 22. verbis, *πορευθεὶς εἰς τὸν οὐρανόν*, et Lucæ xxiv. 51. verbis *ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν* in se spectatis, non posse clare satis et evidenter illam solennem receptionem in cœlum cognosci, quæ Act. l. c. memoratur. Præterea alii, ut supra notavimus ad v. 9. authentiam ultimorum hujus capitis nostri commatum, inde a v. 9. in dubium vocant. His ita statuentibus, unice restat locus Act. i. 11, 12. ubi visibilis Christi in cœlum reditus describitur. Hanc vero *visibilem ascensionem* non vere evenisse, sed *mythis annumerandam esse*, plures arbitrantur: Argumenta, quibus utuntur, præcipua hæc sunt. Nonnisi Lucas ascensum in cœlum memorat, qui tamen inter testes oculares non potest referri; neque Matthæus, neque Johannes, qui tamen Jesu comites perpetui fuerunt, hujus rei mentionem faciunt. Ascensus Christi visibilis naturæ legibus non est conformis (vid. *Stolzius Erläut*. Heft 3. pag. 14. *Thiessius* Th. ii. p. 492 sq.). De mytho cogitandum esse, ipsa angelorum apparitio Act. i. 10. memorata docet. His argumentis freti monent, probe distingui debere ea, quæ revera evenerint, ab iis, quæ evenisse, cum credita, tum tradita fuerint. Nempe rem in facto positam, cujus exornatio Act. i. legatur, fuisse hanc: Jesus, postquam discipulis valedixerat, inter fulgura et tonitrua (Act. i. 9.) montem adscendit, nec inde ad discipulos rediit. Mythus autem is ortus esse videtur, partim ex dictis Christi minus recte intellectis, Joh. iii. 13. vi. 62. xiv. 2, 3. xvii. 24 etc. quæ allegorice interpretanda sint, partim ex opinionibus Judaicis de ascensu Christi. vid. *Schœttgenii* Hor. Hebr. T. ii. p. 596. Notant præterea ad sententiam suam comprobandam suscepisse inde ab antiquissimis temporibus hominum consuetudinem communem, ut illustres et beneficiis excellentes viros in cœlum post mortem tollerent. Laudant hanc in rem Flor. i. 1. *his ita ordinatis, repente, cum concionem haberet, ante urbem apud Capreæ paludem*, e conspectu (Romulus) ablatus est. *Discerptum aliqui a senatu putant, ob asperius ingenium:* sed oborta tempestas *solisque defectio*, consecrationis speciem *præbuere: cui mox Julius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum affirmans*, augustiore forma, *quam fuisset, mandare præterea, ut se pro numine acciperent: Quirinum in cœlo vocari placitum diis.* Suetonius V. Aug. c. 100. de Augusto: *Senatorum humeris delatus in campum crematusque. Nec defuit vir prætorius, qui se effigiem* (εἴδωλον) *cremati* euntem in cœlum *vidisse jurasset*. Alii hujus generis loci notati reperiuntur ap. *Wetstenium* ad h. l. add. *Hasse* Progr. historiæ de Christo in vitam et cœlum redeunte evangelicæ, ex narratione Livii de Romuli vulgo credita divinitate illustratio, Regiomonti 1805. — *Ammonius* in Diss. *ascensus J. C. in cœlum historia biblica*, inserta ejusd. Opuscc. Novv. (cf. *Gableri Neuestes Theolog. Journal*, B. 10. p. 407 sqq.) observat: "Jesum *instantis* ad patrem *reditus*, nunquam autem vere et proprie *adspectabilis* in cœlum *ascensus* mentionem fecisse (pag. 47 sq.) Duas vero jam inde a jactis christianæ religionis fundamentis, in ecclesia de adscensu J. C. in cœlum obtinuisse sententias: *unam* quæ in fide simplici abitus Christi ad gloriam cœlestem subsisteret; *alteram* quæ fidem istam ornaret coloribus, variisque traditionibus oculos et imaginationem in fidei illius societatem adscisceret. *Primæ* sententiæ fontem et fundamentum fuisse locum insignem Ps. 110. initio: *sede ad dextram meam* etc. (p. 54.). In hanc etiam fidem, Matthæum, Johannem, Petrum et Paulum fuisse proclives, Jesum nimirum, post apparitionem in Galilæa factam, (1 Cor. xv. 6.) ad dextram Dei, et super omnes angelorum principatus (Phil. ii. 9.) modo tamen illis incognito, auctum esse (pag. 55.). *Alteram* sententiam quæ in primam christianorum ecclesiam, et in ipsos N. T. libros commigraverit, *adspectabilem* J. C. in cœlum *ascensum*, simplici *ἀφίξει καὶ ἀπελεύσει πρὸς τὸν πατέρα*, non solum anteposuisse, sed in sacros etiam commentarios recepisse. Obtemperasse hac in re Marcum et Lucam, christianorum ex Judæis ingenio, quorum doctores Midraschici, Messiæ venturi receptionem cœlestem prope Bethaniam in monte olivarum eventuram esse, dudum vaticiniis N. T. portendi sibi persuasum haberent. vid. *Schœttgen*. l. c. (p. 56 sq.). Libros igitur N. T. discessum J. C. a suis tam diversa ratione relatum, et memoriæ traditum continere, ut quod in quavis religione publica flagitatur, tum sapientium, tum vulgi necessitatibus omni ex parte prospiciatur." p. 60 sq.

Alii contra *vere visibili modo* Christum in cœlum adscendisse, inter fulgura ac tonitrua, nube cinctum, oculis discipulorum ereptum, atque in cœlum sublatum esse, contendunt. Hanc sententiam nuper modo copiosius et ita, ut respicerent adversariorum sententias

ρυξαν πανταχοῦ, τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον

supra notatas, defenderunt: *Seilerus* Diss. duabus, quarum prior inscripta est: *Jesum corpore pariter atque anima in cœlum assumptum esse, an argumentis possit probari fide dignis?* Erlang. 1798. 4. posterior: *de corpore Christi glorificato,* Erlang. 1803. 4. (cf. etiam *Gableri Neuestes Theol. Journal,* B. 3. p. 415 sqq.) *Weichert* de fide historica narrationis libror. sacror. de Christo in cœlos sublato, hujusque eventus necessitate: Viteb. 1811. *Baur über den praktisch-idealen Gesichtspunct, aus welchem die Himmelfarth Jesu angesehen und behandelt werden solle* in *Süskind* Magazin für Christl. Dogm. und Moral, St. 16. p. 173 sqq. *Flügge die Himmelfarth Jesu.* Hannov. 1808. *Himly* de Jesu in cœlum adscensu: Argentorati 1811. 8. Usi autem sunt argumentis fere his: a) Etiamsi concesserimus adversariis, Lucam unicum esse hujus rei testem; tamen hac ratione comprobatum nondum esset, ipsius testimonio fidem non esse habendam. Quotusquisque enim est auctorum classicorum, in Latio et Græcia olim viventium, qui omnibus rebus gestis, in libris suis commemoratis, ipse interfuerit? Si testibus non credas, qui, quod referunt, a testibus acceperunt ocularibus, coincidit fere omnis fides antiquæ historiæ. Sed præter Lucam et Marcum (vid. not. supra ad v. 9.) de quorum fide historica dubitari nequit (cf. Prolegg. in Marcum §. 2. extr. Prolegg. in Luc. §. 3. extr. et not. ad i. 1.) testes hujus historiæ sunt etiam ipsi Apostoli. Nempe Petrus 1 ep. iii. 21. Act. ii. 33, 34. Johannes Apoc. i. 18. ii. 8. add. Evang. iii. 11 ss. vi. 62. Paulus Eph. iv. 10. 1 Tim. iii. 16. (auctor ep. ad Hebr. vi. 19 sq. ix. 24.), qui omnes cum Marco et Luca consentiunt. Matthæum in commentariis suis multa silentio præteriise, a Luca et Marco relata, multa item Johannem omisisse, a reliquis Evangelistis enarrata (quo pertinet metamorphosis Christi, sacræ cœnæ institutio etc.) ex ipso librorum illorum adspectu comparet. *Seilerus.* Quod autem Apostoli non sæpius et copiosius de Christi in cœlum reditu locuti sint, et Matthæus atque Johannes eum enarrare omiserint, hujus rei varias caussas attulerunt interpretes. α) Apostoli sæpius paucis tantum verbis narrationes suas conceperunt, respicientes homines illius temporis, quibus proxime et inprimis scripta sua dicaverant. Quoniam enim arcte conjuncti erant cum asseclis cultoribusque suis, res erat iis facillimi negotii, facta et dicta Jesu, fusius quam in scriptis, coram illis exponere; qua de caussa et ea tantum literis mandarunt, quæ maximi momenti et summa rei esse sibi videbantur, alia negligentes, quæ quisque libros eorum perlegens cogitatione facile addere valeret. vid. *Sterzing* in *Augusti Theol. Blätt. Erst. Jahrg.* p. 187. *Himly* l. c. p. 69. β) Apostoli id potissimum agebant, ut discipulis resurrectionis Christi veritatem persuaderent, probe intelligentes, homines, quibus de resurrectione Christi constaret, nec reditus ipsius ad superos veritatem in dubium vocaturos, aut alia ad hujus reditus veritatem comprobandam postulaturos esse argumenta, quam ea, quæ ex invisibili Christi efficientia, divinoque adjumento procederent, quod Apostolis et sectatoribus suis ille ferebat. vid. *Himly* l. l. γ) Evangelica Jesu historia tantum ad resurrectionem usque se extendit, ascensus autem inter memorabilia vitæ Christi in terris peracta non censendus erat: vid. *Bengelius* in Gnomon. T. i. p. 360. hinc et Lucas non in commentariis suis, de vita, factis, morte et resurrectione Christi, sed in Actis Apostolorum, ubi effectus vitæ Christi terrenæ, ejusque in cœlum reditus tradit, accuratius ut uberius de Christi ascensu verba facit: vid. *Flatti Magazin für Christl. Dogmatik u. Moral,* St. 8. p. 55 sqq. cf. et *Süskindii Magazin für Christl. Dogmatik und Moral,* St. 17. p. 165 sqq. b) Mortis natura posita est in separatione spiritus a corpore. Si verum est, quod adversarii contendunt, necesse etiam est, ut statuant, Christum bis mortuum, seu animam ipsius bis a corpore separatam, corpus bina vice inanimatum fuisse, prima in cruce, secunda in abitu ex hac terra. Paulus autem docet, una vice Christum esse mortuum, posthæc semper vivere, Act. xiii. 34. Rom. vi. 10. Ebr. ix. 27. *Seilerus.* (*Gablerus* tamen l. c. observat, hoc argumentum non tangere eos, qui statuant Jesum in crucem actum non vere mortuum, sed vehementi syncope fuisse oppressum; præterea illis in locis ep. ad Rom. et ad Ebr. sermonem esse de prima Christi morte, quæ cum sacrificio piaculari ibi comparetur; alteram Christi mortem non fuisse sacrificium piaculare.) c) Objiciunt, naturæ legibus esse contrarium, ut corpus, aëre gravius, in nubes se extollat. At numne, qui maris æstuantis fluctus nutu et verbo compescuit, qui mortuis vitam restituit, qui suum ipsius corpus necatum et sepultum virtute sua vivum reddidit, hic idem corpus in aërem extollere non potuit? Præterea probe tenenda est Christi atque Pauli doctrina, de vivorum corporum cœlestium natura. Jesus docuit, hominum post mortuorum resurrectionem in cœlis viventium naturam angelorum fore similem. Matth. xxii. 30. Atqui ejusmodi corpore Christus

βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. Ἀμήν.

in cœlos se extulit. Paulus enim I. Cor. xv. 48, 49. corpus J. C. cœleste, *spirituale* appellat, illique opponit terrestre, ex carne ossibusque compositum, ideoque gravius aëre. Quamdiu Jesus post resurrectionem cum discipulis suis hac in terra versabatur, corpore indutus erat eodem, quo erat ante obitum suum, vid. Joh. xx. 25. xv. 27. Act. x. 41. Adveniente autem eo temporis momento, quo hominum consortium ipsi relinquendum et in gloriæ locum, sibi a Patre destinatum abeundum erat, corporis terrestres, et reliquæ gravioris naturæ particulæ segregatæ atque remotæ sunt, relictis subtilioribus, ad corporis cœlestis naturam constituendam aptis, v. 1 Cor. xv. 51, 53. *Seilerus. Baur.* Augustinus Retract. i. 17. *Solet quosdam offendere, quod credamus assumptum corpus terrenum in cœlum, sed spirituale corpus intelligimus, quod ita spiritui subditum est, ut cœlesti habitationi conveniat.—Ubi et quomodo sit in cœlo corpus Dominicum, curiosissimum et supervacaneum est quærere, tantummodo in cœlo esse, credendum est.* d) " Apotheoses primo initio, non alius rei, quam gratiarum caussa, inventæ sunt, quas homines iis viris agebant, qui maximis beneficiis populares suos affecerant. Pertinent igitur hæ fictiones ad ætatem remotissimæ antiquitatis, ad traditiones, quæ posteris demum temporibus vulgatæ sunt, ad ea, quæ *olim* homines crediderant, et pro vero habuerant, non vero ad historias coævis fideque dignis testimoniis confirmatas, nec ad ea, quæ ipsissimis oculis se vidisse contendunt testes oculati. Tali ratione persuaserunt sibi *Josephus* et *Philo*, Mosen potius in cœlum receptum, quam mortuum esse; et eodem modo ortæ sunt forsitan traditiones de Enochi, Herculis aliorumque in cœlum assumptione. Tempore Jesu Apotheoses apud Romanos usitatæ nil aliud erant, nisi fallax inventio, ad adulationem imperatorum (v. Sueton. V. Aug. c. 100,), vel ad eorum occisionem celandam spectans v. Florus i. 1. Liv. i. 16. Ementita Romuli in cœlum assumptio inepte sane cum vera illa Christi componitur. Num enim Romulus unquam miraculum perpetravit? num prædixit suam mortem et resurrectionem et in cœlum ascensionem? et quales porro fuerunt illi, qui commentum de Romuli ablatione divulgarunt? Senatores fuere, qui facillimo negotio corpus illius abscondere potuerunt. Proculus se Romulum in cœlum evectum vidisse asseveravit, ut dignitatem servaret senatus, motumque populi sedaret. Num Apostoli eadem mente testati sunt Domini sui ascensum? Probi fuerunt simplicesque homines, humili conditione. Contenderunt non solum, magistrum suum in cœlum esse ereptum, sed dotibus etiam Spiritus Sancti, divinitus sibi impertitis, testimonium suum confirmarunt. Nec commodi sui studio ducti, nec ut ad honores dignitatesque evehrentur, quibus nunquam gavisi sunt inter suos coævos, factum hoc prædicarunt. Imo quod plus est, omnibus coram Judæis, eademque in urbe, in qua crucis supplicio affectus erat Jesus, adspectabilem ejus ad Patrem cœlestem reditum pervulgarunt, nec Pharisæorum, nec procerum populi insidias timentes, qui maximum certe studium conferebant, ut mendacii fraudisque illos convincerent. Quid denique, num in ipsa Hierosolymorum urbe Apostolorum prædicatione tot millia hominum adducti fuissent ad sacra Christiana, si Jesu ascensio ulli dubio fuisset obnoxia, et nisi Apostoli Spiritus divini dotibus vere instructi fuissent? *Himly.* e) Quæ Lucas Act. i. de Jesu assumptione in cœlos retulit, non sunt locis bibliorum mythicis annumeranda. Lucas enim sine imaginibus, quæ Jesus, antequam in cœlestes regiones se efferebat, cum discipulis locutus est, *verbis propriis* expressit. His relatis reditum discipulorum in urbem Hierosolymorum narrat; quæ omnia sensu historico sumenda et proprie intelligenda esse, nemo negat. Nihil itaque in universo hoc loco reliquum est, quod figurate dictum esse videri queat, nisi narratio intermista de viris (seu angelis), Jesu reditum de cœlo futurum apostolis annuntiantibus. Hanc reliquis interjacentem orationis particulam utut interpretari velis, intemerata tamen manet ipsa de Christi ascensione historia, sicuti relationes de Jesu ex sepulcro reditu immotæ et inconcussæ stant et stabunt, licet de angelorum visionibus quædam illis admixta sint. *Seilerus.* f) Visibilis Jesu in cœlum abitus necessarius fuit, ad falsas quas Apostoli de Messia conceperant opiniones et exspectationes radicitus evellendas atque removendas; requirebatur vero etiam ad felicem successum operis Messiani juvandum. Nempe Apostoli et reliqui Jesu sectatores ante publicam ipsius receptionem in cœlum spem alebant, eum forma visibili semper in terra mansurum, et regno Davidico simili constituto, Hierosolymis sedem suam fixurum esse. Huic superstitiosæ opinioni adeo pertinaciter inhærebant, ut ultimo adhuc vitæ suæ terrestris die ipsi quæstionem proponerent hanc: Domine, numne hoc tempore Israëlis regnum restauraturus es? Act. i. 6. Hæc igitur vana spes Apostolorum mentibus eximenda erat. Ad quem finem consequendum, nulla res habere poterat majorem vim, quam elevatio corporis Christi visibilis in regiones cœlestes. Jam enim ipsis persuasissimum esse debebat, Jesum,

vitæ restitutum, non amplius his in terris versari, sed ex iis profectum atque in cœlos esse sublatum. Qua quidem adspectabili corporis Jesu sublatione in regiones celsiores, Apostolorum animos mirum quantum abstrahi debuerunt ab omnibus rebus caducis et sub sensum cadentibus, atque sursum ad ea tolli, quæ oculis cerni nequeunt. Tunc Apostoli, vel inviti, intelligere debebant, regnum, de quo sæpius Dominus locutus fuisset, non terrenum esse, quale sibi finxerant, sed imperium cœleste, quod in animos hominum vim saluberrimam exsereret. Quodsi autem ponamus, Jesum discipulos suos reliquisse modo quodam clandestine, quid futurum putamus? Incerti hærentes et dubii, quid ipsis eventurum sit, aures præbuissent sive impostoribus, sive superstitiosis hominibus, qui falsis illos decepissent narrationibus, dictantes forsan, se Jesum alicubi vidisse, eum latere vel in hoc, vel in alio loco. In hos errores ne inciderent, cavendum erat. Hoc autem effectum est potissimum adspectabili elevatione corporis Jesu in cœlum. Mirifice præterea confirmabantur hoc visibili Jesu ad superos reditu Apostoli (qui morte a Jesu oppetita in persuasione sua labefactati fuerant atque timidi redditi) ad opus Domini in terris perficiendum. Jam enim intelligere poterant, imo debebant, se non caussam meri hominis, sed ipsius adeo Dei agere, cui omnia quæ Christus gesserit, probari videbant. Jam non tam læti sperare, quam potius confidere poterant, Deum et quem regni majestatisque suæ participem esse voluit Jesum, perpetuos fore atque præsentissimos, in munere, quod ipsis demandatum erat, rite administrando, adjutores atque auxiliatores. *Seilerus. Weichertus* l.l. p. 30 sq. g) Christus non palam, coram omnibus Judæis in cœlum ascendit, quoniam novas turbas excire nolebat v. *Lilienthal die gute Sache der Offenbarung*, Th. xi. p. 84 sq. 257. *Himly* l. l. p. 75.

Digna omnino est quæ adscribatur *Griesbachii* præclara annotatio in *Sylloge locorum N.T. ad adscensum Christi in cœlum spectantium*. Jenæ 1793. 4. p. 11. Si locos omnes e N.T. libris collectos studiose inter se comparamus, deprehendimus a) historicam de Jesu in cœlum adscensu narrationem non reperiri nisi apud Lucam tantum, atque (si quidem genuina sunt postrema Evangelii Marci commata) apud Marcum. Attamen b) Jesus ipse, teste Johanne, cum ante mortem, tum post resurrectionem suam, prænuntiavit, ascensurum se esse in cœlum et reversurum eo, unde (quoad illam φύσιν θείοτέραν, quam Johannes illi tribuit) descenderit. c) Petrus et Paulus publice docuerunt, Jesum post resurrectionem morti obnoxium haud fuisse, sed e sepulcro rediisse in vitam æternum duraturam, eundemque ex hac terra profectum esse in cœlum, et ibi summa majestate et gloria condecoratum, ad Patris dextram consedisse (Act. ii. 33 s. 1 Petr. iii. 18 ss. Eph. iv. 10. Hebr. ix. 24. vi. 19, 20. x. 12. 1 Tim. iii. 16 etc.) His d) Paulus addidit, corpus Christi, quod post resurrectionem vere humanum corpus mansisse Apostoli, adspectu non solum, sed tactu etiam edocti noverant, jam immortale esse, cœleste ac spirituale. e) Hæ Christi prædictiones et Petri Paulique assertiones bene conveniunt cum Lucæ narratione de Christi vivi raptu in cœlum. f) Neque tamen Apostoli historicas illius ἀναλήψεως circumstantias auditoribus vel lectoribus suis studiosius inculcare consueverant. g) Potius id sedulo agere solebant, ut discipulis persuaderent, Christum obedientiæ, quam Patri præstiterat, præmia reportasse longe maxima, nostrumque captum superantia; eum apud Deum felicitate non solum frui inenarrabili, sed majestate etiam gaudere tanta, ut major cogitari non possit; Dominum eum esse hominum, pie ab his colendum, ecclesiæ suæ caput unicum ejusdemque rectorem et defensorem, spiritualium bonorum largitorem munificentissimum, cultorum suorum apud Patrem patronum indulgentissimum, atque judicem præmia suis olim justissime distributurum. De his autem omnibus Apostoli diligenter edocuère Christianos, partim, ut hi tanti magistri ac doctoris, ad summum gloriæ fastigium evecti, auctoritatem eo magis revererentur, partim, ut alacrius insistere vestigiis ducis, qui non solum exempli, quod nobis præivit, excellentia, sed etiam præmiorum, quæ consecutus est, amplitudine, ad suæ virtutis imitationem eos incitaret, partim, ut spem atque fiduciam suam in tali suæ σωτηρίας ἀρχηγῷ, quem Pater σύνθρονον suum esse voluit, firmissime collocatam esse, plenius intelligerent. In his substitere Apostoli; in his subsistere nec nobis nefas erit." καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ] *et cum Deo regnat*, et summa felicitate perfruitur (Phil. ii. 8, 9.). Hæc enim est vis et potestas hujus formulæ, ut Ps. cx. 1. coll. 1 Cor. xv. 25. quo loco ea cum verbo simplici βασιλεύειν permutatur. vid. ad Matth. xx. 21. ἐκεῖνοι] nempe οἱ ἕνδεκα, coll. v. 14. Act. i. 2, 4. ἐξελθόντες, scilicet ἀπὸ Ἱεροσολύμων, Act. i. 4. ἐκήρυξαν πανταχοῦ] *ubique locorum Christi doctrinam prædicarunt*. Neque tamen hoc πανταχοῦ nimis est premendum, indicat tantummodo, eos longe lateque, per varias regiones propagasse Christi doctrinam. τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος κ.τ.λ.] opitulante Domino, et doctrinæ auctoritatem divinam confirmante per varii generis miracula, quæ patrandi potestas discipulis concessa erat.